II 1920 : 2933

312
Sp G S
2 vols
R
1736
R. 24.
II 1920 : 2933 1
Ex libris
Wilhelm Freiherr von Hinein
312
4/10932
II 1920 : 2933



Aëtius
aus Amida in
mesopotamien
lebte 502-575 p. C. n.

AETII
SERMONVM
TOMVS SECVNDVS.

Bibliotheca Universitatis Dorpatensis
1920:2933.
II

NVTRISCO EXTINGVO.



VENETIIS Ex Officina Farrea.
M D XLIIII.

INDEX EORVM QVÆ IN NONO Aetii Sermone habentur.

De cardiacis. Ca. 1.
De his qbus atra bile stomachus infestatur. 2.
Ad eos qui flauam bilem euomunt. 3.
Ad eos qui stomacho exuruntur, & siticulosi sunt. 4.
De singultu. 5.
De bulimo, hoc est ingenti fame. 6.
De animi deliqo: ex Philumeno. 7.
De his qui in balineo animo linquuntur. 8.
De stomachi imbecillitate, & supinitate, ac subuersione. ex Galeno. 9.
De nausea: ex Galeno. 10
Cataplasmata & epithemata ad nauseas & uomitus. 11.
De cholera seu bilis effusione. 12.
De stomachi adstrictione. 13.
De humoribus à capite in uētrē destillātibus. 14
Diæta cōueniens his qui stomachum habēt dissolutum, aluum autem adstrictam. 15.
De stomachi inflammatione. 16.
De stomacho exulcerato. 17.
De his qui à stomacho, comitialis morbi modo conuelluntur. 18.
Viridis iaspidis usus. 19.
De appetitus pditiōe. 20.
De appetitu canino. 21.
De appetitu canino, qui ex immodica traspiratione, ac cutis exolutione contingit. 22.
De uitioso appetitu. 23.
De cruditate: Galeni. 24.
De crapula: Philumēi. 25
Quæ cura aluo adstrictæ exhibēda ex Gal. 26
De inflatione: Galeni. 27.
De uoluulo: Archigenis. 28.
De his qui ab acri humore coli dolore infestantur: Galeni. 29.
De his qui à frigidis & pituitosis humoribus, coli dolore infestātur. 30.
Pharmaca ad colicos. 31
De antidotis dolorē leuātibus, infusisq; colicis accommodatis. 32.
Quæ colicis ifundātur, &

4-II A
12932
N 15732757

per anum subdãtur. 33.
Cataplasma colicũ: ex libris Seueri. 34.
Quomodo aluum fluxione laborantem curare oporteat: ex libris Philumeni. 35.
Cura eorum qui ex debilitate, alui fluxione laborant: ex Galeno. 36.
De cœliaca affectiõe: Archigenis. 37.
De colliquatione. 38.
De lumbricis: ex Herodoto. 39.
De lato lumbrico. 40.
De ascaridibus. 41.
De abscessu ĩ intestinis. 42.
De dysenteria, hoc est torminibus intestinorũ. 43.
De tenasmi cura. 44.
Cura dysentericorum. 45.
Cura eorum qui aurũ, aut æs, aut tale quippiã deglutiuerunt. 46.
Cõmunia remedia dysentericorum, quæ superne exibentur. 47.
Cõpositа pharmaca, quę superne exhibentur. 48.
Quę iferne dysentericis infundantur. 49.
Epithemata dysẽterica. 50
De lienteria. 51.

AETII SERMO NONVS.

De stomachi, alui, ac interaneorum affectionibus.

DE CARDIACIS. CAP. I.



VOmodo eos qui cardiaci appellãtur curare oportet, aut eos etiam qui aliter ob stomachi affectionem animo linquũtur, iam absolutissime prædictum est in quinto huius tractatiõis sermone, ubi ad febrium curã hæc annexuimus. Nunc uero quũ affectionem stomachi ac alui remedia oportune ex ordine describemus, necessarium uisum est & hic paucis eorum mentionem facere. Cognoscemus igitur eos qui cardiaci dicuntur, quum acuta febri & maxime

æstuosa affliguntur hoc modo. Pulsum si inuenero densum & obscurum, & extremarum partium frigiditatem, sudores circa faciem & ad pectus usq; glutinosos, & odorem corporis terrestrem nares percellentem, & pulsus circa ipsum cor uehementiores & magnos: & ad hæc accedant desperatio, angor animi, & corporis iactatio. Hoc modo affectum, cardiacum esse dico. Os uero uentris primum est quod in ipsis afficitur, per consensum uehementer oblædens cor ipsum propter uicinitatem. Porrò ueteres os uentris cordis appellatione Cardian uocarunt, ab accessionibus nimirum quæ ex eo accidunt & inferuntur. Æris itaq; frigidi admissione & uentilatione eis auxiliari oportet. Spongia igitur ex posca frigida imbuta, facies permadescat, & aqua lactei teporis paulatim absorbenda præbeatur. Odoramenta autem uaria offerãtur, malum cotoneum, pulegium, cucumer, & similia. Stragula eis incumbentia tollantur: operimenta uero quibus conteguntur mollia sint, & usu priore detrita, pauimentũ irroretur, ac foliis consternatur myrti, platani, ac quercus, maxime uero uitis, atq; ipsis etiã rosis. Solem autem domus in qua decumbit non admittat, sitq; minime alta. sed depressior, & non ualde lucida. Exudantibus uero partibus myrtus ficca trita inspergatur, aut cimolia, aut œnanthæ, aut ordeum: imprimis uero collo & thoraci, & locis sub alis ac inguinibus ea sunt adhibenda. Eodẽ modo auxiliatur malicoriũ cum manna insperſum: aut galla per se, & cum sulphure uiuo: aut samia terra admixtum habens gummi. Illinuntur etiam ad coercendos sudores, oleum myrteum, œnanthinum, rosaceum, melinum, & lentiscinum. Circumlita autem sudores cohibent, manna & amylum cãdido oui excepta, aut bulbus albus, & piper, ac urticæ semen, & gummi, modico cerato myrteo excepta, aut oui candido subacta, quæ sanè crassius inungere cõuenit: ad

glutinãtur enim & exarescunt, & potissima in eis spes cõsistit naturalis caloris re exuscitandi. Neq; uero pinguefactæ cuti huiusmodi inunctiones sunt adhibendæ: uerum linteolo probe prius extersæ inungantur. neq; mox ubi calor apparere incipit auferantur, sed postquã sufficienter extremæ corporis partes fuerint concalefactæ, quod ubi contigerit statim tollantur, & thorax cooperiatur, atq; si cubi uarosum quippiã aut ulcerosum ex inunctionis adustione circa thoracem appareat, blãde tractetur, ac aliquo ex his quæ ad ambustos ab igne descripta sunt, pharmaco locus curetur. maxime uero conueniet id quod ex hordeo constat. Extremę uero corporis partes, siue ad genua usque & cubitos, siue usq; ad locum sub alis & inguina sint refrigeratæ, fece usta & sulphure uiuo cõspergẽdæ, aut pyretro, aut piperide, aut bulbis tritis cũ pipere illinendæ à brachiis usq; ad digitos, & à fœmore usq; ad extremos pedes, gracilibus linteolis simul circũpositis. Idem præstat sinapi & pyretrum, ac adarce. Porrò mollibus corporibus sufficit aliquãdo oleum sicyonium aut gleucinum illitũ, cum multa fricatione ac concalefactione partium extremarum: quanquam nihil uetet piperis ac ceræ modicum his ammiscere, quo spissiora fiant & melius adhærescant. Fasciculus quoq; ex lana pura in oleo calido madefactus incũbat semper circa ueticæ regionem. Capitis fomenta frigida sint, qualia ad phreniticos sunt descripta: frons spongia ne madefiat, sed ex acacia, galla, terra samia, ac syluestris punici flore illinatur. Optime facit etiam omphacium, & gummi: uerum unumquodque eorum ex rosarum decocto aut succo, aut aliquo consimili diluatur prius & deinde illinatur. Quod si quis sanitatis tempore nimium repletus existat, & stercora antiqua recto intestino insideãt: tunc sanè clysteri simpliciore euacuare oportet, ex succo ptisanæ, & modico melle, paucissimoq; sale & oleo quoq; modi-

co adiecto. Illinenda est etiam singulis diebus sedes ipsa ex cumino, ruta & nitro, cum modico melle cõmistis, ob inflationum uidelicet eductionem. Si uero nulla stercora in intestino recto subsideant, neq; aliàs etiam excrementorum multitudo insit intestinis: ægri autem cibum non sentiant & tabescant, ptisanæ succum aut halicæ per clysterem infundere oportet tepefactum, cõquassato cum eo ouo crudo. Vltra hoc enim quod ea quæ stomachum inferne molestia afficiunt, euocat & educit, etiam alimentum, optime corpori sufficit ex languore ob non acceptum cibum misere affecto. Auxiliantur item cardiacis cataplasmatis modo, stomacho ac sinistræ mammæ imposita, folia rubi cum pane, aut myrti folia, ipsæq; myrti baccæ, aut pampini uitis, aut plantago cum pane, aut mala cotonea & palmæ, aut intubus cerato exceptus. Imbecillioribus polentam cũ palmis imponere sufficiet, aut palmas uino madefactas unciæ unius mensura contere: deinde adiectis aloes drachmis quatuor, mastiches drachmas quatuor simul tere, & affuso eliquatæ ceræ sextante, & olei, siquidem hyems sit, neq; multus caloris sensus ægrũ contingat, nardini: in æstate uero rosacei, aut melini, triente simul misce ac utere eodem modo. Quod si ex uisceribus quoddam inflammatum sit, panem cum modico uino & melle decoctum impone: admixtis in his qui imbecilliores sunt malis repurgatis aut œnanthe. Reprimit autem sudores stomachumq; & cor ipsum firmitatis autorem placat ac cohibet cataplasma ex palmis, & œnanthe, & acacia, rosis alumine, hypocisthide & rhoe rubro: ita impositum ut sinistram mammam atq; ipsum uentrem complectatur: sit etiam tactu molle & leue, ac assidue permutetur. Reuocato autem ex accessione ægro, si loci quidam circa præcordia sint inflãmati, prouidere oportet ut per cõmunia cataplasmata ab inflãmatiõe libe-

rentur. Cibi offerendi, panis ex aqua frigida, aut ex uino albo & tenui frigidoq; ac diluto: pedes suilli, taliq;, & rostra: ex uolucribus macræ & non fœtidæ, inptisanæ decoctione eliquatæ, aut etiam per se. Frigida autem hæc exhibeantur, si caloris sensus circa stomachum sit, & æger inflãmatione non uexetur. Aliis calida exhibenda, similiter autẽ & potus calidus dandus, uinum tenue, album, dilutum: immodicam autem uini exhibiti multitudinem pulsus, ægroti ostendet. Eo usq; enim exhibendum est uinum, donec pulsus subtremulus esse desinat, & robustior fiat.

De his quibus atra bile stomachus infestatur. Cap. II

Ex Herodoto. Quibus stomachus ab atra bile in febribus uexatur, similes accessiones cardiacis patiuntur. Accedũt autem ad hæc, fortis stomachi morsus, cum eius exolutione, & capitis uertigine, ac frigido sudore, paruus q; & obscurus adest pulsus. progressu uero temporis augetur morsus, atq; hinc in dolorẽ qui difficulter liniri potest, transit. Cæterum manifeste apparens flauæ bilis uomitus has accessiones leuiores reddit, atræ autem bilis soluit. Vomunt autẽ ferè in totum hoc modo affecti pituitam acidam in uentre coaceruatam ex assidua eruditate propter uentris ipsius debilitatem. Qui uero citra febrem ab atra bile stomacho infestantur, his accedit tempore quo humor ipse generatur & producitur, tristitia, & somnus cum accessione imaginationum alienarum, contractioq; & dolor poplitum ac surarum. Acutius quàm ante consueuerunt, cernunt, & deiectum habent appetitum: ructus autem & excreationes fœtidas & pisces olẽtes. Coaceruata uero bile cum multa desperatione intolerabiliter ignescunt, ut omnia eis membra ardere uideantur: in primis autem stomachus, uelut à palis igne candefactis pungatur, afficitur. Sudores animi deliquium inducentes per omne corpus destillant: & ferè semper sputi influentis reiectione uexan-

tur, quum morsum sentiunt, multamq; habẽt uomendi cupiditatem. Et aliquando quidem frustra lancinantur, quandoq; autem pauca quædam biliosa aut acidam pituitam, quæ in uentrem defluxerunt euomunt, modicoq; tempore à malo leuati, rursus idem patiuntur, atq; in uniuersum his qui ueratrũ sumpserunt similes existunt. Pulsus autem aliquãdo densiores, aliquando etiam rariores & minores fiunt. plurimum uigiles permanent, & siquidem dormierint cũ perturbatione æstituosiores exurgunt, ebulliente ut uerisimile est delato in uentrem humore. Sæpe etiam acceptum cibum unà cũ atræ bilis humore euomũt: ferè in totum enim post duas ab accepto cibo horas accessione apprehenduntur, maxime quũ acrem aliquem aut salsum cibum aut potum ingesserunt. Excrementa alui retinentur, aut præter naturam incocta excernuntur. Effertur autem aliquando & bilis inferne per aluum, atq; adiuuat affectionis declinationẽ. Aliqui autem ob retentam bilem, etiam atræ bilis affectionibus, & delyriis mentem alienantibus sunt apprehensi. Quod si contingat, siue febris adsit, siue nõ: siquidem iuuenes sint sanguineq; abundẽt, & reliqui numeri ad uenæ incisionem requisiti adsint: uena secanda est, repetita sanguinis detractione, & hoc tamẽ per infusum clysteris corpore prius euacuato. Atqui ad animi usq; deliquium id facere non oportet, propter stomachi imbecillitatem. Colligandæ autẽ adstrictæ extremæ corporis partes, & ad paucum cibũ ægri cogendi, stomachus uero lanis succidis fouendus est ex aceto plurimo, modicoq; rosaceo, aut melino, aut lentiscino. Quod si amplius permaneat stomachi imbecillitas, ex rosarum succo foueantur, siue intubi aut portulacæ cum rosaceo: adstringentia etiã & lenientia cataplasmata imponantur. Qui uero unà cum morsu circa uentrẽ ac intestina inflantur, iis conuenientissimum est acre acetum, in quo pulegium est

decoctum, & cuminum calidum forinsecus uētri per spongiam impositum. Dolore uero perseuerāte, alumen liquidum cum atramento sutorio trito, & aloe, melle excepta imponito, & alumine in acetum conjecto & calefacto, stomachum per spongias foueto: aut aluminis ac aloes æquales partes cerato myrteo exceptas ad hos uentris apponito, aut hederæ foliis in uino decoctis uentrem integito, aut plantagine cū sale trita, aut marrubio cum pane & rosaceo subacto, aut bulbis rusis cum pari pondere aluminis coopertio. Optimum enim hoc est inueterato malo remedium: quin & bulbi ipsi cum nitro triti & impositi celerem curationem præstant. Optime etiam conducit eis gregarii bouis stercus aridum uino decoctum & impositum. Epithema quoq; ex seminibus adhibendum: item bulbi cum stercore bouis ac nitro permixti. Ex Dioscoride. Conuenientissimum omnium his qui atram bilem generant, inflatisq;, & morsum sentientibus pulegii decoctum existit potatum, aut aqua in qua ferrum est extinctum: item intubi succus potatus: bibant autem aquam, eamq; calidam. Si uero plurimi caloris sensum percipiant, frigida danda, sed modica, & maxime tempore exacerbationum. Æstuantibus enim & in anxietate existentibus, omniq; miseria afflictis, frigida ad absorbendum concedenda, per interualla tamen, & non ultra cyathi mensuram. Non enim humectatione opus habent, sed refrigerationis tantum gratia, frigida permittitur, & ut melior intrinsecus temperatura fiat. Vtilis est ipsis & mētæ succus cum succo mali punici dulcis. Quod si aquam bibere non possint, parum uini aquosi concedendum est inter cibos, calida aqua probe diluti. Cibus maxima ex parte sit frumentaceus & optimi succi in omnibus, simplicior autem & qui facilius concoqui ac commutari possit in febricitātibus. His uero qui febre carent adiici possunt ex oleribus, la-

ctucæ cauliculi ac maluæ, pisces petrosis aquis degentes, & ex uolucrum genere, non graue olentes, macræ & montanæ: ex ostreis quæ testa integuntur, herinacei recentes. A salsis uero & acribus in totum abstineant. Molestas autem mordacitates & nauseas, hausta plurima tepida aqua per uomitum soluant. Si uero id non bene toserent, quiescere iubeto, & extensæ manus palma stomachum, foueto: quo delatum ad ipsum bilio sum inferne per aluum excernatur. Quod si uenæ incisionem non faciamus, secunda ac tertia die per clysterem euacuandum est, & modico cibo æger connutriendus, deinde in potu exhibendum pulegii decoctum ieiunis, reliquaq;, supra dicta. Fomentum etiam ex aceto adhibendum, & cataplasma ex stercore bubulo ammixtis bulbis & nitro. Porrò postquam febris cessauerit, aut ubi etiā in totum non febricitauerint: & tamen diutius malum molestia affixerit, & irritationes per longa interualla repetiuerint, purgandum est corpus ex hiera Archigenis, aut Rufi. Qui uero sputi multitudine stomacho uexantur, his conyza arida maxime tenuis manducanda, aut pulegium, & mastiche chia ex aqua potanda. Exhibendum est etiam lac in potu iisdem quem ad modum in proprio capite de ipsis ex professo est ostensum. His uero qui stomachum ualde exolutum habent serum lactis per acetum multum fisi exhibeatur, ita ut ad primum seri hauſtum epithymi tenuissime triti scrupu. ix. & scammoniæ obolum .i. aut .ii. iuxta uirium tolerantiam inspergamus. Deinde serum ipsum per interualla paulatim bibant, sitq; eius potati mensura ad minimum quinque cyathorum. Bonum est & cucurbitulam ad dorsum affigere, aliquando etiam ad stomachi regionem, & scarificatione facta, sufficientem sanguinem ex fissuris extrahere. Quo uero penitus affectio hæc destruatur, quotidie horam u-

nam ante ciborum ſumptionem exerceantur,ac frigi da lauẽtur,maxime in mari,& arena ſub caniculæ ar doribus obruantur. Abſtineant autem ab omnibus atram bilem generãtibus,maxime carnibus bubulis, uino nigro,brasſicaq; & lente. Diligentiſſime autem de ipſorum diæta in ſexto Sermone, ubi de atra bile affectis egimus, eſt prædictum. Quod ſi inflatio eis augeſcat, rutam & cuminum in oleo decoquemus: indeq; uentrem quàm plurimum irrigabimus,ex eo demq; oleo quincuncem per clyſterem infundemus, ſi tamen clyſteri ſtercorum eductiuo prius ipſos eua cuauerimus,in quo decocta ſint ruta & cuminũ. Deinde ſplenium magnum aluo ac uiſceribus imponendum ex epithemate quod ex ſeminibus conſtat. In cibo uero ſuccus ptiſanæ detur,qui ex aceto, melle,cumino,& aniſo ſit conditus. poſt etiam gallina iiſdem condimentis apparata exhibeatur, potus uero ſit uinum rufum mediocri menſura.

Ad eos qui flauam bilem euomunt. Cap. III.

Ex libris Philumeni. Qui flauam bilẽ euomũt, ſiue in febribus,ſiue citra febres id contingat,eis conueniunt ea quæ ad nauſeam,ac nimiam ſtomachi hu mectationem deſcribentur. Quare omnibus ad illos deſcriptis odoramentis, manducatoriisq; & fomẽtis utantur. Decubitus autem eorum, à cibo præſertim & potu ſupinus adornetur, & ſpongia ex poſca imbuta ad os uentris imponatur,maxime ſi non uilis & contemptibilis ſit dolor. Fricatio etiam & conſtrictio iuncturarum manuum ubi pulſum exploramus adhibeatur,& reliquarum ſimiliter extremarum corporis partium. Cataplaſmata autem ex palmis, malicorio, & ſimilibus accipiantur,quæ ex uino quidem aut poſca ſint decocta cum pane autem & acacia,& hypociſthide pmixta ac cõtrita: quin & rhus & ſylueſtris punici mali flores commode cataplaſmati admiſcẽtur. Atq; uniuerſi corporis curatio ex oleo fiat, modico

nitro ammixto, quo ſudorem ex cute eliciamus, & fluores transferamus: & ob id etiam alui per inferna excretio plus quàm oportet facta uomitus deficcat, quare ex abſinthio & aloe portionem conuenienter exhibebis. At uero affectione diutius perſeuerante,ſi ægri uires non repugnent, etiam hieræ catapotia ex colocynthide ab Archigene deſcripta apparabimus, deq; eis minimum drach.i.ſummum.iii.dabimus. Et ſi nihil obſtet cataplaſmate ex ſinapi præcordia rube faciemus. Præclare enim ſenſum ipſum ad cutẽ tranſfert. Verum hæc diuturnæ affectioni remedia conueniunt. Tempore autem exacerbationis & circa acceſſionis acumen,cucurbitula plurimum auxiliatur cum multa flamma ori uentris affixa, fortiterq; abſtracta, rurſusq; ſecundo ac tertio adglutinata. Cibos quales uomentibus ſolemus exhibebimus,ſæpe & paulatim ſumendos,& quotienſcunq; reuomuerint acceptos, toties alios poſt modicum interuallum offeremus. Ante cibum aquam tepidam dabimus,& uomere cogemus: bilioſo enim humore circum circa adhærente unà cum aqua reiecto, ſtomachus elotus ac leuior redditus ſtatim retinet oblatum ſibi cibũ. Mitigat autem dolores & ſtomachi morſus portulacæ ſuccus tum per ſe, tum cum unguento nardino aut melino mixtus. Qui uero ſtomachum habent uehementer exuſtum,eis utile eſt lapathi acuti ſemen, trium obolorum pondere ex aqua: aut maſtiches tenuiſſime tritæ cochleare bibendum præbe ieiunis ex aqua. Maxime omnium autem morſus ſedat lac aſininum: aut ſi hoc non adſit,bubulum recens mulctum potatum, abſq; dilatione enim auxiliatur: ſi uero neq; hoc adſit calidum,quartam eius partem aquæ addere oportet, & feruefactum bibẽdum præbere. In balneum quoq; & ad uini potationem celerius ducendi ſunt qui bilẽ uomunt,quo uidelicet ad cutem materiam transferamus. Cæterum & uinum ſubadſtringens firmitatem

corporibus addit, ac cibos retinere cogit. Vtendum est etiam aliquando ceratis ex lentiscino aut œnanthino oleo, admixtis absinthio, aut aloe, aut galla, aut œnanthe.

Ad eos qui stomacho exuruntur, & sticulosi sunt. Cap. IIII.

Sitis fit aut ob penuriam humiditatis, aut abundantiam caliditatis: siccitatis remedium est somnus, caliditatis uigiliæ. Verum his qui ob multi uini potum sitiunt, frigida aqua potata auxiliatur. Quibus autem longo iam tempore stomachus æstuat, eis auxiliatur, simulq; sitim sedat, radicis dulcis succus potatus, atq; ipsa etiam radix ex aqua, pampinorum uitis cremor, & portulacæ succus. Ab imbecillitate autem uires recolligentibus sitim sedant, ficus siccæ cibo accepræ, & symphytum in petris nascens commanducatum. In cataplasmatis uero ad stomachi ardores conducunt sanguinaria, intubum, sonchus, apium hortense, pampini uitis, portulaca, unumquodq; cum polenta aut pane. Qui in superficie uruntur, his ramentorum cucurbitæ succus opitulatur cum rosaceo, aut omphacii succo. Sitim autem quæ in febribus oboritur, lenire solet capitis irrigatio ex frigidissimo oleo, aut rosaceo, ex alto nimirum sincipite irrorato. Sitim etiam adimit stomacho exustis cucumeris semen commãducatum, decorticatum uero & tritum, ex aqua potatum ualde iisdem auxiliatur. Eodẽ modo prodest lactucæ semen manducatum & potatum: item semen portulacæ. Aliud adipson, sitim optime tollens. Cucumeris satiui seminis decorticati drach. viii. tragacanthi drach. iiii. tragacanthum contundito & cribrato, semen uero conterito, eisq; ouorum crudorum recentium candida adiicito, & simul omnibus contritis catapotia informato, ac in umbra exicato. Ex his deinde unum sub lingua detinendum præbeto, ut paulatim dissolutũ deglutiatur. Aliud

adipson, ad stomachi nimiam humectationem commodum, in his præsertim quibus humida & calida dispositio adest. Rosarum uiridium unguibus earum resectis drach. vi. radicis dulcis drach. iiii. spicæ nardi drach. iiii. excipe uino dulci, & redige in catapotiorum formam, indeq; ciceris magnitudine sub lingua detinendum præbe, refrigerat, & firmitatem addit.

Aliud. Seminis cucumeris, seminis portulacæ uiridis, tragacanthi, cuiusq; drac. iiii. radicis dulcis drac. ii. Excipe portulacæ succo, & in catapotia redige magnitudine fabæ, & utere uno pro uice sub linguam exhibito. Absorbeant etiam malorum cotoneorum cremorem, aut pirorum, aut omphacii succum cum aqua. Aliud adipson. Seminis portulacæ uiridis, seminis peponis, succi radicis dulcis, tragacanthi, singulorum æquales partes, aqua subigito, & ad fabæ magnitudinem reducito, ac utitor.

De singultu. Cap. V.

Singultus accessio stomacho accidere solet ob repletionem, aut euacuationem, aut frigiditatem: aliquando etiam ob humorum acrium & medicata qualitate præditorum mordacitatem, quos ubi uomitu reiecerint, statim à plurimo singultu liberantur. Quin & hi qui pharmacum ex tribus piperis generib. biberunt, aut ipsum adeo piper, si statim unum à sumptione eorum ingesserint, omnino singultiunt. Cibus quoque in mordacem qualitatem corruptus aliquos singultire facit, & oris uentris frigiditas singultum inducit, maxime uero omnium pueris frequentes singultus accidunt ob stomachi frigiditatem, & alimenti corruptionem. Fit etiam in febribus singultus, stomacho præsertim aut aliquo alio uiscere inflammato. Frigiditate itaque singultum præcedente, oleum lana exceptum stomacho imponendum, in quo ruta, cuminum, & absinthiũ sint decocta. In potu etiam ruta cum uino exhibenda, aut

apium in aqua mulsa decoctum, aut cuminū tritum, aut calaminthe, aut asarum, aut pulegium, aut dictamnum, aut celtica nardus, quodlibet eorum per se aut simul mixta. Vtile est & acetum scyllinum sorbillando acceptum. Castorium autem eis qui integræ sunt ætatis, tum ob frigiditatem singultientibus, tum ob humorum multitudinem similiter affectis, drachmæ pondere ex posca dandum: quin & stomacho forinsecus impositum utriusq; commodum existit cū oleo sicyonio aut antiquo. Quando uero ex repletione singultus oboritur, quomodo in totum frequentissime consistit, uiolento motu opus habet. Vomitus itaq; remedio fuerit, & extremarum partium adstrictio, cōpressio spiritus, uociferatio concinna, cum plurimo clamore, deābulatio longa & concitata, gestatio atq; adhuc magis equitatio, cucurbitulæ cū plurima flamma pectori, stomacho, & dorso affixæ: sternutatio ēt conuenienter prouocatur, eis qui ob humorum multitudinem singultiunt. Singultui autem ex euacuatione oborto maxime contraria sternutatio existit: sanantur autem hi per alimenti conuenientis assumptionē, & per ea quæ defectum explent. Singultus in altiore sopore, aut animi deliquio, aut tetanis obortus, mortem non longe abesse præsagit. Cęterum & his aquā mulsam assidue bibendam exhibere conuenit, aut aquam puram mediocriter feruefactam. Conducit & castorium ex aqua mulsa potatum pondere triū obolorum. In his uero qui à malo uicti sunt præclara remedia recusanda sunt. Porrò mordacitate singultum producente, primum sufficiens remedium uomitum ipsum reperiemus: deinde etiam sensus stupefactionem, & morsum inferentium alterationem ac discussionem. Stupefiunt itaq; sensus per refrigerantia. Alteratur autem mordacitas per obtundentia. Eiusmodi mixtæ facultatis subiectum pharmacū existit, & quæ ei assimilari possunt. Habet autē hoc modo. Asclepiadæ

piadæ pharmacum, ad eos qui stomacho exuruntur, & ad uehementes singultus, ucluuloſasq; stomachi affectiones. Costi, spicæ nardi, chrysobalani, croci, rosarum uiridiū, mastiches, cuiusq; drac. iiii. asari, aloes, cuiusq; drac. ii. opii drac. i. subige cum psyllii cremore, & digere in pastillos, quorum tres pro uice dato. Ego uero chrysobalano reprobata, pastillo qui aster appellatur ad hos utor, qui paulo mox ad stomachi subuersiones describetur. Obtundit autem mordacitatem, & ex ea obortum singultum sedat, intubi succus potatus, cucumeris semē decorticatum tritumq; bibitum: lactucæ semen eodem modo, item portulacæ succus potatus, ipsaq; portulaca in cibo sumpta: myxarum decoctum in potu acceptum: maxime omnium tamen præstat lac recens multum potatum.

De bulimo, id est, ingenti fame. Cap. VI.

Bulimos ex stomachi frigiditate oboritur, indigētiaq; ac uirium imbecillitate, & ab externo frigore ferè in totum initium capit. Vox ipsa Græca est, & à Latinis magna fames interpretatur. Fames enim in principio multa adest, quæ tamen non usquequaque perdurat. Nam postea repente animo linquuntur, cū extremarum partium refrigeratione, & spiritus defectione. Et sanè quidam in locis desertis, aut in balneo in malum istud collapsi, ex instanti perierunt, auxilii facultate destituti. Peregrinationes autem & itinera longa, maxime per niuem facta, affectionem hanc inducunt. Eos itaq; qui in itinere, aut aliàs fame magna citra febrem infestātur, refouebimus ac reuocabimus aceto aut pulegio ad odorandum exhibito, aut terra quæcunq; tandem obtigerit aceto consperſa: item pomis ac aliis qui inueniri possunt fructibus. Auxiliatur & panis recens naribus admotus, & caseus boni odoris, caro suilla assata aut cocta: & in uniuersum omne quod ualde nutrit, maxime uero quod nidorosum ac probe conditum habet odorem: his enim

ut plurimum multi refocillantur. Cæterum & extremæ eorum partes fasciis constringendæ sunt, manuumq; ac pedum summitates calidæ aquæ feruenti ori imponendæ, & ipsi quoq; stimulantis eorum maxillis, crinibus q; ac auribus uellicatis excitandi. Reuocatis autem ab exolutione panem exuino diluto offeremus, aut aliud quiddam eorum quæ aceruatim uires reparare possunt, uelut sunt oua sorbilia, halica cum uino. Compendiosissimum enim auxilium ex cibo sperare possunt, quem etiam si oblatum accepta re nō possint, ori indere oportet uiolenter, cogereq; ut ipsum transglutiant. Euestigio enim & à fame & ab animi deliquio liberantur, & celeriter excitantur. Accedit etiam in febribus, raro tamen, neq; cito, uerum circa uigorem ac declinationem. Si itaq; remissionis exacerbationum febrilium tempus, eius accessio irruat, aut circa exacerbationis declinationem, intrepide eis cibi sunt offerēdi. Si uero in principio accessionis febrilis, aut in uigore apparuerit, per prædicta odoramenta conabimur eos primum reuocare, maxime per ea quæ frumentacei generis existunt: uelut est, polenta aqua madefacta, aut posca, aut panis calidus uaporem adhuc emittens. Fricatio etiam extremarū partium adhibeatur, & cataplasmata ex palmis, aut malis cotoneis, aut polēta, in uino diluto decoctis: atq; hæc usq; ad remissionem facere oportet, ut oportune cibum offeramus. Quod si ex his nihilo melius habeant, audēdum est per ciborum ingestionem auxilium adferre. farinę itaq; crasioris cochlearе unum ex aqua mulsa, quæ lactis speciem ac teporem in tactu de se præbet exhibeto. Buccellas item unam atq; alteram uino madefactas. His enim refocillati ac respicientes, ex improuiso deinceps usq; ad remissionis tempus perueniūt, in quo tum corporis curationē, tum sufficientem ordinabimus cibū. Vitabimus aūt oino in his q hac affectiōe sunt apprehēsi,

longiorē cibi dilationem ac inediā, & ne alternis tantū diebus cibū offeramus. Verū solerti ratiocinatiōe facta, singulis horis simplicissimū modicū q; cibū dabimus. Assiduī enim bulimi & exoluunt & in animi deliquia incidunt, quibus ægre auxilium reperitur.

De animi deliquio. Ex Philumeno. Cap. VII.

Animi deliquium siue in febribus, siue citra febres contingat ex præmanifesta causa, uelut est, plurima sanguinis aut uentris excretio, aut assidua surrectio: aut motus, aut dolor, aut timor, auxilium fert ex causarum ablatione, de quibus absolutissime in febrium tractatu à nobis est prædictum, quinto uidelicet Sermone. Dicetur autem summatim & paucis etiā hoc loco de iisdē. Frequentes igitur surrectiones eis prohibendæ sunt, & aceruatim facta euacuatio cohibenda, dolores q; mitigandi: causæ etiam quæ timorem inducunt soluendæ, siue forinsecus accedant, siue ex humoribus in corpore oboriantur. Extremæ corporis partes animi deliquiis irruentibus constringantur: cucurbitæ etiam aliquando tum posterioribus, tum anterioribus stomachi partibus affigantur, & in latus etiam apponantur. Caput autem agitatum leui manus impositione cum coarctatione etiam comprimatur. Odoramenta quoq; offerantur, & aperto ori digitus aut pēna immittatur, facies uero ac stomachus uehementissime fricetur. Hoc enim modo præoccupati refocillantur, uiresq; recolligunt, neq; in periculum animi deliquii incurrunt. Reuocatis autem siquidem febre careant cyathi. iii. aut. iiii. frigidæ aquæ in potu exhibendi, quam tamen paulatim & per interualla absorbeant, aut cremorem palmarum; uuarum passarum, malorum cotoneorum, rosarum, aut pampinorum, aut alicuius consimilis, aut uuæ acerbę nondum maturæ succum cum frigida aqua. Aut mentæ ramulos tres tritos cū mali punici dulcis siue acidi succo præbeto absorbendos: aut polentam cū pu-

nici ſucco. Forinſecus autem ſtomacho ea imponenda ſunt quæ ſupra ad cardiacos & bilem uomentes ſunt deſcripta.

De his qui in balneo animo linquuntur. Cap. VIII.

Qui in balneo animo linquũtur, aut magis animo linqui incipiunt, eos celeriter educere oportet, neque multa aquæ infuſione humectare. Qui autem iam inciderunt, celerrime exportandi ſunt: & reliquum quidem corpus leui quopiam uelamine cooperiẽdum, facies uero ſpongia frigida imbuta madefiat, aut frigida aſpergatur, fricanda etiam facies, ſtomachusq; & pedes: os quoq; aperiendum pennarum aut digitorum immiſione, omniq; modo conandum quo humor ipſius animi deliquii autor euomatur, aqua tepida ori inſtillata. Etſi enim nihil inde euomant, ſtomachus tamen irritatione firmatur quæ animi deliquium ſoluit: auxiliatur etiam ad oris apertionẽ auditoriorum meatuum cõpreſſio, ſimiliterq; oſſium quæ à petræ duritia, lithoidea, hoc eſt, petroſa appellantur. Qui uero uilioris ſunt conditionis etiam alapis ſunt cædendi capillorum quoq; facta euulſione. Et uociferatio quidem unius, utilis eſt: multorum autem & ſimul edita, nocet. Cæterum à uehementi animi deliquio conualeſcentibus, tum in calidam, tum in frigidam aquam demiſſiones, uelut mortis cauſæ timendæ. Aut enim laxatis corporibus, calore diſcuſſo & reſoluto pereunt: aut à frigiditate adſtrictis, extinguuntur.

De ſtomachi imbecillitate, & ſupinitate, ac ſubuerſione. Ex Galeno. Cap. IX.

Quæ ſupinitas ſtomachi appellatur, ex intemperie quacunq; tandem oboritur, nullis humoribus uitiatis. Oboritur etiam ex multitudine humorum, nulla tamen maligna qualitate accedente: ſtomachus enim à largo humore fortiter madefactus, ad ſimilitudinẽ amplitudinis totius uẽtris laxatur, adeo ut cibis

obuolui, eoſq; contegere non poſſit: & propterea circa ipſum humores ſupernatant, quos ubi uentriculus abrumpere omni impetu annititur, anxietatis acceſſionem perfert, ac prius quàm cibus præbeatur, extremæ imbecillitatis. Facilime autem hæc affectio curatur, inter reliquas ſtomachi affectiones longo tẽpore perſeuerantes. Opus uero habet pharmacis humorem deſiccare ualentibus, cohibereq; ac adſtringere laxatum corpus. Itaq; ſi in profundum uſq; humiditas extendatur, & craſſa tenaxq; exiſtat, pharmacum miſcere oportet extenuatoriũ & ueluti conſumptiuum, quale eſt acetum & acetum mulſum. Si uero eiuſmodi humiditas non exiſtat, neq; in profundum uſq; corporum extendatur, adſtringentia ſola ad curationem ſufficiunt. Magnum autẽ ſignum ad cognoſcendum, frigida ne ſit an calida hæc affectio, ſenſus ægri præbet, ſiquidem aut nullam, aut aliquam ſitim perceptet. Supinitates igitur ſtomachi ex uitiatis humoribus obortæ picra curantur, quem ad modum paulo poſt dicetur, utpote quæ celerrime uitiatũ humorem repurgat. Subuerſiones uero & nauſeę ex imbecillitate ſtomachi factæ, per intemperiei correctionem ſanantur, & per incumbentis humiditatis deſiccationem. Siquidem autem calida affectio exiſtat, catapotia adipſa & ſitim tollentia exhibeantur, quæ ad eos qui ſtomacho exuruntur ſunt deſcripta, & maxime quod ex roſis, ſpica nardi, & radice dulci conſtat. Ad frigidiores uero & humectiores affectiones conueniunt ſubſcripta. Aſclepiadæ, ad ſtomachi ſubuerſiones. Succi acinorum mali punici acidi ſextarios .iii. ſucci mentæ ſextarium .i. coniice in uas fictile, & decoque aſsidue agitãdo, & ubi coacti fuerint ablatos recondito, & ante cibum myſtrum unum aut duo exhibeto. Aliud. Vuam acerbam immaturam arefactam, contuſamq; & cribratam in promptu habe, & cochlearii menſura ex aquæ frigidæ cyathis

duobus præbe. Aliud, quod calidioribus diſpoſi-
tionibus magis commodum eſt, ſicut etiam præce-
dens: Mala punica matura & in uigore perfecta
quinq; aut ſex numero, integra unà cum putamini-
bus contunde, & infuſis aquæ pluuialis ſextariis tri-
bus uſq; quo ad tertias omnis liquor redactus fuerit
decoque, exprime, ac percola, liquorẽq; expreſſum
rurſus per ſe decoque, donec ad mellis ſpiſſitudinem
redigatur: ac inde cochleare unum aut duo exhibe:
his qui febre carent cum uino, febricitãtibus uero ex
aqua. Aliud ualde bonũ. Succo mali punici aci-
di, ac intubi, æqualibus portionibus permixtis, men-
tæ ſiccæ tenuiſſime tritæ, parum quiddam inſperge,
& cyathi menſura bibendum præbe. Idem facit oxy-
lapathi ſemen tritum ex aqua potatum: ſimiliter &
ſemen portulacæ. Vtere etiam confidenter ad ſtoma-
chi ſubuerſiones, amazonum paſtillo, & eo qui aſter
appellatur, quorum compoſitionem paulo poſt in
nauſeæ tractatu deſcribo. Vtere quoq; cataplaſma-
tis & epithematis, quę mox poſt ſermonem De nau-
ſea deſcribentur.

De nauſea. Ex Galeno. Cap. X.

Nauſeæ ex uitioſo humore tum calido, tum frigi-
do gignuntur. Qui in uentre continetur, aut in conca-
uitate ipſius innatat, aut in tuniculis eius infartus in-
ſtar uiſci adhæret, atq; ægre auelli poteſt: aut ſeroſior
& medicatior exiſtẽs in ipſis uẽtriculi tuniculis: uelut
aqua in ſpõgia, imbibitur. At qui eiuſmodi humores
ex uentris intẽperie tum calida tum frigida aliquãdo
generantur. Aliquãdo aũt ex aliis partibus prius affe-
ctis in ipſum uentrem, uelut excrementa illarum con
fluunt, utpote ex hepate aut ſplene, aut capite, aut ex
uniuerſo corpore. Quãdo igitur aliæ partes prius affi
ciuntur, omni modo uniuſcuiuſq; propriæ acceſſiões
concomitantur: & ipſe æger primum affecti membri
læſionẽ ſentit: aut enim caloris ſenſus iuxta affectum

membrum ipſi contingit, aut frigoris, aut grauitatis,
aut etiam tactui noſtro durum ſuccũbit. Si uero uni-
uerſum corpus uitioſis humoribus repletum eſt, idip
ſum ex colore, & eruptionibus papularum circa cutẽ
cognoſcitur, atque ex ipſa adeo urina. Quod ſi nihil
horum adſit, certum eſt uẽtrem ipſum aliquo modo
ægrotare. Si itaq; cibi in uentre nidoroſi fiunt, nullo
huiuſmodi cibo aſſumpto, uelut ſunt piſces, aut oua
in ſartagine fricta, aut alii conſimiles, neceſſe eſt ratio-
cinari cauſam calidam eſſe, quæ hoc in uentre opera
tur. Si uero aceſcunt in uentre cibi, nullo huiuſmodi
cibo ſumpto, uelut ſunt piſces, aut oua in ſartagine fri
cta, aut alii conſimiles, neceſſe eſt conſiderare frigidã
cauſam eſſe, aut atræ bilis humorem uẽtrem infeſtan
tem. Manifeſta autem erit cognitio & ſcientia cauſæ,
quam habes ſuſpectam: frigidis enim pharmacis ci-
bisq; ac potibus ſtatim adiutum hominem uidebis,
ſiquidẽ calida diſpoſitio extiterit. Si uero frigida, ca-
lidis cibis & pharmacis iuuabitur, à frigidis uero læ-
detur: cæterum & ſitis ad calidam affectionem con-
comitatur: ſiti autem ferè in totum carent, qui frigidã
intemperiem habent, niſi ſalſa ſit pituita. Atqui ex di
ligenti uomitus inſpectione eiuſmodi quoq; cogno-
ſcuntur affectiones. Si enim intemperie quadam uen-
ter afficitur, aſſumptos cibos ad intemperiei naturam
permutat, ut appareant uomitu redditi cibi, citra ali-
cuius humoris complexum, in nidorem aut acorem
permutationem ſuſcepiſſe. Si uero humor quiſpiam
uitioſus amplitudini uentris innatet, & cibum corrũ-
pat, ipſi cibi manifeſte eiuſmodi humore madefacti
apparent, & in illius naturam permutati. Quum ue-
ro cibi amplitudini uentris innatent, humorem ip-
ſum affligentem producunt, qui ubi infartus, aut im-
bibitus, ut dictum eſt in uentris tun culis fuerit, ſiqui-
dem calidus ſit, ſiticuloſos facit, & ciborum inappe-
tẽtiam inducit: ſi uero frigidus ſit, ciborum appeten-

tiam excitat,& sitim extinguit. Nauseæ autem utrisq; accedunt,& inanes uomendi irritationes, quæ lanci/nant tantum & nullum humorem educunt. Prædictũ autem & antea est,quod si tenues humores & uene/nosi existant,quos etiam Græci ἰχωρώδεις, hoc est,sero/sos appellant,per profundum solidorum uentris cor pusculorum procedunt,& uelut aqua in spongia im/bibuntur. Si uero tenaces sint, circa internam uentris superficiem uisci modo adhærent. Serosi itaq; humo res utpote tenuium partium existentes, nõ solum an/te cibos,sed & post acceptum cibum,uomitum indu cunt,perpetuo nimirum motu uersati. Qui uero su/perficiei uentris infarti adhærent, ante cibum magis inanes uomitiones mouent. Diligenter itaq; conside rare oportet,num uentris tantum affectio hæc sit,aut alicuius alterius membri. Deinde qualis affectio exi/stat,an calida,aut frigida,humidave aut sicca. Et siqui dem ex alia quadam parte, aut ex uniuerso corpore humores in uentrem confluant, priorem curã mem/bri prius affecti habere oportet,ita tamen ut neq; uen trem ipsum negligamus. Qui enim primum affectã particulam curat,uelut fontem omnium in uentrem influxionum excindit. Ventre autem solo affecto,di/spositionis in ipso qualitate cognita medebimur. Ca/lidam itaq; intemperiem semper refrigerare oportet, in quocunq; tandem membro existat, frigidam autẽ calefacere: eodemq; modo humidam desiccare, & siccam humectare. Innatãtes autem amplitudini uen tris humores euacuare,siue per uomitum, siue infer/ne per aluum commodius id fiat. Qui uero in tunicu lis uentris infartus adhæret,aut imbibitus est uitiosus humor, per repurgantia ipsumq; incidentia ac eua/cuantia pharmaca est curandus. Intemperaturæ enim in humoribus consistentes pharmacis humores eua/cuantibus opus habent. Qui uero absq; uitiato hu/more,ab intemperie sola quacunq; tandem,maxime

tamen calida & sicca infestantur, in tabem omnino perueniunt,pharmaco euacuãte purgati, etiam si ex/hibitum pharmacum imbecillius existat: quale est ex aloe picrum appellatum. Quo modo igitur unam/quanq; intemperiem, siue simplicem,siue mixtam cu rare oportet:iam prædictum est in quarto huius tra/ctationis Sermone: dicetur tamẽ oportune & hic de eadem re,sed paucis. De intemperie frigida. His itaq; qui ex frigida intemperie afficiuntur pharmacũ ex tribus piperis generibus commodum existit, aut quod ex calamintha constat,aut aliud quoddam cõ/simile,ex uino tenui aut aqua potatũ. Forinsecus au/tem stomacho mastichen chian, unguento nardino dilutam & tritam, purpureaq; exceptam lana impo/nito. Vinum uero exhibendum est rufum, subadstrin gens & uetustius, & consimiles etiam cibi. De in/temperatura calida. His uero qui à calida intempera tura afficiuntur cum mediocriter adstringentibus & refrigerantibus forinsecus stomacho ac uentri adhi/bitis,medeberis, ita ut quanto magis calor excellat, eo amplius refrigerãtia adaugeas. Cibum autem ex/hibebis halicam ex uino albo & tenui, & subadstrin/gente: ex uolucribus,macras & non fœtidas, ac quæ his consimiles existunt. Si autem humor tenuis bilio/sus aut serosus in uentris amplitudine continetur,te/nuissimo ptisanæ succo exhibito uomere cogimus, digitis aut pennis immissis. Aut aloes drac.i.cũ aqua tritam potandam damus: calidorum enim in uentre humorum optimum pharmacum est aloe, & in una sæpe die stomachicos sanet: si uero pituitosi aut ui/scosi & crassi humores amplitudini uentris innatent, aceto mulso utendum est, in quo ex incidentibus,ac repurgantibus,mediocriterq; calefacientibus quædã sunt decocta: his uero quibus uitiosus humor intrin/secus circa superficiem uentris infartus adhæret,ut æ/gre auelli possit, ex aloe picra appellata compositio

utilis existit, quæ uiscosum humorem repurgare consueuit, crassumq; extenuare, per uires eorū quæ cum aloe sunt commixta: quod si serosa humiditas tunicu lis uentris sit imbibita, quæ ut prædictum est, non solum ante cibum, sed post acceptum etiam uomitus mouet, primum Amazonum pastillus conuenienter exhibetur, qui picræ est subscriptus. Mediocriter enim per hunc uomitibus prohibitis. deinde ex aloe picra appellata utimur. Cuius compositio hæc est, Aloes dra.c.xylobalsami, mastiches, croci, spicæ nardi, asari, cinamomi, cuiusq; drac.vi. contere & repone arida, & exhibe perfecto pondere scrupulorum.xii. ex aquę frigidę aut calidæ cyathis.xii. Andromachus ad prædicta etiam floris iunci odorati drach.vi. adicit: & aloen lotam coniicere iubet. Verum quod cognoscere operæprecium est, ad uētris subductionem illota aloe conuenientior existit, quæ enim lota est, multum à medicamentaria facultate deponit: quam confidentius etiam exhibere quis possit, eis qui non ualde febricitant, & quibus firmitatem uentri addere uolumus. Quare scire oportet ex uitiatis humoribus affectiones circa stomachum & uētrem, per pharmaca ex aloe utiliter subduci & euacuari posse: quæ in maximam perniciem perueniunt per astringentium eduliorum, potionum, ac pharmacorum exhibitionem. Asclepiades autem picram eodem quo Themison modo apparare iubet. Habet autem hoc modo: Aloes drachm.c. mastiches, croci, spicæ nardi, asari, cinamomi, cuiusq; unc.i. & pro xylobalsamo carpobalsami unc.i. contundito ac per angustissimum cribrum excutito, siccumq; ne in aerem transpiret adseruato, & drach.i. tantum ex frigida præbeto, nisi menses ciere uelis, nā tum præstat præbere ex uino. Educit menstrua fœminarum: facit & ad uuluæ affectiones: proprie autem ad stomachi subuersiones: conducit hepaticis, affectionibus renum atque omnino

admirandam potentiam habet. Ad refrigeratos autem & qui pituitam crassam & uiscosam in uentre habent, subiectum pharmacum cōmodum existit. Calefacit enim & extenuat ac diffecat: crasiciem, uiscositatemq; repurgat. Habet autem hoc modo: Cortis radicis fœniculi uiridis sexuncem, aceti sesquisextarium, aloes quadrātem. Cortex cum aceto ad tertias decoquitur: deinde percolato aceto mellis attici unc.xv. adiicimus, & ad mellis crasitudinem coquendo redigimus, & contritæ in mortario aloe paulatim hoc ipsum acetum mulsum coctum affundimus: postea uero simul unita tollimus, ac utimur. Datur ad summum mensura cochleariorum trium. Alia cōpositio quæ dulcis appellatur. Aloes septuncem, iridis sextantem, mastiches sesquiunciā, nardi celticę unciam.i. piperis drachmas quatuor, myrrhæ drachmas quatuor, aceti chœnices septem, cyathos septē, mellis libras tres, sextarium unum, corticis radicum fœniculi libras tres. Corticem fœniculi in aceto præmaceratum ad tertias decoque & percola, residuoq; aceto mel adiice, ac rursus decoque usquequo probe cogatur, deinde sicca in mortario simul ammisce, & cochlearium unum exhibe. Conducit frigidioribus temperaturis, & aluum pituitosiorem mediocriter soluit, & caput leuius reddit. Amazonum pastillus. Facit ad uoluulosas stomachi subuersiones. Voluulosas autem fortes stomachi subuersiones appello. quem ad modum enim in uoluulis uomitus cum uehementi contentione fiunt, & stercora reuomunt: ita etiam alios uomitus cōcitatos uoluulosos appellare possumus. Consequuntur autem huiusmodi uomitus ubi magna molestia affectis mēbris à serosis medicatisq; ac uenenosis humoribus est illata, & si aliquo modo imbecillior fuerit uēter, geminatur malū ex mordacitate. Quapropter ita instruenda curatio est, ut simul odoras qualitates affectis membris

offeramus: quales sunt aromatorum quorundam & seminum in ciborum usum uenientium: uelut est anisum, & apium, & similia. Quem ad modum enim grauiolentia omnia stomachum subuertere consueuerunt: sic odora corroborant, maxime quæ nobis sunt familiaria & in cibo accipiuntur. In quibus itaq; coniectamus seroſos humores in uentris tunicas imbibitos esse, his hoc pharmacum magis cõueniet. Quibus uero circa superficiem uentris tunicarum infarti adhærent, eis picra utilius exhibetur. Quod si exhibitam picram reuomant, coniectare oportet mixtam esse affectionem, & tum tunicis imbibitos, tum superficiei infartos humores, in uentre abundare, quare utile fuerit pastillum præbibendũ exbibere, ut mediocriter uomitum prohibeat: deinde autẽ pharmaco picro uti. Est autem pastilli compositio hæc: Seminis apii drac.vi. anisi drac.vi. comæ absinthii drac. iiii. myrrhę drac.ii. piperis drac.ii. opii drac.ii. castorii drac.ii. cinamomi drac.vi. in pastillos redigito, & adsummum drac.i. exhibeto. Ego uero, inquit Galenus, præscriptum pharmacum citra myrrhæ admixtionẽ apparare consueui, ob medicamentariam eius uim, piperis pro eo coniiciens drac.ii. ita ut in uniuersum piperis drac.iiii. accipiantur. Datur stomachicis ex uini diluti cyathis.iii. Cholericis autẽ siue bilem effundentibus ex aqua frigida. His autem qui cibum reuomunt, siquidem siticulosi fuerint, & caloris sensus eos circa os uentris infestet, & sanitatis tempore frigidam bibere sint adsueti, similiter ex frigida præbe: si uero non ita habeat, ex calida. Cœliacis, & ad intestinorũ tormina ex decocto myrti, splenicis cum aceti mulsi cyathis tribus. Asclepiadæ pastillus inexuperabilis, after appellatus. Pharmacum quod prospere accommodatur, dolorem leuans, somnum inducens, multæ omnino utilitatis: etenim morbos circa stomachum mirabiliter sanat, acidos ructus & difficilẽ con-

coctionem aufert, intestinorũ tormina, & uoluulos, inflatiõesq; curat. Prodest hic pastillus ad capitis dolores potatus, & aceto dilutus forinsecus fronti illitus. Ad dolores aurium facit perdicii succo liquefactus: facit & ad dentium dolorem tritus & galbano exceptus, aut fici succo, & cauernæ inditus. Ad oculorum affectiones & fluxionũ impressione passo diluitur, & lana ex eo irrigata imponitur. In tonsillarũ affectiõibus tepefactus ac dilutus ex aqua mulsa præbetur gargarissandus. Vtilis est ad omnem sanguinis fluxum uino myrtite dissolutus. Ad destillationẽ inueteratasq; & recentes tusis affectiones, uino scybelite aut thereo eliquatus. Prodest suppuratis, & phthisicis marrubii decocto liquefactus, prodest dysenteriacis, cholericis, & sanguinem reiectantibus, sanguinariæ succo dilutus, prodest ad omnium reptilium plagas ex rutæ decocto potatus. Soluit per circuitũ repetẽtes febriles accessiones, si duabus horis ante aduentantem febrem ex uini diluti cyathis.iii. exhibeatur. Fœminarum menses ciet artemisiæ succo dilutus ac potatus, facit & ad ueficæ affectiones uino mulso solutus, quo modo & ad uuluæ strangulationes prodest potatus, facit ad articulorum dolores & podagram gentianæ decocto dissolutus ac potatus. Compositio autem eius hoc modo habet: Castorei, opii, myrrhæ, cuiusq; drach.iiii. spicæ nardi, casiæ, terræ lemniæ, corticis mandragoræ, cuiusq; drac.iiii. croci dra.vi. dauci, styracis, anisi, seseleos, seminis hyoscyami, cuiusq; drac.viii. myrrham, styracem & opium in uino odorato dissolue: reliqua autẽ contusa & cribrata insperge, ac simul unita in pastillos redige, ciceris magnitudinem æquantes, quibus in umbra deficcatis utere. Et de pharmacis quidem quæ in potum sumuntur hactenus. Decubitus autẽ sursum uergens in omnibus quomodocunq; nauseantibus & uomentibus adornetur, in conuenienti & affectioni cõtraria

domo. Quæ frigida quidē sit, affectione existente ca/lida. Contra uero calida, ubi frigida affectio existat. Extremæ corporis partes fricentur, manibusq; calefactis palpentur, quin & uiolentius adstringantur, deinde pedes & manus in aquā solito calidiorē demittantur. Odoramenta autem admoueantur naribus olfacienda boni odoris: uelut rosæ, mala cotonea, pulegium, menta, malabathrum, spica nardi. Caput uero fomento olei dulcis frequentius irrigetur: in calidioribus uero ex rosaceo. Stomachus absinthii cremore irrigetur, rosaceo in calidioribus ammixto: nardino autem in frigidioribus, apio insuper, aut cumino, aut petroselino adiuncto. Ex quibus si nullum commodum sentiatur ad cataplasmata ex palmis transeundum, quæ paulo post dicentur. Conueniunt etiam ea quæ aloen, absinthium, & mala cotonea accipiunt, & aliquando quoq; alumen. Idem præstant & cerata ex his apparata. Si uero inflammatio circa præcordia existat, communia cataplasmata adhibeātur. His qui stomacho exuruntur, frigida etiam aqua quàm plurimum decocta, deinde rursus refrigerata absorbenda præbeatur, ita ut cyathi unius mensura, aut duorum, aut etiam trium, paulatim tamen absorbeatur. Colluta etiam & in ore retenta, nauseas tollit, his quibus propter obstaculū aliquod potus eius negatur. Eodē modo assumitur posca diluta. Portulaca etiam commanducata, & ossa myxarum, & cucumeris semen cochlearii mensura mirabiliter prodest. Porrò affectione diutius permanente, & cibis præ morbo non retentis: cucurbita ad os uentris cum plurima flamma affigatur, donec locus rubefiat', atque ipsa adhuc affixa cibus præbeatur. Ad quotidianas autem nauseas, & acescentem cibum, ac uomitus: coriandri semen tenuissime tritum, cochlearii mensura, ueluti farinā aquæ insperſum bibēdū præbe, aut mastiches cochlearе ex frigida aqua, aut lactucæ albæ semen cochlearii

mēsura ex aqua, præbe his qui stomacho exuruntur.

Cataplasmata & epithemata ad nauseas & uomitus. Cap. XI.

Cataplasmata ad eos qui cibum nō retinent, quos ueteres proprie stomachicos appellauerunt. Farina fœni græci, & maluæ semen aridum tritum, melli cō/misceatur. Si uero præ duritie contundi non possit, maluæ semen, ipsum decoctum & tritum modico o/leo adiecto in malagmatis formam reducito, & uti/tor. Aliud. Lolii & irionis farinam subige cum melle, & pro oleo liquidam picem admisce. Ceratum autem conuenit ex olei irini fece, ceraq; ac modico castorio. Aliud ceratum. Ceræ quadrantē, olei irini sexuncem, galbani unc.i. opopanacis drach. iiii. castorii drachm. iiii. Opopanax aceto teritur. Manifestum est autem talia in frigidis dispositionibus adhiberi. Cæterum epithemata hæc ad prædictas affectiones per experientiam, ut Galenus inquit, conducunt: non modo eorum qui ea descripserunt, uerum nostro quoque iudicio comprobata. Asclepiadæ epithema ad stomachi subuersiones & choleras, siue bilis effusiones. Oenanthes, croci, florum rosarum, sartulæ campanæ, mastiches, singulorum drachm. viii. cum pasis palmis subige, modico rosaceo affuso, & uestis detritæ panniculo excipe, stomachoq; ac uentri impone. Aliud. Oenanthes, omphacii, florum rosarum, mastiches, singulorum drachm. iiii. aloes, aluminis scisi, utriusque drachm. iiii. uini dulcis myrtei quod satis est. Trita excipe palmis pasis, & utere. Aliud epithema, ad stomachi imbecillitatem, & dolorem, & ad eos qui cibum retinere non possunt. Palmarū passarum sexuncē, œnanthes unc.i. thuris unc.i. mastiches un.i. cerę lib.i. unguēti nardini aromatis inspissati lib. ii. uini quantū sufficit. Palmas in uino ueteri macerātas optime cōtere: deinde mastichen & thus unum

quodq; per se optime tritum adiice, ac rursus simul tere. Liquefactæ autem cum unguento nardino ceræ œnanthen tenuissime tritam insperge, simulq; unita & refrigerata ad reliqua in mortarium coniice, & pro be remollitis utere. Aliud epithema, ad stomachi subuersiones, & circa ipsum uexationes, facit & ad particulares inflammationes. Oenanthes bessem, croci, rosarum siccarum, sertulæ cãpanæ, mastiches, ramentorum electri, sin. dra. iiii. carnis phœnicobalanorum quadrantem, uini myrtitæ quantum sufficit. Arida contunde & per angustissimum cribrum excute, & uino myrtitæ diluta ad cerati crassitudinem redige: deinde palmarum carnem adiice, simulq; contunde, & cerato ex oleo rosaceo apparato excipe. Post uero linteolo infartum ad os uentris impone. Prodest etiam oculorum inflammationi.

De cholera, seu bilis effusione. Cap. XII.

Cholera appellatur quũ ob multas cruditates uomitus biliosus & nidorosus & acidus oboritur, ad plures horas continue perseuerans, & uenter inferne eadem excernit: sequiturq; sitis, & exudatio, & impeditus pulsus, musculorumq; manuum ac pedum, maxime uero surarum contractio & tensio. Si quis igitur mox in principio, aut coaceruatim, ea quæ efferũtur cohibere aggrediatur: is maioris mali autor erit: inutilia enim quum sint, euacuatione opus habẽt, quare conuenit si non sponte ferantur, opportune irritare, aqua tepida exhibita, ac ægro uomere iusso, aqua enim mulsa mordacitatem operatur, torsionesq; auget: aqua uero oleo mixta, auget fluxiones. quare aqua tepida potata uomant, quotiescunq; quidem cibis nimium fuerint expleti, prius quàm illi corrumpantur. Adiuuare etiam oportet per sedem excretionem: alienum enim uelut uenẽnum insidens, & uentrem ac intestina rodit, & humores ex uniuerso corpore adtrahit. Per uomitus itaq; oportunam prouocationem

cationem, uomitus ipse soluitur & cessat. Quum uero humorum excretio quieuerit: colliquamenti autem & tabefactionis signa in excrementis ipsis appareant, ueluti si sint rasurę similia, strigmẽtitiaq; & mucosa, & gracilitas per ambitum corporis fiat, & maxime si uenter consideat & adstringatur pulsusq; immiuatur ac præter modum condensetur, tunc sanè uentrem cooperire & fouere oportet, membraq; & artus ac musculosos similiter locos, oleo multo calido impinguare, & uinculis adstringere extremas corporis partes. cataplasma quoq; uentri imponendum ex palmis & œnanthe, quibus hypocisthis, & acacia, & rhus ruber, & malicorium sint ammixta. In potu uero frigida aqua cyathi mensura præbeatur absorbenda: cauendum tamen ne nimium frigida existat. Acceruatim enim exhibita reuomitur: & quæ ualde frigida est, aliquando innatum calorem stupore suo extreme offendit, aut inflammationem stomachi aut uisceris alicuius efficit. Inspergantur autem aliquando aquæ sorbendæ pampini uitis, aut mali punici succus modicus instilletur. Si uero & hoc reuomat, crassa etiam sorbitio ipsa facienda est, per micarum intritionem, & per cochleare exhibenda. Etenim si aceruatim deuoretur, aut reuomitur, aut infra detrahitur. Annitendum est etiam ut priore sorbitione uomitu reiecta, rursus altera exhibeatur: dandus item mali punici succus cum mentæ succo absorbendus, micis minutissime tritis adiectis. Sit autem acidi mali punici succus, & multa quantitate mentæ succum excedat. Quod si acriora sint ea quæ excernuntur: cucumeris semẽ maceratum, desquamatum & tritum ex aquæ cyathis. iii. præbeatur: datur etiam utiliter cum amylo. Post uero somnus procurandus, & quies omni modo. At uero ubi intolerabilis effusio existat, & pulsus emolliatur, apprehendatq; frigiditas & exudatio, aliquando etiam singultus, ad unum transeundum est me-

diocriter adstringens,neq; uiribus ualidum, & quod dulce quidem sit,non autem odorum. Interant autẽ in ipsum micas,aut halicam iniiciant,si fieri possit,calidum,si uero non,frigidum : atq; ita paulatim & per interualla cochleare absorbeant. Sitim uero arcet polenta tenuis sine sale uino diluto insperſa & absorpta. Vini multitudo uitanda est,ac omni arte conandum ut ipsos sopiamus,ex rosis ac myrto domus pauimẽto constrato. Odoramenta quoq; naribus admouean tur,mala cotonea, & similia. Reliqua autem omnia eo modo adhibeantur, quo supra in æstuantibus febribus est prædictum. Illitiones etiam soporiferæ circa frontem assumantur. Aluo autem adhuc egerente,amylum cum decoctione capitum papaueris per clysterem infundatur : simul enim & cohibet & refrigerat, & somnum inducit. Ad uomitus uero coercendos commanducare conuenit, succumq; deurare,mespilorum, malorum cotoneorum, pyrorum crustuminorum,& uuæ,maxime quæ uinaceis interpositis seruatur,& pensilem quoq; unà cum uinaceis expedit manducare. Ad contractiones autem in musculis factas,uestis detritæ panniculi oleo calido madefacti conueniunt, contractis musculis impositi : & cerata humida aliquando castorium accipientia,& ex sicyonio aut irino oleo facta. Quibusdam eorum etiam maxillares musculi dolent : quos quum lana operire non sit facile (Est enim iniucundum, & sudor quoq; inde elicitur)illitionibus leniter factis molliores reddere oportet. In cibo exhibẽdi sunt pedes suilli cocti, pulli columbini & gallinarum, perdices,palumbi,turdi,& consimiles his existentes. Asclepiades autem cholericis eiusmodi electum plane remedium describit,inutilibus tamen omnibus prius sufficienter euacuatis. Baccarum myrti nigrarum exacinatarum italicum sextarium unum, florum rosarũ tantundem,carnis palmarum numero uiginti,aquæ po-

tabilis sextarios sex.decoque ad tertias, & expressum ac percolatum liquorem rursus per se decoque, donec ad sextarium unum redigatur : cui deinde passi myrtitæ sextarium unum affunde, rursusq; decoque donec ad mellis crassitudinem cogatur,& utere. Datur ante & post cibum cochlearii mensura. Vtere etiã ad hos potiõibus & epithematibus ad stomachi subuersiones præscriptis.

De stomachi adstrictione. Cap. XIII.

Oboritur aliquibus post cibum acceptum, circa concoctionis & digestionis tempus, stomachi adstrictio itemq; alui. æstuat autem uniuersum corpus, maxime uero manuum ac pedum extremitates: & facies ipsa rubescit: pulsus autem in dẽsitatem permutatur. Hos multi etiam febricitare existimant. Nocumentum autem omne circa digerendi alimenti difficultatem contingit: consistit enim ut plurimum in aridis & condensatam habentibus carnẽ,spiritu circa uias concluso & coarctato: utpote qui per uapores ab alimento prodeuntes inspissatur,& ob id quod non effletur immodice cõcalescit. Curantur autem hi in principio quidem constrictione & colligatione extremarũ corporis partium, fricationeq; brachiorum, cruriumq; ac coxarum: sæpe etiam extremitatum compressiõe, ita ut præcipiamus ipsis ut desideant, & decubitus quoq; formam erectiorẽ faciant. Quosdam & lectica gestare expedit, donec alimentum omnino subductũ digeratur. Ante augmenti tempus diligentiore totius corporis curatione utendum est, studio adhibito ut carnem mollem & humectam reddamus. Vtilis itaq; eis tunc ex oleo inunctio existit parum nitri habens admixtum. Inclinante autem morbo & uigore prẽterito: aquæ infusio ad manus pedesq; lauãdos cõmoda est, quo tẽpore aliquando & calidæ plurimũ potũ nõ improbo: nos enim remittẽte morbo, & paulo longioribus existẽtibus interuallis, plurimos ante ci-

bum lauimus,& uehemẽter iuuimus. Perfectiore autem declinatione apparente, etiam uinum exhibendum est,quo tota affectio corrigatur. Cibi autem sint facile digestibiles, & quibus concoquendis corpus sufficit: quos diuidere etiam conuenit, maxime si bis cibum sumere sint adsueti. Quod si in uisceris inflammatione, adstrictionis stomachi accessio contingat, illã ipsam prius curatione aggredi ac demoliri oportet,per fomentorum & cataplasmatum adhibitionẽ. Cæterum hæc ipsa adstrictionis stomachi accessio frequentius in eis apparet,qui hepar præter naturam dispositum habent.

De humoribus à capite in uentrem destillantibus:ex Galeno. Cap. XIIII.

Capite ex intemperie affecto ut multa generat superuacanea recrementa, omnibus subiectis organis inde nocumentum infertur, recrementis uidelicet ad ipsa delatis,& promptissima quidem ad os & ad nares delatio existit,deferuntur autem & ad thoracem, aliquibus etiam ad aures. Delationem autem ad os, stomachus excipit atq; aspera arteria. De aliorum sanè membrorum nocumẽto,iam prædictũ est. Quum uero ad stomachum fluxus deferatur,& frigidus existat,ad frigidam intemperiem corpora perducit,calidus contra in calidam:hic exulcerat quoq; temporis progressu: in principio uero appetitui nocet & concoctioni. Si igitur frigidus fuerit defluxus,tardas cõcoctiones & cruditates efficit: si uero corruptus, in corruptionem adiget cibos:unde nidorosæ, aut fœtidæ,aut acidæ eructationes producentur, aut etiam alterius cuiusdam quæ nominari non potest, aut etiã nomen habentis qualitatis. Vbi uero altius descẽderit nocumentum, etiam intestinum ieiunum afficit,& ad colum usq; pertingit, atq; ad uenarum mesenterii uasa,per quæ ad hepar ipsum alimenti distributio cõtingit. Et quibusdam quidem deiectio appetitionis

accedit:aliquibus uero appetitiones rerum præter naturam,quas appellant caninas,aut etiam ciborum uitiosorum concupiscentiæ. Optimum itaq; est in his uelut fontem malorum excindere: capitis uidelicet sanitati prospiciẽdo:aut si hoc impossibile sit facere, ob uehementiam naturalis intemperiei: omnino tamen eius saluti consulere oportet: indicatione ex figura eius accepta,quomodo ei subueniri possit:non enim quem ad modum aliqui medici, qui ad omnes diuturnas capitis affectiones semper ex thapsia & sinapi cataplasma imponunt,sic & te facere uolo. Lauacris itaq; multis calidis potabilium & dulcium aquarum consolari eos oportet,discussis simul calidis iu capite uaporibus, & omni temperamento melius permutato. Nociuus autem est eis usus aquarum natura sua calidarum: quæcunq; enim ex eis sulphurulentæ sunt,ac bituminosæ, ob caliditatem suam capitibus natura calidis aduersantur. Quæ uero aluminosæ,coarctatione sua caput offendunt. Solis itaq; dulcibus aquis citra læsionem uti poterint. Quicunq; uero ualde calidum ac perustum habent caput, his melius est ut æstatis tempore ungantur optimo rosaceo, ex solis rosis ac oleo omphacino præparato. Aliquãdo uero caput euaporationes calidas ex uentre suscipiens, dolore ac intẽperie afficitur. Et propterea uentris curam habere oportet,ipsiq; robur indere, ut biliosus humor aut omnino non confluat in ipsum,aut quàm celerrime euacuetur, atq; hoc per absinthii,& picræ ex aloe compositionis potum. At uero quę forinsecus adhibentur uentri in his ungenta, moderate sint adstringentia. Tale autem est æstate melinũ, hyeme uero nardinum. Aut mulierum ungenta, quæ foliata & spicata appellant. Nam & ipsa calefaciunt ac roborant uentrem. Vere autem idoneum est mastichinum. Quod si non solum caput calidos serosos humores ad uẽtris locos demittat, sed etiã ipse uen-

ter propriam intemperiem calidam habeat, refrige-
rantibus eduliis ac potibus & illitionibus ſemper uti
conuenit, ita ut plus aut minus permutatio ſaltem in
his fiat. Similiter autem etiam ubi ambæ partes, uen-
ter uidelicet ac caput, frigidam habuerint intempe-
riem, calidis quidē eduliis ac potibus & illitionibus
uti oportet, uerum uires ipſorū permutare, iuxta an-
ni tempora temperamēto ipſorum auctо, aut remiſ-
ſo. Cæterum grauis mixtura eſt, quum aut in uētrem
calidum defluxerunt ex capite frigidi ac pituitoſi hu-
mores, aut in frigidum calidi. Intractabilior eſt autem
ea, in qua in calidum uentrem pituitoſi ac frigidi hu-
mores deferuntur. Peſſima uero ubi cum his etiam
uenter ſupprimitur. Corrumpūtur enim humores in
uentre moram trahentes, ut & mordeant ipſum, & ui-
tioſos uapores ad caput remittant. Etenim pituita in
uentrem defluens calefacientibus ac attenuantibus
opus habet. Os autem uentris ubi natura calidū fue-
rit, à calefacientibus. Quare conari oportet in his, ut
pituitam in uentrem defluentem, per ea quæ nō ual-
de calfaciunt ſecemus. Quale eſt acetum mulſum ſim-
plex, cuius præparationem inter concoctoria refere-
mus. Quum uero pituitoſus humor à capite in frigi-
dum natura uētrem defluxerit, huius affectionis me-
dela facilis eſt, ſi mane ſimplex pharmacum ex tribus
piperis generibus conſtans ſumatur. Sed & ſolum pi-
per exactе tritum, aquæ ammixtum bibere licet. At
uero abſinthii potus ita affectus ualde aduerſatur. Pi-
tuitoſum enim humorem ipſorum uētri infarcit. Sed
neque aloe ſola per ſeipſam his prodeſt. Biliоſi enim
humoris attractoriam uim habet, non pituitoſi. Et
propterea bene inuenta eſt compoſitio picra appel-
lata, quæ propter aliorum acrium ac calidorum am-
mixtionem, craſſos ac uiſcoſos humores ſecat. Ve-
rum fieri non poteſt ut quis hac aſſidue utatur, quem
ad modum ea quæ ex tribus piperis generibus con-

ſtat, & ſimiliter quæ ex calamintha. Etenim ſi om-
ni hora etiam his utatur, qui frigida uentris intem-
perie laborat, nullum amplius nocumentum ex-
perietur.

Diæta conueniens his qui ſtomachum ha bent diſſolutum, aluum autem ad- ſtrictam. Cap. XV.

Grauis & ægre tractabilis complexus, huiuſmodi
corporis apparatus ac diſpoſitio exiſtit, in quo diſſo-
lutum & nauſeabundum eſt os uentris, quod ſtoma-
chi quoque appellatione uenit: aluus uero eſt adſtri-
cta: quæcunque enim ipſam ad egerendum impel-
lunt, ea omnia ſtomachum ſubuertunt, utq; & in eo
cibi innatent, & nauſeabundus ſit efficiunt, ad quæ ne-
ceſſario conſequitur, cibum quoq; non probe con-
coqui. Si uero rurſus ea quę ſtomacho grata ſunt edu-
lia eis exhibueris, ad tres aut quatuor dies aluus inde
adſtringitur. His igitur in tempore diæta conſtituen-
da eſt. ac in principio quidem exhibenda ſunt olera
ex oleo & garo condita, & alia quæ uentrem emol-
lire conſueuerunt. Poſtquàm uero ſufficiēs nutrimen
tum ingeſſerint. ad extremum aliquid eorū quæ ſto-
machum corroborant, accipiant: uelut ſunt poma &
pira, & aliqua mali punici genera, quæ citra acorem
adſtringunt. Ipſe autem homo affectus, omnibus his
partim experimēto cognitis, quodcunq; tandem mi-
nime nociuum & iucundiſſimum repererit, eo dein-
de utatur: neque tamen multum ex ſingulis horum
generibus acceptādum eſt, ſed quantum imbecillitati
ſtomachi curandæ ſuffecerit. Facile enim ſolubilis
aluus ita adfectis fit, quando, ut dictum eſt, à cæteris
cibis aliquid eorum quæ ſtomachum adſtringunt co-
mederint. His enim os ſtomachi corroboratum, ea
quæ uentri innatant deorſum propellit.

De ſtomachi inflammatione. Cap. XVI.

Os uentris, quem ad modum & ipſum hepar, eo-

rum quæ adstringũt complexu ſemper quidem opus habent, multo maxime uero ubi fuerint inflammata. Si enim per laxantem diætam ac ductum, citra eorũ quæ corroborant admixtionem curentur, periculum uitæ incurrunt. Medici nanq; qui laxante diæta in eis utuntur, uelut est oleum dulce per se, animi deliquii ipsis autores existunt: neq; enim ullum noui stomachicum aut hepaticum, qui in eiusmodi medicum inciderit, seruatum. Oportet itaq; siue cleũ sit, quo inflammationem patientes fouentur, siue cataplasma ipsis imponatur: semper aliquid ex adstringentibus amiscere: uelut est unguentum nardinum, aut melinũ, aut ipsum malum cotoneum in oleo decoquere, mastiche simul ammixta. Ceratum autem quo assidue in stomachi inflammatione utor, hoc est. Ceræ tyrrhenicæ unciam unam, unguenti nardini tantundem, uel quantum sufficit, aloes drac.i. mastiches drac.i. Quod si maiori adstrictione indigeant, tanta nimirum imbecillitate & dissolutione existente, ut neq; cibos continere possint, omphacii succi sicci drac.i. aut succi absinthii tantundem est ammiscẽdum, aliquando etiam ambos addere oportet, & tertium quod ipsis conuenit, hypocisthidis succus existit, & œnanthes, & rhois rubri succus, iuxta eã quæ adest uidelicet dispositionem. Cerati autem amplitudinem augere oportet iuxta proportionem & mensuram reliquorum pharmacorum: ueluti si quatuor drachmæ aliarum rerum cõgregentur, cerati nardini unc.iiii. esse cõuenit, duas qdẽ cerę, duas reliquas unguẽti nardini. Quod si durius adhuc pharmacũ ipsum appareat, apponẽdũ est unguẽti nardini quantum omnino satis erit. Aliud ceratum. Ceræ trientem, rosacei unc.x. gallarum, aluminis scisi, aloes, florum rosarum, mastiches, singulorum drach.i. Vtere in his qui uehementi adstrictione opus habent. Cataplasmata autem inflammatis conuenientia, fiunt ex hordeo & semine lini, melę; & unguento nardino, modicoq; uino, adiecta mastiche & absinthii coma. Ad diuturnas autem inflammationes & iam induratas, magis uaria pharmaca adhibere oportet: quę & emollientium generis & discussoriorum existunt: ueluti est quod fit ex sertula campana, seu meliloto. Compositio autem eius multorum modorum est, propterea quod omnibus iuxta præcordia inflammatis conducat: magnaq; differentia eius sub alia atque alia forma apparati existat: alius enim apparatus circa stomachum inflammationibus, alius inflãmato hepati, aut spleni utilior extat. Epithema stomachi, quod Philagrius composuit, & frequenter apparatur. Ceræ quadrantem, œnanthes unc.i. aloes sextantem, mastiches sextantem, ammoniaci thymiamatis, bdellii, cuiusq; unc.i. adipis anserini trientem, styracis unc.i. œsypi bessem, olei rosacei libras.ii. uini quantum sufficit. Stomachicum contusum: Andreæ Comitis. Cypheos, styracis, terebinthinæ, cuiusq; quadrantẽ, bdellii, aloes, mastiches, cardamomi, cuiusq; sextantem, comæ absinthii unc.i. propolis trientem, ammoniaci thymiamatis sexuncem, ceræ unc.x. contunde & utere. Ceratum emolliens & relaxans ad induratas inflammationes. Olei sestariũ.i. aquæ cyathum.i. adipis suilli recentis sexuncem, ceræ trientem, chamæmeli quadrantem, scillæ quadrantem, anchusæ sesquiunciam Epithema ex meliloto: Oribasii. Meliloti bessem, ammoniaci thymiamatis quadrantem, bdellii quadrantem, myrobalanorum sextantem, œnanthes sextantem, cardamomi un.i. croci, cyperi, iridis, myrrhæ, zingiberis, aloes, amomi, spicæ celticæ, casiæ, cuiusq; unc.i. cerę libr.i. terebinthinæ unc.xvi. melini, aut nardini, aut rosacei libr.i. Aliquando & succi balsami sextantem, thuris unc.i. Arida contusa & cribrata cum modico uino in pila conterito: reliqua uero in uino diluito, & liquefactis quæ liquescere possunt, affusisq;, oia simul unito

ac utitor. Aliud ex meliloto, ad omnem præcordiorum induratam inflammationem, & ad colicos ac dysentericos, quod & in Alexandria apparare cõsueuerunt, quo uti soleo, hoc est: Meliloti, cyperorum, myrrhæ, nardi celticæ, cuiuscũq; unc.i. croci drac. viii. cardamomi drac. viii. cypheos drach. xvi. ammoniaci thymiamatis drachm. xl. terebinthinæ drachm. lxxx. ceræ drac. clx. olei cyprini drac. cxx. uini quantũ sufficit. Epithema ex mastiche. Terebinthinæ dodrantem, ceræ unc. xviii. mastiches dodrantem, adipis tauri ni dodrantem, mellis lib. ii. rosacei libras. ii. Epithema aliud, ad induratas stomachi inflammationes, & ad omnem duriciem, ac diuturnam in ipso affectionem: in senibus præsertim & qui uergentis sunt etatis, experimẽto clarũ. Colophoniæ pellucidæ sextantẽ, cerę puræ un. i. mastiches purę un. i. olei cõmunis, cochleare. i. tãtũ. Omnia depurata in ollã cõiecta super carbones liquefacito, assidue agitando, donec exploratũ habueris quod in frigidã aquã destillata in pastilli modum emollire ac cogere possis. Vtere, non cõtempta ipsius uilitate. Epithema stomachicum ualde celebre, ad stomachi inflammationes & duricias, itemq; debilitatem. Micarum siliginearum quadrantem, carnis palmarum pinguium unc. i. meliloti un. i. comæ absinthii drac. iiii. mastiches unc. i. aloes drac. iiii, adipis anserini recentis sextantem, ceræ quincuncem, olei amari præ immaturitate acerbi sexuncem, styracis unc. i. pilularum chamæmeli unc. i. Palmas, melilotum, chamæmela, ad uesperam in sapam maceranda coniicito, & sequenti die lento igni decoquito, exprimito & percolato, atq; in decocto micas maceratas rursus percoquito ac conterito: styracem uero per se cum pauco oleo liquefacito, atque ita solutum micis tritis ammisceto, & ceratũ affundito: post uero liquefactis quæ liquefieri possunt, aridisq; insperfis simul omnia in mortarium diffundito, ac subactis & simul unitis utitor. Ante pharmaci impositionem stomachum ex oleo & modico uino irrigato, in quibus absinthium sit decoctum. Emplastrum ex micis emolliens, relaxans, ac diffundens: facit ad inflammationes in quocunq; tandem loco induratas, emolliens, & discutiens, ac firmitatem addens. Radicis altheæ libr. ii. phœnicobalanorum libr. ii. fœni græci lib. i. seminis lini lib. i. chamæmelorum, melilotorum, singulorum sexuncẽ, uini ueteris odorati adstringentis sextarios octo, spumæ argenti, ceruſæ, colophoniæ, cuiuscũq; libr. ii. ceræ libr. i. therebinthinæ lib. i. olei ueteris libr. ii. aquæ libr. ii. panis siliginei aridi contusi & cribrati libr. v. Herbæ uino præmaceratæ, deinde decoctæ exsuccantur, in succo uero panis contusus & cribratus maceratur. Sequenti deinde die spumæ argẽti & ceruſa in aqua teruntur, & adiecto eis oleo, donec non amplius manus inquinent, decoquuntur, eisq; liquefacta iniiciuntur: atque ab igne ablatis, fermentata panis farina emollita paulatim ammiscetur, assidue tamẽ omnibus cum spathula agitatis: & post in mortarium coniectis, ibiq; primum pistillo, post etiam manibus fortiter emollitis utitor. Epithema Nilei, ad induratas tum stomachi, tum hepatis inflammationes. Ceræ libr. i. croci drach. iiii. ammoniaci thymiamatis sextãtem, rosacei aut nardini lib. i. Crocum & ammoniacum aceto trita diluito: ceratum autem liquefactum & refrigeratum eis affundito, ac counitis utitor.

De stomacho exulcerato. Cap. XVII.

Vlcere in stomacho aut uentre existente, omnium acrium rerum comestione abstinere oportet: succo autem ptisanæ, aut halicæ uti modico ammixto melle, quo per ipsum ulcera repurgentur & extergantur. In cibis enim exhibere oportet, aliquando quidem ea quæ ulcera repurgant, aliquando autem & quæ dolores mitigant, & mordacitatem obtundunt.

Post repurgationem uero quæ carne explent, deinde quæ ad cicatricem perducunt: uelut sunt ea quæ adstringunt. Forinsecus autem epithemata his conueniunt ex palmis, & malis cotoneis, ac polenta. Ceratum uero imponendum ex melino aut rosaceo, ammoniaco thymiamate, & thure ammixto. Epithema autem eis conuenit Nilei. Et tempore inductionis cicatricis emplastrum ex salicibus, & quod Iceseum appellatur.

De his qui à stomacho, comitialis morbi modo conuelluntur. Cap. XVIII.

Quidam homines ubi diutius ieiuni permanserint, præsertim quum tristitia interim affecti, aut ira concitati, aut curis anxie torti fuerint, comitialis morbi accessione comprehenduntur, & concidunt conuulsi. Plures autem eorum qui hoc modo afficiuntur, gracilis habitus sunt, & assidue bilis in stomacho ipsis efferuescit. His sanè stomachus subtiliore sensu prædituus existens: & cerebrum per consensum affectũ, uniuersum corpus conuulsionis modo lancinat. Commune autem cõsilium omnibus hominibus medicinæ quidem ignaris, ratiocinatione autem non inexercitatis subiiciam: ne quem ad modum plerique è uulgo homines rationis expertium animalium more uiuant, eorumq; modo se habeant: uerum per experiẽtiam iudicent: qui cibi ac potus eis noceant: itẽ quales ac quanti officiant motus. Similiter autem & circa rei uenereæ usum obseruent, num innocuus ei existat: an contra nociuus, multos enim noui, qui ex rei uenereæ usu maximum periculum incurrerũt. Oportet itaq; hos ipsos bonam & exquisitam concoctionem sibi prouidere: & tertia aut quarta diei hora panem diligenter apparatum accipere, solum quidem, si non siticulosi existant, siti uero urgente, ex uino dilu to mediocriter adstringente & albo. Hæc enim uentrem corroborant, & caput non percellunt, quem ad

modum fortia facere consueuerunt. Exhibere etiam eis oportet ex aloe pharmacum, bis aut ter in anno. A superfluis enim recrementis totum uẽtrem repurgat, & ad propria munia obeunda efficaciter corroborat. Vidi autem & alios in ore uentris comitialis morbi modo conuulsos, quum uehementi cruditate laborassent, aut uino multo meraciore se ingurgitassent, aut intempestiuius re uenerea fuissent usi. Quosdam etiam in febribus uidi repente conuulsos: qui biliosо uomitu succedente, uestigio ab omnibus affectionibus sunt liberati. Quidam autem ex ita affectis fusca uomuerunt: quidam uero porri succo consimilia, quidam à multitudine uitiosorum ciborũ aggrauati, sensus ac motus priuati munere, à sopore grauissimo sunt apprehensi ac detensi, quousq; ea quæ os uentris compresserant omnia euomuerunt. Multis uero non insomnia modo, sed & somni perturbãtes, & deliria, ob uitiosum humorem in ore uentris congregatum, accesserunt. De inflatiuo autem & præcordiali appellato morbo, nullus est qui non uerba fecerit, quomodo uidelicet tristes, & desperantes, & mœsto aspectu reddat, & (ut in uniuersum dicã) nulla re ab iis qui atra bile afficiuntur differentes aut inferiores. Apparet autem & hos uehemẽtius post cruditates prædictis accessionibus apprehendi: plerique autem ex ipsis splenetici sunt, quæ res facit ut æstimemus & quendam ex splene confluere in uentrem uitiosum ac serosum humorem. Curatio uero his cõuenit eadem, quæ ad affectos ab atræ bilis deliriis est prædicta, in eo quo de capitis affectionibus egimus Sermone. Itẽ ea quæ paulo ante est descripta, de his quibus atra bile stomachus infestatur, & qui uentrem habent inflatum.

Viridis iaspidis usus: Galeni. Cap. XIX.

Viridis iaspis lapis stomacho, qui & os uentris appellatur, utilis existit pro amuleto appensus, cuius rei

multum experimentum fecimus. Oportet autem filo innexos ex collo suspendere, eo modo ut lapides os uentris contingant.

De appetitus perditione. Cap. XX.

Ventrem natura promptuarium creauit, ueluti terram plantis: dedit & indigentiæ sensum, cuius impetu animalia ad cibum ac potum concitata, iis se expleant: & uocatur quidem eiusmodi expletionis desiderium, Appetitus. Contingit autem ob indigentiæ sensum, quum uenæ ex cibis in uentre ad se adtrahunt, uelut emulgentes & exugentes: quam exuctionem quum uenter ferre non possit, sed inde ueluti dilaceretur, huius angoris remedium cibum exquirit. Itaq; exuctionis sensus, ipsa fames existit, & Appetitus appellatur Naturale opus, non animale existēs. Huiusmodi autem appetitum Euacuatio præcedit: & contingunt sanè quinq; accessiones ordine mutuo seipsas consequentes: Quarum prima, Euacuatio est: secunda, Appetitus naturalis membrorum euacuatorū: deinde, per uenas ex uentre Exuctio: post, Exuctionis sensus: & quinta, Appetitus animalis, qui omnium postremus existit. Itaq; appetitus perditio contingit, aut ob sensus exuctionis uenarum perditionē, aut quod exuctio non fiat, aut quod corpus non euacuetur. Contingit autem sæpe etiam ob immoderatam uentris & intestinorum fluxionem, & ob bilios humoris in uentrem delationem, tenacis q; & acris, ac porri speciem habentis: & ob pharmaci potionē: & ob sanguinis immoderatam detractionem: & in continuis ac uehementibus febribus, stomachiq; & uentris inflammatione, item hepatis, uesicæ & uuluę. Contingit etiā in colica & uoluulosa affectione. Maxima autem quod quis non esuriat causa caliditas existit, quæ solida corpora laxando exoluit, & ad attractionem imbecilliora reddit: humida autem diffundit, atq; amplius extendit. A plurimis etiam aliis cau-

sis appetitus perditio contingit. Itaq; si iuxta principium morborum accesserit, aut iuxta uigorē, quum uires adhuc sustinere possunt, nihil molestiarum infert: modico enim alimento ægri opus habent. Si uero in declinatiōe totius morbi appetitus perditio accedat, aut in diuturna imbecillitate, aut uiribus debilitatis, aut ex immodica euacuatione, periculo non uacat. Augetur autem affectio hæc & ab ætate. Incōmode enim hoc malo pueri afficiuntur, utpote qui natura uoraces sunt, & assiduo fomite opus habent. Quare magnus præter naturam excessus significatur, si pueri appetitus perditione fuerint affecti. Siquidem igitur ex uitiatorum humorum præsentia, appetitus perditio contingat: antequam aliam curam adhibeamus, delatos in uentrem humores, uomitu reiiciendos præordinabimus. Quod si ægre uomant, sorbitiones exhibere oportet, quæ eiusmodi humores inferne expellere consueuerunt. Deinde per ea quæ ad hanc rem commoda sunt, corpora ad bonum perducemus temperamentum. Si uero ex uirium imbecillitate appetitus perditio accedat, consyderare oportet qualis intemperies uires exoluit: & per contraria eam ipsam corrigere. Si uero ob inflammationem, aut obturationem alicuius alterius membri, appetitus perditio concomitetur, tum & illius habere curam conuenit. Conandum est etiam ut per odoramenta appetitum reuocemus: per polentam uidelicet posca madefactā, aut uino odorato diluto, aut malorum cotoneorum decocto, aut pyrorum, aut cucumerum uiridium maturorum cremore. Inunctione item leni & non nimium sedula idē conabimur, ac moderata corporis fricatione, atq; etiā pedum ac manuū palpatione ac contrectatione accuratiore. Insessus etiā lumbos ac pectinem amplectentes adhibēdi sunt, & aquæ affusiones, ac gargarissatiōes, absorbitiones quoq; aquæ frigidę modicę & dulcis.

Ab istis enim moliminibus sæpe ad accipiendos ci-
bos profecerũt,quin & digitorum in os immissione
stomachus lancinatus sæpe ad accipiendos cibos est
conuersus,quare hoc ipsum tum ante curationẽ,tum
post eam est faciendum,euomuntur enim aliquando
bilioſa aut pituitosa quædam,quæ perditi appetitus
in quibusdam sunt causa,atq; ita ab hac accessiõe eos
liberabis. Cibi apparentur plures & uarii ac optimo
apparatu,& ultra dulcedinem etiam illicientes & ap
petitum irritantes:frumentacei in primis generis, ac
multi alimenti:uelut est halica ex decocto palmarũ,
aut prunorum damascenorum lota,aut ex aqua mul-
sa diluta præparata,oua sorbilia:panis ex calida aqua
lotus,aut si ita adsueti fuerint,frigida. Diuitibus autẽ,
gallorum testes exhibendi sunt,& ex uolucribus non
grauolẽtes, & macræ ac montanæ, pedes suili in de-
coctione plurimum eliquati. Eiusmodi enim cibos si
gustauerint tantum,sufficiens alimentum deinde cor-
pori offerendum est. Omnia autem quæ exhibentur
eiusmodi esse cõuenit,ut facile deuorari possint,quæ
enim multa commanducatione indigent, iniucundi-
tatem quandam afferunt, & appetitum auertunt. In
his uero qui iam prompti sunt, cupidiq; cibum acci-
piendi coniectare oportet ne sufficientem mensuram
excedamus. Considerare etiam oportet,num ob na-
turalem infirmitatem,an consuetorum ciborum cupi
ditatem simulent appetitus perditionem: quod si ita
contigerit, quantum in nobis est: grauiter obiurga-
tos admonebimus, ne utilibus negligant obtem-
perare. Quod si non obtemperent, sed præ alimen-
ti negligentia contabescant, uicissim contemnere ac
negligere eos oportet, ac cibum parum deteriorem
exhibere:postq; primos affectionis dies, cataplasma
ex palmis, malis, œnanthe, absinthio, & aloe sto-
macho imponere: licebit & ceratis uti ex eadem ma
teria apparatis.

De appetitu

De appetitu canino. Cap. XXI.

Contraria appetitus perditioni affectio est,quæ cani-
nus appetitus appellatur: plures enim cibos appe-
tunt,atq; quum appetitum cohibere nequeant, in in-
gerendis nimiis cibis modum excedunt: deinde mul
titudine eorum aggrauati, & assumptos citra nocu-
mentum ferre non potentes, ad uomitum diuertunt:
deinde rursus cibo se explentes, rursus ad uomitum
reuertuntur,quem ad modum canes, ex hoc autem
aliquando & ad uomendi consuetudinem delabun-
tur. Sæpeq; etiam aliis affectionibus obnoxii fiunt,
cœliacis uidelicet & dysentericis,atq; aquæ inter cu-
tem:propterea quod prius quàm priores cibi sint cõ
cocti,alios ingerant. Quod si huius accessionis causa
humor quispiam uitiatus & acidus existat,qui os uen
tris mordeat & irritet, appetitumq; excitet: frigidus
enim humor uitiatus exuctioni consimilem morda-
citatem infert,ciborumq; appetitionem exuscitat, &
affectiõis naturalis,quæ fames appellatur, modo cor
pora ipsa uacua reddit, tunicuIis eorũ coactis & ad-
strictis: quapropter & egestiones multæ ex ipsorum
uentribus procedunt, crudis existentibus nimirũ ci-
bis,aut semicoctis. Itaque ubi cognouerimus ab hu-
moribus pituitosis & acidis fieri hanc affectionẽ, qui
in ipsum os uentris impacti,ac uelut aqua in spongiã
imbibiti,cogantq; & irritent & ad appetitum exusci-
tent, picrum appellatum pharmacum conuenienter
exhibebimus, quod nõ tantum calefacere potest,sed
dissecare,ac repurgare, extrahereq; ex profundo o-
ris uentris imbibitum humorem, & per aluum infer-
re euacuare,quin & robur uẽtri addit, ut ne facile no
ciuum humorem susceptet. Exhibeatur autem pon-
dere drachmarum quatuor ex uino cum aqua calida
diluto:si uero puer hac affectione laboret, & ob ama
ritudinem bibere nequeat,si quidem possibile fuerit,
in catapotia drac.ii.huius pharmaci digeremus,mel-

leq; forinsecus oblinentes deuoranda dabimus cum ouis sorbilibus aut ptisanæ succo: quod si neq; sic tolerare queant, ea quę dissecare & repurgare calefacereq; possunt in cibis annectemus: ueluti sunt allia, porri, thymus, satureia, origanum, pulegium, & quæ his similia existunt. Potum autem præbebimus ante cibum multum ac aceruatim bibendum, calidum sanè aut certe tepidiorem. Sorbitiones item appetitum destruentes, ueluti sunt pultes cum melle multo & oleo plurimo, aut adipe anserino, gallinaceo aut suillo, ex oleribus conuenit malua: cerebella item & pinguiores uolucrium partes, pisciumq; eodem modo, & omnino quæ appetitum auertūt, ac satietatem inducunt, & quæ magno cumulo accepta, modice alunt. Ammiscere etiam conuenit panibus dum fermentantur acriora & urinam cientia: similiter & uino quod in potu sumunt, uelut est cuminum, anisum, petroselinum, & quæ eius generis existunt: ad uinum etiam piper & mel & spica nardi ultra ea quæ dicta sunt, coniiciantur. Panis uero non sit recens, neq; ualde bene fermentatus. Vinum uero quod bibunt colore suluum, substantia tenue, odorumq; & non ualde uetustum, quod tum ieiunis, tum sumpto cibo plurimum prębeatur, quantum uidelicet bibere possunt. Ventrem enim excalfacit, & humorum destruit acorem, ut sæpe solum sufficerit cū pinguibus & oleosis cibis ad perfectam curationem. Abstinere autē oportet ab omnibus acidis ac adstringentibus cibis ac potibus, maxime uero à fructibus. Bellaria eorum sint pistacia, amygdalæ, nuces pineæ, colymbades etiam oliuæ exhibendæ ex melle. Conandum est etiam, ut lac ipsis exhibeamus, tum per se, tum cum passo aut melle: ita tamē ut obseruemus ac uitemus in eis, quibus in stomacho acescere consueuit: in his enim maius nocumentum quàm utilitas consequetur. Probe uero concoctum non solum appetitum obtundit, sed

& aluum obturatam emollit, fluxionesq; eius sistit, apparandæ etiam ex ipso lacte potiones & placentę, ueluti sunt dulciaria & oryza. Viscera uero cataplasmate hordeaceæ farinæ contegere utilissimum existit. Lauare autem per interualla oportet, cuticulamq; ipsorum large pinguefacere.

De canino appetitu, qui ex immodica traspiratione, ac cutis exolutione cōtingit. Cap. XXII.

Est & alia canini appetitus species, quum uniuersum corpus rarius existens, & per obscuram respirationem exhaustum, præter modum in asidua alimenti indigentia constituitur. Contingit autem id, aut ex facultatis retētiuæ in toto corpore imbecillitate, quæ cibis dominari non potest: aut ob plurimi caloris fortitudinem, qui instar ignis cibos consumit, & cutē rarefacit, ac exhalationem efficit. His sanè uentris egestiones longe pauciores procedunt, quàm pro eorū quæ ingeruntur modo ac proportione. Et stercora quæ egerunt, existunt sicciora. Itaq; pharmacum ex aloe eis infensissimum existit, item extenuatorii generis & discindentes tum potiones, tum cibi. Cutem enim magis rarefaciunt, exhalationem mouent, ac appetitum augent. Quare eorum qui hoc modo affecti sunt, cutem condensare ac spissiorem reddere melius est, cum oleo quopiam ex immaturis oliuis expresso, in quo myrtus, aut rosę, aut eius generis quipiam ad lentum ignem sint decocta, admixto etiam alumine scisso in aceto acerrimo prius trito, intātum ut ad strigmentitiam formam unguētum reduci possit. Abstineant autem à balneis calidis, consimiliq; aera, ac uini potu, & ab omnibus quæ tum extrinsecus, tum intrinsecus calefacere possunt. Ducantur ad lauacra frigida, siquidem nihil id fieri prohibeat: utpote corporis gracilitas, aut membrum aliquod refrigeratum, thorax nimirum, aut aliud quoddam. Cibi eis exhibēdi sunt stabiles, & ægre corruptibiles. Eius ge-

generis cochleæ existunt, & totum ostreorum quæ testis integuntur genus, si ex duarum aquarum reite-
rata decoctione apparetur: & polypi eodem modo. Carnes suillæ in uigore existentes, maxime uero uen-
tres & uuluæ. Bubulæ quoq; pinguiores, & omnia simpliciter pinguia, & quæ uentri innatant, tardeq; cõ
coquuntur, ac digeruntur. Ex ouis, ea quæ coquẽdo sunt indurata, aut sartagine fricta. Et similago absque
melle ex pinguibus iusculis apparata, similiter & dul-
ciarii panes, & oryza, & panes non fermentati. Iuxta proportionem autem quãtum accessio imminuitur, tantum ex crasi humoris cibis est detrahendum, & ex adstringentibus forinsecus admotis imminuendũ. Aliquãdo enim sedata uehemẽtis apetitus accessiõe, in aliud grauius malũ transitio contingit: nimirũ quũ corpus ex crudis & crasis humoribus repletur.

De uitioso apetitu: ex Galeno. Cap. XXIII.

Vitiosas ciborum qualitates concupiscunt, qui in tuniculis uentris superfluum uitiosum recrementum imbibitum habent: id autem maxime mulierculis uitioso humore repletis euenire solet, quum uterum ferunt, & uocatur hæc affectio pica. Concupiscunt autem in ea maxime quidem acida & acerba, aliquãdo etiam acria, quandoq; etiam terram, aut testas, aut extinctos carbones aut alios quosdam absurdos cibos: atq; hoc affectu plures ex ipsis infestantur usq; ad secundum aut tertium mensem completum: in quarto uero quiescere incipit malum, partim quidem uitioso humore per uomitum euacuato, partim uero concocto & per tempus consumpto, utpote quum mulier modico cibo usa sit, propter appetitus ab eduliis nutrientibus auersionem, quin & fœtus in utero auctus plurimum alimenti ad se trahit, adducto simul cum sanguine & uitiato humore. Porrò idẽ affectus uiros quoq; infestat, quũ & ipsis uitiatus humor quispiam ad os uẽtris fuerit delapsus. Conueniens autem

eis remedium, Amazonum pastillus potatus existit: post uero etiam ex aloe confectio picra appellata. Euacuato autem plurimo uitioso humore, exhibendus est eis mali punici dulcis succus, menta sicca insperſa, aut aliud quippiam eius generis, quod est ad stomachi subuersiones ac nauseas præscriptum. Conueniunt etiam muria conditæ oliuæ albæ, & quæ colymbades appellantur. Item amygdalæ amaræ à ieiunis acceptæ, & antidoti ad lethalia pharmaca aptæ. Quomodo uero à pica appellato morbo mulieres infestatas curare oporteat, in muliebribus remediis dicetur.

De cruditate: Galeni. Cap. XXIIII.

Concoctio, est iuxta qualitatem permutatio, quæ nutrire potest. Contingit autem à uẽtre sibiipsi cibos assimilante: quapropter manifestum est, quod circa permutationem, offensæ concoctionis accessio continget, si itaq; cibi in totum non permutentur, crudi-
tas ea accessio appellatur, & est perditio & perfecta priuatio actionis, si uero permutentur quidem cibi, uerum non ut oportebat, uitiatam significat concoctionem, non autem ut antea eius priuationem, aut enim tardat, & nunquam propriam trãsmutationem suscipit, & difficilis concoctio appellatur: aut cibos omnino corrumpit, ac transmutat in alienam qualitatem. Atq; hæ quidem concoctionis offensiones existunt. Causæ autem ipsarum sunt intemperies uẽtris, inflammationes, scirrhi, abscessus, & quæcunque eius generis existunt. Aliquando autem uentre nihil male affecto cibi crudi permanent, aut propter immoderatam ciborum ac potuum ingestionem, aut ob uitiosam ipsorum ciborum qualitatem, aut ex intempestiua, aut etiam inordinata sumptione, aut ob recrementum uitiosum, aut ob uigilias. Cæterum ex uitiosis ciborum qualitatibus, & recrementis quæ iuxta uentrẽ consistunt, cum corruptione cruditas oboritur: ali-

quando & ex inordinata sumptione, si quidem poma, aut mala punica, aut aliquid aliud tale primum comederint, deinde olera assumant ex oleo & garo, aut etiam alia quæ uentrem emollire consueuerunt. Intempestiuam autem acceptionem appello, si prius quàm prior probe subierit cibus, prandeant, aut etiã præter cõsuetam horam. Corruptiones autem fiunt, nidorosæ quidem in calidioribus & biliosioribus: acide uero in frigidioribus natura & magis pituitosis. Eodem modo & de excrementis quæ in uentre prẽ existunt iudicandum erit: quæcunq; enim ex eis pituitosa & frigida sunt, acidas corruptiones efficiunt: quæ uero calida & amara bile mixta, nidorosas. Ipse quoque uentriculus aliquo modo affectus, siquidem frigidus morbus existat, acidas permutationes facit, calidus uero nidorosas. Tardas autem concoctiones, cibi difficulter corruptibiles faciunt, & si ultra quàm uires tolerant sumuntur, itemq; uigiliæ. Quum uero citra corruptionẽ perfecta cruditas oboritur, ut quales accepti sunt cibi, tales permaneant iuxta omnem suam qualitatem, ex hoc cognoscere datur uictum esse uentriculum, aut ab immoderata ciborum multitudine, aut per uehementem refrigerationem insiti caloris. Vt ne quis in cruditatem incidat, cautione in omnibus prædictis est utendum, ut neque in multitudine, neque in qualitate eorum quæ in cibo accipiuntur, neque in acceptionis oportunitate neque in ordine delinquat: & ut quæcunque concoquere ualeat, ea tantum ingerat, & non quæ appetitus expostulat: mensuræ enim maxime omnium diligentem respectum habere oportet, appetitumq; refrenare, & neque plus quàm uires tolerant accipere, neq; quæ natura difficulter concoquuntur, ueluti sunt carnes natura duræ: natura autem dico, ue lut carnes bubulæ, & consimiles: ætate uero, si mactata animalia seniora existant. Cauendũ est etiam à par-

tibus carniũ multi nutrimenti existentibus, & pinguibus salisq; condimento seruaris, ac uetustis. Ex oleribus, quæ igneæ sunt naturæ, ualdeq; frigida: itẽ quæ inflationem pariunt, incommoda existunt. Ex piscibus, qui duras carnes habent, & repositione arefacti. Abstineant quoq; à cibis corruptis & fœtidis ac grauolentibus. Vitent fructus dulces aut flatus generantes & immaturos: bellaria quæ difficulter cõcoquuntur & oleaginosa, & quæ ægre diuidi possunt, uelut est sesamum, quod commanducationem ob paruitatem suam effugit. Non minus autem uitãdi cibi peregrini & incõsueti ac medicamentariam uim habentes, quales frequenter placentis ac panibus immiscentur. Iuxta tempus autem accipiendi cibi neq; impetuose, neq; aceruatim, neq; solidis partibus aut absq; commanducatione eos ingerere oportet: neq; etiam potus cibum interpellet: id enim unitionem ciborum impedit, singulosq; uentri innatare facit. Ex condimẽtis uero oxyporon quoddam quod cito penetrat assumere non incommodum neque iniucundum existit: maxime uero huiusce modi. Caroi drachmas xvi fœniculi drachmas sex, seminis apii drachmas octo, ligustici drachmas octo, ammii drachmas octo, piperis drachmas decem: aliqui autem & zingiberis drachmas tres, in frigidioribus temperaturis, omnia melle excipiantur, & cum carnibus ac piscibus exhibeantur. Melius autem est cũ cibo & piper, maxime longum exhibere, in his qui magis pituita abundant: uẽtosi enim flatus crasitudinem dissoluit: & quæ circa præcordia consistunt, inferne ad aluum propellit. concoctionem etiam omnium maxime piper adiuuat, quod si forte non adsit, albo utendum erit: quod si neq; hoc adsit, nigro. Vtendum etiam aliis concoctionem iuuantibus pharmacis, quæ ad finem huius capitis sunt subiecta. Post acceptũ cibum uexationes inæquales ac cõturbantes uitandæ, item æstus & re-

frigeratio: hæc enim concoctioni ciborum reſiſtunt. Adiuuant autem eandē fricatio pedum, calidius con tubernium, & calefactio præcordiorum. Quod ſi gra uitas adſit circa uentrem, & ex ea moleſtia quædam in uniuerſum corpus diffundatur, expaſſa manu os uentris apprehendendum eſt, aut puerulus carnoſus admouendus. Ex his enim ſæpe alimentum corru ptioni proximum eſt conſeruatum. Cæterum quum ructus iniucundus proueniens manifeſte corruptio nem factam indicat, citra cunctationem ad uomitum ueniendum eſt, atq; aqua tepida ingeſta, omnia corru pta ad excretionē cogenda. ſi enim in uentre perman ſerint, & torſionum, & dolorum, & grauitatis capitis cauſa exiſtunt, aliquando autem bilis ſuperne ac infer ne effuſionem, aut profluuium uentris, aut etiam fe bres inducūt. Quare eos qui difficili concoctione ad prehendi ſolent, longo ante tempore adſuefaciemus ut facile uomant: commodiſſimus enim in plurimis periculis uomitus exiſtit. Quod ſi quis natura difficul ter uomat, aut ob aliquam aliam incommoditatem uomere impediatur, omni modo conandum eſt ut cibus ſubeat, & ex præcordiis deducatur. Ad hę cere ctior decubitus apparetur, ut ea quæ capiti ſubiiciun tur ſublimius inſternantur, & reclinatio ipſa in ſiniſtrū latus fiat: atq; ſi quis uigiliis infeſtetur, citra corporis uexationem permaneat, eandemq; decubitus formā obſeruet: frequentes enim agitationes cibos pertur bant, inteſtinaq; inflata reddunt, flatus autem cibum ſurſum uergere facit. Si uero quis ob nullam cauſam male diſpoſitus ſit ad frigidæ potum, non inconue niens erit cyathum unum aquæ frigidæ puræ abſor bere: corroboratus enim inde uenter celerrime quæ in ipſo hærent extrudit, & ad ſubiectas partes demit tit. Sequenti deinde die in quiete æger aſſeruetur, fri catione q; pedum utatur, & præcordiorum concale factione, donec murmura & flatus circa inteſtinum

rectum eruperint, eructationes q; cum qualitate man ſuetiori recurrerint: & tunc ſanè exurgere conuenit, primumq; aluus ea quæ corrupta ſunt egerat: deinde ad deambulationem moderatam æger procedat, at que otium agat, propter commotos uapores ex cor ruptione in caput delatos. Poſt hæc autem ad quoti dianas actiones mens applicanda eſt citra perturba tionem ac indignationem: deinde rurſus uenter co gendus eſt ad eorum quæ reliqua ſunt excretionem. poſtea quieſcere iubebimus, atq; aqua calidiore pe des perfundere ac fouere: frigida uero pura facie proluta, in lecto quieſcere omnibus conatibus ſom num illiciendo. poſt quem modica deambulatio, de inde balneū ſuſcipiatur, quod calidius ſolito exiſtat: cæterum refectis prius uiribus lauetur, corporeq; ni tro conſperſo exudet, atq; hoc modo in calidius ſo lium deſcēdat: deinde etiam in frigidum inſiliens, lar giore oleo uniuerſum corpus pinguefaciat. Cōmo disſimum eſt etiam aqua calida in balneo hauſta uo mere: uelut abluendo ea quæ in ſtomacho deſident biliosa aut pituitoſa. abſinthii quoq; prælibatio à bal neo quod conuenit facit, & aliena uentri adhærentia extergit. A lauacro cibum capere conuenit modera tum, & cui concoquendo corpus ſufficit. dabimus itaq; herinaceos marinos recentes, aut cancros fiu uiatiles, ita ut ab eorum acceptione, maluam aut oua ſorbilia, aut piſces in petroſis aquis degentes adſu mant, & ex uolucribus non graueolentes & macras. A reliquis autem carnibus abſtineant, & à legumini bus ac cepis, ſalſamentis q:, & quæ eius generis exi ſtunt. A bellariis item, & omnis generis placentis, & à fructibus dulcibus ac facile aceſcentibus in uentre. his enim omnibus concoquendis ægre ſufficit uen ter, ampliusq; inflantis naturæ ea ipſa exiſtunt. Non ſolum autem qualitates eorum quæ in cibo exhiben tur permutatas eſſe conuenit: ſed etiam multitudinis

adhibere modum. ea enim quæ facile concoquuntur his quæ non concoquuntur paria fiunt, si præter modum ingerantur. Deinde uero somnus imperturbatus, & æqualis procuretur, illito uentre ex unguento nardino. Pharmacum concoctionem adiuuans, ex malis cotoneis: Galeni. Pharmacum ex malis cotoneis conueniens est apparando appetitui in his qui eum perdiderunt, conuenit & concoctioni, in his qui non probe concoquunt cibum, & ut summatim dicam, uentrem robustiorem reddit, eisq; qui debile habent hepar, utile existit. Manifestum autem esse arbitror, quod ieiunis exhibere hoc oporteat, mystri mediocris mensura, quanquam nihil offendat, etiam si quis à cibo ipsum acceptet. Recte etiam exhibetur, si pransо atq; inde cœnare uolenti præsumẽdum detur. Opportune uero duabus ante cibum horis datur. Apparatur autem hoc modo: Ex malis cotoneis maiora iucundioraq; & minus acerba, quę uidelicet struthia appellantur, eligito, expressiq; eorum succi sextarios Romanos duos accipito, ac mellis quàm optimi parem mensuram ammisceto, aceti uero sesquisextarium affundito, hisq; simul ad prunas ardentes moderate decoctis ac despumatis, zingiberis quadrantem, piperis sextantem adiicito: atq; hoc modo rursus ad ardentes prunas, donec ad mellis crassitudinem perueniant, decoquito. Quod si magis adstringens ipsum facere uelis, etiam ex carne malorum cotoneorum appara. His uero qui intemperie uentris calida afficiuntur, & qui quomodocunq; tandem bile sunt referti, magis conuenit, zingibere & pipere detractis, succum malorum cum aceto ac melle solo decoctum præscripta commensuratione exhibere. Quando uero mediæ temperaturæ fuerit uenter, ut neq; bilioſa neq; pituitoſa in eo aggregentur recrementa, dimidium prædictæ commensurationis tum piperis, tum zingiberis radicis iniicere expediet, ita ut

piperis quidẽ un. i. zingiberis uero sesquiuncia coniiciatur. Si uero frigidioris temperamenti fuerit uenter, zingiberis triens, piperis quadrans, aut unc. ii. s. ammisceatur. Licebit etiã iuxta mediam cõmensurationem apparare, atq; ubi opus fuerit usus tẽpore reliquum adiicere. Pharmacũ concoctionẽ adiuuãs, Dioſpoliticum appellatũ. Conuenientior aũt dioſpolitici pharmaci usus erit, in his præsertim qui assidue inflantur. Duplex autem compoſitio eius exiſtit: aliquando quidem æqualibus omnium partibus coniectis, cumini uidelicet & piperis rutæq; & nitri: hoc enim modo magis aluum ſubducit. Aliquando autem reliqua ſingula inter ſe pari pondere miſcentur: nitri uero dimidium aut quarta pars adiicitur. Prçſtat cuminum coniectum æthiopicum eſſe, piper autem longum aut album. Cuminum in acerrimo aceto maceretur, deinde moderate torreatur. Sint & rutæ folia præarefacta. Recentia enim ſuperfluo humore abundant. His autem omnibus tenuiſsime tritis, mel deſpumatũ ſufficienti menſura ammiſcetur. Aliquando tamen ſola hæc citra mellis admixtionem trita & exſiccata, repoſitaq; adſeruantur, ac ptiſanæ ſucco inſperguntur, aut aliis etiam cibariis, quibuſcunq; tandem maxime conuenire uidẽtur. Ammiſcetur etiam ipſum mel uſus tempore, exhibeturq; inde cochlearii mediocris menſura ante cibum. Porrò peregrinationis tempore præſtat ipſum pharmacum aceto ſubactum in paſtillos redigere, atque uſu expetente ſimiliter cum melle exhibere. Craſſo autem modo contundere oportet ea quæ ad huiuſmodi pharmacorum compoſitionem coniiciuntur, ea gratia ut ita uenter melius inde ſubducatur: tenuiſsime enim trita & in puluerem redacta, ad emolliendam aluum inepta redduntur. Cæterum urinam non modicã cient. Craſſiora uero iuxta uentrem perſiſtunt, quum angusta uenarum ora penetrare non poſsint. Pharma-

cum ex tribus piperis generibus: Galeni. Hoc autem modo dispositis, frigidum uidelicet & pituitosum habitum nactis ac inflatis, ex tribus piperis generibus pharmacum conueniens existit, siquidem non nimis medicato ac uario modo apparetur, quem ad modum multi id conficere solent: ut satis operosum sit eis, qui hoc accipiunt, ea quæ ad eius compositionem ingrediuntur concoquere, uelut est ammium, & seseli, & ligusticum, & quæ eius generis existunt. Talia itaq; ex pharmaco hoc sunt adimenda, ampliusq; & helenium, spicaq;, nardi, & casia. In promptu autem duplicem eius apparatū habere conuenit, quem ad modum nos sumus consueti. Alterum quidē simplicem, his qui nō concoquunt conuenientem, & qui recenti circa uentrem frigore, aut pituitoso humore affliguntur. Alterum medicamentarium, quo maxime in defluxionibus à capite ad thoracē utimur. Simplex igitur quo etiam ad crudos humores, circa primas & magnas uenas consistentes utimur, hoc modo habet. Ad quinquaginta drachmas uniuscuiusque trium piperis specierum, sufficit ammiscere anisi, cacuminum thymi, & zingiberis, singulorum dra. viii. atq; hoc sanè simplicius existit pharmacum: quanquam adhuc simplicius apparari possit, si citra zingiberis admixtionem paretur. Alterum autem ex iisdem constat: uerum ad quinquaginta uniuscuiusq; trium piperis specierū drachmas, singulorum ex his tribus, aniso uidelicet, cacuminibus thymi, & zingibere drach. xvi. coniicimus. Pharmacum ex calamintha oxyporon, hoc est, cito penetrans, quod polyetes, id est, annosum, appellatur. Prædictorum quidem igitur pharmacorum caliditas circa primas uenas extinguitur, minime per uniuersum corpus se diffundens: quē ad modum id quod ex calamintha constat, solet, & ei similia. Neq; enim uolumus ea quæ cum cibo concoctiōis gratia exhibemus, in uniuersum corpus diffundi, sed tantum concoctionem ciborum in uentre adiuuare, itemq; humorum crudorum in primis ac magnis uenis cōtentorum. Quare quem ad modum in Diospolitico pharmaco dictum est, non nimis in puluerem redigere oportet ea quæ ad cōcoctionem solam adiuuandam apparantur. Hoc uero pharmacum in uniuersum corpus usq; ad cutem ipsam digeritur ac distribuitur: quare iis ipsum exhibere conuenit, quibus crudorum humorum multitudo in solidis animalis partibus consistit. In talibus enim, omnium quæ ego noui optimum, id quod ex calamintha cōstat, existit. Attenuat enim crassa & uiscosa: discutitq; ea similiter, urinamq; & menses ciet. Compositio autem eius talis est. Calaminthæ montanæ, seminis petroselini, pulegii, seselis, cuiusq; drac. xii. seminis apii, cacuminum thymi, sing. drac. iiii. ligustici drac. xvi. piperis drac. xlviii. mellis despumati quantum sufficerit. Aliqui & zingiberis unc. i. adiiciunt. Iucundissimū autem est quod plurimum mellis ammixtum habet. His uero qui dulcia auersantur, & à mellis usu abhorrent, parum in compositione ammiscetur. Quidam tamen mellis libras. iiii. & dimidiam ammiscent. Postea & absq; melle siccum adseruari, eodemq; ut reliqua modo salibus commisceri, eduliisq; ac liquamē tis inspergi. A cibo uero nunquam, neq; hoc, neque aliud quoddam pharmacum, quod uehementem penetrationem facit, accipiatur: distribuitur enim ac digeritur simul cum ipso aliquid crudorum ciborum, & obturationem operatur. Vsus eius conuenit post matutinam fricationem, duabus ante exercitium balneumq; horis. Aceti mulsi apparatus ac usus: Galeni. Pituitosis in uentre humoribus etiam acetum mulsum conuenit, quod hoc modo apparare oportet. Melle optimo ad prunas decocto ac despumato, dimidia eius mensura acetum affunditur, atq; ita rursus ad prunas decoquitur, quo ipsorum qualitates

optime permiſceantur, & ne appareat guſtãtibus aceti acor. Ad eos uero qui aceti multitudinem auerſantur, hoc modo apparato. Aceti pars una accipiatur, deſpumati mellis duę, et aquę partes quatuor. Quod ſi fortius facere uelis, tantum aceti, quantum mellis coniicies, & abſque aqua apparabis. Præſtat autem iuxta ſenſum eorum qui accepturi ſunt mixturæ congruentem modum iudicare, non uero ſecundũ quod noſtri ſenſus perceptant. Quod enim naturæ accipiẽtis familiariſſimum eſt, id iucundiſſimum exiſtit, & ob id etiam utile & accommodatum. Nocentiſſimũ autem contra eſt, quod minime iucundum. Cæterum uſus tempore aqua calida mixtum, uelut uinum exhibendum eſt, prout ægro iucundius uiſum fuerit. Pharmacum ex malo citrio, tarde concoquentibus commodum. Carnis mali citrii libr.i.hyſſopi, rutæ, origani, cuiuſque faſciculum exiguum, aceti heminas.iii.per quinque dies ac noctes aceto macerata ad tertias decoquito, & expreſſa reiicito: ad acetũ uero mellis ſextarium.i.ammiſceto, rurſumq; ad mellis craſſitudinem decoquito, deinde aſari, mei, piperis, cuiuſque ſextantem inſpergito. Mane & ueſpere exhibetur. Pharmacum ex uino ſcybelite: Archigenis. Vini ſcybelite ſextarios.iiii.ſucci rutæ ſextarium.i. ſiſonis, piperis, cuiuſque unc.i. zingiberis ſextantem. petroſelini unc.i.mellis ſextarium.i. Liquida ad compagem craſſam decoquito, aridaq; inſpergito, ac cochlearium unum aut alterum exhibeto. Efficax eſt ad tardas concoctiones, ac inflationes, itemq; colicos. Vinum autem ſcybelites eſt, quod ſua ſponte ex paſſis uuis deſtillat, utpote uinum ultro effundentibus uuis. Sales Iamblichi.

Salis ammoniaci libram unam, ſalis cappadocici ſexuncem, piperis quadrantem, zingiberis quadrantem, ſeminis cnici ſcrupulos.xviii. ſeminis erucæ ſcrupulos.xvi. ammii ſcrupulos.xviii. hyſſopi ſcrupulos.xviii. ſilphii ſcrupulum.i. cacuminum thymi, phylli, ſeminis apii, petroſelini, cuiuſque ſcrupulos.xviii. origani unc.i. Contundito ac cribrato, indeq; dimidium cochlearium, cum ouis ſorbilibus, aut cum ptiſana ieiunis exhibeto, potes & cum carnium aut piſcium liquamento exhibere, aut quomodocunq; tandem uelis. Huius medicamenti auxiliarem facultatem nemo pro dignitate laudare poteſt. Quare ut breuiter dicam, ad frigidiores temperaturas non reperias aliud pharmacum, quod conuenientius crudos humores concoquat: unde & colicis prodeſt, uentrem citra moleſtiam mediocriter mouens. Sales Poletis, aluum emollientes, pituitam à capite diſſoluentes, per palatum tranſpirantes, reliquas q; diſtentiones attenuantes. Salis torrefacti ſplendidiſſimi drachmas.cxliiii. floris chamæmeli aridi & contuſi trientem, conyzæ tenuis trientem, calaminthæ montanæ trientem, radicis eryngii montani, origani, cuiuſque trientem, ſilphii trientem, piperis trientem. Contuſis & cribratis utere. Sal dodecatheos, hoc eſt duodecumanus, ſeu duodenarius. Hyſſopi trientem, pulegii quadrantem, cumini ſextantem, ammii unc.i. ſalis torrefacti uncias triginta. Contũdito & cribrato, proq; quotidiano ſale, utcunque placet, utitor. Qui enim eo aſſidue utitor, nullis morbis per omne uitæ tempus infeſtatur. Præcipue tamen caput alleuat, & uiſum acuit, pituitamq; in thorace congregari nõ ſinit: concoctionem bonam operatur, & meſaraicas maxime uenas ab obturatione liberat, & renes repurgat. Quidam & origani ſextantem adiiciũt. Ego uero ſemper ſpicæ nardi unc.i. annecto. In hyeme amplius piperis unciam.i. addo. Ad eos quibus alimentum in uentre aceſcit, utiliter hoc remediũ adhibetur. Piperis drach.iiii. ſeminis anethi drac.i. cumini drachm.iiii. contere, ac exhibe cochlearium ante ſomnũ ex uino diluto. Embamma optimum

ad intinctus, concoctionem adiuuans. Cumini, piperis, foliorum rutæ, mentæ uiridis, anethi uiridis, cuiuſq; drac. iiii. pulegii ſeſquidrachmam, ſalis unc. i. gari albi cochleare. i. mellis cochleare. i. utere, ualde enim commodum exiſtit. Poſca, concoctioni ualde commoda: Cyrilli Archiepiſcopi. Pulegii, ſeminis fœniculi, ſeminis apii, cuiuſq; ſcrupulos ſex, caroi, ſeſquiſcrupulum, ſeminis coriandri ſeſquiſcrupulum, baccam lauri unam, cyperi, folii malabathri, coſti, cuiuſq; ſcrupu. i. ſalis ſexuncem, aceti ſextarium. i. Sicca contundito & cribrato, acetoq; ammixta ad paucas horas macerato, ac utitor.

De crapula, Philumeni. Cap. XXV.

Cruditates ex uino multo obortas, crapulas appellamus, easq; conſimili methodo tractamus, quali ad difficultatem concoctionis præſcripta uti ſolemus. Itaq; his qui ad frigidæ potum adſueuerunt, aliasq; ſtomachum habent æſtuoſum ac exuſtum: aquæ frigidæ puræ cyathi duo aut tres per interualla ad abſorbendum exhibendi ſunt. poſt uero per ſomnũ meridianum turbationibus depulſis, cõfeſtim eos in balneum inducemus, prolixioreq; exudatione procurata, ab aquæ tepidæ hauſtu ipſos uomitum facere cogemus, aut digitorum tantum immiſsione eundẽ laceſſemus. Deinde prædictos cibos exhibebimus, dilutiore ac pauciore addito potu, donec caput à grauitate liberetur. Statim uero à principio caput ex olei omphacini fomento irrigetur. Sequẽti autem die bonæ concoctioni conſulatur. Optimum autem fuerit, ſi quis uinum abſinthites ad plures dies à balneo præbibat, itemq; poſt matutinas deambulationes. Prodeſt & acetum ſcillinum abſorbere. i. myſtri menſura: deinde in quiete breui ſanè tempore degere, atq; ita ad reliqua facienda procedere, quem ad modum in capite De cruditate eſt prædictum.

Quæ cura aluo adſtrictæ adhibẽda: Gale. Ca. XXVI

Recrementorum

Recrementorum iuxta uentrem retentio, aut propter acceptos cibos ac potus contingit, aut propter uentrem ac inteſtina. Et propter cibos quidem, aut ob ciborum ac potuum acceptorum tum qualitatẽ, tum quantitatem, aut propter ordinem, & utendi modum contingit. Ob qualitatem quidẽ, ſi acerba & auſtera ac ſicca temperatura & commixtione conſtent, ea quæ accipiuntur. Ob quantitatem uero, ſi plura aut pauciora & citra conuenientem exhibeantur menſuram. Circa ordinem autem retentio excremẽtorum contingit, ſi arida & acerba prius, humentia uero pinguiaq; & dulcia poſtea ingerantur. Circa modum uero utendi, ſi bis cibum accipere cõueniat, & ſemel omnem aſſumat. Quæ uero circa uentrem ac inteſtina conſiſtit recrementorum retentionis cauſa, ea & ex natura ipſorum, & ob acquiſititiam cõtingit diſpoſitionem. Cauſæ itaque circa naturam ipſorũ ſunt uitioſæ corporum conſtitutiones. Octo autẽ exiſtunt uentris acquiſititiæ intẽperaturæ. Quatuor quidẽ ſimplices, caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas: reliquæ quatuor commixtæ, caliditas ſimul cum humiditate, caliditas cum ſiccitate, frigiditas mixta humiditate, frigiditas mixta ſiccitate. Oportet aũt unãquanq; intemperiem in eam magnitudinem excedere, ut, euidenter excretuam facultatem imbecilliorem reddat, aut in uentre ſolo, aut in gracilibus inteſtinis, aut etiam craſis, aut ſimul in omnibus prædictis, quẽ ad modum in uoluulis fieri conſueuit. Ad hæc amplius & in febribus aliquando aluus adſtringitur, ob acrimoniam uidelicet reſiccantibus & conſumẽtibus humores: aliquando autem materia ad alios locos diuerſa, perq; illos ipſos excluſa. Sudoribus enim multis per cutem excluſis aluus coarctatur, & ſtomacho ex fluxione affecto ſtercus cohiberi contingit: propter inflãmationem item inteſtino recto uicinam, ipſumq; deprimentem, uelut eſt ueſicæ, aut uuluæ, &

propter ulcerationem aut dolorem circa eas partes obortam, excrementa recurrunt. In his uero qui à morbo uires recolligunt, uenter cohibetur, propterea quod plurima digestio ciborum in corpus fiat & ob id exiguum & aridum, & quod difficulter excerni potest: stercus relinquitur. Ad hæc etiam uēter adstringitur ob flauæ bilis cohibitionem, quæ ad intestina delabi consueuit: ea ipsa enim in animali, quod secundū naturam habet, confluens intestina mordet & irritat, & ad excretionē excitat recrementorum. Quapropter etiam semper cibo uacuū ieiunum intestinū reperitur, in quod procedit meatus, qui ex bilis susceptrice uesica bilem ad intestina deducit, atque ob has sanè causas uenter adstringitur. Commune autem in omnibus præceptum est, ut causæ noxam inferenti contrariam curationē opponamus. Proprium uero ut secundum singulas causas cuiq; quotidie contraria remedia exhibeamus. Et siquidem ex pauciorum ciborum acceptione homo aluum habeat adstrictā, plures simulq;, humidiores ei offerantur: si uero ficioribus sit usus, humidiores quidem dentur, non aūt multi. Si uero austeri & acerbi cibi retentionis fuerint causæ, dulces & pingues exhibeātur. Si uero ob permutatum ordinem adstrictio fiat, in eum qui consuenit, reducatur. Si uero semel cibum accipiēdo, quum bis id facere oportuerit, uenter cohibeatur: non solū bis, sed & sæpius conuenientes cibi dentur. Eodem etiam modo recentes intemperaturæ per contraria curentur: ita ut exiccata corpora humectemus, humecta uero reficcemus, & calefacta quidem refrigeremus, refrigerata uero calefaciamus, atq; in coniugatis siue mixtis qualitatibus eadem iuxta proportionē faciamus. Cohibita autem quæ ad intestina defluere consueuit bile, aut ob crasitudinem, aut ob bilioso-rum meatuum obturationē: extenuatoria diæta utendum est. Similiter autem omni conatu instare & re-

niti oportet, ad reliquas alui adstrictæ causas tollendas, atque uiscerum quidem inflammationem soluemus, ubi per ipsam cohibitio contingat, materias uero ad intestina conuersas deducemus, siquidem alio proreptēt: qua autem medicinali materia id fieri possit, in simplicium pharmacorum Sermone est prædictum in principio huius tractationis, atque in eo qui hunc sequitur De purgantibus pharmacis inscripto. Communis autem omnis quomodocunq; euenerit, adstrictionis alui curatio talis est. Ex decubitus figuris erectior eis conuenit, & ad sinistrum latus reclinatio. Et silentium quidem ac quies uentrem cohibent, motus autem & deambulatio impellunt. Paucus potus, & non præpotare, neque inter medios cibos potum accipere, uentrem reficcant: præpotatio uero & multa potio stercora humectant. Somnus concoquit, & recrementa fluida facit: uigiliæ uero materias distrahunt, & suspensas tenent. Plurimum autem ciborum qualitates possunt, quare eas quæ uentri gratæ sunt exhibere oportet, quanquam omnino melius fuerit absinthii succum dare, aut ex aloe catapotia deuoranda. Quibus si nihil proficimus, durisq; adhuc stercoribus insidentibus, & lumbis aggrauatis, circūtensoq; & inflato uentre superiore, humectantibus immoraticibis absurdum. Sæpe enim lapidis modo recrementa indurantur, & in intestino recto condensantur, quare accepti cibi stomachum quidem & uentrem humectant & effœminant, ad intestinum uero rectū peruenire non possunt: ut inde aliæ quædā molestiæ consequantur. Melius igitur in istis fuerit aluo ptisanæ succum per clysterem infundere, ammixto oleo & melle, aut maluæ aut fœni græci uel furfurū decoctum similiter cum oleo & melle: utendum etiā glandibus ac illitionibus sedis. Alumen autem liquidum melle tritū donec indurescat decoquitur, ex eoq; sedes illinitur, & facile quidem plurima stercora pro-

lectat,quanquam inde aliquandiu dolore afficiantur. Optime autem facit & cyclamini ſuccus cum melle illitus, & in tomento quoq; appoſitus. Mercurialis etiam uiridis contrita,& ad glandis modum redacta, exſiccatur & ſupponitur, ualdeq; commoda exiſtit.

Alia glans, purgatoriã uim habens. Comæ abſinthii contuſæ ac cribratæ drac.iiii nitri drac.iiii.elaterii drac.i.melle cocto excipito,glandesq; informato ac ſubindito:fomento tamen prius ad locum adhibito. De his autem abſolutiſſime in tertio huius tractationis Sermone eſt prædictum, ubi etiam pharmaca purgantia quæ circa umbilicum illinuntur, deſcripſimus,eorumq; etiam quæ per os exhibẽtur ac uentrem emolliunt, tum ſimplicium, tum mixtorum remediorum mentionem fecimus, quare ſuperfluum exiſtimo hic de eis producere ſermonem. Abſinthati emollientis utilis apparatus. Coſti unc.i.ſpicę nardi ſcrupulos.iiii.folii ſcrupulos.iiii.maſtiches ſcrupulos.ii.mellis ſextarios duos,uini ſextarios decem.

Abſinthatum bonum,emolliens,& dulce. Siſonos unciam unam,floris iunci odorati ſcrupulos.vi. maſtiches ſcrup.xii.folii ſcrup.ii.ſpicæ nardi ſcrupu. ii.mellis ſextarium unum, uini ſextarios quinq;.

Abſinthatum amarum pituitoſis magis conueniens.

Agarici,folii,amomi,ſpicæ nardi,caſſiæ, cuiuſque ſcrupulos tres, coſti ſcrupulos.ii.roſarum ſiccarum ſcrupulos.ii.aloes ſcrupulos.vii.maſtiches ſcrupulos duodecim,mellis ſextariũ.i.uini ſextarios.v. Aliud, atra bile abundantibus,& pituitoſis ſimiliter commodum. Folii ſcrupulos.vi.ſpicæ nardi ſcrupulos ſex, agarici ſcrupulos quatuor, epithymi ſcrupulos.xii. maſtiches ſcrupulos.xii.aloes ſcrupulos quinq;,mellis ſextarium unum, uini ſextarios.v. Aliud optimũ. Folii,ſpicæ nardi,caſſiæ,amomi,cuiuſq; ſcrup. iiii.coſti ſcru.iiii.agarici ſcru.iiii.maſtiches ſcrup.ix.aloes ſcru.xii.mellis ſextarium.i.uini ſextarios quinq;.

De inflatione:Galeni. Cap. XXVII.

Inflationis principium cibus male concoctus exiſtit.Contingit autem flatuum generatio in uentre, ex humorib. in ipſo pituitoſis, aut ex cibis in uapores per mediocrem caliditatem reſolutis. Perfecta enim frigiditas nullum omnino uaporem efficit,propterea quod neq; omnino attenuat,neq; conſumit,neq; diſſoluit etiam ipſum cibum:uehemens autem caliditas cibum attenuat,ſi flatuoſa natura exiſtat, & tunc ſanè nebuloſus flatus generatur, uerum paucus, adeo ut per unum aut alterum ructum euacuetur. Mediocris uero caliditas minoris efficaciæ exiſtens,cibos quidẽ diſſoluit,non autem perfecte conſumit:unde ſanè flatus generatio contingit. Vna autem eademq; ratione quem ad modum extrinſecus frigidiſſime & aquilonares in hyeme conſtitutiones, & calidiſſimæ æſtatis tempore conſiſtentes,purum aerem reddunt:quæ uero inter has mediæ exiſtunt, nebulas gignunt: ſic eodem planè modo,in animalium corporibus, neq; in extrema caloris debilitate,neque quum uehementer cator inualeſcit, ſed quum inter hos exceſſus medio modo habet,flatuoſum recremẽtum generatur, atq; hoc ipſum ubi per ſtomachũ excluditur, ructus operatur:per ſedem uero aut ſtrepentem, aut abſq; ſtrepitu flatum. Quum uero neq; per os, neque per ſedem excernitur, inflationem appellatam producit. Archigenis. Accedit affectis ſtomachi grauitas & diſtentio, multosq; fallit tanquam in ipſum ſolum dolor innitatur:etenim malum ipſum aliquando quidẽ iuxta totum pectus, aliquando uero retro iuxta collum ac dorſum, atque ipſa uertibula irruit: ſæpe autem & utrinq; occupatos tenet: aliquando autem & tumorem circa os uentris efficit,ructusq; inanes fiunt modice alleuãtes, inhibitioq; flatuum qui per aluum excerni conſueuerunt. Succumbit autem & tumor ipſe iuxta uentrem,ad manuum impoſitiones ſublaxus

cedens. Quibuſdam eorum & dolores accidunt, & appetitus perditiones, ac capitis dolor: ſi uero ante perfectam reſtitutionem cibum accipiant, amplius membra ipſa inflantur, & cum dolore amplius diſtenduntur, qui ſæpe ad clauiculam uſq; defertur ipſas q; ſcapulas ac uniuerſam ſpinam, ultra hoc quod & ructus cohibentur, ut aliqui iam nõ diſſimile quiddam ſuffocationi ſe perpeti eſtimarint. Leuantur autem alimento inferne ſubeunte, & flatibus ſiue per ructus ſiue per inteſtina excluſis. Eos igitur qui nõ ita diu ante cibum ſumpſerunt, primum uomere præcipe: deinde uero fouere oportet cum lana in faſciculum conuoluta & leuiter calido oleo madefacta. Si uero dolor urgeat, fomentum fiat per ueſicam bubulam aqua & oleo calidis ſemiplenam. Glandes quoq; confidenter & citra dilationem ſupponendæ ſunt, ex rebus flatus prolectantibus informatæ, uelut eſt rutæ ſemen & cuminum æquali pondere cum melle cocto, ac modico nitro coacta. Inedia etiam affectioni neceſſaria exiſtit, per unam quoque atq; alteram horam tempore irritationis, irrigationes ex oleo conueniunt, in quo abſinthium, ruta, & anethum ſint decocta. Lanæ uero conuolutæ cuminum tritum, aut apii ſemen, aut ſiſonis magis inſpergatur. Deinde & cucurbitæ adſumantur inanes multæ, & cum multa etiam flamma admotæ. Perſeuerante autem diutius affectione, cataplaſmata ex ſemine lini, ordeaceaq; & loliacea farina imponantur: ex cumino etiam trito, ſemineq; anethi, aut apii, aut fœniculi, aut chamælææ, aut tragorigani, aut centaureæ coma, aut eryngii ſemine, uel radice: ex hydromelite etiam & oleo in quo ruta, baccæ lauri, & melanthium ſint decocta. Ammiſcendum eſt & bitumen, oleumq; laurinum. Si uero inflammatio unà cum inflatione adeſt, pro calefacientibus ea quæ relaxant ammiſcere oportet, uelut eſt anethum oleo incoctum ammixto adipe gallinaceo aut anſerino. Cibus uero frumentacei generis ſit & paucus: poſt multum etiam aſſumpti cibi tẽpus, potus tandẽ præbeatur: à cibo fricationes extremarum corporis partium adhibeãtur. Aluus uero tum per cibos, tum per aloen ſubducatur. Cerata etiá imponãtur ex oleo apparata, in quo cucumeris ſylueſtris radix ſit incocta. Ad finẽ uero malagmatis utendũ, quę ex ſeminibus aut lauri baccis conſtant. Marciani irrigatio ſiue fomẽtum, ad eos qui ex morbo circa ſeptũ tranſuerſum inflationẽ habent, & murmura circa interiora, aut quibus uiſcera inflammata ſunt, aut inflantur. Rutæ uiridis trientẽ, fœni græci ſexuncem, meliloti trientem, abſinthii trientẽ. fœnum græcum in pauca aqua diẽ unum præmacerato: deinde reliquis ei adiectis, atq; olei ſextariis .iii. affuſis, ad non fumantem ignem decoquito, percolatoq;, ac in eo lanam cõuolutã quàm plurimũ madefacito. Si uero dolor intendatur, in ſolium ex oleo apparatũ eos imponemus, ſi tamen nihil id fieri præpediat, althææ itaq; radicem, lauri folia, fœnum græcum, pulegium, rutam, in aqua decoquemus, & oleo ad decoctum affuſo, eos inſcendere faciemus: quod ubi feliciter proceſſerit, cibum accipiant, panem ex aqua, & piſces teneras carnes habentes. Qui uero ſe iam recolligunt, diæta reſtituendis uiribus apta utantur: ſinapiſmiſq; & cucurbitulis cum multa flamma poſt exercitia admotis, uomant. Si uero fixa perſeuerauerit acceſſio ipſa, tempore exacerbationis cataplaſma ex ſinapi imponendum eſt, & paulo poſt aloes drachma una propinanda, aut ſmyrnii ſemen ex uino. Ariſtolochia autem longa ſiue rotunda drachmæ pondere potata flatum diſſoluit, & tarde coucoquentes iuuat: quod & calaminthæ decoctum, aut etiam polium decoctum cum melle modico & paucisſimo pipere tenuiſſime trito, facit. Cuillus autem talus uſtus & potatus tormitibus ac inflationibus medetur. Aut rhamni folia ui-

ridia trita in pastillos redige, eosq; in umbra exsicca-
tos drachmæ pondere exhibe: nõ febrientibus, cum
uino diluto, febrientibus uero, cum hydromelite. Fa-
cit & ad uoluulosas affectiones, omnesq; inflatiuos
dolores miro modo: per ructus enim ac flatus infer-
ne prodeuntes discusso & resoluto malo sani fiunt,
inquit Dioscorides. Vtile etiam eis castorium ex po-
sca bibitum existit, drachmæ pondere acceptum. Idẽ
quoq; forinsecus cum oleo sicyonio impositũ, etiam
si cum torminibus & inflationibus prædictæ affectio-
nes contigerint, eas sanat. Acetum uero scillinũ tum
ante, tum post cibum absorbeant, aut ante somnum.
Apparatur autem simplicissime hoc modo. Scillæ
repurgatæ & dissolutæ libras. v. aceti sextarios. xlviii.
sub caniculę ardoribus ad dies quadraginta insolato,
ac utitor. Oxyporion etiam quod cito penetrat eis
conueniens est huiuscemodi. Foliorum rutæ drach.
xxxii. cumini drac. xiii. ligustici, caroi, seminis apii, pi-
peris, zingiberis, helenii, nitri, cuiusq; drac. viii. exhi-
be cochlearium quomodocunq; uelis congruenter.
Exhiberi etiam potest ad noctem ex tribus piperis ge
neribus pharmacum, erui magnitudine: robustiori-
bus uero, Ægyptiæ fabæ. Aluo autem adstricta citra
dilationem clyster infundẽdus: balneo uero ex inter-
uallis utendum est tempore remissionis. Præfricent
autem istis tum dorsum, tum stomachum, consper-
gantq; nitro assato: soliis etiam calidioribus utantur,
& à balneo cibus detur, minime inflans, & post om-
nem cibum uinum meracius exhibendum. Cibus au
tem ipsorum diuidatur, ita ut in prandio tertiam, in
cœna uero reliquas duas accipiant partes. Fructuum
uero atq; olerum hnmidorum esum semper habeant
suspectum. Multum autem potum tanquam infestis-
simum hostem deuitent.

De uoluulo: Archigenis. Cap. XXVIII.

Voluulus, adfectio est intestinorum, letalem do-

lorem inferens, causa adfectionis, continua ciborum
corruptio existit, præsertim si multi accipiantur, ua-
riiq;, & ad quos non adsueuimus, & maxime ex pin-
guibus carnibus. Oboritur etiam ex plagis quibusdã,
& frigore uehementi, & ex aceruata frigidæ potione,
maxime si ab exudãtibus accipiatur. Contingit & his
quibus intestinum in scrotum unà cum stercore dela-
psum est: indeq; uiolenter retrusum, ex eoq; inflam-
matum existit. Fit etiam ob ueneni potionem, & ob
induratum stercus circa tenuia intestina impactum, in
uno loco dolore manente circa tenuia uidelicet inte-
stina, ut admota manu durities tactui succumbat, quã
adfectionem chordapsum ueteres uocarunt, hoc est,
intestinorum emollitionem. Et multi sane ex dolore
statim intereunt. Aliis uero inflammatio suppuratur,
rursumq; intestinum ipsum denigratum ac putrefa-
ctum excidit, eoq; modo deficiunt. Familiaris autem
hæc adfectio ætati puerili est, euadunt tamen natura-
lis beneficio humiditatis. Senibus uero non ualde fa-
miliaris est: si tamen ipsi hanc adfectionem incidant,
ferè nunquam conualescunt. Accedit ægris dolor cir
cũuolutus, stomachi nimia humectatio, exolutio, ru-
ctus inanes nihil alleuantes, murmura intestinorum
cohibitio perfecta stercoris & flatuum. Si uero inten-
datur adfectio, omnia sursum feruntur, ob idq; & uo
mitus pituitæ ac bilis accedunt, frigiditas totius cor-
poris, dolorq; plurimis etiam spirãdi difficultas. Mo
rituris autem amplius sudor frigidus, urinæ difficul-
tas, podex ita adstrictus, ut neq; specilli extremum su
scipere possit: aliquando & stercus uomitu reiicitur.

Siquidẽ igitur cibus crudus uentri insidere uidea-
tur, aqua mulsa cũ nitro exhibita uomere cogemus:
deinde rursum aquã calidam purã dabimus ut mor-
dacitas obtundatur. Si uero nihil crudorum ciborum
in uentre contineatur, omni conatu enitendum est,
quo tum flatum tum stercora infra trahãtur: idq; per

glandes illitiones q;, & clysteres, magna diligentia in singulis adhibita perficiendum. Glandes itaque conuenient ex semine rutæ & nitro, cuminoq;, ac melle. Valent etiam quæ ex brasicæ cauliculis apparantur cum melle cocto: ex profundo enim attrahunt. Cæterum glandulas longiusculas facere oportet, quæ adstrictiorem internam ani partem sphincterem Græcis appellatam, transire queant, quibus appositis, podex per spongias calidas foueatur, quibus sane cyclamini succus utilissime excipitur, quanquam cum melle etiam ac nitro idem illitus efficaciter opitulatur. Idem facit centaurea cum melle & nitro: uerum in his conandum ut quàm penitissime illinantur. Per clysterem autem oleum infundatur, in quo cuminũ, ruta, althææ radix aut folia, fœnum græcum, centaurea, cucumeris syluestris radix, sint decocta: adiiciatur autem & butyrum, & resina terebinthina, ut inde crassitudo infuso ipsi accedat, per ampliorem etiam fistulam largius infundatur, iuxta corporum rationem aliquando usque ad duarum heminarum mensuram. Quin & clysteres ex prædictis apparentur. Probe facit & syluestris cucumeris radix contusa, & in aqua satis diu decocta absinthio adiecto: siquidem ad decoctum ipsum mel & nitrum, oleumq; admisceantur. Si uero stercus durius intestinis insidere coniectamus, aut inflammationis obstructio adsit, althæam ac fœnum græcum cum caricis decoquemus, butyroq; & anethino oleo plurimo ad decoctum adiecto, per clysterem iniiciemus, & quamdiu quidem queant, retinere præcipiemus. Optimum autem infusum hocce est. Bituminis drachm. iiii. nitri drachmam unam, aloes unciam unam olei rutacei dodrantem. Commodum est etiam cuminum, rutam aut absinthium cũ oleo coquere, deinde percolato modicũ salis iniicere, aut opopanacis drachmam unam, aut galbani drach. iiii. Prosunt & caricæ

ac ruta in oleo decocta. Eiusmodi autem infusa ante cibũ infundere oportet, & maxime quod ex asphalto apparatur: urgente uero malo etiam à cibo. In solium etiam aqua & oleo refertum desidere eos conuenit: in aqua uero althæa, ruta, & conyza decoquantur. Fomenta quoq; adhibenda sunt ex furfuribus, & per pyriateria phacota, id est, uaporatoria uasa lenticulata, & per ueficas bubulas ex oleo semiplenas. Cõueniunt etiam fomenta ex lanis oleo madefactis, in quo cuminũ, anethum, ruta, conyza maxime parua & nasturtium sint decocta. cuminum quoq; per se tritum uentri inspergendum est, deinde lana imponenda. Conuenit enim ab irrigationibus incipere, ipsisq; etiam inter cataplasmata uti. Cataplasmata uero ex melle sint apparata, aut hydromelite meraciore: assumant autem semen lini, fœnum græcum, pollinem hordeaceum, loliaceam farinam, & fabarum. Inferciendum est etiam ipsis plurimum rutæ & cumini, anethiq; semen aut apii, aut rutæ semen siccum: inspergantur autem hæc crassa, & post impositionem calefiant, posteaq; assidue permutentur. Post hæc cucurbitæ affigantur, primum quidem ad remotos locos, inanes: deinde ad ipsos etiam dolore affectos, scarificationesq; profundiores fiant, saleq; impacta uulnuscula conspergantur, quibus postquam cicatrix fuerit obducta, malagmate ex seminibus utendum, aut eo quod ex lauri baccis constat. Potus eis cõueniens est anethi decoctum. Est enim usitatum & accõmodum. A potu panem in aquã feruentem coniice, eiusq; frusta calida confestim edenda præbe. Hoc enim modo seruabitur, etiam si iam instet ei suffocationis periculum. Oribasius autem inquit: Anethum in aqua & oleo decoquatur, atq; ita bibatur, deinde frusta panis ex aqua feruẽti præbeantur. Mirum in modum enim inde iuuantur, inquit, etiam si iam stercus uomant. Ruta etiam ac cuminum trita & potui insperſa com-

moda existunt,& sinapis arida trita insperſa.Commodum est etiam maluæ semen tritum ac potui insperſum.Balsamum quoq; non adulteratum,in potu utile existit. Alius potus. Bituminis drachmas quatuor, cum modico nitri contere, & ex aqua bibenda confidenter præbe. Alius. Radicis panacis drac. ii.nitri drach.i.cumini drachmas.ii.excipe melle, & nucis ponticæ magnitudine ex aqua calida præbe.

Alius. Castorii, anisi,piperis, cuiuscq; æquales partes commisce,atq; inde sesquidrachmam ex aceto mulso præbe. Asclepiadæ potus,qui & recremẽta multa soluit. Elaterium sufficienti terebinthina exceptũ, in catapotiaq; redactum,deglutiẽdũ præbe,aquamq; insuper bibendam. Aliud ad uoluulum remediũ, quod uentrem soluit: confert etiam anhelosis, splenicis,aquæ inter cutem,ex lapide laborantibus,urinę difficultati,paralyticis,tremoribus, comitialibus,uuluæ strangulationi,mensesq; ducit. Medullæ scillæ crudæ,ammoniaci thymiamatis,iridis,cuiuscq; dra.L. galbani drach.xxv.opopanacis drachmas.xii. Scillã seorsim cõtere, deinde ammoniacum cum acerrimo aceto tere:postea etiam galbanum & opopanaca,simulq; mixta omnia in catapotia redige: ex quibus drachmam unam deuorandam præbe, & uinum dilutum insuper bibendum,aut aquam mulsam,aut acetum mulsum. fit autem liquoris mensura cyathorum quatuor.Concoctionem adiuuat,si ante cibum deuoretur,ultra hoc quod aluum facilime soluit. Felicíter usi sumus,inquit Archigenes,ad uoluulos absque inflammatione,hiera nostra ex colocynthide põdere drachmarum duarum, aliquando etiam trium in catapotia redacto. Aut enim uomitu reiicitur ipsum pharmacum cum multa bile ac pituita,aut infra ad intestinum progressum omnes causas adfectionem operantes secum subducit. Doloribus uero persecuantibus,& maxime quibus infusi clysteres non infra

rursus prodeunt,etiam ea quæ dolorem leuant exhibenda, itemq; conuenientes antidoti ante somnum. Communissima igitur & optima, ea quæ ex piperibus constat, & Andromachi exuiperis theriaca existit,post eam uero quæ Mithridati nomẽ debet.Proprie autem in his colicæ antidoti faciũt, qualis est uel in primis quæ zopyrios, & quæ Pæonia appellatur, quarum descriptiones in.xiii. Sermone continentur. Si uero à uenenoso pharmaco quis in uoluulum incidat, aquam tepidam multam bibendam dabimus uomereq; cogemus, deinde oleum calidum in potu dandũ,aut pinguia iuscula, ut rursum uomant ex moderato eorum potu.deinde ita parumper quiescant, & statim postea theriacen accipiant cum uino dissolutam.Cibi eis exhibeantur boni succi:aluus uero lacte sciſſo euacuanda.In eo autem uoluuli genere, quod chordapsum appellari diximus, in quo in uno loco dolor innititur,ut admota manu durities & tumor tactui succumbat,circa tenuia uidelicet intestina, subitũ periculum instat, ut plurimum tertiam aut quartam horam non excedens:quando uero ad suppurationẽ inflammatio uergit,aut longior remoratio contingit, neq; ea ferè citra periculum existit, quanquã sint qui ex eis sunt seruati. Venæ igitur sectio ante localia remedia assumenda est,deinde cucurbita,& reliqua cura quem ad modum in inflammatione fiat. Danda uero & his assidue ex uiperis theriaca ciceris parui magnitudine ex aqua calida infusum etiam immittendũ ex his quæ inflãmationibus conducunt,uelut est fœnigræci & maluæ decoctum,cum oleo & butyro.In potu exhibeatur rosmarini decoctum, florisq; iunci odorati,mei, fœniculi, & maxime omnium anethi. Probe etiam ad eos facit,foliorum rhamni uiridium tritorum, & in pastillos redactorum, exiccatorumq; drac.i.ex calida aqua exhibita.porrò ex conuulsione aut ruptura obortos uoluulos uenæ sectione curare

oportet, locosq; ubi dolor insignitur profundiori-
bus fissuris impactis scarificare & diducere, lanisq;
succidis irrigare: antidotos etiam dolorem leuantes
bibendos præbere, uerum clysteres omnino deui-
tare. Si uero uoluulus propter intestini in scrotum de-
lapsionem contingit, confestim tentandum est, ut de-
cubito sursum uersus uergente adornato, delapsum
intestinum ad inguinum partes retrudatur, atque post
leniter citra uiolentiam ac compressionem, ligamen-
to adhibito contineatur. Si uero iam ex compressio-
ne inflammatio oborta sit, torminaq; ac inflationes
accedant, etiam hos ipsos uenæ sectione curandos
censeo, in mediaq; ad tertium usque diem seruan-
dos. In principio uero lanis succidis ex uino & oleo
madefactis irrigandos: adhibito postea etiam cata-
plasmate crudæ hordeaceæ farinæ. Aliquando au-
tem & inflammatæ partes commode per ambitum
scarificantur, per althææ quoque ac fœni græci de-
coctum & oleum utiliter irrorantur ac dispergunt.

De his qui ab acri humore coli dolore infestan-
tur: Galeni. Cap. XXIX.

Quibus in colo & intestinis acris & mordax in-
sidet humor, hi à calidis cibis ac pharmacis itemq;
infusis lædunt, & a cibis abstinentes magis irritan-
tur. Melius autem habent ex temperamentum indu-
centium & mordacitate carentium usu. Tenues enim
& acres humores uehementissimum inferunt dolo-
rem, aliquando uero & conuulsiones, maxime ubi
circa os uentris fuerint aggregati. Accedunt quan-
doque & animi deliquia, & humiditates sudoris fri-
gidæ. Hoc itaque modo affecti, calida potata ac uo-
mitu reiecta, bilioſum humorem excernunt, quiq;
etiam ærugini aliquando in colore similis existit. hic
quidem igitur humor ubi in uentre constiterit, mor-
dens, & animi deliquia inferens, per uomitum ex-
purgare ipsum oportet. Vbi uero in intestinis aggre-

getur, per sedem infundere conuenit ea quæ humo-
res eluere atque citra mordacitatem repurgare pos-
sunt, cuiusmodi est ptisanæ succus. Cibi uero boni
succi & qui non facile corrumpantur eis exhibendi,
attenuantibus & calefacientibus uitatis. Oportet e-
nim infestantem humorem aut euacuare, aut tempe-
rare. Exempli uero gratia mentionem faciam quo-
rundam à nobis curatorum. Quidam etenim qua-
draginta annorum, qui colicus esse putabatur, à per-
fusionibus & fomentis, cataplasmatisq; & acriori-
bus infusis non modo non iuuabatur, uerum & ma-
gis exacerbabatur, & ubi mel cum pipere accepis-
set, extremum dolorem incurrit, & ubi fœni græci
succum cum melle sumpsisset, plurimum fuit irrita-
tus. Coniectationem igitur feci, mordaces in ipsis
intestinorum tunicis imbibitos esse humores: non fa
cile corruptibiles ei exhibui cibos: deinde ubi uidis-
sem eũ minus à dolore infestari, uitiati humoris pur-
gatione ei opus esse cognoui: c, terum pharmaco ex
aloe amaro hominẽ aceruatim purgare minime au-
sus fui: nimirum ob dolorem ac indigentiam, tempo
risq; diuturnitatem uiribus attenuatis. per interualla
itaq; mediocria paulatim purgatione per picram ex
aloe facta, in paucis diebus ipsum perfecte sanaui, nul
lo altero remedio admoto. Alter quidam adole-
scens non paululum antea à colicis doloribus uexa-
tus, accepta scamonia purgatus est, quumq; pro ra-
tione accepti satis multũ fuisset euacuatus, illa maxi-
me mẽbra quę prius habuit imbecillia morsu infesta-
ta sensit, ut inde quasi fluidam quandã & doloroſam
circa intestina haberet affectionẽ. Itaq; & hũc curaui,
colica remedia reiicere iussum, & ex halica cũ aqua
calida decocta nutriri, granis mali punici simul in-
coctis. Quumq; totã noctẽ absq; dolore dormiisset,
mane exhibuimus ei rhois succũ dilutiorẽ bibendũ:
ut si qua ulcerosa adfectio circa intestinũ esset oborta,

eam adstringeret, siue quippiam ex superioribus partibus ad affectã influeret, idipsum repelleret. In prandio etiam halica similiter cum mali punici acinis & aqua decocta uti iussimus. In uesperam uero panem ex uino quopiam austero ac ueteri madefactum dedimus. Concessimus etiam ut ex austeris fructibus pro libitu, modice tamen, caperet. Tertia autem die quum eodem modo fuisset refectus, in quarta hausta theriaca perfecte sanus euasit. Alium autem quendam similiter affectum æstatis tempore quum plurimum sitiret, eodem uictu curauimus, amplius q; frigidum potum ei indulsimus. Cæterum euacuato humore, & remanente adhuc dolore, ad stupefacientiũ usum confugere oportet. In huiusmodi enim affectionibus non solum quod sensum stupefacit, sed & quæ humores tenues inspissant, caloremq; refrigerant maxime opitulantur.

De his qui à frigidis & pituitosis humoribus coli dolore infestantur. Cap. XXX.

Quum uero crassi & lenti fuerint humores, qui doloris causa existunt, nequaquam stupefacientia erunt offerenda: etenim alleuantur quidem ex eorum usu, ob sensus uidelicet stupefactionem, uerum rursus peius inde habent, quod amplius per ipsa humores inspissentur, & difficulter omnino excerni possint. At qui nauseæ unà cum uomitibus magnæq; & frequentiores illis oboriuntur. Vomuntur autem pituitosa & corrupta, retinentur excremẽta adeo ut ne flatus quidem excernatur, neque ructus etiam procedat. Sæpe enim ueluti sursum reuoluitur dolor, ac plurimũ occupat locum: aliquando uero ex loco ad locum digressus uehementius augetur. Manifesta uero cognitio coli affecti est, quando aliquando quidem altius dolor infestat, quàm pro renum situ, aliquando autẽ longe inferius: si enim iuxta renum situm dolor innitatur, atque id in uno loco cum dolore ac grauitate,

renum

renum affectionem eam esse censendum est. Considerandæ autem ad hæc urinæ: aquosæ enim & puræ in principio à nephriticis minguntur: quem ad modum in sequenti tempore subsidentiam habẽtes asperam, deinde exquisite arenosam. In colicis uero etiam si egerat aliquando uenter, tamen flatuosiora excernit: sæpeq; stercora aquæ inuehuntur bouum stercoribus compage non absimilia. Contingit etiam quandoque humorem aliquem frigidum cum ipsis excerni, quo facto confestim melius habent. Per fomenta autem & cataplasmata nephritici quidem doloris mitigationem accipiunt, laxatis uidelicet iuxta obstructum lapidem corporibus. Colici uero parumper quidem uidentur mitiores redditi: paulo post uero uehementius intenduntur eis dolores, diffusis uidelicet per adhibitarum fomentationum calorem humoribus, generatisq; flatibus, qui plurimam distentionem operantur. Quomodo igitur oportet dolores ex frigidis in intestinis humoribus obortos curare, ita ut neq; uehementibus irrigationibus, neq; cataplasmatis calefiant? A calefacientibus enim diffundun tur & inflantur omnes frigidi ac crassi humores, qui intestina distendẽdo augent dolores. Conuenit itaq; ipsos dissecare & concoquere citra uehementem calorem, & per minime inflantium usum. In exacerbationibus igitut consimilis colicorum cura fieri debet, qualis ad uoluulosos ex prædicta, irrigationes uidelicet ex oleo rutaceo & sicyonio & anethino, ineq; & fomenta ac cataplasmata, infusa item & glandium admotiones, illitionesq; sedis. Vomitus uero ante cœnam, si quis facile uomat, præ omnibus auxiliatur. Vbi uero malum ipsum producitur ad plures dies, insessio in solium ex oleo repletum adsumẽda est: aut si hoc fieri non potest, ex aqua & oleo repleatur, in quibus althæa, pulegium, ac lauri folia, similiaq; sint decocta. Fomentum uero siue uaporato-

tiũ adhibeatur ex furfuribus & milio, & cataplasma-
ta quoq; ad uoluulosos prædicta. Post dies uero se-
ptem purgatio ex hiera Archigenis suscipiatur. Lice-
bit tamen & non purgare, uerum ab acrium ciborum
esu inchoare. Quando uero allium ipsum omniũ mi-
nime inflat, nisi febris adsit confidenter ipsum affere-
mus. Sitis autem sequitur acrium rerum comestionẽ.
Prælleuetur itaque præcedente uictu æger, ubi ad
acrium rerum esum procedere uolet: aquæq; potu
utatur. Flatu autem uentoso infestante, egregium re-
medium cucurbita sæpius affixa, cum largiore flam-
ma existit: ut incantationi similem effectum præstare
uideatur, & in quacunque corporis parte apponatur,
confestim à dolore liberare ac perfecte sanare cogno
scatur. Quod si humor quoq; unà cum flatu adfuerit,
uestigio quidem à dolore leuantur. mox uero rur-
sus redeunt dolores maxime ubi quippiam peccati
circa diætam fuerit admissum: aut si plus quàm opor
tuit, calefecerint ipsa membra. Maximum autem si-
gnum & hoc tibi fuerit ad affectionis cognitionem.
Ne calefacito itaq; manifeste, sed diæta attenuatoria
utaris. Oportet autem & ante infusorum usum, cucur
bitam dolentibus locis adhibere: indeq; oleo ruta-
ceo, & huiusmodi cunctis infusis uti. Multi uero acce
pto clystere uehemẽter dolent, & uitreo humore ex-
creto statim liberantur. Febre autem ut plurimum ca
rent, sitiq; in totum non infestantur. Nascuntur & in
colo lapides, sed raro: quare oportet eos urinã cien-
tibus, & stomacho gratis uti, sanitatisq; tempore etiã
uenam secare, & catapotiis ex aloe gratia præseruan-
di uti. Quando quidem autem colum ipsum in qui-
busdam, debilitatum exleui occasione, & per inter-
ualla quædam dolores inferre consueuit: melius
utiq; fuerit exquisitiore diæta uti, & curam quoq; ad-
fectioni conuenientem subornare. Qua de causa ubi
à somno surrexerit æger, uentrem exonerare tentet:

deinde ad deambulationem procedat. Deambulet
autem & hyemis tempore, nisi frigidior sit aer, aut ip
sius debilitas hoc non permittat: idq; faciat in loco
sub dio, aeri exposito, & patenti: primum quidẽ len-
tius, post uero concitatius. Quiescatq; ubi crura inca
luerint fuerintq; delassata. Deinde domum reuersus
bibat aliquod pharmacum affectioni cõueniens, mo-
diceq; quiescat: & ubi quotidianæ alicui ac consuetæ
actioni uacauerit, per horam equo uehatur, assidue
ei insidendo: quod si facere non possit, in curru: si au-
tem imbecillior sit, per nauigium. Iacens enim uecta-
ri poterit, quum omne corpus unà cum nauigio cõ-
moueatur. Post uero ubi molestiam ex uectatione
obortam modica deambulatiuncula excluserit, leni-
ter exclamet, aut concinne cum uociferatione proce-
dendo legat: deinde rursus modice quiescens ad in-
unctionem ac fricationẽ exuatur. Exercitatione itaq;
facta, & cura admota cibum accipiat circa sextam ho
ram, ut & ad cœnam sufficiens interstitium fiat. par-
tiatur autem cibos, maioremq; eorum partem in cœ
na assumat. Vtilissima enim colicis ciborum partitio
existit: præpotato igitur absinthite uino, panem in cli
bano coctum recentem probe apparatum accipiat
cum oliuis colymbadibus muria conditis, aut paucis
uuæ pensilis acinis, aut ficis uiridibus tribus aut qua-
tuor: deinde à potu, nisi ualde urgeatur, abstineat. Si
uero siticulosus sit, modico potu uehemẽtiæ sitis me
deatur: otioq; & iucunda animi uoluptate fruatur.
Deinde per circuitum affectione repetente, deambu-
let: ciboq; probe dispositio, ad cœnã accedat. In cœ-
na si siticulosus sit, modicum præbibat, & post paruũ
interstitium cœnet: ex uariis quidem pauca, & cõmo
ditatibus abunde referta. Potus mediũ cibũ non di-
rimat, sed post ipsum referuetur, qui sufficit etiam po-
tus exhibeatur. multa enim potatio inconueniens af-
fectioni existit. Non longo deinde à cœna interuallo

facto, ad somnum diuertat: & si quidem noctu sitis urgeat, ei parce medeatur, aqua paulatim absorpta. Atque de quotidiana quidem diætæ ordinatione hactenus. Cæterum paucis subnectam etiam commodos adfectiõi cibos, potionesq; & pharmaca. In uniuersum igitur omnia quæ colicis exhibentur attenuatoriæ sint diætæ. Panis itaque neq; sit aridus, neq; calidus, in clibano coctus, aut si is non adsit, in furno. Olera autem cruda quidem non sunt danda, cocta uero conueniunt, cichorium, intubum, rarius autem cauliculi lactucæ, cucurbita in calido cinere assata, cocta enim stomachum lædit, malua cocta: uerum nihil horum absque pane exhibendum. Dandæ etiam cochlymbades oliuæ cum aceto mulso ac ruta præparatæ. Ab aliis uero abstinendum. Legumina omnia per se quidem affectioni incommoda sunt. Verũ uarietatis gratia aliquantum adsumatur lenticula cum beta colliquata, optimeq; contrita, aut cum ptisana: aut faba cum ptisana diligẽter subacta. Cæterum rarũ legumin um usum probo, ptisana excepta: cõmoda enim hæc est, lapatho cum ea colliquato. Conuenit etiam salsamentum piscium petrosis locis degentiũ: itemq; limaria non inueterata, nec muria condita. Pipere autem & ruta cum aceto mulso condita exhibeantur. Ex carnibus conueniunt in primis uolucrium, secundo loco piscium numerantur, tertium ordinem terrestrium carnes habent. In unoquoq; genere omnia inconsueta reprobanda. Inter ea uero quæ pro consuetudine in cibum nostrum accipimus, uitanda sunt dura, siue natura, siue ætate talia existant: itẽ quæ neruosam ac fibris refertam habent carnem, graueolẽtiaq; ac fœtida, & quæ aliàs mali sunt succi, aut graueoris qualitatis, & pinguia, atq; ea etiam quæ omnino macra sunt & infirma, & quæcũq; præ humiditatis multitudine diffluunt. Quapropter ex piscibus, hi qui in fluminibus & stagnis degunt uitandi sunt. Ex

marinis autem, qui in petris degunt, his qui intra pelagi profundum uersantur sunt præferendi. Qui tamẽ in profundo maris degunt, littoreis præstant: & littorei rursum, potiores sunt his qui in marinis paludibus nutriuntur, etiamq; his qui in magnarum urbium stagnis uictum quærunt. Eligendi autem sunt maxime lupi & aselli mediocri magnitudine: scari autem & turdi ac gobii tenerrimi quidem sunt, & facillime secedunt: alimentum autem paucum, roburq; corpori addunt. Scaros autem hic non magnos intelligere oportet. Mulli autem & scorpii & passeres, nutrimenti quidem ac roboris gratia omnium gratissimi existunt grauiorem aũt omnem habitum reddunt, ut ob eam causam frequentiorem eorũ usum uitare oporteat. Murenas autem & loligines, sepiasq; & polypodas, omniaq; simpliciter mollia, ut quę difficulter cõcoquantur, inflationes pariant, noxios humores generent, cẽseo reprobanda. Ex his uero quæ testa integuntur, squilla omnium minime noxia existit: cancer turbationem inducit: gammaro autẽ siue astaco pro uoluptate fruatur. Ex ostreorum porrò genere, purpuræ, & buccina reliquis præferenda: deinde pelorides præstant: postea herinacei recentes: deinde quæ proprie ostrea appellantur: reliqua uero relinquẽda. Ex uolucrium genere, gallinæ omnibus præstantiores, sint autem feræ, & in montanis altæ, deinde perdices, & palũbi, debilis nutrimenti gratia exhibendi, turturesq; feri ac per agros nutriti & columbæ: Fugienda omnia uolucriũ genera, quæ in aquis degunt, tanquã graueolentia, & quæ superfluitatibus multis abundent. Ex quadrupedũ animantium genere præstant carnes suillæ, tum concoctionis & alimẽti roborisq;, quod inde corpori accedit, gratia, tum quod facile secernantur. Secundo loco hœdinæ habẽdæ: reliquæ uero domesticæ fugiẽdæ. Ex syluestribus & feris paucæ, uarietatis tantũ gratia dentur. Omnes aũt

carnes quas exhibere uelis, ad duas dies promptas & paratas habere oportet, in hyeme præsertim, ut friabiles reddantur: ex aqua etiam omnes coquantur. quæ enim in sartagine fricta sunt, quantum fieri potest uitentur. Cauēdum etiam à uisceribus omnibus, sunt enim frigida, & turbationem mouent: difficulter concoquuntur: grauiaq; sunt, & sanioſa, ac fœtida, nimiasq; humectationes ac nauseas producunt: maxime tamen omnium cerebrum. Pulmo sanè hoēinus bis assatus, ac in cibo acceptus superabundans alimentum subtrahere uidetur. Qui uero eum lacte replent, deindeq; coquunt, aut assant, uoluptatis gratia non utilitatis respectu id faciunt: multoq; magis qui eum frustatim concisum in sartagine torrent. Sale cōditi arietis pulmo maxime uetusti, difficulter & grauiter à uentre exuperatur. Cochleæ autem terrestres succulentę in cibo sumptæ, obluctari & sese oppone re colicæ affectioni uidentur. In liquamentis & condimentis conueniunt, cuminum, menta, ruta, sison, fœniculum, origanum, ammium, thymum, piper, zingiber, daucus, succus silphii, acetum mel, garum, uinum. Pyrethrum uero & liguſticum, ac helenium, similiaq; magis medicamentaria ui prædita sunt: & ob id in quotidiano usu ac diæta uitanda. In uniuersum autem, ut summatim dicam, unius coniectationem facere oportet, ut scilicet accepti cibi optime concoquantur. Particulatim uero, ut ne siccitas excrementa apprehendat, neq; fatigetur uenter in multis cibis cōficiendis: ne uenter ciborum qualitatibus obluctetur, ueluti si ægre eas conficiat, & nimiam humectationē ei inferant, ne noxii humores generentur, neq; in uentre, neq; in uniuerso corpore. Omnia enim inutilia excrementa ex leui occasione ad affectum ac infirmum membrum detruduntur. Quare uitare conuenit omnia dulciaria & placentas: plurima etiam ex bellariis ac fructibus: iucunditatis tamen & gratificandi stomacho gratia, uua alba dulcis præ ariditate corrugata cum pane præbeatur: ficus q; maturæ cuticula annulsa: uua etiam uinaceis exemptis. Reliqua uero omnino sunt fugienda. Vinum sit subadstringens, album, tenue, pellucidum, mediocri ætate, temperatura dilutiore, modiceq; bibatur. Quod si sitis à cibo accedat, aqua calida præbeatur. Infestissima enim ipsis frigida existit. Dulces autem prælibationes ex uino & melle apparatę, propomata Grę cis appellatæ, eo quod ante cibos biberentur, omnes deuitandæ. Atque hoc sanè modo ea quæ ad colicorum diætam pertinent, diiudicantur. Colicum remedium ex stœchade, nephriticis commodum. Hoc omnes ueteres interiorum membrorum affectiones curauimus. Datur autem ex ordine diebus. xxx. & perfecte ab omnibus affectionibus liberat. Stœchadis drach. xviii. radicis panacis drach. v. agarici drach. ii. cinamomi, myrrhæ, seminis brasicæ sylueſtris, iridis, mandragoræ, hyoscyami albi seminis, costi, nardi cretici quod phu appellant, spicæ nardi, piperis, opii, cuiusq; drach. xii. (Accipio autem piper longum) mei, drach. xviii. seminis cicutæ drach. xxiiii. dauci drachm. viii. Contusa excipe melle despumato, ac exhibe robustis scrup. ii. reliquis. obol. iii. febre carentibus, ex uino mulso: febrientibus, ex aqua. Infusum quoque nucis ponticæ magnitudine cum oleo in quo fœnum græcum & ruta cocta sunt, colicorum dolores sedat.

Pharmaca ad colicos. Cap. XXXI.

Conuenientissimum ad colicos pharmacum uinū absinthites existit, si prælibatione à balneo aut exercitio opus habent: estq; etiam nō sitientibus ualde cōmodum, si laxiore ac debiliore apprehendente aluo, cyathi temperati mensura ante aridorum ciborū comestionem accipiatur. Apparatur autem uinum absinthites, & pro occasione, uirgis recentis & pleni absinthii quindecim numero, per diem ac noctem

in fictili uase uini tenuis & adstringentis mediocriter uetusti maceratis: mensura autem uini sit sextariorum trium. Decoctum etiam herbæ ipsius, ubi semel tantum ebullierit, pari modo ad uinum quod aliàs pro consuetudine bibunt, admixtum, utiliter à balneo ac exercitio præbetur. Melius autem est quod ubi otiũ sit sic præparatur. Selibra absinthii in amphoram uini optimi recentis, quod mustum appellamus, coniicitur, oblinitur, in eaq; permittitur, donec mustum cessauerit feruere: deinde absinthium quidem abiicitur: uinum uero reponitur ac inueterascit. Habet autem omnino amphora sextarios octo & quadraginta. Vinum absinthites aluum corroborat potenter, & quicquid lubricum inferne in aluo ac intestinis hæret, citra animaduersionem detergit: bilis generationem præpedit: flatusq;, alios quidem depellit, alios uero auertit: quodamq; modo spiritum dispensationi præfectum defecat. Aloe etiam optima trium drachmarum pondere deuorata aptissima est, ubi non pro ratione ciborum egestio excrementorum fiat. Quem ad modum autem optima aloe etiam sola sanitati restituere potest: ita uitiosa medicamentaria superfluitate uentrem replet. Intercidentes uero obiter inflationes syluestre cuminum, quod & æthiopicum appellant: cochlearii mensura ex aquæ calidæ cyathis duobus aut tribus potatum dissoluit: aut sison simili modo: aut rutæ ramuli in aqua ipsa feruefacti. Castorium etiam assidue potatum totius affectionis apparatum demolitur, omnibusq; medicamentis præstare repertum est: datur eius drachma una in tribus cyathis optimæ aquæ mulsæ. Lupi autem stercus maxime album ex aqua, aut uino albo & tenui summe colicis auxiliatur, inquit Galenus: non solum in accessionibus & irritationibus, sed tempore etiam interualli. Aut enim perfecte morbũ sedat, aut ita præparat, ut ad tempus aliquanto mitius adfligat. Melius

autem stercus censetur, quod nõ in terram delapsum reperimus, uerum in fruticem aut herbam excretum. Ossa quoq; in ipso stercore inueniuntur, quæ ipsius animalis concoctionẽ effugerunt, quæ si trita bibantur, magnopere colicis auxiliantur: quare mundioribus hominibus repurgatiora exhibenda sunt cũ sale ac modico pipere mixta, aut alio quopiam ad cõmẽdationẽ odoris. Mirum in modũ etiam manifeste colicos iuuat, instar amuleti alligatũ iliis ægroti idẽ lupi stercus: oportet aũt filum quo amuletũ colligatur ex oue à lupo discerpta sumere, cũ stercoreq; ipso in pelle ceruina excepto, ac filo colligato, ilia præcingere. Si uero nõ suppetet lana ex cuicula à lupo discerpta, ligamentũ ex ceruina itidem pelle accipere oportet. Corydus itẽ passerculus, qui & corydalus, hoc est galerita, appellatur, simplici iure coctus, assidueq; unà cũ iure acceptus, summoopere colicis prodest. Vtilitatẽ enim ex eo expertus sum, inquit Galenus. Cæterum passerculis, quos pyrgitas à turribus, & troglitas ab antris & cauernis appellant, similis est, qui sanẽ circa urbium muros uersantur ac degunt: uerum his maior est corydalus ipse: habetq; in capite ueluti cristam siue galeam ex pennis sponte naturæ enatam, & circa uias reperitur hyemis præsertim tempore.

Aliud. Talum suillum ustum & tritum, totum ex aqua bibendum præbe. Aliud. Thymi cacumina in aqua ad tertias decoquito, & ad percolatũ decoctum mel despumatum adiicito, bibẽdumq; præbeto. Aliud. Radices uerbenacæ rectæ tenuiter concisas in aqua ad tertias decoquito, ieiunisq; per quinq; dies bibendum decoctum hoc præbeto: & colicis medeberis. Vtere, est enim experimento cognitum. Aliud. Hoc itidem experimento constat, eoq; ipse liberatus sum. Mentam uiridem aliquãdiu decoquito, decoctumq; bibẽdũ ad dies tres exhibeto, & nunquam dolore adficietur. Cauendum aũt ne

olla in qua mentam decoquis per tres dies terrã contingat. Remedium uero hoc eiusmodi est, ut præsentem opẽ ferat: estq; multo usu cognitũ. Lauri etiam teneriora uirgulta arefacta comedẽda præbe per tres dies, quibus mentę decoctũ potant. Aliud mirabile. Marrubium in uino mulso decoctum bibẽdum præbe. Liberabiturq; æger à dolore, neque unquam postea incidet ad affectionem. Aliud. Rhamnifolia uiridia trita in pastillos informa, & exsicca: drachmamq; unam inde exhibe febre carentibus, cũ uino: febriẽtibus uero cũ hydromelite. Facit & ad uoluulos, omnemq; dolorem flatuosum miro modo. Per ructus enim ac flatus exoluti à malo, sani fiunt.

Aliud. Rhamni succum poculi mediocris mẽsura tantũdemq; passi cretici misceto: dumq; in solium in balneo descendit bibendum præbeto: plurimumq; tolerare id iubeto. In frigidæ autem aquæ solium nequaquam conscendat. Experimento cognitum est. Ex apparatis uero pharmacis hocce nobis familiare est, inquit Archigenes. Castorium & ammium tenuissime trita duorum cochlearium mensura præbe ex aqua mulsa, Secundum uero locum hoc habet. Castorei drac.iii. ammii, seminis apii, fœniculi, cuiusq; drac. i. exhibe eo modo quo præcedens. Aliquando autẽ pro apio panacis radicẽ adiiciẽs præbeo, assequorq; rite quod uolo. Præstabile est & hoc. Anisi castorii, æquales partes misceto, indeq; drac.i. ex uino mulso exhibeto. Aliud. Gladiolum unà cũ radice exsiccatam, contusam, & cribratam cũ piperis granis.xi. bibẽdam præbe, diuturno malo hoc medetur.

Cæterum duo efficacissima ex multis omnino coli pharmacis usus approbatione præstãtia, inquit Archigenes, unicuiq; communicabo. Sagapeni, piperis, galbani, pyrethri, croci, spondylii, myrrhæ, ana ℈ drach.i. radicis panacis drach.viii. excipe melle, & ad cerati crassitudinẽ redige. Vbi uero usus expetat ma-

nipulũ.i. chamæleuces aut chamæpityos in uino optimo, leui, anniculo heminarum quindecim mensura, usque ad tertias decoque. In hemina deinde decocti una, ex pharmaco ad fabæ magnitudinem dissolue: idq; semel primo mense bibendum præbe: secundo deinde mense bis: & tertio ter: atq; hoc modo usque quo quinquies exhibueris, secundum menses auctione facta procedes: nisi alui ramenta inde succedant. ea enim leniter detrahere hoc pharmacum consueuit.

Alterum uero ad dissoluendas accessiones, ualde efficax existit. Myrrhæ stactæ, opopanacis, succi cyrenaici, croci, pyrethri, galbani, sagapeni, cuiusq; drac. viii. olei picini drachm.i. mellis despumati quantum sufficerit, ut ad cerati spissitudinem redigatur. Ex hoc pharmaco drachma una, in tribus cyathis passi cretici diluti calidi liquefacta exhibetur. Neque uereor hæc etiam in accessionibus, nisi ex cruditate laboret æger, præbere, atque etiam in interstitiis per aliquas dies ex his affectionem expugnare ualdeq; mihi ex sententia res procedit. Theriace porrò Andromachi ex uiperis constans interualli tempore assidue acceptа, prohibuit ne facile ab accessionis irritatione rursus impeterentur. Antidotus Zopyrios appellata, præsens auxilium in debilibus doloribus existit: facit ad colicos & alui inflationes, & incipientes aquæ inter cutem suffusiones, maxime eã quæ tympanites appellatur: ualet etiã ad iecinoris affectiones: prodestq; his qui uenenum hauserunt. Myrrhæ troglodyticę drac.v. spicæ nardi drac.v. croci drach.iiii. floris iunci odorati drac.iii. & dimidiam, casiæ drac.iiii. cinamomi drac.iii. thuris drac.i. piperis albi sesquidrachmã, costi drach.i. Excipe melle despumato, ac nucis ponticæ magnitudine præbe ex uini mulsi, aut passi ueteris cyathis duobus, aut ex aqua. Exhibeatur etiam in colica diuturna, habita tamẽ prius corporis cura, paululum ante horã cibi sumẽdi, ad dies ex ordine quin-

decim: deinde ubi ab eius exhibitione per quinq; dies quieueris, rursus exhibe ad dies decem: iterumq; post multorum dierum intercapedinẽ, parum præbe, donec ea amplius opus non habeat æger. At qui propria sua efficacia corpus se melius repræsentaturum promittit, tum carne, tum colore, tum sensu, tum firmitate. Archigenes porrò Zopyrium antidotum sic parare iubet. Spicæ nardi drac.vi. floris iunci odorati drach.v. myrrhæ drach.v. croci drach.iiii. casiæ drach.iiii. cinamomi drach.iii. piperis drach.vi. costi obolum, thuris obolum. Cæterum præter opinionẽ colicis conueniens antidotus est, quæ pæonia appellatur. In ipsis enim uehementibus accessionum irritationibus ante somnum exhibita compescuit dolores, somnumq; dulcem simul produxit, ac morbum dissoluit. Quidam etiam ipsam cum oleo infundentes scopum attigerunt. Descripta autem habetur in tertiodecimo De theriacis Sermone huius uidelicet tractatus: quare ea ipsa censeo confidenter esse utendum. Aliud ualde bonũ oxyporiũ, cito penetrans, tum colicis, tum inflatis cõmodum. Cumini trientem, piperis albi, cacuminum thymi, foliorum rutæ, nitri, singulorum unc.i. contere cum aceto, ac redige in pastillos põdere unius aut duarum drachmarum. Exhibe iuxta cuiusq; uires cum aqua calida. Aliud

Sisonis, casiæ, foliorum lauri in umbra exiccatorum, singulorum drach.viii. petroselini drachm.iiii. spumæ nitri albæ drach.v. excipe melle, ac utere. Aut cochleare eius ficci ex aqua mulsa, in qua ruta decocta est, præbe. Aliud. Cumini sylueſtris cochlearia.iii. seminis coriandri, fœniculi, anisi, apii, seminis rutæ, cuiusque cochleare.i. piperis grana.ix. uini sextarium.i. Hæc tenuissime contrita uino permisce, & quotidie cyathum unum bibendum cum aquæ cyathis tribus præbe. A potu autem æger deambulet, & probe cõcoctionem iuuabit. Poteris & ipsum uinum

calefactum præbere. Aliud Asclepiadæ, quod ab omni affectione penitus liberat. Corticis salicis uiridis drach.v. zingiberis drach.iiii. piperis drachm.ii. palmas passas.iii. rutæ uiridis ramulos.v. aquæ pluuialis sextarios.iii. Omnia simul ad tertias decoquito, atq; ad horas siue dies tres pro qualibet uice cyathos duos exhibeto: & post triginta dierum spatium idem rursus facito, quo per anni spatium unius, triginta & sex potiones contingant. Hoc enim pharmacũ potatum hoc modo totam affectionem aufert.

Aliud. Cornu cerui recens enati adhuc capillis obsiti, tenerrimiq; ac usti, cochlearia maioris modi.iii. piperis albi grana.ix. myrrhæ parum quid, ad commendandum odorem, Contere omnia, eisq; cochlearum terrestrium magnarum unà cum testis suis tritarum, quantum uisum fuerit adiice: omniaq; simul trita, & uino falerno mari mixto trium cyathorum mensura permixta, & ad mites prunas in uase fictili calefacta, ac sedulo, ne quid in fundo resideat, agitata, præbe bibenda, ita ut nihil reliqui maneat: atque id maxime tempore accessionis, & ieiuno adhuc ægro fiat. Deinde uero cibum qui facile conficitur præbe, atq; hoc ex ordine ad dies tres exhibe. His uero qui cochleas sumere non possunt, reliqua præbe sicca cum uino.

Potio ad colicos, quæ etiam inflatis, & difficulter concoquentibus, uoluulosisq; est accommodata. Absinthii pulegii, piperis albi, cumini sylueſtris, baccarum lauri decorticatarũ, omnium æquales partes exiccatas ac tritas, cochlearii mensura præbe ex aqua calida. Vtereq; eo confidenter. Aliud colicũ remedium per experiẽtiam receptum. Baccas lauri.ix. piperis grana.vii. opopanaca magnitudine ciceris. coniice in aquæ cyathos.iiii. totumq; simul ferue factum bibẽdum præbe, quiescatq; inde æger, & perfecte sanitati restituetur. Oportet autem, inquit Galenus, ad uiros masculi, ad fœminas muliebris sexus

herinacei interham membranam accipere, exiccareq; ac contundere: eiusq; partes tres prædictis ammiscere. Aliud, ad colicos præclarum. Colocynthida maximam non solum ferro perforatam, sed & semine eiecto euacuatam, ita tamen ut id quod instar tomenti in ea est relinquas, uino ueteri dulci quātum eius capere potest exple, eamq; per noctem integrā repone: mane uero uinum ipsum per panniculum diligenter exprime, ac percola, ut nihil ex medulla eius in ipso potu residuum maneat: uinumq; ipsum calefactum bibendum præbe, quo facto æger deambulet & liberabitur.

De antidotis dolorem leuantibus, infusisq; colicis accommodatis: Galeni. Cap. XXXII.

Pharmacis dolorem leuantibus, medici uti consueuerunt, ubi magnus adest dolor, aut uigiliæ, aut ne ob uiolentam tussim lancinētur ægri, uelut in sanguinis reiectatione, & destillationibus à capite contingere solet. Verum in illis mediocria exhibere solemus: quales sunt ex seminibus constantes tussi accommodatæ facultates, quæ & ipsæ omnino aliquid ex soporem inducentibus pharmacis admixtum habent: uerum modicum id est inter multa adeo semina, quæ & boni odoris sunt, tenuiumq; partium, & urinam ciēt: cuminum dico, daucumq; & anisum, & quæ his similia existunt. Cæterū quæ ad colicos apparantur pharmaca dolorem leuantia eiusdem quidem generis cū illis sunt, uerum longe maiori facultate prædita, atq; id ob magnitudinē in eis doloris. Opium igitur fortissimum est stupefactiuum: ammiscere autē ei oportet, ea quæ aut dolorosam affectionem concoquere possunt, aut humores ab ipso factos discutere, aut secare & attenuare, aut secundū totam ipsorū substantiam permutare. Scopus enim nobis in his est, primū quidem ut sensum stupidum reddamus, deinde ut nihil in posterum ex stupefactiuo pharmaco relinquamus, quod mēbro nocumentum inferre possit. Amplius aūt ut, quod maximū est, affectioni opitulemur. Ad hæc itaque respectu habito, uidetur mihi debito modo & iuxta rationē propositū componere pharmacū: ex hyoscyami quidē & opii permixtione, quicunq; altiorē somnum ac soporē, sensitiuæq; facultatis stuporē inducere uelit: quo uero citius digeratur, omnemq; profunditatē affectorū corporū penetret, calefacientia ammiscere oportet, piper uidelicet ac euphorbiū & pyrethrū, quæ nociuos humores discutere possunt, & repurgare uiscosos, secareq; crassos: & flatus uētosos attenuare, concoquereq; & euacuare. Neq; uero parū concoctoriæ facultatis frigidorū præsertim humorū in indica nardo existit: quē ad modum autem ex aromaticis nardū cōiecit Philo, sic & hi qui ei successerunt, alii aliud adiecerunt: florē iuncī odorati, casiam, amomum, ac costum. Quem ad modum autem rursus crocum coniicit Philo concoctorium pharmacū ad humorē & affectionē cruda: ita alii myrrham q; & castorium ammiscuerunt: pluri miq; ex ipsis: neq; id male, etiam familiaria nobis semina, apii uidelicet & cumini, anisiq;, ac dauci, & petroselini, & quæcunque eius generis existunt, adiecerunt, quo uidelicet amarorum pharmacorū iniucunditatem lenirent, ad digestionemq; & urinæ expulsionem totum pharmacum impellerent atq; inhorarentur. Si uero uaporum aut humorum crassitudinem attenuare oporteat, & hoc ipsum per ea contingit. Prima itaq;, ut apparet, ex omnibus uetustioribus præclara Philonis antidotus existit, de qua ipse hæc scribit. Philonis antidotus. Philonis Tharsensis medici magnum mortalibus inuentum ad multarum affectionum dolores, siue colum quis doleat semel datum, siue iecur, siue etiam urinæ difficultas, aut calcularis morbus, aut orthopnœa, aut tabes infestet. Sanat & conuulsionē & pleuritidem, ac sanguinis

nis reiectationē, aduersusq; mortem se opponit, omnes uiscerum dolores sedat, tussimq; & suffocationem singultumq; & destillationem. Hanc etiam Andromachus in suos commētarios retulit, hoc modo de ea scribēs. Colica antidotus admirabilis, qua utor & ad uoluulosos, & ad eos qui stercora per uomitum reiiciunt in maximis doloribus: datur magnitudine fabæ ex cyathis tribus aut quatuor aquæ frigidæ. Compositio autem hoc modo habet. Piperis albi drach. xl. opii drach. xx. croci drac. x. seminis hyoscyami albi drach. xl. spicæ nardi, euphorbii, pyrethri, cuiusque drac. ii. excipe melle cocto, ac utere. Alia antidotus colica, Nicostrati Isotheos appellata, duobus talentis empta, faciens ad stomachicos qui cibū continere non possunt, oculorum affectiones, & magnas uexationes, & dolores uuluæ, ex hydromelite in quo ruta sit incocta. Croci sesquidrachmam, myrrhæ drach. ii. spicæ nardi drach. ii. costi, piperis albi, piperis longi, galbani, cuiusq; drach. i. cinamomi, succi mandragoræ, castorii, cuiusque drachm. ii. seminis dauci sesquidrachmam, alii drachm. iii. & dimidiam eius coniiciunt, opobalsami drach. iiii. sagapeni drac. iii. casiæ drachm. iiii. excipe melle despumato, & fabæ magnitudine præbe.

Quæ colicis infundantur, & per anam subdantur. Cap. XXXIII.

Huius generis sunt etiam, quæ sedi applicantur, quæq; ad leuandū dolorem per anum, tum subduntur, tum infunduntur. Opium itaq; ex genere eorum est, quæ fortiter sensum stupidum reddunt, ac somnū soporiferum inducunt. Atq; hæc facit tum per se solum, tum cū pari castorio in sapa aut oleo rutaceo imburum, tomentoq; exceptum, & ano inditum. Miscere enim hæc pharmaca oportet quopiā uires ipsius opii mitigante, nocumentumq; quod inde menbris infertur impediente, amplius q; affectionē iuuante.

Aliud,

Aliud, quod subditur colicis, ad dolorem leuandum. Castorii, croci, opii, myrrhæ, styracis, æquales partes in collyria longa redige cum aqua, & utere. Infusum ad colicos mirabile. Cedriæ quadrantem, picis liquidæ semissem, castorii sesquiunciam, opii sesquiunciam, piperis grana lx. unito cum digito medio uel eo qui index appellatur, usque ad primam flexuram uncto, & simul cum olei rutacei cyatho. i. inquinato, ammixtaq; butyri unc. i. terebinthinæ sesquiuncia, tepefactum per fistulam amplioré infundito: subsidet enim & dehiscit, ac ab unione discedit. Aliud infusum, quod ante somnum acceptum, somnum cōciliat, dolorem lenit, concoctionemq; probe iuuat: Succi absinthii drach. iiii. opii drach. iiii. aloes drach. xii. picis liquidæ unc. i. cedriæ unc. i. myrrhæ unciam unam, centaureæ drachm. iiii. castorii drachm. x. costi drachm. vi. masticheś unc. i. foliorum rutæ unciam unam, styracis unc. i. mellis & terebinthinæ liquidæ quantum ad coactionem sufficit, quo ad mellis crassitudinem redigatur. Vsu uero expetente ex pharmaco hoc drachmas plus minus quatuor, iuxta ægri uires ac ætatem, in diplomate cum oleo cyprino, gleucino, anethino, telino, in quibus cuminum contusum coctum est dissolue, modicumq; butyrum admisce. Et ubi aluum per clysterem stercoris eductiuum prius euacuaueris, deindeq; laueris, & cibum exhibueris ac caput ex anethino aut omphacino illeueris, ante somnum infunde. Vtere, experimento enim constat. Aliud, quod inferne infunditur, quo ego usus magnū nomen assequutus sum. Castorii drach. iiii. croci sextantem, alii tamen drach. ii. tantum habent, opii trientem, myrrhæ drachm. iiii succi rutæ drach. ii. nitri rubri drach. ii. quidam uero pro nitro spicam nardi scribunt, excipe melle despumato cocto. Vsus uero tempore nucis auellanæ paruæ magnitudine, aut fabæ tātum accipe, ac in uini mensura una dissolue, affusaq;

olei rutacei mensura una, ut uidelicet duæ mensuræ sint in totum: permisce, ac præloto ægro, ante somnum infunde. Cæterum præscriptas ad dolorem leuandum antidotos & infusiones uitare oportet, ne in nimis assiduum usum conuertamus: sedant enim cõfestim dolores, causas uero intus reseruant: & aut paulo post animi deliquium inferunt, & mortem, aut diuturnas & indissolubiles affectiones reddunt. Aliud infusum mirabile. Butyri quincuncem, adipis anserini, adipis gallinacei, medullæ ceruinæ, terebinthinæ, cuiusque sextantem, adipis ursini unc.i. cumini, foliorum rutæ, castorii, cuiusque quadrantem, euphorbii recentis drach.vi. opobalsami septuncem, nardi celticæ trientem, unguenti nardini lib.ii. olei rutacei sextarios.iiii. Vtere hoc ipso in uehementibus doloribus: euacuatione tamen prius per clysterem facta, & post horæ spatium mensuram unam mediocris poculi tepefactã infunde, quiescereq; iube, ac aliquandiu pharmacum retinere: atque ita diuinam eius uidebis facultatem. Aliud infusum, quod etiam causas euacuat, ac dolorem leuat, facit & ad diuturnam renum affectionem, & ad calculosos, eosq; qui in uoluntarie urinam eiiciunt. Allii capita magna tria, rutæ uiridis manipulares fasciculos duos, olei dulcis lib.iiii. Allia decorticato, & cum ruta ac oleo donec torrefiant coquito, atque id ad prunas fumum non emittentes facito, ac deinde percolato, ad oleumq; butyri lib.i. affundito, picis liquidæ sextarii italici quartam partem, cedriæ tantundem: unito, ac in uitreo uase recondito. Vsu autem expetente, sextantem inde, aut minus iuxta ægri uires accipito, oleoq; & uino pari mensura acceptis, ita ut totum hemina una fiat, commisceto, tepefactumq; infundito. Aliud infusum. Olei cyprini lib.v. castorii sexuncem, antidoti regiæ quæ etiam tetrapharmacum appellatur, sexũcem: emplastri ex succis sexuncem, terebinthinæ sexuncem, butyri sexuncẽ,

baccas lauri centum & unã, baccas allii magnas quinquaginta unam, cumini lati unciam unam, rutæ manipulum unum. Baccas lauri & allia mundato: latum uero cuminum & rutam in pila tundito, & in hemina una uini ueteris dulcis macerato. Sequenti uero die affuso oleo & butyro, in diplomate decoquito, percolato, ac reliqua ammisceto, pariterq; castorium cum oleo tritum. Vtitor. Vbi uero usus postulauerit, pharmaci huius sextantem accipito, & adipis anserini liquefacti itidem sextantem ammisceto, tepefactumq; iniicito. Infusum colicum admirandum. Fœni græci ac lini seminis equales partes, quantum satis uidebitur accipito, & in aqua præmacerata decoquito, atq; ubi succus inde prodierit, quantum ad usum satis uidebitur percolato, ac in eo ipso quod percolaueris lanas succidas eluito, expressisq; lanis, ad aquam salem & oleum moderate adiicito, simulq; unito, ac tepefacta infundito.

Cataplasma colicũ, ex libris Seueri. Cap.XXXIIII.

Farinæ cicerum nigrorũ, seminis brasicæ, farinæ fœni græci, singulorum æquales partes decoque cũ melle, oleoq; cyprino, modico uino affuso. Est & alterum admirabile remedium, cuius efficaciam experimentum ipsum approbant. Accipit autem fœni græci partes ii. baccarum lauri contusarum, mastiches chiæ, & terebinthinæ singulorum partem.i. Coquitur cum uino & melle. Epithema colicis, inflatis. Silphium plurimum cerato cyprino excipe, & impone. Ego uero, inquit Archigenes, etiam castorii paululũ admisceo, efficaciusq; redditur ad stomachi præsertim inflationes. Aliud epithema ad colicos, inflatos, coxẽdicũ dolores, pleuriticos, ac stomachicos, & diuturnũ uomitũ cibi: attrahit etiã, ac duritias emolit. Ceræ, picis, resinæ pinus, adipis taurini, baccarũ lauri: singulorũ quincũcẽ, ammoniaci thymiamatis triẽtẽ, galbani quadrantem, piperis sesquiunciam. Aliqui etiam

canchryos quadrantem, ammii q; tantundem conii ciunt. Aliud. Ceræ libras ii. celtici nardi, floris iũ ci odorati, casſiæ, cyperi, cuiuſque ſextantem, colo phoniæ libras ii. rerebinthinæ ſeſquilibram, thuris, py rethri, cuiuſque ſeſquunciam, euphorbii unc. i. coſti drach. xxx. unguenti irini quantum ſuffecerit. Arida in uino rigata ac exſiccata contundito & cribrato, at que ita liquefactis inſpergito. Ad finem etiam opo balſami ſextantem aut quadrantem ammiſceto. Facit quæcunque etiam polyarchion: maxime tamen infla tis conducit. Vtendum quoque ad colicos paulo mox ſubſcripto polyarchio appellato, atq; eo quod ex baccis lauri conſtat, quod ad hydropicos deſcribe tur, & ſi qua his ſimilia exiſtunt. Proprie autem coli cis conuenit, inflammatis q; & inflatis, quod in epiſto lis Archigenis refertur, ex ſeminibus conſtans. Ce ræ drachmas centum, terebinthinæ drach. L. ammo niaci thymiamatis drach. L. opopanacis, iridis illyri cæ, aniſi, meliloti, nitri, adipis taurini, fœni græci, ſemi nis apii, cuiuſque drach. xxv. mellis ſextantem, aceti cyathos duos. Arida contundito & cribrato, ammo niacum autem in aceto mulſo per noctem unam ma ceratum reponito, poſtera die liqueſcibilia feruefaci to, in mortario q; cum piſtillo tuſa commiſceto. Hoc epithema hoc modo purum citra aliarum rerum ad mixtionem impoſitum, cutem exaſperat, eis q; qui ui tioſis humoribus amplius abundant ſerpiginoſum pruritum excitat: quare in his qui teneriores carnes habent, ex cerato roſaceo quantum tibi ſatis uidebi tur pro curandi corporis ratione, ammiſceto. Dro pax etiam aſſidue ſuper omnem uentris amplitudi nem iniiciatur, atque etiam aſſidue ſuper dorſum. componatur autem is ex pice & reſina, modica cera, ſulphure, bitumine, manna, nitra, adarce. Intenditur autem uſus eius ſi calidiori & non pinguefactæ cuti culæ admoueatur, atque etiam inter exercitia incum bere ſinatur. Aliquando etiam balneum ſuſcipiatur, ex nitro aſſato toto corpore large conſperſo. Huiuſ modi enim dropacis uſus uiolentius adfectionem de ſtruit, ſicut & ſinapiſmus & thapſiæ uſus multis qui antea exquiſita diæta ſunt uſi & per aluum, ſiquidem adſtricta fuerit, ſunt euacuati, affectionem omnem ex cidit. Porrò dropacum & ſinapiſmorum apparatus in tertio Sermone ſunt deſcripti. Aliud. Archige nis, uile quidem, uerum ob efficacem ipſius lenitatem in precio habendum. Picis liquidæ libras. ii. ceræ ſexuncem, ſulphuris uiui, nitri, aluminis ſcisſilis, cuiuſ que quadrantem. Ad picem liquidam præcoctam uſ quequo non amplius inquinet manus, ceram iniici to, qua liquefacta ab igne tollito, aridaq; tenuiſſime trita inſpergito, unito, emollito, ac utitor. Flatus infer ne educit, cutem uellicando iucunde afficit, ac per om nia colicis auxiliatur. Prodeſt etiam coxendicum do loribus, & articulis refrigeratis lieniq; indurato. Epi thema ex baccis lauri, ad colicos. Ceræ, colopho niæ, picis ficcæ, ſpumæ nitri albi, ammoniaci, cuiuſq; dextantem, baccarum lauri decorticatarum ſeſquili bram, piperis ſextantem & unciæ dimidium, ammii, canchryos, iridis, cuiuſque ſeſquiunciam, galbani ſeſ quinnciam, unguenti irini libram unam. Quod ſi can chrys nõ adſit, pyrethrum coniice, & liquefacta cum ſiccis permiſce. Hoc etiam approbat Oribaſius. Polyarchion, quod in Alexandria præparatur. Caſ ſiæ, amomi, roſarum, cyperi, cardamomi, ſpicę nardi, nardi celticæ, folii, iridis, œnanthes, compoſitionis hedychroi, maſtiches, croci, meliloti, ſucci abſinthii, ammoniaci thymiamatis, aloes, bdellii, myrrhæ, cu iuſque unc. i. xylocinamomi, piperis communis, he lenii, ſtyracis, cypheos, thuris, cuiuſque ſeſquiunciam. Succos cum aridis committito, ammiſcetoq; xylobal ſami ſcrup. xii. floris iunci odorati ſcrupulos xii. tere binthinæ ſexuncem, unguenti nardini beſſem, roſacei

lib.i.hederæ unc.xvi. opobalſami ſextantem. Succulenta uino diluta terito. Polyarchion, quod dialemma, id eſt intermiſſio, appellatur: quod ipſum & in Alexandria præparatur. Caſtorii unc.i. piperis longi ſeſquiunciam, myrrhæ, opobalſami, hedychroi, foliorum malabathri, caſſiæ, radicis panacis, ſpicæ nardi, cuiuſque quadrantem, coſti ſextantem, amomi ſextantem, cinamomi ſeſquiunciam, aut pro eo caſſiæ quadrantem, fioris iunci odorati trientem, croci ſextantem, cyperi, cardamomi, iridis, ariſtolochiæ longæ, ariſtolochiæ rotundæ cuiuſque ſextantem, pyrethri trientem, ammoniaci thymiamatis quadrantem, aloes quadrantem, ceræ lib. iiii. terebinthinæ lib.iiii. reſinæ trientem: unguēti nardini lib.iii. quidam etiam ſtyracis ſextantem addunt. uini uero quantum omnino ſufficit. Polyarchion multo experimento cognitum, quo confidenter ad omnes diuturnos frigidiores, præſertim circa uiſcera morbos utaris: ego ſanè eius uſu ſemper clarus euaſi. Styracis pinguis dextantem, foliorum malabathri ſextātem unciamq; dimidiam, malorum cotoneorum repurgatorum uncias xv. maſuaphii uncias duas & dimidiam, ſpicæ nardi, croci, cuiuſque ſextantem dimidiamq; unciam, micarum purarum dextantem, cypheos dextantem, œnanthes quincuncem, carpobalſami ſeſquunciam, comæ abſinthii unc.ii. & dimidiam, maſtiches unc.ii. & dimidiam, careophylli unc.i. ſcrupulos vi. ammoniaci thymiamatis unc.xx. colophoniæ unc.xvi. opobalſami unc.xii. & dimidiam, olei gleucini deuncem, nardini dextantem, melini unc. xx. propolis dextantem roſacei ſextantem unciamq; dimidiam, mellis cochlearia uiginti, terebinthinæ chiæ unc.xx. ceræ unc. xv. uini ſpathitæ quantum ſufficit ad reliqua cum eo conterenda, & ad rigandas micas. Arida quidem omnia contundito & cribrato, mala uero cotonea concisa cum uino ſpathitæ coquito, ac per ſe terito, deinde

ammoniacum & maſtichen cum uino conterito. Styracem uero cum opobalſamo in altero mortario diſſoluito, atq; omnia trita ac diſſoluta ſimul unito, liquefactisq; quæ liquefieri poſſunt, & ab igne ablatis arida infarcito, ac donec refrigerentur agitato: deinde eq; ad ea quæ in mortario trita ſunt adiicito, ac unito, adiecto etiam ſimul melle, poſt uero emollito ac optime ſubacto, tanquam ualde probato utitor.

Aliud epithema præter opinionem efficax ad omnes præcordiorum uetuſtiſſimas etiam affectiones, præſertim in ſtomacho ac uentre. Quibuſdam etiam quibus aqua inter cutem iam ſuffundi incepit, profuit. Duritias enim in ſtomacho unice diſſoluit, ſupra hoc quod uiſceribus robur & firmitatem addit.

Compoſitio hoc modo habet. Reſinæ pinus libras xx. ceræ libras quinque, terebinthinæ deunces duas. olei lentiſcini uncias xvi. gleucini uncias xvi. thuris quincuncem, ladani quadrantem, ammoniaci thymiamatis, nardi celticæ, ſucci abſinthii, maſtiches, bdellii, caſſiæ. cuiuſque quincuncem, cardamomi, fioris iunci odorati, iridis, balauſtiorum, ſingulorum triētem, carpobalſami quadrantem, careophylli quadrātem, herbæ ſabinæ quadrantem, ſtactæ albæ quadrantem, piperis ſextantem, ſuffimentorum ſubſcriptorum libras iiii. œnantharii quantum ſufficit. Suffimentorum uero quæ ad huius epithematis compoſitionē coniiciuntur, apparatus hic eſt. Liliorum alborum depuratorum lib.ii. ſtyracis pinguis libras duas & dimidiam, folii lib.i. careophylli trientem, coſti trientē, ſpicæ nardi trientem, maſtiches quincuncem, amomi ſexuncem, onychum aromaticorum uſtorum & exinctorum, opobalſami, ſingulorum beſſem, carpobalſami ſexuncem. Apparato ac redigito in paſtillos, eisq; ad præſcriptam compoſitionem utaris.

Quomodo aluum fluxione laborantem curare oporteat: ex libris Philumeni. Cap. XXXV.

Aluus tum in febribus, tum citra febres, fluxione laborat, maiori uero difficultate eorum qui febricitant cura perficitur, cõiecturaq; exquisitiore opus habet. In principio enim aliena à natura salubriter euacuare consueuit, ipsa uidelicet natura undiquaque ad superfluum & incommodum reiiciendum cogente, quem ad modum in febrilibus morbis frequenter fieri uidemus. Conuenit itaque rebus sic stantibus, aut usquequo natura omnem curam suam impenderit expectare, aut ipsius etiam motus adiuuare. Etenim obluctari & excretionis cohibitionem moliri, maiorem morbum facit: siquidem quę cohibentur sursum perlata dolores capitis, aut phrenitidas, aut lethargos aut parotidas inferunt planè pernicioſos. Quare in principio ea quæ in corporis commoditatem utiliter excernuntur, minime inhibere oportet. Postquam uero iam diutius perseuerauerint fluxiones, non solum superflua euacuantes, uerum habitum ueluti colliquantes, uiresq; consumentes: tunc sanè resistere eis oportet, tum per ea quæ per os sumuntur, tum quæ per annum infunduntur, atque ea quæ forinsecus imponuntur. Si itaque biliosa pura recrementa prodierint, in magis salubria permutare ipsa oportet, non tamen per cohibitionem eos curare. Biliosum enim tũ in uentre, tum in ieiuno intestino aggregatũ, atq; post coaceruationem retentum maximopere lædet: nam & stomachum subuertit, & uisceribus inflammationes infert, & sitim accendit, & febres instaurat, omnesq; prædictas affectiones in capite efficit, atque in totum grauiorem affectionem reddit. Lac igitur in tali incommoditate bubulum aut caprinum tepidum, recens multum ac potatum auxiliatur, aut ad ignem decoctum, assidueq; agitatum, donec ad tertias sit reductum: quod ipsum & per fluuiales silices, ferriq; laminas igni candefactas ac in lacte extinctas fieri potest. Cæterum in decoquendo superstantem concretionem siue spumam mystro aut pinna auferre oportet. Hoc enim nullum compendiosius remedium ad fluxiones biliosas reperire possis. Quandoquidem autem febricitantibus lac ipsum in nidorem aut etiam acorem conuerti consueuit, maiusq; nocumentum quàm commoditatem inferre: tunc sanè in præsens ipsum exhibere uitabimus: aquæ uero quarta parte ad lac ipsum affusa, decoctionem faciemus donec dimidium totius consumatur, atque hoc modo exhibebimus. Et hæc quidem ad biliosas fluxiones sufficiãt: ad alias uero ubi sufficiens iam euacuatio sit facta, fluxioq; ipsa adhuc perseueret, irrigationes adhibeantur ex oleo omphacino, aut rosaceo, aut melino cum uino: efficacius autem his myrteum est, si uehementiori indigeat adstrictione, tertia aut quarta uini parte ei admixta. Quod si robustiora corpora contingant, gallæ, malicorium, cupressi pilulæ, in ipsa irrigatione incoquantur. Cuminum etiam tritum lanæ conuolutæ infarciatur, & apii similiter semen pari pondere: urinam enim irritat, fluxionesq; ad intestina eo diuertit. Cæterum & sedes ipsa ex decocto quopiam prædictorum adstringentium foueatur. Perseuerãte autem adhuc fluxione, etiam cataplasmatis ex palmis & acacia & alumine erit utendum: ceratis item ex oleo myrteo apparatis. Conueniunt quoque emplastra ex eadem materia apparata. Parabile uero & efficax hoc est. Mora præ immaturitate adhuc acerbiora, & albicantia, septem accipe, probeq; contere: deinde ceratum ex oleo omphacino apparatum, ita ut cerę in eo uncia sit, olei uero sextans, adiice, uni, & utere. Idem faciunt cruda mora exsiccata cum ouo trita ac illita. Porrò inueteratæ iam affectioni epithema ex œnanthe conuenit: & ex micis emplastrum in stomachicis descriptum, quod spumam argenti & cerusam admixtam habet: item reliqua quæ in sermone de cœliaca affectione describentur. In potu uero accepta uentris

fluxus, post sufficientem inutilium euacuationem, sa-
nant: capilli ueneris decoctum, paliuri folia, uinacei
uuæ triti, spica nardi, spinæ albæ radix, quin & cœlia-
cis & stomachicis eadem opitulantur. Mora etiam
immatura & adhuc acerba ad solem pluribus diebus
desiccata, deinde trita & reposita, usuq; expetente bi
bita magnum pharmacum alui restrictiuum fiunt, ut
ad diuturnas etiam cœliacas affectiones commode
exhibeantur. aliasq; omnes quæ fluidæ existunt, atq;
etiam dysenterias. Contunduntur quoque & obso-
niis ammiscentur, quem ad modum rhus culinarius
consueuit. Magis tamen aluum cohibent rubi mora
immatura & acerba eodem modo exiccata, & in po-
tu exhibita. Illitione autem optima ad fluidam aluũ
eiusmodi utaris. Acaciæ, mastiches, œnanthes, cuius-
que æquales partes accipe, ac unumquodque per se
contere, deindeq; permisce, ac sicca adserua. Necessi-
tate uero exigente ouo subacta aluo illinito fascicu-
lumq; lanæ purpureæ imponito & obligato. Malo
uero adhuc perdurante, etiam dorsum inde illinito.

Cura eorum qui ex debilitate alui fluxione labo
rant: ex libris Galeni. Cap. XXXVI.

Vnumquodque membrum propria actione per-
fungitur, quum temperamentum suum iuxta naturã
adseruat. Seruabitur autem temperamentum, si refri-
geremus ubi ad caliditatem fuerit diuersum: contraq;
calefaciamus refrigeratum: humectemus uero exsic-
catum, & rursus desiccemus humectum. Iuxtaq; ean-
dem proportionem etiam tractemus eos, qui ex ha-
rum intemperierum complexu & coniugatione affi-
ciuntur. Oportet enim semper excessui contrarium
opponere, usquequo ad moderationem, & in id qđ
iuxta naturam habet, membrum ipsum reducatur.
Ratione igitur edoctus sum etiam octo differentias
curationis imbecilli uentris esse. Calidæ intempe-
riei cura. Vidisti nanque & tu ipse aliquos quidem

per diem unam, quosdam autem ampliori spatio, fri-
gidæ potu curatos: quorum aliquibus non solum re
centem frigidam fontanam exhibui, sed etiam coctã
& postea niue adobrutam & refrigeratam. Edulia etiã
hoc modo refrigerata eos accipere, uidisti me conce
dentem: maxime si à plurima caliditate uexarentur.
Dedi autem & lactis spumam similiter refrigeratam,
& frigida iuxta ipsorum uires poma eodem modo
refrigerata: ptisanam quoq; citra salis aut alterius rei
admixtionem probe coctam, aliaq; eius generis infi-
nita: unicum scopum refrigerandi propositũ habens.
Prohibui autem ne absinthiũ aut aliqua adstringentia
contingerent. Frigidæ intemperiei cura. Alios
autem ex frigida intemperie laborantes, similiter ab
adstringentium usu prohibui, omnibus uero modis
calefeci: uino ueteri facultatis plurimum calidæ exhi-
bito: itemq; cibis calefacientibus cum pipere. Hu-
midæ intemperiei curatio. Quibusdam uero humi
dam uentris intemperiem habentibus, medicationis
scopum in exsiccando feci, dediq; eis edulia ex natu-
ra sicca: carnes probe assatas, & paucum potum: om-
niumq; adstringentium usus his conuenientissimus
existit, in quibus enim humiditas multa ac ueluti ma-
dor circa affectum membrum adest, citra tamen hu-
morum uitiationem, ita ut quantitatis tantum excessu
adfligant, ac ueluti perstillantem ipsum uentrem red-
dant: in his commodissimus existit ciborum ac po-
tuum, itemq; pharmacorum adstringẽtium usus, exo
luto nimirum ac languido tunc facto ægroto mem-
bro. Cura uentris ob siccitatẽ immodice fluidi.
Alium aũt siccissimum iam factum, ut tabidis simili-
mam figurã haberet, in contrariũ omnino habitũ de-
ductum curaui. Huic quum in principio exigua intẽ-
perie uexaretur, à siccitate uidelicet humectatione in-
digẽte, medici qui eũ curandũ susceperant, absinthiũ
bibendum dederunt: malaq; cotonea, ac similia in ci-

bo extrinsecusq; similiter adstringentia adhibuerunt, atque hoc modo totum aridum hominem reddiderunt. Hunc ipsum nos curauimus uniuerso corpore eius omnibus modis humectato. Qualis autem est sanctus in sanis, talis est ficca intemperies in ægris: ut etiam incurabilis existat, ubi perfecte compleatur.

Perfectum autem complementum in hoc est, si solida substantia similarium corporum aridior fiat. Est autem & altera quædam siccitas eorum corporũ, quæ ex substantia humore compacta constant, uelut est caro & pinguedo. Alia etiam tertia siccitas est, quum humiditas ex qua membra connutriuntur est deperdita. Circunfunditur autem ea ipsa humiditas circa omnes animantis partes, instar roris in ipsis dispersa, quam impossibile est ipsis membris apponere citra nutrimentum: quare difficilima omnium huius affectionis cura existit. Alia autem siccitas est, quæ circa paruas arterias ac uenas cuique membro proprias consistit: hæc ipsa ob sanguinis penuriam contingit. Omnes uero has siccitas species extreme offendunt austerorum ciborum ac potuum pharmacorumq; exhibitiones. Consumunt enim etiam si quid in ipsis innati ac insiti humoris relinquatur, partim quidem exhaurientes, partim uero exprimentes per meatus in interiorem latitudinem alui, partim etiam ad alia mẽbra depellentes. Curare igitur has siccitates conuenit tum concluſos meatus laxando, tum quod ad circumiacentes partes depulsum est attrahendo, perhumectantemq; cibum unumquodq; similare membrum propria humiditate replendo: quem ad modum nos arefactum penitus à medicis hominem curauimus.

Balneum itaque temperatissimum his conuenit: ita ut æger aliquandiu in temperata aqua moretur. Præstat autem prope exteriores balnei fores calidæ solium locari: neque enim aere omnino ad ipsos indigemus. Oportet etiam gestando ipsum in balneum in-

ducere, atque inde educere. Deinde ex oleo antequã induatur inũgere. A balneo uero statim lac asininum recens mulctum exhibẽdum, asina in domum in qua decumbit æger deducta: paucissimo enim tempore inambiente aere lac ipsum morari oportet. Parum etiam mellis optimi tepidi lacti admiscendum, atque ita usque ad secundum balneum quiescendum. Postea uero mediocriter & accurate fricatum, secundo lauabimus diligenti coniectura, tum ex ructibus tum ex uentris tumore facta, an exhibitus cibus sit rite cõfectus: modicum uero tempus à primo balneo usq; ad secundum intercedat, horarum, iiii. aut v. puto, maxime si tertio etiam ipsum lauare uelis: id si non uelis, non refert etiam plurium. Lauabis autem tertio si adsuetus sit balneis plurimis uti: & hoc sanè minime negligamus, quo a singulis balneis priusquam induatur oleo cum inungamus. Cæterum si lactis usu delectetur, etiam a secundo balneo ipsum propinabimus: si uero non, ptisanam probe decoctam, aut halicam instar ptisanæ decoctam dabimus, indeq; statim rursus quiescere iussum, postea ad tertium balneum ducemus: aut contra, ad cœnam si lauare non uelit. Panis ei præparetur clibanites, purus, recens, probe assatus, fermentum & salem mediocriter admixta habens.

Pro obsonio sit piscium quispiam petrosis aquis degentium, aut asellus ex iure albo. Atqui & alæ & testiculi gallinaceorum lacte nutritorum conueniunt, perdices item ac passeres montani ac molles carnes habentes. Verum quæ in paluſtribus ac fluminibus degunt uitanda: omniaq; duras habentia carnes, & grauiolentia, pinguiaq; & fibris referta: & ut summatim dicam, caput cibi sit ut bene nutriat, & facile concoquatur, minimeq; uiscosus sit, neque superfluitatibus abũdet. In potu sumat uinum album colore, tenueq; substantia, & modice omnino adstringens, purumq;, & parum aquæ ferens, quo nomine accipi uolo, id

quod quum temperatur modicam omnino aquæ admixtionem perferre potest. Scopus autem quantitatis potus in hoc sit propositus, ut nunquam uentriculo innatet, neque fluctuationis aliquem sensum faciat. In cibis uero spectetur, ut quantum possibile sit, uentrem non grauent, celeriter concoquantur, & inflationem non pariant. Atq; hoc sanè modo maxima corporis siccitas curatur. Quum uero mediocris siccitas existit, utpote quum uires non extreme sunt collapsæ, pleniorem diætam sufficere expedit. Proponatur autem siccitas similis quidem prædictæ cum qua tamen frigiditas sit coniugata, intantum igitur prædictis ex calefacientium sylua miscebimus, quantum membra fuerint refrigerata. Ponatur autem primum mediocriter ipsa esse refrigerata, apponemus itaq; paulo ante dictis, in lactis quidem usu plus mellis: in uini uero usu, idem quidē genere dabimus, minus autem priore aquosum, & plurium annorum. Cæterum & edulia omnia calidiora exhibenda, non solum ex naturali temperatura, sed à recenti etiam qualitate. Exunguento etiam nardino assidue uentrem inungemus ut nunquam aridus fiat: si uero nardinum non adsit, mastichino erit utendum. Sed & ipsam masticen cum nardino unguento terere licebit, lanamq; purpureā ex eis imbutam uentri adhibere. Si uero frigiditas multa intemperiei siccæ copuletur, ut coget ferè ad uberius çalefaciēdum, primum quidem affectionem grauissimam esse scito, & quæ difficulter corrigi potest, multaq; diligentia opus habet. Vbi uero iisdē usi fuerimus, quæ ad mediocrem frigiditatem sunt descripta, speramus sanè quanquam longiori temporis tractu nos affectionem sanaturos: ita tamen ut à uehementer calefacientibus abstineamus. Demus autē amplius quiddam ex melle despumato unà cum lacte, atque etiam ipsum per se ampliori modo: itemq; decoctum ac in pastillos redactum. Vinum uero uetustius

eis eligendum. Optimum autem pharmacum in omnibus his quo frequenter picatores utuntur, existit. Eo itaque uniuersum uentrem illinire oportet, atque mox prius quàm refrigescat auellere: uerum hoc nō sæpe in die, quorundam more, facere oportet: Discutit enim hoc modo, non uero bono sanguine membrum ipsum replet: nos autem non discutiendi gratia sed ob sanguinem bonum ex uicinis partibus attrahendum, eius usum approbamus. Auxiliatur etiam omnibus his puellus carnosus dormientibus acclinatus, ita ut superiorem uentrem semper contingat. Quod si ex ordine multæ siccitati caliditas non ualde multa misceatur: in hac primam uictus rationem seruabimus: ita ut mel prorsum non gustent: uinum uero minime uetus accipiant, quod sit album & tenue, & ætate annum non excedat. Edulia etiam tepida exhibebimus quæ lactosa, hoc est lactei teporis appellantur, si hyems adsit: in æstate uero, uelut aquæ fontanæ cōueniunt edulia, q̄ nō summe frigidæ sunt. Ventrē quoq; omphacino aut melino oleo illinemus. Si uero maior caliditas adsit, ēt dilutiotē, uini tēperaturā faciemus, frigidūq; dabimus, quē ad modū fontana aqua in medio uere esse solet. Nosse tamē operæpretium est febriū similem hác affectionem esse, atq; si qs contentiosius eos refrigeret periculo non uacare.

De cœliaca affectione, Archigenis. Cap. XXXVII.

Nō omnis uētris fluxus cœliaca affectio proprie appellatur: neq; enim si cibi crudi & incocti inferne p̄ dēsit, neq; si corrupti ac in peregrinū habitum mutati sunt, cœliaca affectio uocatur: uerum tunc solum quum leuia & humecta excrementa egeruntur: uētre præ imbecillitate ea digerere nequeunte. Sequitur autem ipsos assidua egestio, aliquando fœtida cum animi deliquii sensu, aliquando uero etiam sanguis flauus ac tenuis unà cum his quæ egeruntur destillat: & ob eam causam cibum auersantur, decolores q̄; &

uehementer graciles fiunt, corrugata insuper eorum uniuersa cute: & uenæ sanè quæ in uentre m deferuntur, liuescunt, & ad magnam omnino desperationem res deuenit, si morbus diutius duret, ægris ad conuenientem diætam pigrescentibus. Si itaq; morbus autumno incipiens ad hyemem usq; se extendat, difficilis omnino curatur. Causæ autem affectionis sunt, asi duæ cibi corruptiones, & peregrinorum eduliorum ingestiones: amplius autem si frigiditas aut uehemẽs ardor insistat, similiter etiam plagæ uentrem lædunt: & in morbis quoq; longis, uenter male affectus adfectioni huic obnoxius fit. A medicinæ quoq; purgantis potione quidam cœliacam affectionem inciderũt. Nosse tamen oportet, quod aliquando quidem per circuitus malum hoc adhigit, temporibus quibusdã aluo resistante, quibusdam uero ordinate per certas horas fluente: aliquando uero incessanter apparet.

Quin & hoc nosse oportet, quod sæpe non solum permanet appetitus, uerum etiam amplius augescit: & ob id corruptionibus aceruatim perq; uices factis, omnia mala augescunt. Recente igitur morbo, diligẽter inuestigandæ sunt ipsius causæ, ut ab eis maxime nos adseruemus, siue igitur corruptiones præcesserint, cauendum ne amplius fiant, simulq; uitiosi humores ex eis generati euacuandi: siue peregrinorum eduliorum ingestio causa existat, ea ipsa auferre oportet: siue labor, aut fatigatio, aut aliud quippiam ex prædictis, ab eis similiter abstinendum est, ęgriq; in quiete adseruandi, atq; si ferre queant, in inedia, aut certe omnino modico cibi usu. Aliquando autem etiam larga potione utendum, ægerq; ad reuomendum cogendus, maxime si humores in uentre collectos perceptemus. Deinde attente exquisitæ diætæ insistendum, donec affectio in totum tollatur. Consistit autem exquisita diæta in electione qualitatis cibo rum. Quod si tamen in principio difficilis appareat

morbus

morbus, etiam reliquis præsidiis utendum. Primum igitur media inspicienda sunt, atq; si inflammatio, aut similis inflammationi dispositio circa uentrem reperiatur, cataplasmatis utẽdum est, quæ ex professo inflammationem soluunt, ac fluxus retrahũt: qua in re, palmæ commode semini lini ammiscẽtur. Cæterum cataplasmata ipsa minime calida apponere oportet: sed tepida saltem: atq; si intendere eorum uim uelis, acaciæ quippiam & hypocisthidis, aut malorum coroneorum, aut aluminis recte ammiscueris. Magnifice autem prosunt lentiscus & rubus simul cocta: acetum quoq; mulsum appositè in cataplasmatum coctura assumitur. Summe uero commodam utrique affectioni nouimus loliaceam farinam simul cum eis incoctam. Inflatione autem plurima infestante, cuminum aceto mulso inspergimus, rutamq; & anethum. Manifestum est autem quod ad cataplasmatum retentionem, quo contentius inhæreant, etiam rosaceũ adhibemus, ac parum uini: amplius q; lentiscinũ, aut cœnãthinum, aut myrsininum. Oportet autẽ lana excepta ipsa imponere. Cæterum optimum ad ipsos tale cataplasma existit: Malis maxime cotoneis & palmis, absinthiiq; coma in uino decoctis, uinum ipsum percolatur, ac sapæ creticæ tertia pars ei affunditur: deinde simul calefactis polenta tenuis inspergitur, & absq; oleo decoquitur. Oleum uero quo uenter illinitur sit melinum. Post cataplasmata conuenient cerata ex myrsinino aut lentiscino oleo apparata: quæ tamen ex adstringentibus quædam habeãt admixta, ex acacia dico, & quæ eius generis existunt. Aptissimum etiam his ceratum est ex oleo myrsinino apparatũ, quod mora immatura ac acerba trita, parumq; sanguinariæ habet admixta. Porrò ubi diuturnũ fuerit malum etiam ad malagmata trãseundum est: summopere uero conuenit eis uidetur, quod ex semínibus constat, & ad colicos est præscriptum: itemq;

quod ex lauri baccis, quod ad aquam inter cutē de/
scribetur. Postea etiam adhibenda ea quæ uehemen/
ter rubefaciunt cutem. Quod si adfectio adhuc inten/
datur etiam dropaces adhibendi medicamentaria ui
præcellentes, bitumenq; habentes & adarcen: post
dropacem uero, morsum balneo secundum calidita/
tem mordaciore curare oportet: duabusq; post dro/
pacis amotionem horis sinapismi adhibendi ex sina/
pi & caricis: ita ut modico tempore impositos sina/
mus, oleoq; inde ad locum circumfuso, ad balneum
ducamus. Atq; id semel facere non sufficit, sed bis ac
ter, neq; enim hoc ipso aliud efficacius remedium in
prædicta corporis constitutione apparari potest: &
ob hoc non multo tempore inhærere id oportet, ne
loco nimium exusto, secunda & tertia huius præsidii
admotio prohibeatur. Mirabiliter etiam uomitus effi
caces sunt, tum à cœna, tum ieiunio facti, nimirū quæ
corrupta sunt euacuantes, & quæ ad intestina dilapsa
sunt attrahentes & conuertentes, ac proprias uentris
actiones reuocantes. Si uero liceret ab his ad eos qui
à raphanis fiunt transire, maiore compendio affectio
ipsa expugnaretur. Quidam etiam ueratri albi purga
tione usi sunt: & si subiectæ uires eius auxilii sint capa
ces, præ omnib. huius usus eligatur. Ego uero ad cœ
liacos prius quàm uires extreme deficiant, purgatio/
ne humori conuenienti utor. Aliquando autem me/
dicati quidam & acres, aut etiam serosi humores tuni
culis uentris aut magis intestinorum infarti aut imbi/
biti rodunt & irritant, atq; ex omni corpore humo/
res ad locos circa uētrem & intestina aduocant, diu/
turnarumq; fluxionum causa fiunt. Cæterum ex ege/
stis recrementis & ex consequentibus accessionibus,
affligentis humoris speciem coniectare oportet, atq;
ita conuenientem exhibere purgationem. Præstabi/
lius tamen est picræ ex aloe compositioni scammo/
niæ scrupulum. i. aut amplius si uires tolerent, ammi/

scere, & cum aqua mulsa præbere. Quod si ex atra bi
le sit humor infestans, epithymum adiicere oportet,
& post affligētis humoris euacuationem, eis uti, quæ
affectis membris firmitatem addere possunt: cuius ge
neris sunt ex malo punico eclegmata, ad stomachi
subuersiones descripta. Illud etiam notatu dignum,
quod aliquib. fluxiones ex adstringentium usu obori
untur: uentre nimirum ab ipsis læso propter imbecil/
litatem aut mollitiem sensus. Vtimur autem, inquit
Archigenes, ad alui fluxiones hiera mea, drac. ii. ex ea
exhibitis, ad eorum quæ in uentre ac intestinis insidēt
detersionem, ut nullum enim aliud hæc ipsa quàm
rectissime emendat & corrigit. deinde theriaca utor.
Vtor etiam, inquit, zopyrio mea ad colicos descri/
pta, ad fabę magnitudinem ex ea præbens cum duo/
bus cyathis passi ueteris, aut aceti mulsi boni paulo
ante horam cibi sumendi, ad dies ex ordine. xv. dein/
de ubi ab eius exhibitione per. v. dies quieuero, rur/
sus exhibeo ad dies. x. atque hoc tandiu facio donec
non amplius opus habeat æger. Præstat etiam exhi/
bere quæ ex duob. piperis generibus constat com/
positionem. Omnino igitur simplicia pharmaca & fa
cile digestibiles cibos exhibere oportet debili existen
te aluo. Si uero febricitent etiā, eo magis adstringen/
tium sylua erit uitanda. Quod si tamen prędicta reme
dia circa affectionis solutionē nihil efficiant, ustio ad/
sumatur. Perurere autem superiorem uentrem opor/
tet, interuallis duorum digitorum mēsu aut amplio/
rib. etiam factis ulcerationesq; seruare ad multū tem/
pus ad fluxionum in uētre transitum ac deriuationē.
Licet autem & per pharmacum crustas infligere, si
quis ignis admotionem formidet. Postremū quidem
igitur locum inter prędicta remedia ustio habet, pro/
pter nimiam seueritatem: si quis tamen uirili animo
præditus sit, prius quàm concidant uires, post præsi/
diorum firmitatem addentium usum, quodā modo

ustione uti potest, quæ solase affectiõis difficultati opponere consueuit. Atq; huiusmodi quidem est quæ forinsecus cœliacis adhibetur cura. Operæprecium est autem & per adstringentes potus auxilium ferre, ubi humiditas imbecillitatis causa existat ac fluxionum. Plantaginis itaq; semen siccum tritum ac potatum præclare facit, tum per se, tum aliis etiam admixtis. Quidam etiam gallinarum uentriculis utuntur exiccatis ac tritis potui insperſis. Eandem efficaciam & struthocamelorum uentriculi habere creduntur. Proderit & lapathi semen tritum, maxime uero oxylapathi. Cornu item cerui tenerrimum ustum cũ modica galla præbe bibendum: aut nucum iuglandium corticem quo tinctores utuntur, siccum tritũ cochlearii mensura ex aqua præbe: aut quercinam glandem contusam ac cribratam cochlearii mensura instar farinæ uino austero insperge, ac exhibe: aut cancri marini uel fluuiatilis testam ustam cochlearii mensura præbe cum aqua: aut thuris granum fabæ magnitudine in uini nigri cyatho uno dissolutum, sanguinariæ succo pari mensura ammixto præbe, aut gummis albi uermiculati unciam unam tritam ex uini nigri cyathis tribus præbe: aut uuarum passarum uinaceos, siue etiam uuarum torrefactos, exhibe cum polẽta aut canis stercus siccum, cum quodam odorato: aut plantaginem siccam contusam & cribratam dato: aut bituminis quantum satis esse existimas deglutiendũ præbeto. Bonum est etiam corticis quercinæ glandis decoctum: item q; pelliculæ decoctum, quæ sub cortice quercus reperitur. Castaneæ corticis decoctum, aspalathi decoctum, radicis pæoniæ decoctum, atq; ipsa etiam radix ficca, trita, potui insperſa, Corticis loti arboris decoctũ. Calicum item papaueris torrefactorum drachma una ante somnum cum uino diluto potata, quin & semen capitum papaueris tritum exhibitum egregie auxiliatur. Mirabiliter autem acerba &

immatura mora prosunt sicca trita in potu exhibita: quem ad modum de alui fluxione est prædictũ, eodem modo & rubi mora immatura & acerba exhibenda. Vtendum & simplicioribus ad dysentericos descriptis medicamentis, maxime his quæ ex pomis sunt adparata. Commoda sunt quoq; ea quæ urinam cient, fluxionem sæpe transferentia: uelut est apium, fœniculum, anisum, adiantum, acorus, damasonii foliorum drachmi. & quæ his potestate assimilantur. Ex compositis prodest pastillus Thrasyandri, & qui ex seminibus constat, ad dysentericos scripti. Pastillus item ex spina, & ex electro, ad sanguinem per sputũ reiicientes descripti. Omnium uero maxime antidotus theriace ex uiperis constans prodest: multoq; adhuc magis quæ Esdræ inscribitur, efficaciter enim auxiliatur. Mirifice quoq; cœliacis conducit antidotus despoſynos appellata: cuius cõpositio hæc est. Spicæ nardi, cinamomi piperis, costi, hyoscyami, croci, seminis papaueris, opii, omnia equali põdere accipito, cõtundito & cribrato, ac cum melle unito. Datur ex ea duorum scrupulorum pondus ex uino. Cribasii, ad cœliacos. Baccarum myrti nigrarũ cochleare unum & dimidium, rosarum siccarum, œnanthes, singulorum cochlearium dimidium, palmarum carne sufficienti excipe, & pastillos informa, ac exhibe drac.i. cum aqua, aut uino dilutius temperato his qui febribus carent. Aliud, ad cœliacos. Lauri uirgulta.iii. piperis grana.xxiiii. cumini grana quinquaginta unum, contere, ac præbe febre carentibus cum uino, febricitantibus cum aqua, pro una autem uice hæc in potu sumũtur. Cæterum simplicia & antidoti oportune ante cibum exhibentur: pastillus autem dolorem leuans, ante somnum. Malagmate uero concoctorio in alui fluore per omnia, huiusmodi utaris. Bdellii ammoniaci thymiamatis, cãchryos, cuiusq; sesquiunciam, opopanacis drachm. vi. styra-

cis drach.vi.myrrhæ ſeſquidrachmam,piperis grana centum & triginta,galbani drac.vii.terebinthinæ dra. vii.ceræ drac.xiii.& dimidiam, adipis ſuilli drac.xvi. Siccisſima conterito & cribrato: molliora uero in pila tundito, ac ſicca inſpergito: pila itemq; piſtillo ex unguento irino illitis,ut molle ad tactum & glutinoſum reddatur. Vermes autem terreni in teſta ad cinerem exuſti, & ieiunis cum uino exhibiti, uentris fluxiones ſiſtunt:eorum itaq; tres aut quinq; exhibeto. Porro cognitu dignisſimum & hoc eſt: infinita ſcilicet remedia hoc nomine prædicata eſſe,quod aluum ſiſtere possint:uerũ ſeri profectus eſt omnium meminiſſe: & cauendum etiam ne nimium largus fiat eorũ uſus:quanquam plurimi omnino morbi ab aceruata pharmacorum uicisſitudine delentur, qui aliàs nõ facile hominem relinquant, ſi diæta ſolã exquiſita utatur. Vna autem tutisſima & compendioſisſima uia ad affectionis extirpationem diæta exiſtit. Diæta cœliacorum. Cœliacũ oportet mox ubi a ſomno ſurrexerit,faciemq; proluerit, ad deambulationem prodire,ita ut pro uiribus progrediatur. Deinde fricationem ſimpliciorem adhibere, parce uidelicet & minime contente fricãdo maxime uentrẽ,oleo uero quo confricatur, canchry & pyretrum incoquantur, quo poſtea deterſo, corpus ex oleo dulci impinguetur. Balneo autem ut plurimum renunciamus,aliquando tamen ad laſſitudinis uel alicuius alterius rei medelã ipſo utimur. In balneo uero ſmegmate quopiã utatur,quod cutem lancinare ac perfundere poteſt, uelut eſt nitrum aſſatum,fex uini uſta,& quæ eius generis exiſtunt. Ab inunctionibus & balneo prandẽdum eſt: perſpiciendum uero ſi quicquam aliud ut cibum diuidamus. Duas itaq; tertias partes cibi in cœnã reſeruet,atq; ipſum etiam qui in prandio exhibetur panem dimidiatum per ſe ſumat:reliquum uero cũ obſonio ſimplici. Frumentaceum enim alimẽtum natu-

ræ homini maxime cõuenientis exiſtit. Oleribus autem raro ueſcatur: inflationes enim pariunt, minime apti ſunt etiam omnes arborum fructus, inſuauibus humoribus uentrem & ſtomachum replentes. Cæterum à prandio deambulationibus indulgendum; & animi aliqua laxamenta adhibenda, ſomni enim diurni nocentisſimi ſunt, niſi laſſationis ſenſus adſit, aut nox uigilata præcesſit: ueſperi autem à cœna dormiat. Ex frumentaceis igitur conueniunt panis clibanites, halica, oryza: uerum ſorbitiones ex milio non probo, quum concoctu difficiles & uitioſos humores milium producat. Ex leguminibus non inepta eſt lenticula aſſata, & cum plantagine cocta: utile eſt & palmas ſorbitionibus incoquere, malaq; cotonea, eisq; ſimili ui prædita. Ex oleribus braſſica eligatur duabus aquis decocta, cum oleo ac modico garo: paucisſimoq; aceto: intubus item coctus & cichorium,paſtinacaq; ualde excocta cum ſimplici liquamento. Varietatis autem gratia eis etiam carnes exhibendæ, ex gallinis, columbis, aut paſſericulis montanis, ex pedeſtribus etiam tenerrimæ & friabiliores coctæ omnes,cõcoctis ſimul quibuſdam fructibus, aut pomis, aut myrti baccis. Bellaria modice præbenda, uelut ſunt amygdalæ, palmæ, nuces, atque ea uoluptatis gratia tantum ac dulcoris deguſtanda. Fructus ſint minime inflantes: una modica penſilis:in pomis ac piris ſimilibusq; mediocritas ſeruanda,atq; hi ipſi cum pane exhibendi. Vinum conuenit ſubadſtringens. Omnis autem liquor qui in potu exhibetur paucus ſit,& poſt omnem cibũ præbeatur. Multus enim potus uentris fluxionibus infeſtisſimus exiſtit. Noſſe tamen oportet quod in his qui cum mordacitate fluxionibus infeſtantur, optime facit lactis potus: ita ut in principio calidum ac recens mulctum detur:poſtea uero ad medietatem decoctum aut etiam ad tertias quẽ ad modũ in alui pro

fluuio est prædictum. Hoc enim modo exhibitum simul sistit ac temperat fluxiones. Cæterum in quibus lac ipsum in nidorosam aut acidam qualitatem permutatur, quartã partem aquæ affundito, prædictoq; modo decoquito, ac exhibeto.

De colliquatione. Cap. XXXVIII.

Quum uero per uẽtrem quiddã excernitur, quod non ab accepto cibo aut potu prodit, sed ab humoribus ex corpore in uentrem defluentibus, assimilaturq; ei quæ tum per uomitum reiicitur, tum inferne procedit, flauæ bili: differt autem ab ea tum graueolentia, tum quod flauius quodam modo excrementum apparet, strigmentitiamq; crassitudinem habet, aliquãdo uero & oleosum aut adiposum existit: Colliquatio morbus is & syntexis uocatur. Recens enim compacta substantia pinguedinis ac carnis ab ardenti febre resoluitur & colliquatur. Diutius uero perseuerante malo, ex ipsis etiam solidis partibus aliquid colliquescit. In qua pessima febricula frigidæ purissimæ frequens potus remedio existit: eiusdem etiam qualitatis cataplasmata & epithemata ad pectus & præcordia adhibere oportet: cibi quoq; refrigerãtes exhibendi: reliquaq; quem ad modum in æstuantibus, ac in habitum conuersis febribus dictum est, facienda. Quod si in uiscerum inflammatione hoc contingat, ualde periculosa affectio est, & cum prędictione remediis prædictis uti oportet. Porrò si acre sit ac mordax quod excernitur, intestinaq; inde ignescant, mordacitatem lenire oportet per infusiones, ubi urgeat malum, nullo exacerbationum respectu habito, præter quàm circa initium accessionis. Infundatur autem succus oryzæ ad tactum tepidioris, itemq; lac tepens. Si uero mordacitas cum tormine contingat, ptisanæ succus infundendus est cum ouis crudis ac conquassatis: admixto rosaceo, aliquando uero bituminis etiam drach. i. ammiscenda. Quod si dolor ad

huc perseueret, bis ac ter etiam prædicta infundantur. Conuenit quoque his lac potatum, ad quod quarta aquæ pars est affusa, quem ad modum dictum est, decoctione ad tertias facta.

De lumbricis: ex Herodoto. Cap. XXXIX.

Lumbrici & in febribus, & citra febres nascuntur, tum multitudine, tum magnitudine, tum colore, tum temporibus etiam differentes. Circa initia enim morborum generati, substantiam suam ex subiacente corruptione capiunt: circa uigorem uero ex malitia morbi: circa declinationem autem ex permutatione omnium in melius, qui sanè citius separãtur: natura enim ipsos, reliquorum recrementorum instar, foras propellit. Censentur autem peiores ex ipsis maiores minoribus paucis multi, & albis rubri. Viuẽtes etiã mortuis deteriores. In infantibus autem & pueris, atque his qui ad pubertatem accendunt maxime abundãt. Cæterum hoc malo affectos incredibilis morsus stomachi ac uentris concomitatur, tusficulæq; tenuissimæ ac frequenter irritantes, quum tamen nihil reiicia tur. In somno tremunt, & præter rationem exurgunt. Quidam uero & linguam foras protrudũt, oculosq; claudunt, ac taciturni sunt, excitantesq; molestè ferũt, ob imbecillitatem uigilare nequeuntes. Quidam autem oculos sanguine suffusos habent, & pulsum inæqualem, obscurum, deficientem & recurrentem. Quibusdam etiam appetitus perditio accedit. Pueris insuper dum dormiunt manducatio linguæ, cum exertione, cui accedit conformatio oris in modum lactentium aut accipientium cibum: uerum hæc pauco tẽpore & per interualla fiunt. Aliqui uero infantes cum clamore præter rationem exurgunt, citoq; rursus collabuntur. Aliqui etiam dentibus frendent: quod contingere uerisimile est, animalculis attrahentibus cibũ, mordentibusq; uentrem ac intestina. Iam uero & ad stomachũ quosdam processisse constat, nauseamq;

& morſuum fuiſſe cauſas. Sæpe etiam per ſe ſurſum reiectantur: aliquando uero cum pituitoſo quopiam humore. Quidam etiam infantes neglecti motu pulſus deſtituuntur, ac refrigerãtur, atq; eorum inſtar qui animo liquuntur, tenuem quendam ac frigidum ſudorem exudant, & ut plurimum liueſcunt. Contingit autem aliquando faciem fieri rubicundam, maxime circa malas: uerum color hic rurſus in pallorem ſolito maiorem tranſit. Alii autem inſtar delirantium peregrina in ſomnis loquuntur. Alii decubitũ tranſmutant continue dormientes, angoreq; uexantur, ex loco q; ad locum ſeſe uicisſim proiectant. Verum pauſos omnino ex ipſis morſum confiteri conſtat. Plerig; enim in mẽtis inopia ac taciturnitate degũt. Porrò qui à rotundis lumbricis infeſtantur, etiam cibum auerſantur, & ſi qd acceperint reuomunt, aut nauſeabundi uix deglutire poſſunt: febres in eos cum uehemẽti extremarum partium refrigeratione irruunt. Quibuſdam autem uenter ad tympani modum inflatur. Ex Hippocrate. Lumbrici circa aluum his ſignis deprehenduntur: ſi ſomnolenti ſint nõ permittente morbo, & extremæ partes frigidæ, & cordis ſiue oris uentriculi dolor, urinæ conturbatæ, & lingua humectatur. Item qui animalculis in uentriculo abundant, ſputo replentur: & ſi tenuis quiſpiam prodierit lumbriculus, amplius non ſpuunt. Quicunq; igitur in ore uentriculi lumbricos habent, ferè in totum ipſos uomitu reiectant. Quibus uero in inteſtinis inſunt, ipſos inferne excernunt. Omnes aũt nauſeabundi ſunt, uomuntq; quæcunq; acceperunt. His qui punguntur ſimiles ſunt: totoq; corpore contrahuntur, & repente aceruatimq; mouentur, ac tormina accuſant, interaneorumq; dolores. Euaporationes quoque ad caput delatæ, uertigines inducunt. Quin & diæta quæ præceſſit, oſtendet tibi lumbricorum generationem: ex crasſioribus nimirum & quæ difficulter conficiun-

tur, & largius ingeſtis, & maxime frumentaceis, contingentem: quos item balneis à cibo uſos fuiſſe comperies. Cæterum cura ipſorum, alia communis eſt, & cum ea quæ febricitantibus conuenit coincidens. alia uero eis proprie conducit. Quum igitur ambigua adhuc affectio exiſtit, & rationabilis quidem ſuſpicio adeſt, incerta tamen, neque planè comperta: mitioribus ſanè remediis uti oportet. Ab acrioribus enim febres magis exacuuntur, ſi adfectionem falſo habuerimus ſuſpectam, ubi uero conſtans ac euidens cognitio contigerit, ad tempora morbi animum intendere oportet. Ad eos enim qui circa primas horas naſcuntur, acrioribus remediis eſt utendum: & magis utique ſi iuxta declinationem totius morbi adparuerint: eos uero qui uigente morbo apparent, mitius curabimus: atque id eo magis, ſi inflammationes & tenſiones uiſcerum concomitentur. His igitur cataplaſmata adhibeantur ex ſemine lini craſſiore lupini farina, pari menſura admixta. In potu pueris ante cibum myxarum decoctum ammixta menta præbeatur. Eis autem qui ad integram ætatem peruenerunt, abſinthii aut abrotoni cremor.

Vtriſque uero etiam ſi febricitent, etſi trimeſtres tantum infantes exiſtant: uermes terreni cum ſapa confidenter exhibeantur: ſi uero ſapam non admittant, cum hydromelite, aut ut liber, præbeto, nihil ueritus, neque uilitate contempta ſeptem numero dato. Quod ſi non nuda ſit ſuſpitio, ſed certa deprehenſio lumbricorum, cataplaſma ex lupinorum farina, in hydromelite decocta imponendum, cui aliquando etiam bryoniæ radix adiiciatur. Vmbilicus autem felle taurino expleatur, aut melanthio cum lacte muliebri trito, aut abſinthio, aut abrotono, aut bryonia, pinguibus ficubus admixtis. Spina uero uniuerſa ex medulla ceruina inungatur. In potu etiam his uermes terreni ſeptem

cocti ac triti cum sapa præbeantur, aut ut libet alias tenuissime triti. Efficax est & abrotonum, & santonicum, & absinthium decoctum, unumquodq; aut cũ ficubus aut palmis exhibitum. Aliquando autem hęc contusa & cribrata, & cum melle in catapotia redacta, deglutienda præbemus. Dari potest etiã chamæmelorum decoctum cum modico rosaceo, uehemẽter enim efficax existit. Egregie quoq; facit cretica sapa cum rosaceo potata. Aliud. Nuces pineas in aqua calida macerato, teritoq;, ac rosacei cyathum unum affundito, & cum uino optime temperato tribus horis bibendas præbeto. Inde enim enecati, tum uomitu, tum secessu eiicientur. Commode quoq; in cibo sumitur senecio uiridis, ac barba hircina. Eosdẽ etiam auriculæ muris succus, & calaminthæ ac mentæ decoctum, citra molestiam educit, quod & brassicæ semen ac petroselini facere perhibentur. Superior autem uenter cerato integatur ex absinthio oleoq; cyprino adparato: aluo autem adstrictæ glans immittenda præsertim pueris, quæ si nihil profecerit, clyster adhibendus morbi uigore remittẽte, ex absinthii, aut abrotoni, aut centaureæ decocto, cum melle ac nitro. Cæterũ lumbricos, qui circa uigores febriles nascuntur, quosq; malignos appellamus, per simpliciora remedia subducere conabimur. In cataplasmata igitur absinthium, abrotonum, ac santonicum miscebimus, aliquando etiam lupinũ. Olei autem omphacini propinabimus eis, qui facile id ferunt, cyathum unum. In sorbitiones uero mellis plurimum coniiciendum: & ptisanę quoq; oleum plurimum omphacinum incoquendum, halicam item in myxarum decocto præbebimus tum per se, tum cum aqua mulsa: præbibitiones uero ex oleo semper augebimus: multæ enim cõmoditates existunt. In uniuersum enim omnia quę lumbricos educunt aut per acredinem occidẽdo, aut per amaritiem subducendo, aut ad excretionem irritando, aut per consequentem ad ea quæ exhibentur lubricitatem, efficacia cognoscuntur. Extrahuntur enim simul, ut uerisimile est, per sorbitiones lubricas uias reddentes, aut etiam per innominatam aliquam efficacem qualitatem. Viuentes equidem uicinas intestinorum partes adprehendunt: mortuæ uero unà cũ stercore euacuantur. Prodeunt autem quædam adhuc uiuæ, uerum uertigine affectæ, & si ita dicere libeat, seminecatę. Prosunt autem & his uermes terreni. Porrò per pharmacorum potiones enecatos lumbricos, citra dilationem per glãdulas extrahere oportet: uitiosa enim ex ipsis exhalatio procedit, quæ & appetitũ & digestionem lædit. Atqui ad nauseas ex lumbricis obortas, lãcinationesq; stomachi, salis granum in ore detineant, deglutiantq; liquefactũ. Acredo enim ut apparet, eos statim infra subsidere cogit. Oboriuntur autem & in alui fluxione lumbrici: eos fluorem inspissando, & cõcoctionem tum per cibos, tum per cataplasmata, in melius permutando, curare oportet. In quantum enim fluxiones inualescunt, tantum etiam lumbricorũ generatio augetur: uicissimq; fluxu cessante, lubrici interquiescunt: quare diligẽter conabimur ut aluum adstringamus, firmitatemq; ei adiiciamus. Coniicienda itaque in cataplasmata aliàs ad fluxiones sistendas concinnata, ea quæ ad lumbricos sunt prædicta, & quæ fluores non exacerbant: uelut est absinthium, abrotonum, santonicũ: iamq; etiã malicorium, acacia, & balaustia, eisq; similia, cum cruda hordeacea farina. Cerata quoq; imponẽda ex his apparata. Vtendum & præpotationibus, inter quas reliquis omnibus plantaginis succus est præferẽdus. Ad utranq; enim affectionem, ueluti dixi, efficax existit. Licebit autem & in hoc casu uermibus terrenis, quem ad modum antea dictum est, uti. Ceratum ad lumbricos. Farinæ lupinorum, absinthii, farinæ hordeaceæ tenuissimæ, cuiusq; drac. vii. fellis taurini

unc.i.ſcobis cornu ceruini drach.iiii. ceræ quadrantem unciæq; dimidium,olei ſecundarii ſexuncem.

De lato lumbrico. Cap. XL.

Lumbricus qui latus appellatur, in his qui febre carent abundat,& in lõgis ac diuturnis enaſcitur morbis. Eſt autem latus lumbricus, ſi ita dicere libeat, permutatio pelliculæ intrinſecus tenuia inteſtina ambientis,in corpus quoddam uiuum, quod continuos ſtomachi morſus infert: & ad cibos incorrigibilem appetitum: cæterum ea quæ accipiuntur non ſuccenturiata digeruntur, ſed cito excernuntur. Conſequitur affectos corporis gracilitas, & imbecillitas cum tarditate, aſſiduusq; famis ſenſus. Quod enim uiuificatum eſt in inteſtinis, ubi recens exhibitum cibum conſumpſit, poſtea ipſa ſolida corpora arrodit. Minime uero fallax ſignum erit, ſi cũ recrementis quædam cucurbitæ ſemini ſimilia excernantur. Porrò cura penitus cum præcedenti concordat: præpotationes enim conueniunt amarę & acres:alii item comeſtiones. Aut enim integræ excernuntur, ut incredibilem magnitudinis de ſe præbeant adſpectũ:aut etiam prodeunt in partes conciſæ. Et ſemel ſanè exolutæ non amplius ſecundario congregantur. In potu igitur etiam his uermes terrenes, ut dictum eſt, exhibebimus. Proprie autem ad ipſas auriculæ muris ſucus facit, duorum cyathorum menſura cum uno zythi cyatho potatus: celerrime nãq; ipſos educit. Aliud,ad latos lumbricos, quos cerias, hoc eſt inſtitas, uernacula uoce appellant. Nitri, cardamomi ſeminis,piperis, ſingulorum æquales partes commiſceto, & cochlearii menſuram inde præbeto: conſeſtim enim educit. Aliud. Corticis radicis mali punicæ acidæ in ſuprema parte delibrati, piperis,cuiuſq; drach.quatuor,cardamomi drach.ſex,marrubii drac.duas,mellis deſpumati quantum ſufficit, præbe ex eo cochlearium poſt allii comeſtionem.

De aſcaridibus. Cap. XLI.

Aſcarides etiam lumbricorum ſpecies ſunt, circa extremas inteſtini recti, ac primam internam adſtrictiorem ani partem,ſphincterem Græcis appellatam, conſiſtentes,uehementemq; pruritum his locis inferentes. Et pueri quidem aſſidue ad agerendum irritantur,à contraria uero inſtantia,& aduerſus eas contentione, ac ut plurimum ab excretione melius habent. Qui uero ad integram ætatem peruenerunt cauſarum moleſtiam inferentium animaduerſionem habentes, digitos in anum immittunt, ac procidentes educunt:quin & ignitis lapidibus, aut littoreis calculis à ſole peruſtis fouendo,mordaces pruritus leniũt. Cæterum quum quidã præ puſillanimitate nihil horum auxiliorum admittãt, minime malum ipſum negligere oportet,ſed citra dilationem curare, atq; his qui falſi diuerſum ſentiunt cauſas indicare, ac curandi uiam demonſtrare. Porrò cauſæ huius acceſſorii mali,cibi ſunt, & frigiditates, alimentiq; corruptiones, quas præſtat prius uitare. Huius uero ſigna potiſſimũ ex recrementorum graueolentia ſumuntur. Poſtea pueri quidem acri muria infuſa ſunt euacuãdi,aut abſinthii decocto oleo ammixto. Calidiorẽ quoq; ſublutionem eſſe conuenit,à qua ubi prodierint recremẽta,affecti loci illinendi, ex ſimplicibus quidem acacia & hypociſthidis ſucco, rhoiſq; ſucco cum alumine liquido. Compoſitis uero Andronii paſtillo,& ſphragide polyidæ inſcripta, & lanæ ſuccidæ paſtillo, ac quæ his ſimilia exiſtunt. Coacta enim ab adſtringentibus caro corroboratur,aptitudinemq; ad animalcu lorum generationem amittit, atq; aſcaridas ipſas excludit. Perfectiores etiam ætate ſimiliter euacuandi acrioribus ac calidioribus infuſis, uelut eſt muria & centaureæ decoctum:deinde cedria eis infundenda: ad aquam rem corneam fiſtulam undiquaq; perforatam apparare oportet,circa fundũ amplã, ac magni-

tudine locis conuenientem, quam ultrà adstrictiorem ani partem inditam cedria explemus, ita ut cedriæ immissio palàm tum per amplitudinem, tum per transuersa, undiquaq; contingat: post uero quiescere iubemus, sæpe eundem curationis modum repetentes.

Aliud, quod & pueris & qui perfectæ sunt ætatis conuenientissimum & efficacissimum existit. Carnem ueterem salitam, pinguedine derasa, sublongam & rotundam formabimus, atq; ita adaptatam podici atq; adstrictiori ani parti intrudemus, ligamẽtoq; adhibito, quandiu sustinere possint, inditam sinemus: deinde soluemus, prædictaq; infundemus atq; illinemus: idem etiam remediũ sæpe repetemus. Cibi uero frumentacei generis, boni succi, ac qui facile concoquuntur, præbeantur.

De abscessu in intestinis. Cap. XLII.

Oboritur aliquando abscessus in intestinis, ad cuius eruptionem eliquationes aquosi puris cõsequuntur: quare ignari ac inexperti hoc uiso decipiuntur dysenteriam hanc affectionem esse putantes: & sanè ut uerum fatear, si post eruptionem diuturna sit exulceratio & perseueret, eo modo quo dysenteria curatur, uerum in principio neutiquam consimili curatione subducitur. Vnde etiam quosdam ægrotos peric litatos esse constat, male ab indoctis medicis tractatos, qui statim in principio dysentericas infusiões adhibuerunt. Pro uiribus itaq; affectiones hæ inter se distinguantur. Iudicatu enim faciles existunt. In abscessu enim semper dolor pulsatilis præcedit iuxta affectum locum innitens, neq; morsus, neq; decursus adsunt, quales in dysentericis præcedere consueuerunt. Deinde mutatione in suppurationem incipiente, rigores inæquales consequuntur, febresq; circa uesperam maxime irruentes: postea ubi perfecta humidi mutatio fuerit facta, omnes molestiæ minores fiunt, uehementesq; dolores remittunt: deinceps eruptionis tẽpore

pore accedente, rursus dolores intenduntur, aliquando autem perfecta uentris adstrictio adest. Post eruptionem uero humor, qualem prædiximus, excernitur, quum nihil tale in dysentericis oboriatur. Cataplasmatis igitur ad eos uti oportet ex semine lini, adstringentibus aliquod simul ammixtis: ueluti sunt palmæ, mala cotonea, & similia. Atq; ne fluxus augescat infusis utendum erit, ex ptisanæ succo aut halicę cum quodam mediocriter adstringẽte. Vehementẽ enim adstrictionem in his facere ueremur. A cataplasmatis uero ac prædictis infusis inflãmationem mitigamus. Et siquidem eruptionem suspectam habeamus, epithematis utimur quæ eam adiuuant, althæam nimirum ac caricas, simumq; columbinum admiscentes: si uero discuti posse ac euanescere inflammationem speramus, ea quæ discutere ac digerere prædicantur epithemata adhibemus. Qua in re egrẽgie facit emplastrum anicetum, hoc est insuperabile appellatum. Si uero eruptio obuiam ueniat, infusis utendum, primum quidem ptisanæ succo: cui deinde modicum mellis, ad ulcerum repurgationem, est ammiscendũ. Quod si sordidiora recrementa appareant, etiam lenticulæ decoctum ac malicorii, ad ptisanæ succum & mel affundatur. Repurgatis deinde ulceribus à melle abstinendum, parum uero quiddam ex pastillo de halicacabo ad infusum coniiciendum, quo ulcera ad cicatricem perducantur. Post hæc autem prospiciendum, ut corpora instauratione suscepta, subsidant ac molliora reddantur: sæpe enim identidem humoris collectiones fieri consueuerunt. Quod si uero sinus quispiam relinquatur, rursus eadẽ quæ prædicta sunt adhibeantur: si uero ea quæ ex ulceribus promanant serpẽdo depascant, ad ea quę ad dysentericos in principio conueniunt, transeundum.

De dysenteria, hoc est, torminibus intestinorum: ex Archigene. Cap. XLIII.

Dyſenteria proprie, exulceratio eſt inteſtinorũ ſerpendo depaſcens, ab externis cauſis producta, ueluti frigiditate, ardore, uenenatorum pharmacorum potu, & quæ his ſimilia exiſtunt. Iam uero & à cruditatibus, peregrinorumq; & acrium ciborum acceptione: ab aliqua item acrium humorum impreſſione, ei conſimili quæ circa externam cutis ſuperficiem contingit, à qua papulæ quædam feruidæ ac exulcerationes perficiuntur. Primum uero egeſtio malum auſpicatur cum rugitibus ſubpinguibus ac biliosis, pinguinimirum quod intrinſecus inteſtinis adhæret paulatim circumliquefacto, & quibuſdam quidem cum torminibus, quibuſdam abſq; his excretiones continguntur. Quum uero ſuperficies inteſtinorum perfecte fuerit denudata, exulceratioq; ſuperne conſiſtit, fecu lenta ac cruenta biliosaq; excernuntur. Vbi autem altius penetrarit ulceratio, etiam ſordes pelliculas admixtas habentes expelluntur, & ſi non celeriter cohibeatur, compendio uicinos locos depaſcitur: ſanioſa uero quædam excernuntur, qualia ab occiſorũ corporibus defluere conſueuerunt. Atque hæc ſanè eſt quodammodo acuta dyſenteria. Si igitur ab acribus cibis, aut à flaua bile dyſenteria oboriatur, ferè in totum ipſam curamus. Si uero ab atra bile initium ſumat, ſi quidem ratione iudicationis febriliũ morborum atra bilis excernatur, tranſituq; ſuo inteſtinum diſtendat, etiam hanc curare non deſperemus. Si uero ſua ſponte, nullo præcedente febrili morbo, neq; concoctione bona apparente, atra bilis excernatur, immedicabilis dyſenteria ex ea oborta exiſtit, nihilq; à cancro exulcerato differt: eſtq; omnino lethalis. Conſueuerunt etiam exulcerationes aliquæ diutius perſeuerare, ſerpendo nequaquam depaſcentes, uerum cauis ulceribus forinſecus conſiſtentibus ſimiles, quibus cicatrix tarde inducitur, labris nimirum ulceris in callum induratis, in huiuſmodi etiam infuſa in-

feliciter adhibentur. Atqui in pleriſq; dyſentericis teneſmus præcedere uidetur. Eſt autem teneſmus egerendi promptitudo quæ differri ac deuitari non poteſt. Noſſe tamen oportet quod aliquando quidem aliqua ſui parte inteſtinum rectum in dyſentericis exulceratur: aliquando uero totum, & cum ipſo etiam ſuperiora. Si quidem igitur circa colum, hoc eſt, circa inteſtina craſſa ulceratio contingat, ſtercora quæ egeruntur multa ſunt, & coaceruata, & cum flatibus prodeunt, aliquando etiam ſpumoſa. Pinguia quoque & cruenta recrementis ammixta adparent, inexplebilisq; edendi appetitus oboritur. Tenuibus autem inteſtinis exulceratis, dolores circa umbilicum conſiſtunt, biliosaq; & porri colorem habentia, atque omnino uariegata, ſtercori cõmixta plurimum excernuntur, citra tamen ramentorum complexum. cum torminibus & mordacitate, deſperationeq; ac exolutione, ut non procul ab animi deliquio ægri abſint, à ſitiq; infeſtantur, & febricitant, ſtercus quoq; crudius ab eis prodit. Exulceratur autem, uerum raro, & ieiunum inteſtinum, quod ſi contingat, egeſtiones crudiores apparent, ſanguinem nigriorem uehementer implicatum habentes, bilemq; abunde flauã, ſitis multa itemq; nauſeæ affligunt: uomunt etiam aliquando, ac cibos auerſantur, dolor quoq; uehemens ſupra umbilicum conſidet, quandoq; & febres malignæ oboriuntur. Atque ita adfecti decolores fiunt, & ad animi deliquium uſq; exudant: uires etiam ipſorũ cito deficiunt, neq; procul ab interitu abſunt. Antyllus autem ſcribit. Tunc equidem ieiunum inteſtinum exulceratum eſſe putamus, quum ſanguis qui cum recrementis egeritur, niger ac uetuſtus apparet: neceſſe eſt enim huiuſmodi, in omnibus infra ieiunũ ſitis inteſtinis decoctũ excerni. Pituitoſa etiam ac ſubpinguia ſimul excernuntur: pituita enim, inquit, in ieiuno abundat, ipſumq; etiam adipoſum exiſtit: biliosa

item abundãter in his excernuntur, sitisq; infestat, ut pote uentriculo ob uicinitatem ex affectione intestini ieiuni concalefacto: quapropter & febriunt & dolẽt. Cæterum tenui intestino exulcerato, egestiones minus quidem biliosæ ac pituitosæ sunt: neq; enim pituita, nec pinguedo in hoc uelut in ieiuno abundat, subcruenta autem magis & rasuræ similia excernunt. Quæ enim deferuntur, pelliculas intestini in superficie radunt, quam ob rem sanguis etiam in eis minus niger adparet. Si uero circa colum exulceratio fiat, recrementa multa erunt, & flatu comitante coacerua ta, & aliquando spumosa, quod uero cruentum in ipsis prodit, flauum erit: cibum plurimum expetẽt, crudioraq; egerent: minus etiam à siti infestabuntur, & nõ multum febriunt, nisi magnum sit ulcus, aut maligna, & si febricitare eos cõtingat, difficilius aliis febrem summouent & excludunt. Magnam autem cautam subesse oportet, si febris ex colo accendatur. Quod si rectum intestinum sit exulceratum, concocta erunt recrementa & sanguis floridus, & sordes pluri mæ excrementis admixtæ: teneſmi etiã aderunt uiolenti, sæpiusq; ad excretionem incitantur, quum tamen nihil excernant: neq; ualde esuriunt, neq; sitiunt, neq; febriunt, nisi ulcus sit cancerosum. Porrò primũ periculum ex ulcere serpente ac depascente dysentericis impendet: secũdum uero ex sanguinis eruptione, tertium autẽ ex fluxu à locis ab imbecillitate affectis consequenti. Cæterum ab ulcere serpente ac depascente pueros magis opprimi adparet, usq; ad ætatis uigorem calidum, nanq; & humidum huic ætati corpus est, quare ad putrescentes morbos perferendos magis sunt parati. A sanguinis autem eruptione, magis hi qui in ætatis uigore consistunt, infestantur, & qui à natura multo sanguine abundãt. A fluxionibus autem seniores amplius læduntur, & qui malo corporis habitu sunt præditi. At uero ubi ulcus proserpturum est dolor concomitatur. Acria enim & liquida cum torminibus recremẽta egeruntur: deinde & odoribus & coloribus uariata unà cum mordacitate. Febres uero quoq; praua accedunt, inediaq; ac corporis iactationes consequuntur: æstus item continuus ac sitis. Iam uero ulcere serpendo ac depascendo in peius procedente, ramenta excernentur: fecu lentaq; multa ac nigra efferẽtur, & sordes magnæ intestina ambiẽtium pellicularum, si in crassis intestinis exulceratio cõsistat. Quum autem sanguinis eruptio futura est, exolutio totius corporis, animi deliquio similis præcedit, ac grauitas loci. Ea uero quæ egerũtur lenta sunt ac uiscosa, deinde cruenta. Postremum etiam grumi multi excernuntur, primum quidem flaui, ad finem uero nigri & graueolentes. Manifestum autem est quod uires quoq; eorum subuertentur, sudoresq; effundentur: aliquando autem & conuulsiones ad plurimam euacuationem cõsequuntur. Atqui fluxione laborantes, curationis tempore compacta stercora excernent, deinde non longe post ulceris tectorium splendidum unà cum stercore effertur. Modice nanq; ab infusis fluxus sistitur, deinde paulo post ulceratio excoriatur. Cæterum si alicubi certe in intestino recto ac colo consistens dysenteria facile curabilis existit: quæ uero in tenuibus intestinis hæret, difficulter curatur, maxime uero in ieiuno. Iam uero & hæ quę post abscessuum eruptiones fiunt dysenterię, graues sunt, propterea quod uires deiectæ iam sint per coincidentes inflammationibus febres ac dolores. Graues sunt quoq; quæ cum uehementi inflammatione oboriuntur, quæq; cum febri ac perditione appetitus. Pessimæ uero dysenteriæ sunt, in quibus quæ excernuntur porri aspectum habẽt, suntq; nigra, plurima, uaria, graueolentia, & quæ unà cum excrementis sordes pelliculis magnis commistis excernũt. Veruntamen & mulieres, quàm uiri, senes & pueri,

quàm iuuenes & in ætatis uigore consistentes, difficilius curam accipiunt. His prædefinitis à tenesmi affectione curam dysenteriæ incipiemus, quum plerisque inde dysenteria initium sumat.

De tenesmi cura. Cap. XLIII.

Quem ad modum iam prædictum est, in plerisque dysentericis tenesmus præcedit. Est autem adfectio hæc ad excernendum promptitudo, quæ differri ac deuitari non potest, nihil tamen præter quàm pauca cruentum aspectum habentia propellens, & post ea quædam mucosa. Vbi uero stercus fuerit excretum, ægri alleuantur. Iam uero & inflammationem cum laxo tumore, ex cõtinuis distentionibus circa locum obortam esse constat, quæ stercoris insidentis suspitionem præbet, quod exitum quærat. Cæterum recremẽta in ipsis concocta & compacta ferè in totum excernuntur, pauco sanguine post recrementa destillante, stercori minime admixto. In principio igitur si grauis distentionis sensus circa imum uentrem fiat, & maxime circa dextram partem, coniectare oportet stercorum multitudinem in cęco intestino insitam esse, quam furfurum ac fœni græci decocto infuso cluere oportet, melle oleoq; ac modico nitro admixto. Quod si huiusmodi nihil apparuerit, statim in principio ex oleo myrsinino aut rosaceo, cum uino & cumino, pectinem, inguinaq;, ac inter anum & scrotum intercapedinem, perinæon Græcis appellatam fouere ac irrigare oportet. Deinde lac caprinum recens mulctum heminæ mensura, & nequaquam minus præbendum: uerum non aceruatim, sed sigillatim partitum. Sequenti deinde die lac ipsum ad dimidium decoquatur, ablato eo quod in decoctione concretum superstat, atque ita exhibeatur. Si uero pituita sit quæ ægrum infestet, aut præcesserit frigus, rutam in uino albo decoquito, atque uinum ipsum calidum meracum bibendum dato, ac assidue bitumen, picem siccam, coriandri semen & cyperum sufito: undiquaque autem ægro contecto surfimentum supponatur. Est autem & pastillus suffumigabilis ad tenesmos ac intestinorum dolores approbatus: hic. Picis siccæ sextantem, bituminis unc. i. sulphuris uiui unc. i. bitumen ac picem cum modico aceto liquato, sulphur autem uiuum tenuissime tritum adicito, hisq; simul unitis pastillos informato. Vsu uero expetente in calidum cinerem coniectos suffito. Bitumen autem in refrigeratis, etiam cum ptisanæ succo infundito. Glande quoque supposititia in eis huiuscemodi utendum est. Oleo raphanino si adsit, aut communi, si non illud haberi queat, allia decoquito ac conformato: deinde ladanum & ceram paulatim adiicito, quibus liquefactis & ab igne ablatis, modicum lycii addito, unito, ac tomento excipito, sediq; quàm penitissime indito. Ad imum uero uentrem ac lumbos hoc adhibeto. Ladanum & styracem unguento nardino, oleoq; suffumigabili appellato dissoluito, ac lana exceptum imponito, ac colligato. Efficacissima autem sunt in tenesmi affectione fomenta sedi admota. Gallas igitur in aceto decoctas cum spongia adhibeto, aut glomis texturę gynæciorum per successionẽ foueto. Efficax est & malicoriũ similiter decoctũ, myrtiq; baccæ, ac rubus, quæq; his similia existũt. Furfures quoq; in aceto decocti, ac feruenti ligamẽto excepti, cõmode sedi adhibẽtur. Infessiones etiã ex prædictis utiliter suscipiũtur. Verum cui per nostrã experientiã cognito testimoniũ merito præbemus tale est. Later perq; uetustus & à fumo denigratus unà cũ contẽtis in eo paleis tunditur: deinde feruẽti aceto subactus, linteoloq; illigatus sedi subditur. Hęc aũt statim ab excretiõe admoueãtur, & maxime si dolor infestet. Iuuãtur ẽt per spõgitidẽ herbam sede extersa. Si uero exulcerationis principiũ oboriatur, inflammatioq; adsit, ptisanæ succus infundatur,

paucis rosis simul cum eo decoctis. Quod si acria sint quæ efferuntur, lac tepidum infundatur. Vehementiori autem inflammatione infestante, oleum rosaceũ leniter calidum infusum ac pluribus horis detentum, doloris uexationem dissoluit. Si uero laxius intestinũ rectum fiat, lentium ac malicorii decoctum infundatur. Similiter autem & si exulcerationis principiũ adsit. Si uero uigiliæ unà cum dolore consequantur, sedi collyrium soporiferum subdetur, quod ad dysenterias est descriptum. In eis autem quibus iam ulcus serpendo depascitur, subiecta ad dysentericos cura utemur. Epithema dysentericis. Croci, myrrhæ troglodyticæ, cyphii, masticheś, succi absinthii, aloes, palmarum, acaciæ, masucha, ladani, malorum cotoneorum, cumini torrefacti, candidi ouorum assati, panis usti & in uino macerati, olei melini aut rosacei.

Cura dysentericorum. Cap. XLV.

Principium curationis dysentericorum à quiete & modico cibo fiat, undecunq; tandem fluor procedat, & mediæ corporis partes lana oleo modico dulci imbuta contegantur. Vehementi autem mordacitate infestante, rutaceum sit oleum, & cuminum tritum lanæ conuolutę inspergatur, maxime ubi inflationes & tormina affligant. Quod si hæc augescant & intẽdantur, ad cataplasmata confugiendum erit, & hoc maxime si inflammationis sensus percipiatur. Multis enim non dolorum tantum, uerum etiam totius mali obliterationem cataplasmatum cõmoditas induxit: Adparentur autem hæc ex polline in posca usq; quo cogatur decocto: quem deinde linteolo complicato illigatum totis iliis impones: fluorem enim ipsum cõcoquit, quandoq; autem & palmas, malaq; cotonea, ac malicorium cum aceto cocta ammiscemus: quod si ardor adsit symphyti radicem tritam, aut solanum, aut perdicium, aut plãtaginem adiicimus. Stomacho uero imbecilli & exoluto, polentam cum œnanthe,

aloeq; & omphacio annectemus: inflatione autem simul infestante, anisi, fœniculi, apii, ac irionis semen addimus: & si lumbrici simul cum recrementis excernantur, melanthium, aut cornu ceruini ramenta, aut ades ceruinus, aut coriandri semen non incommode admiscentur: quod si dolor uehemens adsit, prædicta cum lini semine commisceantur, & aceto mulso decoquantur. Si uero sanguis multus efferatur, acacia, hypocisthis, & alumen cum palmis ac malicorio decoctis & tritis apte concinnantur: si autem liquida & cruda prodeant, quod eis qui uires debilitatas habẽt euenire solet, mel coctum per se, aut polenta ammixta, pelle exceptum imponitur. Aliquando autem & opii parum, aut hyoscyami semen, hypocisthidemq; & acaciam ac myrrham, apiiq; semen satis largum, itemq; fœniculi & anisi inspergitur. Quod si frigoris sensus adsit, pellem agninam leuem liquida pice imbuito, calefactamq; aluo imponito. Ego uero, inquit Archigenes, superioribus quidem intestinis adfectis, pastillum aliquem ex eorum genere qui superne per os exhibentur dissoluo ac melle probe cocto, aut palmarum pinguium carne exceptum impono. Neque enim impensæ parcendum est in his qui de uita periclitantur. Inferioribus autem intestinis adfectis, ac mucosis multis inferne prodeuntibus, & eiusmodi etiam occupante madore: ex pastillis qui inferne per anum infunduntur, rres aut quatuor palmarum carne exceptos impono, semperq; mihi iuxta uotum res acta succedit. Mirifice etiam emplastra quæ cruentis uulneribus adaptata sunt, conducunt, postquàm quieuerint inflammationes, uentri ac lumbis totis usque ad dorsum imposita, qualia sunt Barbara appellata, & quæ ad fracturas apparantur, uelut est quod Isis uocatur. Atq; de his quidem quæ forinsecus imponuntur hactenus. Dicendum autem deinceps de his quæ intra corpus assumuntur. In principio igitur post ter

tiam diem permittentibus febribus, lacte recens mul-
cto adhuc calido utendum est, melle tepido ei ammi-
xto, atq; in eius usu ad tres dies perseuerandũ, quan-
tum nutriendo corpori sufficerit exhibendo: sequen-
tibus deinde diebus melle adempto, & modica aqua
(quartæ nimirum lactis partis mensura) affusa, paulũ
decoquimus ac exhibemus. Deinde post alias tres
dies ad dimidium decoquimus, & post alias tres, ad
tertias, similiter per tres dies, atque ita eis præbemus.
Primum enim lac depurgat, simul ea quæ in corpore
sunt contemperando: postremum uero aluum sistit.
Non scio enim an aliunde grauior molestia dysente-
ricis oboriatur quàm ex eorum quæ egeruntur acre-
dine contingit. Oportet autem insuper & panem ma-
defactum à lactis acceptione offerre. Pultes etiam ex
lacte apparatæ, tum pharmacum, tum nutrimentum,
optimum præbent: uelut est oryza cum lacte, dulcia-
rii panes, amylum, & oua lacti cõmista. Quod si ad-
huc fluxus perseuerat: inde ad eorum quæ aluum si-
stunt sylua transeũdum est. Ex quorum genere, alia
quidem influentes humores obducunt & inspissant:
alia uero, corpora plus iusto rarefacta & laxata ad-
stringunt, alia autem reficcant. Pultes igitur ex halica
apparentur: nam hæ & probè nutriunt, & aliquo mo-
do obducunt. Condiantur autem paucissimo sale, ac
modico oleo & anetho, aut pro oleo magis adipe
gallinaceo, aut anserino recenti. Quæ uero ex oryza
eodem planè modo parantur, præcedentibus magis
reficcant. His autem adhuc amplius quæ ex milio
fiunt. Quæ autem ex rhoe apparantur pultes, magis
adstringũt. Ego uero, inquit Archigenes, eas hoc mo
do adorno. Rhoem culinarium in aqua pluuia per
noctem macero, deinde diligenter expressum aquæ
committo. Farris apparatus: ex Archigene.
Quod uero Latine in regionibus Romæ uicinis far
appellant, hoc modo apparatur. Frumentum modi-

co tempore aqua madefacito, indeq; extractum ac
in pilam coniectum, ueluti ptisanam à cortice repur-
gato. Vbi uero corticem exuerit, tollito atque in so-
le siccato: deinde manibus tritum donec penitus à
cortice fuerit mundatum, crassissime molito, ita ut
granum unum in quatuor aut quinque partes rediga
tur, & siccum adseruato. Vsus autem tempore halicę
modo coquitur & à sanis in cibo sumitur. Pro ægris
uero uarie apparatur, & epithematis quoque ammi-
scetur. Quidam spicas frumenti adhuc uirides tollũt,
ex ipsisq; far concinnant, quo modo & suauius & iu-
cundius redditur. Far quod clusinum appellatur.
Porrò frumentum ipsum rursus madefactum, mani-
bus sedulo confrico, atque ita percolatum ipsius suc-
cum coquo, anethi ramulis assidue agitando: coit au-
tem celerrime uelut glutinum quo ad librorum com-
pactionem utimur: quo facto ipsum sale, ac paucissi-
mo oleo siue adipe condio, fitq; hoc modo non so-
lum cõmodum, sed etiam iucundum. Apparatur au-
tem puls ex siccis item panibus, quos aliquãdo qui-
dem posca, aliquando uero palmarũ, aut malorũ co-
toneorum, aut pirorum, aut siliquarum, aut rhois, ut
dixi, cremore contusos coquo, eisq; aliquando ex fa
uo albo ac optimi mellis pleno aliquid admisceo. Ex
adstringentiũ numero lenticula quoq; proditur, quæ
probè assata cum plantagine aut malis punicis contu
sis decoquatur, acetoq; ac modico oleo condiatur.
Vtiliter etiã lenticulæ far clusinum ammiscetur. Ole-
ra quidem non ualde probo, decentem tamen eorũ
degustationẽ non prohibeo, uelut seridis coctæ, plan
taginis, brassicæ bis coctæ, ad quam post primã atq;
item secundam decoctionẽ aqua diffusa, poscam fer-
uentem affundimus, rursusq; donec liquescat deco-
quimus. Intubum quoq; ac sisarum cum liquamento
simplici exhibemus. Damus & ouorum assatorũ lu-
tea tãtum cũ modico aceto ac rhoe, paucissimo oleo

ammixto. Carnes autem dysentericis non ualde commodæ existunt, dandæ tamen eis qui diuturno malo uexantur. Ex his uolucrium eligendæ, deinde sylvestrium ferarum: uerum ex his omnibus facile solubiles & non graueolentes, teneramq; carnem habẽtes ac adstringentem, reliquis præferendæ, uelut est inter uolucres perdix, palumbes, & similes. Ex pedestribus uero carnes dorcadis, capreæ, ac leporis. Ex marinis, aselli, parcæ, loliginis ac mulli: singulæ uero in posca ebulliant, myrti baccis cum eis incoctis, deinde assatæ cum familiaribus eduliis præbeãtur. Fructibus quoq; parce utantur: si tamen stomachus langueat, pirum coctum, aut cotoneum malum concedemus, aut uuã quæ in cado, siue olla, aut etiam interpositis uinaceis adseruatur: mespila item ac punicum malum. In potu à principio quidem aqua pluuia quæ non sit ex domibus plumbo intectis delapsa, utendum est. Talis enim aqua potata etiam sanis dysenteriam propinat. quod si pluuia optima non adsit, fontana utemur: puteorum aqua semper deuitata, utpote quæ subsalsa est, ac uentrem perturbat. Cum aqua autẽ fructus adstringentes coquere oportet, maxime uero acinos. Post uero ubi uires fuerint deiectæ, etiam uinum præbendum, quo stomachi sanitas firmetur: sit autem uinum adstringẽs, & non ualde uetustum. Ante cibum uero corpus inunctionibus, & faciei prolutione, similibusq; curetur, quæ in febrium tractatu sunt relata. Atq; hactenus quidem de diæta. Iam uero ad remedia quæ inferne adhibẽtur transeundum. Magnis igitur intestinis affectis etiam infusa adhibeantur: & si quidem tenesmus infestet, ptisanæ succus infundatur, adipe caprino aut hircino admixto. Vbi uero corpora excoriationem incurrant, halicæ aut oryzæ succus magis appositus erit: triticea etiam ptisana ad tenesmos ac excoriationes accommodata censetur. Aliquando in uehementi tenesmi ad egerendum promptitudine, muriæ usu ægrum ab omni dolore liberauimus. sufficiunt autem ex ea drachmæ sex, heminæ uni calidæ aquæ illiquatæ: si uero succo alicui eã amiscueris drach. viii. iniicito. Præstantius tamen oliuarum albarum muria conditarum liquamen censetur, tepidum heminæ mensura infusum, & sanè per assiduum eius in tenesmi cura usum optime succedit. Si uero ex ueteri chirurgiæ perpessione, aut aliàs subtiliore sensu prædita existant circa sedem ægroti loca, anus assidue & maxime ante acrium aut adstringentium pharmacorum infusionem, adipe anserino aut suillo perungatur, & fistula quoq; clysteris crassius illita immittatur. Cęterũ post distentionum exolutionem, asperitates quæ circa intestinum sunt, quæ quidem mediocriores, per muriam resiccantur: quæ uero relinquuntur succis magis adstringentibus curantur: ueluti gallæ in uino decoctæ, aut tritæ & uino insperſæ malicorii item ac corticis pinus, & baccarũ myrti nigrarum. Quod si ardor consequatur, oua cruda duo cum uino modico, ac largo rosaceo cõquassata infunduntur. Qui uero caput quod facile adficitur habent, in his seminis lini succũ recusamus, utpote caput replentem. Portulacam autem cum ptisana (si possibile est) decoctam, aut cum aqua: si id fieri nõ queat succo eius cum rosaceo & ouis crudis permixto infundimus, in his præsertim qui ardoris adfectionem circa intestina habent, aut qui aliàs à calidorum infusorũ ardore sunt læsi: ex rosaceo uero quarta ipsius succi pars sumatur. Mirifice etiam seminis lini succus facit, cum candidis ouorum, & lacte asinino sesquicochlearii mensura, permixtus: pro quo si non adsit, bubulum accipere nõ incommodum erit. Porrò inflammationibus erysipelatis, ciborum ac potuũ citra mordacitatem adstringentium usus conueniens existit. Infusa uero eis cõueniunt, plantaginis succus, malicorii, perdicii, portulacæ, semperuiui: uerum sin-

gulis acaciæ aut hypocysthidis succum admiscere o-portet. Efficacius aũt in erysipelatis glaucium infunditur cũ aliquo ex prædictis succis, aut Andronis pastillus, aut Musæ inscriptus. Quod si sanguis destillet, sanguinariæ succo utendũ aut plãtaginis cum acacia, hypocisthide, aut balaustio. Si uero sanguinis impetus uehementer urgeat, quem ad modũ etiam si maxima inflãmatio subest, præsertim in his qui plurimo sanguine abundant, uena incidẽda, si uires nõ resistãt, & maxime in quibus cõsueta sanguinis excretio cohibetur. Auferre aũt oportet neq; multum neq; coacteruatum, ab utroq; enim uenter cõturbatur. Omniũ uero maxime cauebimus ne animi deliquiũ fiat, quare desidenti etiã dysenterico uenã secabimus: hac enim desidentes forma dũ secatur uena, minus reliquis animo linquuntur. Secare aũt oportet in dextro cubito uenã humeralem appellatam: neq; enim similiter hac uena incisa, uires labefactãtur, & insensibiliter quodã modo furtimq; sanguis aufertur. Quod si hæc nõ appareat, necessario mediã secamus. Inferiorẽ aũt incidere ob subiacentẽ arteriam uitandũ: cæterum fissurã omnino tenuissimã infligemus: nõ enim ob multitudinẽ sanguinis euacuandã sectionem facimus, sed ut materiã quasi per riuos transferamus. Paucus aũt sanguis etiã multo tempore emissus, inflãmationẽ mitigat, & sanguinis ad intestina delationẽ reuellit, innatumq; calorẽ sensim refrigerans, somnũ magis quàm animi deliquiũ inducit. Est autem optimũ dysenteriis remedium somnus. Si uero quid uenæ incisionẽ fieri prohibeat, ex eorum quæ sanguinem sistunt ammixtione infusionẽ facio. Qua in re lanarum succidarũ cinis optime facit, aut ex spongia noua usta. Spongiam autem ipsam liquida pice imbuere oportet aut sanguine taurino, cineremq; eius in olla exustæ in aliquem ex prædictis succis inspergere, atq; hoc modo infundere. Succi autem in his ad infusiones apti sunt,

ex plantagine, sanguinaria, ac similibus. Quin & linteolum alumine liquido imbutum, deinde ustũ, præclare sanguinis eruptiones sistit. Sũme aũt conducentem cognouimus asinini stercoris succũ, maxime si à pastura prodeat animal mõtana & adstringẽte: quod si nõ sufficit ipse succus, stercus plantaginis succo macefacito, exprimito ac infundito. Adhibeãtur autem simul & epithemata, & quæ per os accepta sanguinẽ sistunt, & qui sanguinem spuentibus commodi sunt pastilli. Præter opinionem uero eis prosunt, maceris cortex, & mali punici flores, æquali pondere contusa & cribrata, si inde scrupuli duo cum uino adstringente propinentur. In his etiam frigida, citra offensionem tamen, infusa apparantur. In reliquis uero dysentericis tepidiora, aut leniter calida. Vlceribus enim frigidum infestum est, nisi sanguinis eruptio simul adsit. Si uero exulceratio absque fluxione relinquatur, plura ne infundantur, quàm lac bubulum, aut caprinum, cui lycii drachmæ tres sint ammixtæ: optime faciunt & terræ samiæ drachmæ. iiii. aut amyli drachm. iiii. cum plumbi usti drachmis. ii. triticeæ ptisanæ ammixtæ ac iusulæ. Aut cerusæ drach. ii. cum succo iniicio, ægerq; sanatur. ubi uero fluxione adsiciatur & nimiũ humecta fit exulceratio, charta usta, aut lentiscus usta, aut cinis pompholygis, aut aridum ex charta constans pharmacum, similiaq; cum succo plantaginis infusa, aut etiam cum altero consimili succo, ægrum à malo adseruant. Quod si uehementior fit fluxus & humectatio exulcerationis, ea quæ à callis indurata corpora leuigare ac à callis liberare possunt adsumantur: itemq; ea quæ humecta resiccare & exurere, exolutaq; adstringere possunt: uelut est sabinæ herbæ decoctum, itẽ saluiæ, polii, ac pilularum cupressi, ex pastillis uero Musæ inscriptus, & qui ex lanis succidis ustis constat, & consimiles. In potu uero Thrasyãdri pastillus, & qui croceus appel-

latur,cõsimilesq; qui superne per os sumuntur, præ-
beantur. Cibi etiam magis resiccantes eis exhibendi.
Si uero serpendo depascant ulcera ipsa, si quidem in
intestino ieiuno cõsistant, paruã omnino salutis spem
promittunt. Si uero circa tenuia intestina fiant, minus
graue malum est, attamen periculo non uacat. Si au-
tem in colo fiant, ut plurimum sanabilia existunt. Ve-
rum quem ad modum in externis ulcerib. depascen-
tibus: ita & in his statim in principio, ubi depastio ap-
paruerit, crustas inducentia & exurere ualentia adhi-
bere oportet: si enim ad magnitudinem peruenerit
exulceratio, inutilis horum usus fuerit, cæterum ulce
ra circa ieiunum ac tenuia intestina, per potiones cu-
rantur, ea uero quæ crustas inducunt in potu accipi
non possunt: quare sorbitiones & eclegmata exter-
gere ac repurgare potentia, his sunt exhibenda: estq;
ptisanæ succus cum melle absorptus his aptus, atque
ipsum adeo mel per se induratum, & in decoquendo
in pastillum coactum, quod comestum ulcera poten-
ter repurgat. Sorbitiones item ex eruo apparatæ, cõ-
uenientissimæ sunt eis qui in superioribus partibus
ulcus depascens habent. Apparantur autem hoc mo
do. Eruum in aqua calida sæpe permutata ad horas
octo madescere sinitur, deinde donec testam om-
nem abiecerit manibus in aqua confricatur: post ue-
ro coquitur, & prima item q; secunda, tertia q; & quar
ta aqua diffusa, semper ubi prius decoctum diffundi-
tur, rursus alia aqua feruens affunditur, quæ ubi post
quartam tandem decoctionem fuerit diffusa: acetum
mulsum ad ipsum sufficienter infundatur, & cũ quin-
tæ aquæ affusione ad compagem succi ptisanæ deco
quendo reducatur, atq; hoc modo absorbeatur. Ha-
lica etiam cum lacte bubulo decocta non incommo-
da efficitur. Maxime uero omnium prodest eis lac bu
bulũ recens mulctum ac potatũ. Quicquid uero tan-
dẽ eis datur, ualde modicũ sit. Hi enim præ aliis dy-
sentericis

sentericis pauco cibo indigent, sitiq; uexantur. Phar-
maci autem loco exhibeantur quæcunq; aristolochia
rotunda participant, radiceq; panacis, ac iridis, alumi-
ne scisili, moris, & mali punici flore. A uino uero
abstineant, depastionem enim dilatat. Quod si circa
intestina crassa ulcus serpendo depascens consistat, ea
quæ per sedem infusa crustas inducunt, adhibeantur:
cuius generis sunt pastilli Faustini, & cõsimiles, & ma
xime qui Nymphodoto est inscriptus, quo etiã nos
utimur: item qui ex thallia, id est, oleæ ramulis con-
stat, quorum omnium compositiones paulo post di-
cemus. Cæterum cum attentione crustam inducenti-
bus uti oportet, excellentem ipsorum facultatem re-
uerendo. Porrò cancerosa & maligna, quæ cacoethe
Græci appellãt, intestinorum ulcera ferè in totum in-
curabilia existunt, neq; tamẽ citra auxilium relinque-
re oportet, sed uehementes dolores mitigare: opti-
mum autem & his est asininum lac recens mulctum
potatum: si quis enim eius usum sustinere possit, nul-
lumq; aliud nutrimentum accipiat, plurimam salutis
recuperandæ spem habebit. bonum est & bubulum
ac caprinũ recens mulctũ, si illud nõ adsit, bonũ est &
scisile lac cũ amylo. Præbeatur aũt eis & oua cruda,
ac iuscula gallinarũ & pdicũ. Succi ẽt præbeatur oẽs
qui facultate obtũdẽdi dolores præstãt: infusa quoq;
eiusdem generis sint: pharmaca item his conueniunt
omnia, quæ ad dysentericos à uenenatorũ acceptio-
ne factos, conducunt. Cæterum irrigationibus & ca-
taplasmatis neq; curantur cancerosa & maligna ulce-
ra, neq; mitiora fiunt. Vtere autem & ad eos infusis
ad cancerosam uuluam describẽdis, & pharmaco ad
cancros mammarum, ex uino adriano & rhoe qua
coria tinguntur, apparato. Porrò si à uenenati phar-
maci potione, ubi mortis periculum fuerit deuitatũ,
dysenteria oboriretur: his quæ à uenenorum potu cõ
ueniunt, erit utẽdum. Triplicis autem modi remediis

in his qui uenenum biberũt utimur uomitoriis uidelicet,& obtundentibus atq; extinguentibus: in quorũ numero etiã acria cõprehenduntur. Vomitoria itaq; remedia mox à ueneni potu sunt accepta. Extinguentia uero quæ acria sunt,tanq; ulceribus minime conuenientia,recusamus. Alterũ igitur tantum genus extinguentium, hoc est,aromatica adsumemus: itemq; ea quæ obtundẽdi uim habent. Ex cibis itaq; cõueniunt ptisanæ succus,aut halicæ succus cũ anetho decoctus, aut palmis aut mali punici acinis. Item radicis dulcis succus: cũ his etiam tum gallinæ,tũ perdices decoqui possunt donec eliquescant: cerebella itẽ ac pedes eliquata præbeantur, & sorbitiones ex amylo & lacte, quibus anserinus aut gallinaceus adeps est ammixtus. Ex pharmacis aũt eis conducunt quæ de uenenis referentur in tertiodecimo Sermone. In potu uinũ non inconueniens est tenue & album, nisi febris aut inflãmatio adsit. Cæterum cataplasmata & fomenta in eis quibus ex bilis acredine dysenteria oborta est,uitabimus. Quod enim leue & bene succulentum in intestinis est,id distrahunt ac diripiunt: quod uero nulli usui est,& mordax,in ipsis relinquunt.

Cura eorũ qui aurum,aut æs,aut tale quippiam deglutiuerunt. Cap. XLVI.

Si quis auro,aut ære,aut ferro, aut aliquo alio huius generis deglutito, sanguinem per uẽtrem egerat, maluq; aut seminis lini succo multo,in potu exhibito, lapsum facies deglutiti, supra hoc quod & in intestinis obortam lenies asperitatẽ. Ego uero, inquit Antylus, quum quidã per iocum anulũ aureũ deuorasset,& ramentosa ac cruenta infernè egereret: ob scalpturæ uidelicet asperitatem: in ipso enim auro capitellum inerat aspere concinnatum: non sum immoratus his quæ lubricas uias reddunt,sed confidenti animo ad ea quæ fortiter purgant pharmaca sum progressus: quare contigit unà cum recrementis anulum

excidere: quo facto,homo ipse ex ptisanæ succo, ac sorbilibus ouis nutritus,tertia die sanus euasit.

Communia remedia dysentericorum quæ supernè exhibentur. Cap. XLVII.

Porrõ ubi memor fueris remediorum iam ante in unaquaq; dysenteriæ specie dictorum,expedite inuenies,iuxta eundẽ planè modum, quomodo & cõmunibus remediis, quæ nunc dicenda supersunt, utaris. Commixta enim reperies hic remedia omnia simpliciter scripta quæ dysentericis conueniunt: nimirũ adstringentia, obtundẽtia & reficcãtia. Et simplicia quidem quæ tum dysentericis,tum cœliacis in potu dantur: alia quidem adstringendo,& firmitatem addendo, humoresq; inspissando, uentrem cohibent, alia autem obtundendo,alia etiam urinam ciendo,ac fluxionẽ transferendo. Quæ itaq; urinã cient omnibus sunt manifesta, & sæpe in hoc opere descripta,quibus etiã hic uti oportet. Quæ uero adstringunt cõmoda eis hæc sunt: lapathi syluestris maxime semẽ, alterius autem lapathi tum semen tum radix, trita aquæ inspersa ac potata,siliquæ aridæ comestæ, rhus culinarius,gallæ,spinæ Ægyptiæ semen, malicorium aridũ tritum,rubi radix,unumquodq; eorum cum aqua ad tertias decoctum,aut tritum potui inspersum, ladanũ cum uino austero, acaciæ succus, hypocisthidis succus,lysimachia,balaustium, sideritidis heracleæ folia & radix,salicis folia, symphyti radix & folia & semẽ, rheon ponticum,althææ radix, gnaphalium cum uino austero,hippuridis succus cum passo,loti arboris baccæ, & ligni lotini scobs, potui inspersa & potata præclare faciunt,cortex thuris tritus potatus, lemnia terra quæ sphragis appellatur, minium sinopicum, œnanthe polentæ modo potata, holoschœni iunci fructus torrefactus,uerbasci radicis drac.ii. mora acerba in sole desiccata ac trita liquori potãdo atq; obsoniis inspersa,mora rubi acerba similiter exhibita: acini

uuæ,ac uuarum passarum tum aridi triti, tum in cinerem exusti,plantaginis semen aridum tritum,similiter folia & radix, maceris cortex. Ex eorum autem numero quæ aliquo modo adstringũt, uerũ magis obtundunt,est aster samius,& amylum. Obtundit autem tragacanthus & gummi. Reficcat coagulum leporis ex aqua,cornu ceruinum ustum, herinaceorum testæ ustæ,itemq; ostreorum, & cãcrorum maxime fluuialium,atq; etiam marinorum testæ ustæ ac tritæ: egregie facit & saluiæ decoctum.

Composita pharmaca quæ superne exhibentur. Cap. XLVIII.

Vinum uetus adstringẽs ad tertias decoquito,mellisq; optimi æquale pondus adiicito, rursusq; donec in compagem cogatur coquito,& ante cibum mystri mensura exhibeto. Aliud Asclepiadæ. Ouum recens in uas quoddam euacuamus,putamineq; eius mel optimũ ac uinũ uetus adstringens,malicoriumq; tenuissime tritum demetimur,piperisq; granis.x.adiectis,hæc simul in sartagine torremus,atq; tertiã inde partem ieiunis cum pane præbemus. Summe etiam prodesse quod sequitur scimus.corticis thuris, seminis plantaginis,æquales partes tritas, uino diluto adtrium cochleariorũ mensuram insperge, ac ante cibũ exhibe.Caninum etiam stercus album,tritũ, lacti scisili & per filices decocto insperssum, summe dysentericis auxiliatur, si lac ipsum in cibo sumatur. Cæterũ canem ipsum per præcedẽs triduum, nullo alio cibo quàm ossium comestione nutrire oportet. Aliud ualde approbatum, cuius usu scimus multos à morbo liberatos.Gallarum tenuissime tritarum, piperis, rhois culinarii,malicorii tenuissime triti, singulorum æquales partes misce,ac cum uitellis oui subige,& in mali punici uacuam testam coniice, ex eodemq; sumpto putamine os testæ contege: deinde totam mali testam fermento forinsecus oblini, & ad prunas assa:

post uero ex hac ipsa mali punici testa repurgata cochlearium ante cibum edendũ præbe. Aliud quod & cæliacis prodest. Baccarum myrti nigrarum cochlearia.iii.anisi, rosarum siccarum, œnanthes, acaciæ, singulorum cochleare unum. Palmarum carne subige,ac drachmam unam præbe.Si œnanthe haberi non potest, uuas immaturas siccatas coniice.

Aliud Marciani,ad eos qui neq; potum, neq; cibum accipiunt,sed pro desperatis habentur. Baccarum myrti albarum quincuncem, malorum cotoneorum mediocrium ac pulchrorum numero duo, aquæ sextarios.iii.scobis corticis arboris loti sextãtem & unciæ dimidium. Decoquito simul donec sextarii duo reliqui supersint,ac quantum possint bibendum præbe,idemq; etiam per clysterem infundito.Eiusdem facultatis est loti scobes potatus, atque amplius adhuc eo præstat eius decoctum. Quod si lotus non adsit, cortice pini utaris. Aliud Marciani. Aloes ad carbonũ formã exustæ unc.i.malicorii usti unc.i.seminis lini usti, unc.i.contere & præbe cochlearia duo, his qui febre carent cum uino antiquo. Ego uero, inquit Marcianus, quotiescunq; hoc exhibeo, duorum terrestrium herinaceorum membranam internã,quæ cibum complectitur desquamatã adiicio. Quare hãc membranam illotam accipito,siccato, ac adseruato. Per se enim huiusmodi pelliculæ potatæ uentris fluxiones sistunt. Aliud Marciani, cuius utilitatem ne contemnas:seminis anethi,apii, fœniculi montani,piperis,sing.un.i.in testaceam pilam coniicito, atq; ubi probe contriueris, herinaceorum terrestrium internã membranam illotam,ac per se contusam & cribratã unc.i.pondere immisceto. Deinde uinum purum uetus quantum satis uidebitur, in nouum uasculum infundito, & laminam ignitam ex ferro quod stomoma uocant,non minorem libra in uino extinguito,& adiectis aridorum drachmas duabus bibendũ præ

beto. Tantum enim ad ſummum datur, atq; hoc medicamine multos ille deſperatos ſeruauit. Aliud multa experientia cognitum. Cochlearum terreſtrium maxime montanarum, uſtarum, carnem trium drachmarum pondere accipito: piperis ſcrupulos viii. ſimul cum æreo piſtillo in puluerem redigito, & uini ueteris ſexuncem, tantundemq; gari affundito, ac ſimul unita omnia in tres partes diuidito: & per tres horas exhibeto. Oribaſius autem ſic: cochlearum unà cum teſtis exuſtarum unc.i. alii trientem habent, gallæ ſextantem, piperis unc.i. in puluillum redige, ac obſoniis inſperge, aut cum aqua, aut uino albo tenui præbe. Præclare auxiliatur hoc dyſentericis, quibus ulcus nondum eſt putrefactum. Aliud Marciani, quod Phemus appellatur. Myrrhæ, opii, bauſtii, rhois rubri, cuiuſque unciam unam, aniſi ſelquunciam, ſpinæ Ægyptiæ quadrantem, lentiſci quadrantem. Cum decocto corticis lotini ligni ſubigito, & nucis ponticæ magnitudine præbeto, cum lotini corticis decocto: quod ſi lotinus non adſit, meſpilino pro eo utaris. Catapotium dyſentericum ualde pulchrum, Aſclepiadæ, Radicis ſymphyti, ſeminis ericæ, malicorii, gallarum æquales partes ſubige, & in catapotia digere, ex quibus obolos tres cum uino aut aqua deuorandos præbe. Aliud eiuſdem.

Gallarũ drachmas quatuor, opii aſiani drachmas duas, petroſelini drachmam unam, aqua ſubigito & catapotia formato, exq; eis ad ciceris magnitudinem præbeto, aut quantum uires tolarare poſſint. Aliud. Thuris, acaciæ, opii, gallæ, æquale pondus ſingulatim cum ſucco intyborum ſubige: indeq; ad ciceris magnitudinem aut pro uirium tolerantia præbe. Aliud. Florum roſarum, opii, acaciæ, gummi, ſucci hypociſthidis, cuiuſque trientem, ſeminis & ſucci plantaginis, cuiuſque ſextantem, ſucci roſarum unc.i. In catapotia redigito, ex quibus obolos tres

dato. Paſtillus ex ſeminibus, qui in Alexandria præparatur. Aniſi un.i. fœniculi un.i. ſeminis hyoſcyami, quadrantem, ſeminis apii quadrantem, alii tantum drach.iii. habent, opii unc.i. dauci unc.i. aqua ſubigito. Oribaſius autem hoc modo. Aniſi, ammii, fœniculi ſeminis, apii ſeminis cuiuſq; drachmas tres, petroſelini drachm.ii. opii drachmas duas. Valet cœliacis, dyſentericis, cholericis, & tuſſientibus. Paſtillus trigonus, hoc eſt, triangularis appellatus. Seminis apii ſextantem, ſeminis hyoſcyami unc.i. opii unciam unam, aniſi unciam unam aqua ſubigito. Aliud Andromachi, ad cœliacos & dyſentericos. Rhois culinarii drach.iiii. piperis drachm. iiii. myrrhæ, croci, acaciæ, ſcobis corticis loti, ammii, cuiuſq; drac.ii. ſpicæ nardi, lycii, gallarum, ſucci hypociſthidis, opii, aloes aniſi, cuiuſq; drac.i. cum rubi ſucco ſubigito, & ante ſomnum.iii. obolorum pondus ex aqua præbeto: non febrientibus ex uino frigido.

Paſtillus Philippi, ad diuturnas dyſentericorũ affectiones leuãs dolorem, & bibitur & infunditur, & foriſecus quoque imponitur, melle cocto aut palmis paſis ſubactus. Acaciæ, balauſtiorum, hypociſthidis, rhois rubri, opii, thuris, myrrhæ, croci, gallarum, lycii, aloes, rhei pontici, baccarũ myrti nigrarũ, malicorii, ſingulorum drach.iiii. uino ueteri adſtringente ſubacta in paſtillos digere, & non febrientibus obolos.iii. ex uino præbe, febricitantibus uero ex hydromelite. Ego autem hoc paſtillo utor & feliciter mihi ſuccedit. omnibus quidem prædictis ad eius compoſitionem adiectis, præter thus & rhoem. Ad hæc autem omphacii, floris mali punici, caſiæ, caſtorii, aluminis ſciſſilis, roſarum repurgatarum & ſiccarũ, ſingulorum æquale pondus addo. Catapotiũ bonũ. Abrotoni ſextantem, ſarcocollæ unc.i. gummi parũ, ut ex eo cogi ac formari poſſint, Catapotia ciceris magnitudine formato, & ieiunis unum deuoran-

dum præbeto, similiter unam ante somnum. Aliud Oribasii, ad dysentericos & hæmoptoicos, fluxumq; muliebrem. Succi hypocisthidis, terræ samiæ, gallæ omphacinæ, acaciæ ruffæ, cuiusq; drac. viii. cum aqua pluuiali subige, & pastillos forma, ac utere. Ad dysentericos quidem potu exhibitis, ac per clysterem cum succo oryzæ, aut lentis, aut aliquo consimili, infusis. Ad hæmoptoicos uero, cũ aquæ frigidæ sesquicyatho eius drach. i. Ad fluxum autem muliebrem, cum succo solani, aut sanguinariæ, aut plantaginis lana exceptos subde. Aliud parabile. Alumen liquidũ tritum cum ouo absorbendum præbe, & rursus aqua calida dilutum bibendum exhibe, & admiraberis. sedat diuturnas dysenterias, & in quibus cruenta excernuntur. Aliud. Pumicem in tenuissimum puluerem redactum, cum ouis sorbilibus, cochlearii mensura præbe, & miraberis. Aliud exquisitum. Fici folia arida contusa cochlearii mensura cum uino austero dato. Aliud. Macer, mali punici florem, æquali pondere contunde, & ex eis scrupulos duos cũ uino adstringẽte præbe. Valde commodum hoc est in his qui cruenta egerunt. Pastillus ad dysentericos & cœliacos. Anisi, seminis apii, ammii, balaustiorum, succi hypocisthidis, seminis hyoscyami albi, singulorum drac. viii. opii drac iiii. Excipe his qui integræ sunt ætatis drac. i. cum aquæ calidæ cyathis tribus. Polyidæ Sphragis, cœliacis, dysentericis, quartanariis, & oculorum fluxionibus conducens: dolorẽ enim adimit & reficcat. Hyoscyami albi seminis drac. iiii. seminis apii drac. iiii. anisi drac. ii. opii drac. i. contere cum aqua, & informa pastillos obolares: ex quibus unum cum aqua frigida præbeto.

Quæ inferne dysentericis infundãtur. Ca. XLIX.

Pastillus Nymphodoti, ad dysentericos, & ulcera depascendo serpentia omnibus præstantior, quem ad modum experti sumus, inquit Archigenes: com-

positus quidem ut Faustinus, dissonãs autem in auripigmenti apponderatione: opere uero longe efficacior eo, cognitus. Cuius compositio hæc est. Chartæ ustæ drach. xxx. auripigmenti drach. viii. calcis uiuæ drachmas. x. sandarachæ drachmas. vi. uini austeri sextarios. iii. Vinum ipsum per se coquitur, donec tertia pars reliqua fiat cum qua arida in mortario terũtur, donec in compagem terendo redigantur, ex quibus deinde pastilli drach. iiii. aut trium siue duarum etiam formantur, quorum usus iuxta ægri uires adhibetur: cum uino autem & aqua infunduntur, ita ut cũ aqua lentula, rosæ siccæ, ac cortex loti decoquantur: cũ uino uero baccæ myrti, ut ex utriusq; heminæ mensura superfit. In uniuersum autem, non solum in huius pastilli, uerum omnium qui crustas inducunt usu, stomachum hora una ante eorum exhibitionem, ex oleo myrteo ac uino ueteri irrigare oportet, itemq; caput ex oleo largo. Quæ enim crustas inducunt, si infundantur, & stomachum & caput offendere consueuerunt. Ante infusionem autem frustra panis duo aut tria ægro exhibenda, ex aqua frigida aut lactei teporis, si uehemens adsit febris: aut uino diluto, si parua fuerit febris & nullius pensi, pane madefacto. Quod si ab infusione stomachus exurantur aut subuertatur, aquæ frigidæ cyathi tres confidenter in potu præbeantur, exhibendus & lactucæ caulis cum pane & aceto: oliuæ item albæ ex aceto. Cæterum his qui statim ubi infunditur pharmacum, rursus reiiciũt, imò penitus infusum retinere nequeunt, muriã præinfundere oportet: aliquando etiam salis ammoniaci cochleare. i. aut amplius tritum, pharmaco est ammiscendum nullo habito mordacitatis respectu. Vtilitas enim omnem dolorem exuperãs inde procedet. Vtimur autem frequenter oliuarum albarum muria conditarum liquamine, hemina nimirum una ex eo infusa, semihoræq; interstitio facto, aut paulo diutio-

re,pastillum ipsum cõsequenter infundentes,quo modo facile ipsum continent. Et pharmacum sane magis efficax fit ubi nuda ulcera contigerit.Si uero neq; sic cõtinuerit,iterum atq; iterum infundito: munitum est enim pharmacum ne crustas inurat.Porrò ubi efficacius fuerit pharmacum & uicerit affectionem,multa cum ipso mucosa ramenta prodibunt, & à multis molestiis, egerẽdiq; promptitudine distentionibusq; liberabit.Infusum autem ipsum non ultra duas horas retinendum est, neq; infra unius horæ spatium. Atq; hic canon uniuersalis tibi in omni crustas inducente infuso proponatur, unà cũ hoc quod & stomachus & caput sit præmunitum. Ante infusionem etiã anus ex oleo dulci illinatur,maxime uero adipe quopiam ipsa fistula crassius perlinatur. Post infusionem cum spongiis aut glomis decocto quopiam astringẽti imbutis,sedes foueatur: adiuuat enim hoc ipsum infusi retentionem.Mirabiliter etiam prodest Andronis pastillus duarum aut unius drachmæ pondere infusus.

Pastillus ad dysentericos,cuius multam experientiam habemus,admirabilis enim in ulceribus serpendo depascentibus exitit,non solum dysentericis, sed oris etiam gingiuarum, & ad omnem nomen serpentem. Calcis, auripigmenti, chartæ ustæ, squamæ æris, æquales omnium partes ramulorum oleæ decocto seu succo subigito ac utitor cum oryzæ succo. Exuccatur autem olea hoc modo. Ramulos oleæ cõtundito,eisq; congruentis mensuræ aquam affundito,atq; donec quater efferbuerit decoquito, expressoq; succo utitor. Faustini insignes pastilli:quorum alter cõstat ex chartæ ustæ drachmis.xxx.calcis drac. xxv.auripigmenti drach.xii.sandarachæ drach.vi.Infunditur duarum drachmarum pondere cum rhois & baccarum myrti decocto. Si uero diuturna sit affectio,salis etiam drach.ii.adiiciuntur. Alter uero cõstat ex calcis drachmis decem, sandarachæ drach.vi.

auripigmenti drachmis octo, chartæ ustæ drachmis triginta,hæc in pastillos redigito, ac utitor, quem ad modum in Nymphodoti pastillo est prædictum.

Alter adhuc pastillus Faustinus, qui in Alexandria præparatur. Auripigmenti trientem, sandarachæ trientẽ,calcis uncias duodecim, acaciæ uncias duodecim subige cum uino. Pastillus Philadelphus, ad dysenterias,& sanguinis eruptiones, & omnes nomas. Sandarachæ, auripigmenti, cuiusque quadrantem,calcis sexuncem, acaciæ sexuncem. Excipe plantaginis succo,aut uino austero,& pastillos drachmarum quatuor, aut trium, aut duarum informa,atque pro ægri uiribus infunde cum uino myrtite.

Eras autem hoc modo ipsum præparat. Auripigmenti bessem,acaciæ trientem,calcis trientem. Pastillus alius, dysentericis commodus, qui eueſtigio aluum sistit,quod multo experimento constat. Bituminis,auripigmenti,sandarachæ, aluminis scisilis, squamæ æris, cuiusque drachmas quatuor, chartæ ustæ drach.x.calcis drachm.viii.succi hypocisthidis drach.iii. balaustiorum drach.iii.opii drach.ii. Cum uino myrtite subige, ac utere ueluti in Nymphodoti pastillo prædixi. Pastillus ex subere appellatus, quo ueluti præter opinionem admirando utor.

Gallæ ustæ,chartæ ustę,suberis ex uase uini ueteri accepti ac usti,panis aridi usti,singulorum drach.xv.auripigmenti drach.xx. sandarachæ drach.x. calcis uiuæ drach.x.acaciæ drach.v.ceruſæ drach.v.spumæ argenti drach.iii.omphacii drach.iii.fecis uini ustæ drac.v. Cum uino adstringente subige & informa pastillos drach.iiii.et.iii.et.ii.In principio autem hos cũ plantaginis aut sanguinariæ,aut perdicii succo infundito:aut cum aqua tepida, si hæc non adsint: si uero morbus fortis sit & in uigore consistat, cum fœni græci aut lini seminis decocto infundito: in declinatione autem cum myrti & rubi decocto ex uino. Et

in pueris quidem cyathorum duorum mẽſura: in fœminis, trium: in uiris uero qui ad perfectam ætatem acceſſerſit, quatuor infundatur. Paſtillus Aſclepiadæ, dolorem ſummouens, ſomnumq; inducens. Diuturnus dyſentericis adfectionibus eueſtigio auxiliatur, ſi abſit febris. Chartæ uſtæ drac.iii. auripigmenti, ſandarachæ, ſquamæ æris, aluminis ſcisſi, omphacii, lycii, acaciæ, ſucci hypociſthidis, calcis uiuę cuiuſque drac.v. opii drach.ii. croci drach.ii. Vino myrtite excipe & in paſtillos redige, quatuor & trium & duarum etiam drachmarum. Iuxta ægri uires cum paſſi cretici cyathis.vi. his qui integræ ſunt ætatis infundito. Paſtillus alius dyſentericus. Auripigmenti ſextantem, ſandarachæ quadrãtem, ſquamæ æris unc.i. calcis trientem, aluminis ſcisſilis ſextantẽ, chartæ uſtæ quincuncem, omphacii ſextantem, acaciæ ſextantem, ſucci hypociſthidis ſextantem, thuris unciam.i. opii quadrãtem. Vino myrtite aut aliquo alio anſtero excepta ſubigito. Quod ſi quis infuſum nõ cõtineat, ſed ſtatim ipſum reiectet, omnino morti propinquũ iudicato, quem ad modum ſæpe iam ſum expertus. Infundito autem ex eo uelut ex præcedente drach.i. tantum. Paſtillus, thronus Marcellius appellatus.

Auripigmenti quadrantem, ſandarachæ trientem, lentiſci trientem, balauſtiorum quadrantẽ, alii dextantem habent, opii ſextantem, calcis beſſem, omphacii ſextantem, ſucci hypociſthidis quadrantem. Vino auſtero ſubige, & utere ut paſtillo Nymphodoti. Paſtillus, Lycos appellatus, ad dyſentericos. Sandarachæ drachmas ſex, auripigmenti drac.xii. calcis uiuæ drac.x. æris uſti drac.xx. acaciæ drach.vi. cadmiæ drac.xii. chalcitidis crudæ drac.xii. rhois culinarii aut quo coriarii utuntur drac.iii. ſucci hypociſthidis drac.iii. baccarum myrti nigrarum recentium drach.vi. ſoreos drac.i. miſyos crudi drac.i. gallæ drachmas.viii. omphacii drac.i. lycii dra.viii. Vino myrtite ſubigito,

affuſo etiam plantaginis ſucco, & paſtillos drach.iiii. et.iii. et.ii. formato: cũ uino uero adſtringẽti infundito, ęgri habita cura, uelut in Nymphodoti paſtillo eſt prædictũ. Paſtillus magnus, dyſentericos præclare & feliciter iuuãs, ẽt ſi extreme ſint affecti ac deſperati, ut pote in quibus carnoſæ & feculentæ prodeunt egeſtiones. Infunditur aũt cum ſucco oryzæ, ita ut adeps hircinus & myrtus cum ipſo decoquantur. Cæterum in his qui retinere non poſſunt, muria oliuarum albarum præmittenda, & poſt horæ interſtitium paſtillus infundendus, ſtomacho & capite præmunitis, uelut in Nymphodoti paſtillo eſt prædictum. anus item ab infuſione fomentis integatur. Prodeſt etiam ad caua ac profunda cruſtoſaq; ulcera, iteuq; nomas pudendorum. Verum in dyſentericis præſtat, ut cũ reliquis prædictis remediis, manus ægri latis & longioribus faſciis conſtringãtur, ſuperne ex humeris exordio facto, & in ſummos uſq; digitos ligamento protenſo: non parum enim hoc ipſum ad fluxus repreſſionem facit. Porrò ipſius paſtilli compoſitio hoc modo habet. Balauſtiorum recentium, malicorii, rhois quo coria tingũtur, phyllorum, ſingulorum drahmas, iiii. iſatidis tinctoriæ drach.iii. alii drach.vi. habent, ſpinæ Ægyptiæ drac.iiii. ſeminis hyoſcyami drac.iii. farinæ lentium drac.viii. ſuberis ex uaſe uini ueteri accepti ac uſti drac.iiii. gallæ omphacinæ à teredinibus nõ coroſæ drac.iiii. roſarum ſiccarum drac.vi. floris recentis roſarum drachmas ſex, croci drachm.iiii. myrrhæ drac.viii. lycii drac.viii. bituminis drachmas ſex, picis ſiccæ drachmas ſex, acaciæ drachmas octo, hypociſthidis drachmas octo, gũmi drach.xxxii. thuris maſculi drac.viii. omphacii ſucci ficci drac.iiii. opii drac. ii. amyli drac.ii. ſolearum ueterum uſtarum drac.iiii. cornu cerui uſti drac.iiii. oſſiculorum oliuarum uſtorum, oſſiculorum palmarum uſtorum, fecis uini uſtę, ſpongiarum nouarum liquida pice & cedria imbuta,

rum ac uſtarum, oſtreorum uſtorum, æris uſti, ſquamæ æris, ſing. drach. iii. lapidis gagatæ, coralli, rubiginis, ferri, aut ſcoriæ, cuiuſq; drach. iiii. aluminis ſciſſilis in teſta exuſti drach. ii. aluminis quo tinctores coriorum utuntur drach. ii. auripigmenti drach. iii. chalcitidis crudæ drach. iii ſandarachæ drac. iii. gypſi loti drach. iii. calcis uiuæ drachm. iii. minii ſinopici ſeſquidrachmam, attramenti communis drach. ii. diphryges drach. ii. & dimidiam, ſpumæ argenti drach. ii. & dimidiam, ochræ drac. ii. & dimidiam, atramenti Indici drach. ii. & dimidiam, plumbi drachm. iii. ceruſæ ſeſquidrachmam, terræ ſamiæ drach. iii. terræ cimoliæ drac. ii. pompholygis drachmas duas, ſucci mandragoræ & plantaginis quantum ad hæc ſuffecerit.

Compoſitio quidem igitur paſtilli hæc eſt, in qua totus ille ſimplicium pharmacorũ cumulus, ex quinquaginta quinque rebus conſtat, præter herbarum ex aqua decoctionem, quæ ad huius paſtilli ſubactionẽ accommodatur. Cæterum apparandi modus huiuſmodi eſt. In pilam thebaicam primum æs, & æris ſquamam, & ſpumam argẽti, calcem, lapidem gagaten, corallium, rubiginem ferri coniicito: oſtrea etiam contuſa & cribrata probe & contente terantur, donec in puluillum redigantur: deinde adiecta chalcitide, ſandaracha, auripigmento, cornu ceruino, oliuarumq; ac palmarum oſſiculis, ſpongiaq; & alumine, rurſus terito, affuſis etiam ſpiſſamentis, quæ ſtymmata Græci appellant. Alumen autem hoc modo uritur. Alumen in ollulam nouam coniectum ſuper prunas ponito, & ubi diffunditur ac liqueſcit tollito, & frigefieri ſinito, & hoc modo tritum adiicito. His deinde tritis, minium, diphryges, attramentum indicum & commune, ochran, plumbum, terram ſamiã, cimoliam, ceruſam, pompholygem, reliquaq; omnia metallica addito, & contentiſsime ſub caniculæ æſtu cõterito, donec ex ſpiſſamentis quartam aut quintã ad-

dideris partem. Poſtquam uero quodam modo ad collyrii formam fuerit redactum, arida contuſa & artiſsimo cribro excuſſa adiicito, ueteribus ſoleis ſimul cum aridis contuſis: deinde additis ſpiſſamentis rurſus ſimiliter ut priora terito, ſæpe inſtillatis ſpiſſamentis. Vbi autem trita inaruerint, in altero mortario primum crocum cum duobus ſuccis, mandragoræ uidelicet & plantaginis, terito: atq; ubi tritum fuerit, reliqua adiicito, myrrham ſcilicet & thus, omphacii, acaciam, hypociſthidem, gummi, lycium, opium, picem, bitumen, & lentium farinam, quodlibet eorum prius per ſe aridum in tenuiſsimum puluerem redactum. Cæterum ubi optime in mortario fuerint trita, duobus ſuccis large affuſis, quo etiam ad aliorũ exceptionem ſufficiant: de cætero iam ante trita metallica ſic arida terito ac admiſceto: omnibusq; probe permixtis ac ſubactis, paſtillos ad duarum magnarũ fabarum magnitudinem formato, & utitor aliquãdo quidem cum oryzæ ſucco, aliquando uero cum uino, aut aliquo cõueniente liquore. Ego uero ob mandragoræ uiridis ſucci inopiam, aridi ſucci drachmas quatuor addo. Porrò ſpiſſamenta cum quibus paſtillum conteris, hoc modo apparato. Rubi, myrti, fiorũ mali punici, radicis ſymphyti, radicis capparis, foliorum ſalicis, comæ cupreſſi, omnium æquales partes cum aqua coquito, & utitor. In his ipſis uero ſpiſſamentis, aut etiam aliis, ſpongiam aut glomos rigato, cumq; eis ſedem foueto, aſſidue quidem, maxime uero à paſtilli infuſione. Siccum dyſentericum. Terræ lemniæ quę ſphragis appellatur, terræ aſteris, amyli, gummi, thuris, æquales partes omnium in puluillũ redactas, cochlearii menſura infundito, ſpiſſamentis etiam quibuſdam adiectis. Indus autem Medicus hoc utimur. Terræ lemniæ quæ ſphragis, buccinorũ uſtorum, thuris, ſingulorum æquales partes commiſce, indeq; cochlearia duo cum lotini corticis deco-

cto, aut pinus, aut mespili, infundito. Quæ dysentericis subdantur. Glans quæ dysentericis subditur. Theosebii. Opii drachmas .xi. myrrhę, castorii, croci, thuris, hypocisthidis, cuiusq; drachmas sex, styracis drachmas tres, uino excipito. Alia glans, siue collyrium. Opii, croci, myrrhæ, aluminis scisilis, singulorum æquale pondus cum uino ueteri subige, & collyria drachmæ unius pōdere informa, ex quorum usu & subditione diuinam efficaciam admirabere. Optime facit & ad dysentericos opobalsamum tomentò exceptum & subditum. Spilsamenta, quę dysentericis cataplasmatis uice imponuntur. Florum mali punici, gallarum, malicorii, myrti siccæ, lentisci, mannæ, acaciæ siccæ, æquales omnium partes in puluerem redigito: quem siccum adseruato ac utitor ita ut usu expetente cum uino decoctum imponas: magis uero mitigatorium fiet, si sapa pro uino accipiatur. Illitio, ad cœliacos & dysentericos. Acaciæ quadrantem, gallæ, œnanthes, malicorii, balaustiorum, aloes, succi hypocisthidis, mastiches, aluminis rotundi, omphacii, singulorum unciam unam, cum uino subigito, ac formato pastillos: quibus cum uino aut succo aliquo conuenienti utaris.

Epithemata dysenterica. Cap. L.

Epithema dysentericis commodum, Marciani. Mala cotonea repurgata decem, in uino decoquito, diligenterq; terito, ac tritis aloes unciam unam, mannæ sextantem, myrrhæ siccæ tritæ quadrantem infarcito, deinde ceræ sexuncem, unguenti nardini libram unam addito. Ceratum ipsum liquefacito, & refrigerato, tritisq; adiicito, ac utitor. Epithema ex œnanthe, Philumeni, stomachicis, & cœliacis dysentericisq; in principiis commodum. Oenanthæ siccæ drachmas .xxviii. gallæ, acaciæ, rosarum siccarū, omphacii, singulorum unciam unam, aluminis rotundi sextantem, aloes sextantem, rhois syriaci trientē, olei myrtei

myrtei libram unam, ceræ libram .i. picis librā unam. Quidam uero singulorum libras duas accipiunt. Arida uino ueteri adstringente rigato, deinde liquescibilia adiicito, ac simul emollita excipito. Efficaciter auxiliatur ad interaneorum fluxiones, & stomachi fastidia ac exolutiones, & ardores. Aliud, per multam experientiam. Rosarum, œnanthes, acaciæ, gallæ, aluminis scisilis, singulorum quadrantem, aloes sexuncem, rhois culinarii libram unam, ceræ, picis, olei myrtei, cuiusq; libram unam, uini quantum sufficit.

Epithema ex lixiuio. Ammoniaci thymiamatis, nardi celtici, croci, cardamomi, bdellii, cyperorum, singulorum unciam .i. lixiuii ex cinere lignorum uitis sesquiunciam, ceræ quadrantem, unguenti nardini sexuncem, uini quantum sufficerit. Apparatur autem & hoc modo. Croci unciam .i. aloes quadrantem, styracis quadrantem, ceræ sextantē, lixiuii ex cinere lignorum uitis, unguenti nardini, cuiusq; unc. xii. uini quod satis est. Illud superius apparaui, & præ œnāthes inopia, folia uitis conieci, in æstate quidē uiridia, in hyeme uero eiusdem uirgulta, reliquis siccis, contusis & cribratis. Epithema, Clidion appellatum: Cyrilli.

Acaciæ, gallarum, thuris, aluminis scisilis, aloes, rhois culinarii, hypocisthidis, myrrhæ, balaustiorum, œnanthes, rosarum siccarum, singulorum unciam .i. ceræ dodrantem, picis, olei myrtei, cuiusq; dodrantē, uini spathitæ quantum satis est. Ex libris Philumeni, epithema Mnaseæ, clidion appellatum, ad cœliacos & dysentericos. Gallæ omphacinæ, succi hypocisthidis, aluminis rotundi, acaciæ, rhois rubri, malicorii aridi, seminis apii, singulorum unciam unam, uisci quercini drachmas quatuor, ammoniaci thymiamatis drach. iiii. picis siccæ drachmas .xx. ceræ drach. viii. olei myrtei aut lentiscini drach. xx. gallas & malicorium contusa ac cribrata in uini cyathis nouem decoquito, assidue agitādo, donec tertia pars relinqua-

tur: deinde in mortarium coniecta terito, ac reliqua similiter in puluerem redacta inspergito: ammonia cum uero aceto diluito, & uiscum cũ modico oleo emollito, pici uero ac ceræ liquefactis cum residuo oleo, & ab igne ablatis, uiscum adiicito, ac unito, & simul tritis affundito, fortiterq; contundito, ac utitor.

Andromachi epithema, ad dysentericos & cœliacos. Seminis hyoscyami albi, seminis apii, cuiusque drach. iiii. anisi, floris rosarum, succi hypocisthidis, balaustii, rhois rubri, cuiusque drach. ii. opii drac. unam, croci drachmam i. contere, ac uino myrtite excipe, informaq; pastillos, quos in umbra siccabis: usus uero tempore, ex eis quantum sufficerit contundes ac cribrabis, & subiges, linteoloq; infartum uentri impones. Dropaces. Dropax ex tertio libro placitorum Sorani. Resinæ libram i. picis siccæ lib. i. nitri, bituminis, sulphuris uiui, cuiusque libras. ii. pyretri libras. ii. ueratri sextantem, olei heminam unam. Si uero efficacius reddere uelis, adiice & piperis trientem, adarcæ sextantem, staphidis sylvestris sextantem. Alius dropax. Picis sexuncem, resinæ pinus torrefactæ sexuncem, myrrhæ, sulphuris uiui, nitri, cuiusque unciam unam, pyretri quadrantem, adarcæ unciam unam, euphorbii sextantem, alii drachmas duas tantum habent, adipis taurini sexuncem. Vtendum autem & ad hæc rubefacientibus cutem, phœnigmis a Græcis appellatis, itemq; sinapismis, in tertio Sermone descriptis, in declinatione præsertim dysenteriæ, quo totum malum penitus destruatur.

De lienteria, seu intestinorum leuore. Cap. LI.

Lienteria, quem ad modũ ipsum nomen indicat, leuor quispiam intestinorum est, qualis etiam forinsecus in corporis cuticula, ex cicatrice contingere solet. Oboritur autem frequenter, dysenteria magna præcedente, & ex profunda ulceratione, cicatrice densa & leui succedente: quæ deinde ob densitatem quidem suam, ciborum per corpus digestionem fieri non permittit, quum sanè uenarum ora sint ueluti obturata: uenarum inquam, quæ alimentum ex intestinis ad se auellunt. Ob leuorem uero, cibum statim prius quam permutationem & perfectam concoctionem admittat, dilabi sinit. Cæterum lienteria ipsa proprie ex permutantis cibos ac digerentis facultatis debilitate contingit, cuius signum est, quod cibi crudi & nihil immutati excernuntur, quæ ratio & ex hoc amplius corroboratur, quod non solum a dysenteria hæc affectio oboritur, sed & post frequentia uoluulosa tormina, & post longum profluuium uentris, aliquando etiam aqua inter cutem per uentrem euacuata, lienteria consequi solet. Ex quacunque igitur causa lienteria orta sit, ægri cibum non sentiunt, & malum corporis habitum acquirunt, quod utrunque malum incorrigibile existit. Succedit enim ægris assidua excretio cruda, colore subalbida, inæqualis & aquosissima, citra sanguinis ac bilis complexum. Adest autem simul & ardor per tota prȩcordia se dilatans, quem cibi fastidium concomitatur. Videtur autem bonum & amicum signũ in eis ructus acidus esse. Indicat enim iucundi quippiam factum esse & uentrem ac intestina non uelut inanima cibum sinere pertransire. Itaque quum eiusmodi sit affectio, facile est intelligere, quod uim retentiuam, ac concoctoriam facultatem tum uentris, tum intestinorum omni modo refocillare oportet, quod sanè per ciborum conuenientium exhibitionem fieri potest, perq; diætam restituendis ac refocillandis uiribus aptam, & ut simpliciter loquar, eodem medicationis ductu utendum est, quem ad cœliacos & dysentericos habes præscriptum. Cæterum quod dignum indicatione hic usum est nobis: acrium rerum comestiones frequentiores eis aptæ existunt, & maxime quibus cicatricem factam esse coniectamus: acrium enim re-

rum comestio uelut refricationem quandam cicatricum operatur: quin & insitum calorem reuiuificat, & concoquendi facultatem quodam modo refocillat. Porro uomitus à cœna uentrem etiã in melius transmutant, & actionis suæ commonefaciunt: frequentes quoque dropacum admotiones ad manus ac crura, thoracemq; & uentrem, itemq; rubefacientia ex malagmatis & ex sinapi eis commodæ existunt. Potiones etiam quasdam ad dysentericos & cœliacos præscriptas lientericis præpotandas exhibere conuenit, quale & hoc catapotium existit. Catapotium dysentericum, maxime uero lientericis conueniens.

Malicorii, myrrhæ, cuiusq; drachmas octo, aluminis scisilis drachmas quatuor, succi hypocisthidis drachmas quatuor, cum aqua catapotia ad erui magnitudinem ex his formato, indeq; quinque aut sexptem iuxta ægri uires exhibeto.

NONI SERMONIS FINIS.

INDEX CAPITVM DECIMI AETII SERMONIS.

De debilitate iocinoris, & his quibus sanguis per uentrem defertur. Ca. 1
De oppilatione hepatis. 2
De hepatis inflãmatiõe. 3
De hepatis abscessu. 4
Cura hepatis exulcerati. 5
De hepate in scirrhum indurato. 6
De lienis affectionibus cognoscẽdis: ex libris Philagrii. 7
Intẽperiei splenis cura. 8
De inflatione splenis. 9
De splenis inflãmatiõe. 10
Cura splenis in scirrhum indurati. 11
De splenicorũ ustione. 12
Splenicorum diæta. 13
Cura eorũ in qbus splen frigida, uẽter uero calida affectiõe laborat. 14
Cura splenicorum quos tussis infestat. 15
Cura eorũ quibus splen in magnitudinẽ excreuit, simulq; durus ẽ. 16
De ictero seu morbo arquato. 17
Cura arquati. 18
De malo corporis habitu. 19
De hydrope siue aqua inter cutem. 20
Ascitæ ac tympanitæ hydropis cura. 21
Epithema hydropica. 22
Malagmata quæ euacuãt humorem. 23
Epithemata quæ post euacuatos humores adhibita, p glutino sunt. 24
Aquam ducẽtia remedia hydropicis ualde commoda. 25
Quæ ad ciendam urinam hydropicis bibũtur. 26
Cura post euacuatiões. 27
Cura hydropis qui proprie subtercus appellatur. 28
Catapiasmata ex lib. Asclep. 29
Chirurgia hydropis subter cutem. 30
Reliqua prædictorum cura. 31
Communis diæta omniũ hydropicorum. 32

De dispositionibus iocinoris ac lienis, eorundemq; affectionibus.

DE DEBILITATE IOCINORIS, & his quibus sanguis per uentrem defertur: Galeni. CAP. I.



INtemperies quidem causę sunt, ex quibus iocinoris debilitas producitur, dispositiones aũt diuersas in ipso faciunt: quũ enim citra inflãmationem aut scirrhum circa hepar propter solã debilitatẽ, sanguinis effluxio cõtingit: tunc sanè proprie hepaticos ipsos ægros appellant, quem ad modum cœliacos & stomachicos uocare consueuerunt, eos qui neq; inflammationem. neq; aliquem aliũ præter naturam tumorem in uisceribus habent. Calidæ itaq; intẽperies, tum eos qui prius adsunt humores, tum etiam hos qui per uenas mesenterii ad ipsum hepar deferũtur, adassant ac comburunt. Frigidæ uero intemperies, humorẽ, qui iam in ipso cõtinetur, crassum & lentũ ægreq; mobilem reddunt: eũ uero qui defertur, pituitosum ac crudum & semicoctũ. Cæterum sicca intẽperies, sicciores & densiores humores facit. Humida aũt tenuiores & magis aquosos. Itaq; ubi calida intẽperies circa hepar cõstiterit, colliquationes fiunt, primũ quidẽ humorũ, deinde etiã carnosæ ipsius hepatis substantiæ, bilisq; per uentrẽ euacuatur fœtẽs ac crassa, abundq;, colorata, uelut in pestilentibus febribus fieri solet. Vbi uero frigida intẽperies affuerit, neq; assiduæ excretiones, neq; multæ fiũt. Diuturnũ aũt fit malũ, & per dies aliquot aceruatim eis profluet uẽter: cæterũ

egesta non similẽ putorem habent his quæ per calorem sunt colliquata, neq; colorẽ etiã, neq; cõpagem, sed speciẽ præ se ferunt sanguinis putrefacti & in grumos cõgelati: & si quis diligẽter inspiciat, uelut limus & fex sunt sanguinis crassioris: cõsimilia enim atrę bili colore apparẽt, quin & plures & iudicatu difficiles colores iuxta eandẽ dispositionẽ in excremẽtis apparẽt. In sicciore aũt intẽperie, recremẽta adhuc sicciora uidebũtur, ægriq; magis sitiẽt. In humida uero, humidiora & plura erũt recremẽta, sitisq; minus infestat. Quãdocũq; igitur egesta uiridis loturę carnis recens mactati animalis similia, ueluti si quis cũ aqua sanguinẽ cõfudisset, icertissimũ signũ debilitatis ipsius hepatis habebis: eodẽ modo si uelut fecẽ sanguinis cõspexeris per sedẽ excretam, hepaticũ & hocce signũ esse scito. Si igitur sanguis tenuis & serosus destillat, ægri uisceris signũ iudicato: sin uero uelut fex fuerit, supercalefacti & sanguinem superassantis: incipit enim aliquando ẽt citra febrẽ in frigida scilicet intẽperie ipsa adfectio, quo tẽpore tenue sanguinis serum primum excernitur: tẽporis autẽ progressu, corrupto circa uiscus sangnine, leues febres accedunt, quarũ quum inexperti medici negligentes sint, atq; ægrum omnino febri carere putant, quum nihil per uentrẽ excretum sit, ipsum ægrũ lauant, conceduntq; negligẽtiori diæta uti, atq; ita uenter rursus corruptũ sanguinẽ excernit. In huiusmodi igitur affectiõibus primus curationis scopus sit, ut intẽperiem ad cõtrariũ deducamus. Calidam enim dispositionẽ semper refrigerare oportet, frigidam uero calefacere, similiterq; humidã reficcare, & siccam humectare. Cæterum omnibus hepaticis remediis, tum quæ per os sumuntur, tum quę forinsecus imponuntur, aliquid ex adstringentibus ammiscere oportet, quo firmitas uiscerum conseruetur. Atq; in stomachicis idem facere non similiter cõducit, quũ in ipsis adstrictoria qualitas aliàs dominetur.

Fomenta igitur in hepatis debilitate conuenientia ex oleo fiunt, in calida quidem affectione, ex chamæmelino, rosaceo, & lentiscino, absinthio, aut palmis, aut aliquo alio consimili in oleo decoctis. In frigida uero dispositione, ex unguento nardino, cui thus & sampsucus sint infarta. In humida autem intemperie, iisdē pleis magis discutientia ac resiccantia incoquenda: uelut est iris, cuminum, ac ruta. In sicca demū intemperie, balnea sufficiunt dulcium aquarum, & humectans diæta commoda erit, cerata etiam atque epithemata fomētis similia sint, ex palmis scilicet, malis cotoneis, styrace, mastiche, ac aloe: in frigidioribus etiam polyarchia conducunt, similiterq; in humidioribus. Porrò in potu uti conueniet plerisq; eorum quæ in hepatis inflammatione sunt relata, siquidem calida intemperies fuerit: uelut est seridis ac intybi succus, senecionis succus aut decoctum, perdicii succus, mel rosarū, & quę his similia existunt: quin & Philonis antidotus semel tantum exhibita, omnem aliquando calidam hepatis intemperiem mirabiliter sanauit, quod etiam Philo de ea testatum reliquit. Vbi uero frigida in hepate intemperies fuerit, calefacientibus ac firmitatem addentibus utendum est, uelut est nardi spica, capniū, quæ & chelidonia herba circa sepes enata, semen pelecini, & quæ his similia existunt. Vtilissimum & his nardinum unguentū, quotidie mane cochlearii mensura ieiunis potatum, & à cœna ante somnū eodem modo. In humida autem intemperie, simpliciora ex eis quæ ab oppilatione liberant, exhibenda, & quæ à proprietate totius substantiæ efficacia existunt, uelut est, lupinum hepar, quod sanè diligenter tritum drachmæ unius pondere cum uino dulcia aqua calida dilu to præbetur. Hoc enim multiplici experimento cognitum omnibus hepatis intemperiebus cōmodum existit: utpote proprietate totius substantiæ hanc efficaciam habens, non calefaciendo, aut refrigerando,

De oppilatione hepatis, in quibus pluri-
ma remedia. Cap. II.

A flatibus nebulosis & concoctu difficilibus: aliquando autem & à crasis humoribus uiscosisq;, in finibus uenarum ex sima hepatis parte enatarum, per quas ex uentre ac intestinis alimēti digestio ad hepar contingit, oppilationes fiunt. Consequitur autem ad ipsas, grauitatis circa dextrum ilium cum dolore sensus, aliquando quidem obtusæ, aliquando uero uehementis, & quandoq; quidem absq; febre, quandoq; cum febre. Crassa enim & uiscosa ac multa, omnino amplius reliquis oppilant, & maxime si ægri à cibo uehementiori motu utantur: si uero acria sint & multa quæ in cibo sumuntur, dolor ex oppilatione uehementior fit, quum obturata corpora simul & tensionē perferant, simulq; pungantur. Cæterum quum uaporosi & crasi flatus multitudo coaceruetur, quæ exitū non habet, non grauitatis solum, sed & distentionis sensus oboritur. Quare attenuantium & oppilationē dissoluentium quàm celerrimus requiritur usus: oppilatio enim inueterata non tantū in hepate, sed in omni membro putrefactionem operatur, febremq; accendit. Præclare autem & citra molestiam ab oppilatione liberat, simulq; firmitatem tum hepati, tum stomacho addit, pelecini qui in frumētis nascitur semen, tritum cochlearii mensura, cum uino aut aqua mulsa in potu acceptum. capnium item, quod & chelidoniæ nomen inuenit, succo eius expresso & desiccato: reponitur autem is in pastillos redactus, & semel quidem exhibitus dolorem omnem adimit: ter autem præbitus, in totū ab affectione liberat, ultra hoc quod & firmitatem uisceribus addit: decoctum quoq; huius herbæ potatum similem efficaciam habet, etiam si ualde febricitent ægri: aliquando autem herba ipsa exiccatur, cōtusaq; & cribrata cochlearii mensura exhibetur. Aliud. Lupi hepar siccū drachmæpon-

dere cum piperis granis ix.ac myrrhæ magnitudine fabæ,in passo calido datum, cõfestim auxiliatur. Æstatis autem tempore. alternis diebus,ter potandum præbeto. Liberat ab oppilatione etiam eupatoriũ simulq; firmitatem addit, similiter quoque stœchas, tum cocta, tum sicca tritaq;, data:plantaginis item radix,& semen, foliaq; sicca trita,siue p se unum quodque, siue simul exhibeantur. Lauri cortex tritus potatus,spica nardi,fructus pistacii,amygdalæ amaræ,anthemis siue chamęmelum,anagallidis quę cęruleum florem habet, succus radicis acori, eryngi, radicis dulcis decoctum urinam ciet, & aluum emollit.

Radix dracunculi uiscera omnia repurgat, crassosq; & instar uisci tenaces attenuat humores. Filicis succus cochlearii mensura ex aqua mulsa potatus, hepar repurgat, oraq; meatuum ac uenarum aperit, citra manifestam calefactionem. Præscriptum autem iam antè est de his quæ tum simas, tum gibbosas,hepatis partes ab oppilatione uendicant,in tertio nimirum Sermone. Catapotium hepatis oppilationem remouens. Radicis chamæpityos drachmas quatuor radicis cichorii dra.iiii.contundito,ac melle cocto excipito,nucisq; ponticæ magnitudine præbeto:aquæ etiam calidæ cyathos tres ab eius exhibitione absorbendos dato. Cæterum non modo radices horum hepaticis opitulantur, sed & succus & decoctum. Pastillus hepaticus, ex amygdalis amaris. Seminis anisi, apii,asari,amygdalarum amararum decorticatarum, comę absinthii, singulorum drach.iiii. apparato, & cum aqua pastillos formato,ex quibus drachmam unam febre carentibus cum uini diluti cyathis.iii.præbeto febricitantibus autem cum aqua mulsa. Vrinam ciet,& placide calefacit. Aliud hepaticum ualde commodum. Seminis pelecini,capnii, costi,cuiusque drach.v.contundito ac cribato,& cochleare i. ex aqua mulsa dato. Præclare enim summouet oppilationem. Aliud hepaticum pulcrum,cuius uilitatem ne cõtẽnas. Lenticulam torrefactã ac probe tritã cochlearii mensura ex uino bibendam præbe. Cõmodum est hoc & lieni,ex posca,aut aceto mulso. Aliud experimento constans. Comę absinthii,piperis,costi, casiæ,radicis gentianæ,amygdalarum amararum,singulorum unc.i.fœni græci,sextantem,seminis pelecini sextantem. Exhibeto cochleariũ quomodocunq; uelis. Aliud ad hepatis oppilationẽ. Cacani scrup. duos,alii octo habẽt,costi scrupulos sex,spicæ nardi, iridis,phylli,lupinorum siccorum baccarum lauri,fœni græci,rhei pontici singulorum scrupulos sex,piperis,phu,asari,cuiusq; drachmas quatuor,quod si picis siccæ scrupulos tres, admiscueris,efficacius, opatur. Aliud simplicius, quo assidue utimur,ualde admirandum. Cacani sextantẽ,fœni græci sesquunciã,piperis unc.i.ciperi unc.i.costi unc.i.cõtũdito, & cribrato,ac cochleariũ unum cum condito præbeto. decũbat autem æger super affectam partem. Aliud. Potamogetonis sicci drachm.ii.comæ absinthii drachm.i.croci,costi,spicæ nardi,cuiusque drachmas duas,amomi drachmam unam,datur cochlearii mensura aridum. Aliud. Piperis drach.iiii.dorcadiadis herbæ,quæ & muscii appellationem habet unc.i.costi trientem, alii drach.iiii.contundito,cribrato,& cochlearium in potu exhibeto. Aliud Philagrii. Rhei pontici unc.i. castorii scrupulos tres,farinę lupini scrupulos.iii.piperis grana.vii.cõtundito,cribrato, & mane cochleariũ unum præbeto ex condito.

De hepatis inflammatione, & cognoscendo utrũ hepar, an musculi eius sint inflammati. Cap. III.

Galeni. Hepar consimiliter ut splen & inflammatur & abscessu suppuratur,uerum raro scirrho,hoc est,abscessu duro afficitur. Inflammato itaque hepate,dextri ilii tumor consequitur, & maxime si gibbosa pars inflammatum fuerit, facilius per tactũ cognoscitur

tumor, grauitasq; coincidit ilium totum distrahens, & dolor in dextram usq; clauiculam ac scapulã pertingit, ut conuelli penitus æger uideatur: linguæ color in principio quidem rubicundior fit, postea uero denigrescit: appetitus deiectio, fastidiumq; cibi uehemens, & implacabilis sitis: uomitus quibusdam contingit bilis puræ atque etiam uitellinæ, post autem & æruginosæ: aluus autem ipsis est adstricta, si sanè cum uisceris debilitate inflãmatio est oborta, febris adest acuta inæqualis, quæ plerunq; ad uesperã & noctem exacerbatur: sequitur & spirandi difficultas, tussiculæq; paruæ, ut plurimum siccæ, per quas nihil omnino reiectatur. Aliquando autem per uomitus biliosa pauca quædam reiectãtur, quæ res plerosq; decepit, qui ex pleuritide hanc eductionem fieri putauerunt. Cæterum & costæ nothæ utplurimum condolitant, & color corporis subuertitur in arquati morbi speciẽ permutatus: singultus quoq; cõsequuntur. Accessionis autem tempore quidam delirio apprehenduntur, & acre lotium excernunt: & sanè inflãmationes quæ iuxta simam hepatis partem contingunt, plus fastidii, & nauseæ, & uomitus biliosos, ac uehementem sitim inducunt: quæ uero in gibba parte fiunt, dolores circa respirationem intendunt, tussiculasq; irritant, clauiculamq; magis cum dolore conuellunt. Quandoquidem autem musculis hepati incumbentibus inflãmatis, quidam decepti hepatis eã inflammationem esse suspicantur, necessarium fuerit distinguere inter se has affectiones. Hepate etenim inflammato, tumor secundum lineamenta rotundus, figura uidelicet ipsius hepatis, succumbit, quiq; ad corporis decubitum simul conformatur: maior enim apparet corpore ad sinistrum latus reclinato: minor autem rursus ad dextrum deuoluto: nimirum hepate sub nothas costas cedente, neq; uisui, neq; tactui similiter succumbente. amplius autem in hepatis inflammatione, incumbens

cuticula, naturali modo habere conspicitur, musculis autem inflammatis, cutis circũtenditur, ut si quis digitis apprehensam attrahere uelit, ea minime sequatur. Propriissime autem tactus discernet siue in alto, siue in superficie inflammatio ipsa consistat. Porrò hepate inflammato, sanguinis detractionem experiri oportet à cubito, si nihil id fieri præpediat. Incidenda autẽ in dextro cubito uena interna, ita ut substratam arteriam obseruemus, quæ si non appareat, media: si uero neq; ipsa appareat, superior. Multitudinem autem extrahendi sanguinis, ex corporis reperies qualitate, ætateq; & natura, horaq; temporis, ac regione, amplius q; ex uiribus ægri: quæ si id ferre queant, semel quantum satis est, detrahendum, si uero nõ, per uices partitum. Cæterum incisio ipsa opportune in prima & secunda die contingit: si uero urgeant dolores & adsint uires, etiam septima uenæ incisionem facimus, qua facta post modicum interuallum, simplici clystere euacuamus, maxime si nõ sponte egerat aluus. Sequenti à uenæ sectione die, cucurbitæ cum scarificatione affigendæ, rursumq; post unam diem cucurbita apponenda: non pauci enim à secunda earum adhibitione opem senserunt magis quàm à priore. At uero ante uenæ incisionem & post eam, fomentis utẽdum est ex lanis succidis oleo imbutis & impositis: conuenit & ex passo cretico fomentum cũ rosaceo aut lentiscino aut melino aut œnanthino. Optimum autem fomentum hocce est. Chamæmeli, anethi humidi, si adest, rutæ uiridis, seminis lini, cuiusq; unc. i. calicum papaueris numero. x. olei sextarium. i. semen lini contusum in linteolo colligato, & cum aliis in cacabum coniectum ad prunas decoquito donec uires suas distribuat, deinde ollã in feruenti cinere collocata, ex ea multo tempore confidenter foueto. post fomentorũ irrigationes cataplasmatis uti oportet, ex semine lini & fœni græci, farinaq; hordeacea aut triticea, his uel

omnibus uel uno aliquo ex eis, aut quibusdã in aquæ mulsa decoctis, ammiscendum etiam absinthium & mastiche ac melilotum. Quod si uehementior sit ardor, etiam ea quæ adstringũt sunt ammiscenda, uelut sunt mala cotonea. Oleum uero quod additur rosaceum sit, aut melinum, aut lentiscinum. Si uero feruor adhuc perseueret, cotonea mala cum polenta imponenda. Remittente autem uehementi calore ficus optimas & althææ radicem decoquito, & decocto eorũ semen lini, farinasq; hordei, fœni græci, ac lolii infarcito: quod si durior inflammatio succumbat, etiam chamæleonem aut chamæpityn, aut polium, aut asarum, aut daucum, eryngiiq; tum semen, tum radicem ammiscere oportet, aliquãdo autem & ficus cum althæa decoctæ ac tritæ cataplasmati cõnectuntur. Cæterum calidius & magis emolliens reddideris cataplasma, si terebinthinę, aut refinę pinus, aut picis quadrantem addas. Brasicæ autem crudę folia cũ melle trita ac imposita, omnes induratas inflammationes dissoluunt. Hinc ad cerata transeundum ex oleo cyprino aut glaucino apparata, althææ radicibus simul admixtis. Vtendum etiam ex palmis cerato, hepatis iuflãmationibus summe accõmodato, maxime si stomachus per consensum simul sit affectus, & costæ contrictæ. Habet autem hoc modo. Palmas interiore medulla exempta, diligenter contundito, ac cum pari cerato rosaceo in mortario probe commiscito, ac unito, affusoq; modico oleo rosaceo imponito. Aut myrrham in uino ueteri adstringente maceratam, palmis ammisceto, & panniculo uestis detritæ excepta imponito. A ceratis ad epithemata ex styrace, & ex meliloto, & ea quæ polyarchia appellantur, & iam ante ad colicos & stomachicos descripta sunt, transeundum. Compositio autem epithematis ex styrace hæc est. Styracis pinguis, carnis palmarũ, costi, mastiches, casiæ, singulorum trientem, sampsuci sextantem, croci semunciam, uuæ passæ semunciam, ceræ sexuncem, unguenti nardini bessem. Porrò in inflammatione hepatis ubi magni circumstent dolores, etiam pharmaca dolorem leuantia in potu eis exhibere conuenit, ita tamen ut assiduum eorum usum deuitemus: simplicibus autem potionibus frequentius utendum: senecionis itaque decoctum tanquam maxime commodum, aut succi radicis dulcis obolos duos cum aqua calida exhibeto. Aliud. Piscridis seridis, aut intybi succi cyathum unum cum aquæ calidæ cyathis tribus præbeto, mellis etiam cochlearijs duobus affusis. Ad hoc enim quod refrigerat, ac firmitatem uisceri addit, etiam ora uenarum hepatis repurgat, neque tamen frigidas intemperies magnopere lædit. Potest autem seridum ac intyborũ substãtia hepati cõmodare, tum si sine humorum, aut seroſi ac uitiati sanguinis complexu, intemperies in ipso fiat, tum si humiditatis cuiuscunq; tandem adsit cum intemperie complexus: mellis uero ammixtio humiditatem per urinã excludit. Quapropter etiam exiccata ac contusa utiliter potui inspergũtur, eorum quoque decoctum potatum magnam commoditatem præbet. Quod si non infestet calida aliqua intemperies, sed obturatione tantum uiscus ipsum uexetur, ex uino albo, tenui, ac uetusto, cũ aliquo urinas ciente pharmaco, potata magnifice auxiliantur. Magni etiam pretij in hepatis inflammatione capnij herbæ, quæ etiam chelidonia appellatur, succus habetur aut eius decoctum. Auxiliatur & præscriptus ex amygdalis amaris pastillus, nisi penitus magna caliditas adsit. Aliud. Cochlearum terrestrium carnem optime conterito, & uini nigri cyathos tres affundito, calefacito, ac bibendum præbeto. Cæterum hæc iuxta omnem suam substantiam efficacia existũt, quale est hepar lupinum, cuius rei magnum periculum fecimus, inquit Galenus, usus autem eius idem qui

cochlearum existit: optime enim cõteritur, & drac.i. cum uinõ aliquo dulci præbetur. Hæc enim pharmaca omnibus hepatis intemperiebus conuenire uidentur, quum neq; calidas neq; frigidas intemperies lædant: febrientibus tamen lupi hepar melius ex aqua, aut seridis succo, aut aliquo consimili exhibetur.

Epithema ex styrace. Costi unc.i. croci, thuris, aloes, ammoniaci thymiamatis, mastiches, styracis fiui, spicæ nardi, cuiusq; drach.iiii. terebinthinæ unc.i. opobalsami drach.iiii. ceræ trientem. Vtere.

De hepatis abscessu: Archigenis. Cap. IIII.

Quod si inflammatio ad permutationem apte se habeat, hoc est, principium permutationis ad suppurationem iam suscepit, omnes prædictæ de inflãmatione accesiones augebuntur: dolores (inquam) & febres, & delirium, anxietas, desperatio, cibi fastidiũ, & displicentia maxime ab eius acceptione. A rigoribus autem ferè in totum febriles accesiones initium sumunt, præsertim si ad uesperã exacerbationes fiant. Adiuuare igitur permutationem ac puris eruptionẽ oportet ut quàm celerrime fiat, ne maiora inde corpora corrumpãtur, per usum uidelicet cataplasmati ex semine lini, aut hordeacea & fœni græci farina apparatorũ, admixtis etiam resina, manna, pice, althææ radice, stercore columbino, stercore caprino, caricis, & quæ his similia existunt: fomentis autem utendum ex cruda hordeacea farina, & spongiis decocto absinthii, abrotoni, centaureæ, similibusq; imbutis ac expressis: neq; uero inconuenienter emplastra quæ puris permutationem iuuare queunt, adhibẽtur. Quum autem perfecta suppuratio fuerit, dolores remittent, omnesq; accesiones mitiores apparebunt: cæterum rupturæ tẽpore dolor rursum magis augescet, quare etiam tunc rupturam adiuuare oportet, per cataplasmatum ad superficiem, attrahentiũ ac subadstringentium usum, & per potiones calorificas: quales sunt

quæ ex

quæ ex pipere & zingibere ac myrrha apparantur. Porrò post eruptionẽ, aliquãdo quidem per aluum, aliquando per urinas, puris transsumptio contingit. Quidam etiam per os, puris eductionem factam tradiderunt: uerum periculosior aliis per os transmissio existit: id uero quod excernitur nigrum est, quãquam & album reperiatur, quod sanè salutare iudicatur. Aliquando autem humor qui ex abscessu promanat, inter pelliculam uentrem ac intestina amplectentẽ, peritonæon Græcis dictam, atq; ipsa intestina colligitur: & facile sanè curatur, si quis diducta citissime cuticula humorem ipsum excludat, ea maxime parte qua tumor attollitur: aliquando autem rursus post factam isthic collectionem, transsumptio per intestina contingit. Cæterum in his quibus tumor foras prominet, sectionem obliquam supra inguen infligere oportet, ac per eam ipsam humorem euacuare, atq; etiã ulcus ipsum eluere, & pharmaca liquefacta iniicere, donec perfectè curetur. Neq; uero negligẽdum, quo & hepati post factam abscessus ruptura, remedia auxiliaria adhibeantur. Primum quidem igitur emplastra emollientia imponantur, deinde etiã reficcantia, quale est quod Icesium appellatur, quodq; ex salicibus constat, & quæ his similia existunt. Si itaq; per urinas puris transsumptio fiat, consimilibus epithematibus utendum est circa totum ile, & iuxta pubem, & tum per cibos, tum per pharmaca urinam cientia, repurgatio eius adiuuanda. Pepones igitur in cibo eis cõueniunt, & cucumeres cocti, pastinacaq;, & sion. Ex pharmacis uero, meon & asarum, spica, casia, cinamomũ. Sunt & composita quæ huc pertinent, quorum compositiones paulo post dicemus. Per interualla autem etiam humores ipsos dulcorare oportet, uini scybelitæ, therei, ac protropi, similiumq;, potu. Commoda est etiam ipsis potatio lactis. Si uero per sedẽ humoris transmissio contingat, epithemata quidẽ eiusdem

materiæ approbamus: uerum prospiciendum est, ne aluus cohibeatur, neq; ét amplius humectetur: nã hoc ipsum tum per cibos, tum per pharmaca, ac epithemata fieri potest. Vtimur autem & ad hos infusis per clysteres, quo intestina illæsa conseruemus: ad quam rem ptisanæ, ac tragi, & oryzæ succi appositi existũt. Quod si tamen per os puris eductio fiat, maximã ad hoc curam adhibere oportet, ut humores prius euacuentur: deinde cibus præbendus adstringens & stomacho gratus. Vtendũ & uino tenui & odoro. Ventri uero epithemata ex palmis apparata, atq; ex œnãthe, ac eis similia imponẽda, de quibus in stomachicorum ac dysentericorum tractatu est prædictum.

Ad hepaticos. Folii malabathri, careophylli, spicæ nardi, costi, piperis lupinorum siccorum, singulorum unc.i. cõtũdito, cribrato, ac scrup.iiii. præbeto cũ uino. Aliud Philosophi: hepatis, inquit, abscessus discutit. Radicis graminis decoctum bis in die potatum, similiter & fœniculi radicum decoctũ, & dauci. Myrrham item & picem siccam contundito ac cribrato, præillitoq; hepati ex oleo cyprino, inspergito, & lanam puram oleo cyprino calido imbutã superponito, uehementer prodest hoc: utere confidenter.

Cura hepatis exulcerati: Archigenis. Cap. V.

Si exulceratio ex abscessu circa hepar relinquatur, aut illic ex acribus humoribus ac erodẽtibus fiat, colliquatio hæc adfectio appellata est. In his sanè uenter cruenta, & putrefacta, ac sanioſa excernit: atq; omnino consimilia ex hepatis ulceribus promanare solẽt, his quæ à mortuorum corporibus destillant: quare quidam inexperti decepti, dysenteriam hanc affectionem esse putauerunt. Ructus autem fœtidi consequuntur, & à ciborum acceptione grauitas præcordiorum: & pulsus eis est depressus ac densus, fiuntq; ægri amarulenti & iracundi: dolor circa locũ fit ulcerosus, usq; ad clauiculam ipsam pertingẽs: multis aũt

unà cum uentris recrementis etiã lotium excernitur sanioſum sandarachæ colore: non parũ uero frequenter ea quæ in urinis continẽtur aquæ inter cutẽ significationẽ portendunt. Cæterum omnium periculosissima est hęc affectio, & modica omnino ęgris est spes salutis: & tamen nihilo minus aggrediẽda est eorum cura, consimilibus remediis, eis quæ paulo ante dicta sunt etiam his adhibitis, epithematibusq; ex materia leniter adstringente, similibusq; fomẽtis. Liquoribus autem tum qui ad fomenta, tum qui in cataplasmata adsumũtur, cortex pinus, palmæq; ac cyperi, similiaq; sunt incoquenda, proprie autem ulcera repurgat lac scisile sæpe acceptum, cui aliquando parum mellis addere nõ ab re est. Post repurgationem citissime ad ea quæ carne replent festinandum: præstant autem id cibi moderati & boni succi, ac gestatiões: quod si molestiæ id fieri permittant, etiam exercitamenta conueniunt & uinum. Post cataplasmata uero, cerata & emplastra apta erunt, quorũ sæpe in præcedentibus fecimus mentionẽ. Plurima præterea pharmaca quæ ulceribus conueniunt in potu sumuntur. Quale & hoc est. Andromachi ad hepaticos cõpositio, cyphoides appellata: q etiã ad omnia thoracis uitia conducit. Vuarũ passarum carnis drac.xxv. croci drac.i. calami indici dra.ii. bdellii dra.ii. & dimidiã, cinamomi dra. x. casiæ dra.x. floris iunci odorati drac.ii. & dimidiã, myrrhæ dra.iiii. terebinthinæ dra.iiii. scobis aspalathi drac.ii. spicæ nardi dra.iii. mellis drac.xvi. uini dulcis quantum sufficit. Adstringit mediocriter & resiccat ac discutit serosos ac uitiatos humores, inquit Galenus, corrigit malitiã humorũ, & putrefactioni se opponit, intemperies sanat, extergit ac mũdos facit, apperitq; meatus, cit urinã, atq; ea propter internas ulcerationes curare cõsueuit, & eos qui hepatici appellantur. Sunt aũt hepatici proprie, qui ob hepatis debilitatẽ per sedẽ cruẽta liquidiora excernũt, quales sunt loturę car-

nium animalium recens mactatorũ, quos ipsos ignarum uulgus dysentericos esse putat. Alia cyphoides Andromachi: facit & ad tusses, & ad liquidorum per os reiectationes. Croci, cinamomi, myrrhæ, cuiusq; drac.i. bdellii drac.iiii. aspalathi obolos.iiii. floris iunci odorati drach.iii. calami indici drac.ii. casiæ drac.i. spicæ nardi drac.i. terebinthinæ drac.xvi. mellis heminam dimidiam, uuarum passarum pinguium numero clx. carne earum optime mundata, uini ueteris adstringentis, quãtum ad uuas passas, bdellium ac myrrham maceranda ac conterenda satis est. Mel autem prius despumato, in eoq; resinam liquefacito: & cum reliquis committito ac utitor, aliquãdo quidem instar eclegmatis ad nucis ponticæ magnitudinẽ aut amplius exhibeto: aliquando uero aqua mulsa dilutum bibendum præbeto. Inuenies & inter arteriaca remedia, ad tussientes item & phthisicos pharmaca plurima his similia, quibus ipsis & ad ulceratum hepar uti oportet: proderunt etiam ea quę ad renum ac ueticæ ulcera sunt descripta. Alia cyphoides, qua usus est comes Andreas, & Menas chirurgus. Croci drac.iiii. calami drac.vi. bdellii drach.ii. & dimidiam, casiæ scrup.iiii. spicæ nardi sesquidrachmam, floris iunci odorati scrup.ii. & dimidiũ, myrrhæ drac.iiii. terebinthinæ drac.iiii. aspalathi scrupulum unum, mellis sextantem, carnis uuarum passarum quadrantem, uini quantum ad hæc satis erit.

De hepate in scirrhum indurato: Galeni. Ca. VI.

Non solũ autem à prædictis affectionibus apprehenditur hepar, sed & in scirrhum induratur, inflammatione uidelicet præcedente. Manifestiorem autem cognitionem hepar induratum ex hoc habet, quod tumor circa ipsum scirrhum multo durior quàm in inflãmatione existit, multo etiam minore dolore uexatur. In huiusmodi quoq; dispositionibus corpuscula hepati insita attenuantur. Cæterum temporis pro-

gressu, maiore tumore circa scirrhum facto, difficulter eius cognitio per tactum cognoscitur, propterea quod iam aquæ inter cutem suffusio sit consequuta: unde his qui negligentius notas perscrutantur, tumor ad tactum laxus succumbit: color autem uniuersi corporis in nigredinem pallore permistam commutatur, uenter & pedes intumescunt, superiores corporis partes gracilescunt, & corpus ipsum tepescit: aliquando autem aluus multa & tenuia excernit: urinæ uero à principio quidem multæ, uerum ubi iam ad aquam inter cutem dilapsi sunt omnino paucæ. Porrò incipientem hepatis scirrhum sæpe curauimus ipsi: eum uero qui temporis diuturnitate est extensus, neq; ipse curaui, neq; alium quempiam qui curare eum posset uidi: in totum enim sic affectis aqua inter cutem accedit, & in longiori tempore corrumpuntur. Itaque ad prædicta de inflammatione cataplasmata & fomenta, fortiora quædam (inquit Archigenes) sunt annectenda. Constant autem ea quæ inflammatis adhibentur ex absinthii coma, nardoq; tum indica, tum celtica, croco, œnanthe, unguento nardino, lentiscino, & mastichino. His igitur althææ radicem ammiscere oportet, & stercus caprinum, ammoniacũ thymiama, bdellium, medullasq; & adipes: hæc enim incipientẽ in hepate scirrhum, conuenienti simul adhibita diæta, sæpe curauerunt. Post fomenta autem & cataplasmata, cucurbitæ hepati affigendæ cum scarificatione, & emplastra adhibenda: primum quidem simpliciora, uelut est Mnaseæ, & quod ex succis cõstat, deinde etiam fortiora, uelut est melinum Serapionis, & quæ huic similia existunt. Post emplastra malagmatis utendum, ex baccis lauri, aut eo quod polyarchion appellatur, & similibus, quorum aliqua in colicis præscripta sunt: aliqua uero in splenicis & arthriticis referentur. Quod si neq; sic proficias, hirudines admouẽdæ: plurimum enim momenti habet ad curationem, san-

guis earũ ſuctu extractus. Commodus eſt eis & dro-
pax & ſinapiſmus: ſi uero neq; hoc modo res ſucce-
dat, uſtio per frequentia interualla adhibeatur: ita ut
aut per ferrum, aut per pharmacum cruſtæ inſtigan-
tur & poſt earum caſum, ulcera multo tempore flue-
re ſinamus. conferunt etiam potiones cõuenientium
pharmacorum, uelut eſt zopyrios ad colicos præſcri-
pta, & quæ eupatorium habent admixtum. Comple-
ctuntur & urinam cientes antidoti aliquam in ſe com
moditatem: uelut eſt quæ Beſtiana uocatur. Scirrho
enim indurate particulæ, ob craſſos & uiſcoſos hu-
mores in inſolidis corporibus imbibitos, neceſſario
frigidam habent diſpoſitionem, quare & calefacien-
tibus ſimul & tenuium partium pharmacis opus ha-
bent: uerum his, quem ad modum dictum eſt, emol-
lientia ſunt præmittenda. ſi enim uehementer calida,
antequam ſcirrho indurata corpora præmolleſcant,
exhibeantur, ſtatim quidem manifeſtam diminutio-
nem feciſſe apparent, uerum immedicabile fit quod
relinquitur, utpote nimium reſiccatum. Quapropter
facile eſt coniectare in hepatis ſcirrho neceſſariã eſſe
emollientium admixtionem. Simplicia igitur quę ad
hepar induratum bibuntur ſunt: anagallidis quæ cæ-
ruleum florem habet ſuccus exiccatus, itemq; liqui-
dus ex aqua mulſa, in moderatis autem febribus, ex
aceto mulſo: & ſcillæ aſſatæ medullæ oboli. iii. ſemi-
nis uiticis torrefacti drac. i. radix eupatorii, radix dra-
cunculi, cortex radicis lauri. Aliud: quo Ægyptius
curatus eſt, quum iam aquam inter cutem incidere
promptus eſſet: Herbæ ſabinæ, picis ſiccæ, quæ in fun
do doliorum uini reperitur, eorum præſertim in qui-
bus uinum dulce uetuſtatem eſt adeptum, utriuſque
æquales partes ſingulatim contundito & cribrato, at-
que ex ambobus pariter cochlearii menſuram cũ ui-
no diluto præbeto. Aliud. Croci, ſpicę nardi,
caſię, cuiuſq; dra. ii. coſti, floris iũci odorati, cinamo-

mi, myrrhæ ſtactes cuiuſq; drach. i. mellis deſpumati
drac. xxv. Ex hoc drac. i. cũ uino mulſo præbe. Opti-
mũ eſt hoc pharmacũ in incipientib. duris ſcirrhi di-
ſpoſitionibus, cuius rei plurimũ periculũ feci. Aliud,
ad omnes inueteratas hepatis affectiones, atq; ipſum
etiã ſcirrhum. Picis ſiccæ, coſti, piperis, ę quales par-
tes contundito & cribrato, & ex eis cochleariũ præ-
beto. Aliud. Myrrham troglodyticen optimã,
& piper, pari põdere tundito: indeq; ſcrupulũ unũ cũ
uino meraco ueteri calefacto, ad dies tres aut quinq;
exhibeto. Oribaſii ad hepaticos. Glaucii dra. iiii.
aloes dra. ii. hæc arida cõterito, & cochlearii mẽſura
ſtatim à balineo exhibeto: febre carẽtibus cũ uino di-
luto, febriẽtibus aũt cũ aqua mulſa. Aliud Oribaſii,
ad diuturnas hepatis affectiones, & circa ſima ipſius
diſpoſitiones, in qbus tum ſtomachus tũ uẽter ſimul
affecti ſunt. Comę pinus uiridis decoctũ ad tertias re
dactum, cyathorũ trium aut quatuor mẽſura præbe.
Quin & ſiccæ comæ dra. i. in potu exhibita, ſimili effi-
cacia præſtat. Verum ad multos hæc exhibenda ſunt
dies. Aliud, Oribaſii. Chamępityos, petroſelini,
cuiuſq; dra. viii. baccarũ lauri, piperis, coſti, ſingulorũ
drac. iiii. cyperi, fœni græci, cuiuſq; drac. ii. præbe co-
chleariũ ex aqua mulſa. Aliud. Aniſi, gentianæ,
amygdalarũ amararũ, abſinthii, ę quas portiones per-
miſce: indeq; cochleariũ ex calida præbe. Aliud.
Thuris unciam unam, ammii, acori, cuiuſq; drach.
iiii. præbe cochlearium ex aqua mulſa. Oribaſii an-
tidotus hepatica. Caſiæ drachmas octo, aloes,
coſti, corticis pinus, cuiuſque drachmas quatuor, gly
cyrrhizes ſiccæ drachmas octo, ſpicæ nardi, croci,
aniſi, hyſſopi, rhei pontici, cuiuſque drachmas duas,
mellis ſeſquilibram. Mel decoque ac reliqua eo exci-
pe, & nucis auellanæ magnitudine præbe.
Aliud Oribaſii, ad hepaticos, ictericos, ſplenicos, &
præcordia eleuata. Croci drachmas x. floris iunci

odorati drachmas quatuor, casſiæ drachmas duas, ſpicę nardi drachmas octo, myrrhę, cinamomi, coſti, cuiuſq; drachmam unam, mellis cocti quantum his excipiendis ſufficit. Præbe ad fabæ ægyptiæ magnitudinem cum uini mulſi cyathis tribus. Facit & ad thoracis dolores, atq; eos qui plumbeum colorem habent. Aliud hepaticum pulchrum. Seminis pelecini, capnii herbę, coſti, æquale pondus contundito ac cribrato, & drachmam unam ex aqua mulſa præbeto. Aliud. Fœni græci unciam unam, trixaginis ſextãtem & unciam dimidiam, coſti albi quincuncem, petroſelini quincuncem, eupatorii quincuncem, mellis deſpumati quantũ ſatis eſt. Datur ſeſquidrachmæ põdere. Eius utilitas experimẽto cõſtat. Aliud. Caſtorii, coſti, cyperi, amomi, cuiuſq; drachmas octo, piperis drachmas quatuor, petroſelini drachmas .iiii. Datur cochlearii mẽſura. Aliud, ad diuturnam uexationem & duriciem. Coſti, fœni græci, piperis, foliorum rutæ uiridis, picis ſiccæ, æquales partes cõmiſce, indeq; cochlearium cum aqua mulſa aut uino præbe. Aliud. Ammoniaci thymiamatis drachmas triginta duas, croci drachmas quatuor. Crocum tundito, cribrato, & cum aqua diluito: deinde ammoniacum adiicito, ſimulq; terito, ac in paſtillos redigito, ex quibus aliis drachmam unam, aliis duas, præbeto. Aliud. Ammoniaci thymiamatis, coſti, polii, fœni græci, æquale pondus miſceto: indeq; cochlearium ſiccum cum aqua mulſa dato. Aliud. Ammoniaci in tenuiſſimum puluerem redacti cochlearium unum, maſtiches grana decem, præbe ex aqua mulſa, & admiraberis. Efficax eſt ad hepaticos iam deſperatos. Aliud, Aſclepiadæ: quo utimur, inquit Philagrius: quod ad hepar ſcirrho induratum, atq; etiam oppilatione obturatũ, proſpero ſucceſſu accomodatur, ad aquæ inter cutẽ quoq; ſuffuſiones incipiẽtes, & ad alias internas affectiones, citra tuſſim contingentes, optime facit. Habet autem hoc modo. Radicis gentianæ, chamæpityos, marrubii, petroſelini, radicis ſcolopendriæ, radicis panacis, terræ lemniæ quæ ſphragis appellatur, ſiſonis, rubiæ, ſeminis braſſicæ, radicis eryngii, baccarum iuniperi, ſeminis fraxini, trixaginis, ſeminis dauci, dictamni, ceſtri ſiue betonicæ, ſingulorum drachmas octo, fellis urſi ſicci, ſinapis, ſeminis cucumeris, ariſtolochię, piperis, ſpicę nardi, coſti, ſeminis erucæ, ſingulorum drachmas octo, hoc eſt omnium æquale pondus, echii, eupatorii, polii, cuiuſq; ſimiliter drachmas octo. Quidam etiam lupini hepatis, ac helenii tantundem adiecerunt, quod & nos facere ſolemus. Oribaſius autem neq; fraxini ſemen, neq; betonicam, neque trixaginem, neq; dictamnũ, neq; daucum adſcripſit. Mellis quantum his omnibus excipiendis ſufficit. Datur ad nucis auellanæ magnitudinem cum paſſi cyathis duobus. Pharmacum hoc experimento cognitũ eſt. Semen autem fraxini, arboris eſt ex qua fraxinea ligna quocunq; in opere apta ac operæ obedientiſſima cæduntur. Epithema ex melilotis ad hepaticos. Meliloti ſextantem, croci unciam unam, ammoniaci thymiamatis libram unam, cerę lib. i. terebinthinæ trientem, cyprini, aut nardini, aut gleucini unguenti plus minus quincuncem. Ammoniacũ & crocum in aceto diſſolue. Porrò in diæta totum ſitũ eſſe exiſtimãdum eſt, ſiquidem omnis diuturnus morbus maiorem ex diæta opem ſentit. Quare cibi qui facile concoquuntur, eis exhibẽdi ſunt, quiq; & inciſoriam uim & repurgantem complectuntur. Neq; uero ineptę eis acrium rerum commeſtiones ſunt ſi per intervalla, & poſt exercitia ac geſtationes ſumuntur. Cæterum pro ratione motuum & exercitiorũ, tum quantitatem, tum qualitatem ciborum augere oportet. Vinum eis conuenit tenue, odorum, moderata quantitate acceptum. Dulcia enim omnia nocentiſſima ſunt

hepati affecto. Vitãdum & uinum mulsum, fructusq; ac bellaria omnia, præter amygdalas & pistacia: ex his enim moderate à reliquis cibis accipiendum. Vitanda etiam crassa & uiscosa edulia, atque ea quæ difficulter concoquuntur.

De lienis affectionibus cognoscendis: ex libris Philagrii. Cap. VII.

Quibuscunq; sub sinistro ilio dolor, aut distensio, aut grauitas, aut tumor subiacet, & dum conuertuntur, uelut aliquid ex illis locis conuellatur, imaginatio contingit, his lien affectus est. Quem ad modum autem reliqua corporis membra iuxta octo intemperierum genera afficiuntur, ita & splen afficitur: uerum frequentissime frigidam & humidam sustinet intemperiem, ex consimili maxime diæta, atque ex his quæ uoluptatis gratia accipiuntur, ueluti sunt crassi succi placentæ, itemq; potiones. In his igitur omnibus calor tempore debilitatur. Substantia enim splenis laxa & rara est, promptissimaq; ad suscipiendum crassiorem humorẽ: etenim fecem ac uelut limũ sanguinis ex hepate ad sese trahit, hoc modo sanguinẽ repurgans, ex qua fece confecta & attenuata per maximas in ipso arterias seipsum nutrit. Signum autem certum & compendiosum intẽperiei in splene, ea quæ edun tur ac bibuntur exhibent, & quæ forinsecus cuticulæ iuxta sinistrum ilium accedunt. Si enim frigida intemperies iuxta ipsum fuerit oborta, omnis cibus & potus qui efficaciter refrigerare potest, facile & manifeste splenem lædit: pallium item frigidum extrinsecus admotum, maxime si in frigida aeris constitutione amiciantur, uentus etiam & aqua frigida tum in lauando, tum aliàs quoq; adhibita, frigidam arguit splenis intemperiem. Eam uero ipsam intemperiem omnia calida cõsolantur. Quod si calida fuerit splenis intemperies, à nullis quæ in cibo aut potu exhibentur, aut etiam forinsecus accedunt, dolorem perfert: & siquidem caliditas augescat, non solum nihil tumori apponitur, sed & contractionem amplius sustinet, præsertim si exurens simul adsit febris. Cęterum & cibi & potus calefacientes, & quæ extrinsecus corpori calorem addũt, calidas etiam intemperies augent & exacerbant. Solatio autem sunt eis omnia refrigerantia. Si enim hi qui calidam habent dispositionem per interualla frigidæ potu utantur, statim splen corroboratur, & minuitur, ægrumq; melius spirantem reddit: & uenter aliquando ex frigidæ potu flauam bilem profundit. Atqui tristitia adfectis, aut ira concitatis splen dolet, si calidam habeant intemperiem. Similiter etiam ficcæ intemperiei in splene signa colligere oportet, maxime quum pro magnitudine propriæ naturæ non eminet. Ea item quæ forinsecus corpori aduenium, atque intra ipsum deuorantur si arefaciendi facultate prædita sunt, splenem exiccant, quem ad modum etiam reliqua animalis membra desiccare consueuerunt. Qui enim laboriosam uitam degit, assidueq; circa marinas aquas uersatur, aut bituminosas, aut aluminosas, aut sulphurulentas, quiq; pharmaca assumit hanc habentia naturam, facillime exiccatur. Porrò ubi humida affectione splen fuerit detentus, atq; ea amplius inualuerit, in tãtum eius incrementum facit, ut etiam uentrem pertingat ac hepar. Consueuit autem humida dispositio circa ipsum consistere ab immodice humectãtibus, diæta, & exercitio, aereq; & locis. Oboriri solet & his qui circa palustres regiones frequenter uersantur. Amplius autem & humidus morbus præcedens, hanc adfectionem producit: quæ item largior potus, & holera humectandi ui prædita. Species quoque doloris unà cum prædictis signis infestantem intemperiem demonstrabit. In calida enim & frigida intemperie dolent. Minus uero, aut nihil omnino, in humida: minimum uero in sicca. At uero ex prædictis conie-

cturam facere licet compositarum in ipso splene in-
temperierum. Fere enim in totum ubi calida intem-
peries fuerit intensa, sicca eam consequitur: & ad frigi
dam inueteratã humida concomitatur. Quandoqui-
dem autem & humores in splenem confluentes, tu-
mores producunt: eorum quoq; diligentem conside
rationem facere oportet, quales nam sint tandẽ, atq;
id non solum ex prædictis iam dispositionibus est fa-
ciendum, sed ex his quæ iam dicentur. Bilioso enim
fluore existente, uniuersum corpus calidius appare-
bit, etiam si nõ adsit febris, oculiq; & urinæ per bilem
coloratæ: siccitatem semper accusabis æger, & dẽ sitĩ
conqueretur ac bili os infestante, cibum fastidit, & ui-
giliis infestatur, & frigidam desiderat unà cum hoc
quod linguam subflauam habet: exacerbationes ter-
tianæ fient: suntq; ipsi ægri moribus iracundi, & qui
præcipitanter excandescãt. Si uero atræ bilis sit fluor,
materiæ ipsius atræ bilis scilicet, color tum in lingua,
tum in reliquo toto corpore apparebit: & appetẽtia
aderit ciborum: mœstiq; ac subtristes ægri sunt, reli-
quaq; atræ bilis signa eis adsunt: exacerbationes uero
quarto quoque die affligent. At uero ubi pituitosus
humor in splenem deferatur, cõsimilis pituitosis ade-
rit color, ægriq; minime sitient, & cibum appetent,
nisi salsa fuerit pituita: tunc enim cibũ fastidiunt ægri,
poculorumq; magis sunt appetentes: quin & coloris
cutis nitentis species demõstrabit tibi pituitosum esse
humorem: & quod singulis diebus exacerbatur, uri-
næ quoq; pituitosæ sunt: ipsi uero ægri secundũ mo-
res pigri sunt & segnes. Quidam uero ex eis qui frigi-
dam affectionem habẽt, magnum & durum splenem
acquirunt, atq; ubi parum saltem consuetam edendi
horam fuerint transgressi, & impasti manserint, dolo-
re afficiuntur, propterea quod neq; plenum, neq; fir-
mantem, neq; sustentantem ipsum habeant uentrem,
quiq; amplius ob inediam refrigeratur, & concalefa-

ctione opus habet. Quod si sanguineus existat in sple
nem confluens humor, possibile est ipsum colorem
tum iuxta linguam tum circa cutem permutari: inter
appetentiam autem ciborũ & fastidium medio quo-
dam modo habent ægri: reliquisq; magis languent,
etiam si non parem uisceris tumorem habeant. Ve-
næ autem uniuersi corporis, sanguine plenæ appa-
rent, & urinæ subfuluæ.

Intemperierum splenis cura. Cap. VIII.

In uniuersum quidem igitur splenis intemperies fe
rè citra tumorem fiunt: eas autẽ tum per cibos ac po-
tus, tum per simplicissima pharmaca ac fomentorum
irrigationes, quæ intemperiei contraria sint, corrigere
oportet. Calidæ intemperiei cura. Calidã itaq;
intemperiem curabis per irrigationis usum ex rosa-
ceo, aut melino, & per simplicia ex his composita ce-
rata. Amplius autem & per uuæ acerbæ immaturæ
succum & portulacam & pampinos uitis, ac consimi
lia. Cibis uero & potibus utendum, quibus calida in-
temperies castigatior reddatur: lauacris etiam tempe
ratarum aquarum. Quod si pharmacorum usu opus
sit, rumicis acuti semen in potu exhibeatur, aut radicũ
aut foliorum eius decoctum: aut plantaginis, simili-
terq; limonii, quod cynoglossum appellatur deco-
ctum. Sunt autem hæc in posca diluta coquenda.

Frigidæ intemperiei cura. Frigidas in splene intẽ
peries sanant irrigationes, & unguenta, ac cerata, itẽq;
epithemata, quæ moderata calefaciẽdi facultate præ-
dita existunt: uelut est unguentum nardinum & cypri
num ac gleucinum, & cerata ex eis confiata. Poteris
& epithema pentamœron appellatum, cum modica
cera liquefactũ adhibere. A balineis in principio absti
nendum, nisi quid obstet: cibi & potus moderate ca-
lefacientes exhibendi. Quod si medicamentis opus
sit, cõuenit eis calaminthæ, pulegii, scordii, trifolii, ui-
ticis, ac similium decoctum. Exhibẽda etiam rumicis,

acuti radix, aut semen. Humidæ intemperiei medela. In humida splenis intemperie optimum pharmacum habebis salis florem, siue per se solum, siue cũ aliquo simplici cerato imponere uelis. Solus enim calefactus & aliqua uesica exceptus, spleni adhibetur. In epithemata quoq; ammiscetur quem ad modum est prædictum. Quin & salsugo & spuma salis, cum cerato aliquo ac modico aceto permixta, commodũ pharmacum erunt ad humecti splenis affectionem. Proderit & quinquefolii radix, & plantago sicca, & alumen scisile in testa exustum. Poteris etiã ex plantaginis foliis, radicibusq; quinquefolii, & spuma ac flore salis, pari uel impari modo permixtis, sufficienti affuso aceto, & pice sicca in posca liquefacta, excepti͞s, cera itẽ alba, ammoniacoq; thymiamate, ac modico rosaceo ammixtis, pharmacum usui reseruare. Melius autem compositionem facies, si & salicis succum addas, hic enim cum uno aut altero ex prædictis permixtus, efficacius pharmacum reddet. Eius autem collectio facile contingit. Lachrymam enim arbor incisa emittit. Conuenientissimæ autem his sunt fricationes, quæ discutiendi facultatem habent. Siccæ intemperiei remedia. Siccam splenis intemperiem balineum dulcium & calidarum aquarũ curat: inunctio item ex oleo dulci. Cibi citra refrigerationẽ humectantes, uelut est ptisanæ succus, & post eũ qui ex halica est acceptus. Irrigatiões forinsecus prosunt ex rosaceo, & cerata itidem ex eo apparata.

De splenis inflatione. Cap. IX.

Quum inflatio circa splenẽ est, tumor loci cõsequitur qui imposita manu ad tactũ cedit, & distensionem loci infert. Verũ inflatio ipsa aut in uentre oborta ad splenẽ transfertur, aut in ipso adeo splene generatur. Ventosa igitur flatus generatio ex frigiditate membrorũ ipsum producentiũ contingit. Quare tum uentrem, tum splenem concalefacere oportet, præsertim

his quibus utrunq; membrum est affectũ: atq; id tum his quæ forinsecus imponuntur, tum cibis ac pharmacis quæ intra corpus deuorantur, perficiendũ est. Ventri itaq; auxiliabimur, siquidem per consensum fit affectus, diospoliticam confectionem exhibendo, atq; etiã alias quę huic similes existunt. Panis uero ac edulia, uinumq; quod in potu sumit, ex petroselino, aniso, cumino, ac sisone, similibusq; conspergenda sunt. Foris autem epithema ex seminibus quod paulo post referetur imponẽdũ. Hæc enim pariter utriq; uisceri auxiliantur. Proprie autem inflationes splenis dissoluere solent, tum ea quæ iam dicta sunt, tum uitices semen torrefactum, & melanthium, serpillumq; & thymus, pulegium, origanum, rutæ semen. Pelecini autem semen & stomacho gratissimum, & omnibus uisceribus aptissimum est, similiter & rheon ponticũ, & scordium. Hæc enim unà cum hoc quod stomachum repurgant, etiam hepati prosunt, neq; stomacho molestiam inferunt, cæterum unumquodq; horum & per se, & aliis commixtum exhiberi potest, in posca decoctum, aliquando autem & mel eis adiiciẽdum. Porrò quæ his fortiora sunt, ea uitare oportet in his in quibus uenter per consensum cum splene est affectus, maxime si inflatio sola infestet: quæ enim his præstantiora sunt, spleni in scirrhum indurato conueniunt, ubi uero solus splen infletur præter uentris læsionem, epithema ex seminibus in principio est imponendum. Postquàm autem flatus crassities fueritattenuata, ammiscenda sunt ei ea quæ noxam depellere possunt, qualia sunt epithemata ex alumine & sulphure apparata, quorum compositiones paulo post dicentur, ubi de splenis in scirrhum indurati tractabimus cura. Epithema ex seminibus: Asclepiadæ. Epithema quod Asclepiades ex seminibus composuit, hoc est, quod ad aquam inter cutem prospere accommodatum pharmacũ existit,

& ad omnem inflationem cõducit. Cardamomi, meliloti, herbæ ſabinæ, baccarum lauri, nardi celtici, ſampſuci, iridis, radicis panacis, radicis cyperi, nitri, caſſiæ, fœni græci, ſeminis apii, aniſi, thuris, ſingulorũ drachmas xxv. ſtyracis quadrantem, myrrhæ quadrantem, terebinthinæ lib. ii. ceræ libras duas ammoniaci thymiamatis libr. i. mellis optimi libr. i. olei cyprini lib. i. uini quantum ſatis eſt. Facit & ad ſtomachi & ſplenis inflationes, itemq; hepatis: eſtq; omnino pharmacum magni faciendum.

De ſplenis inflammatione. Cap. X.

In ſplenis inflammatione uenæ inciſio adhibeatur, ſi nihil id fieri uetet: uenter etiam per clyſterem aſſidue eluatur, & maxime ſi uenæ incidendæ medela relinquatur. Quocunq; autem tempore ſiue per uenam inciſam ſiue per clyſterẽ euacuamus, ſemper aliquid adſtringendi facultate præditum ſpleni imponemus, in principio præſertim, quum differimus euacuationem: quo id quod influit reprimatur, & quod influxione ſua præuenit, à loco depellatur, atqui & ad ſplenis firmitatem conſeruandam utilis adſtringentium ſylua exiſtit, quæ quidem robuſta ſint, ubi fluoris impetus fortis cõtingit: moderata uero, ubi mediocris. Cognoſces aut irruentis humoris magnitudinem, ex magnitudine & uelocitate generationis ipſius inflammationis. Itaq; ſi moderata fuerit inflammatio ſplenis, uinum uetus ac auſterum tenuiumq; partiũ oleo dulci permixtum & lana ſuccida exceptum imponemus. Si uero maior ſit caliditas, roſaceum ſit oleum, aut lentiſcinum: quæ ſi non adſint, oliuæ folia, aut rubi, aut mali arboris in oleo decoquantur, atque ipſa etiam mala, in decoctione etiam quædam tenuium partium addantur, uelut eſt abſinthium & pulegium. Quod ſi forti impetu fluxus feratur, acetum pro uino affundendum eſt. Poſt irrigationes ad cataplaſmata tranſeũdum. In quorum compoſitionem hordeacea

& loliacea

& loliacea farina aſſumantur, cum poſca & mellis ac olei pauciſſima omnino mẽſura, in quibus abſinthiũ ac pulegium ſint decocta: aliquando & myrobalani infarciendi. Optimum & hoc eſt. Hordeaceam farinã & ſalicis folia cum aceto imponito, adipe caprino in aceto colliquato: uerum melius redditur cataplaſma ſi caricæ adiiciantur. Optimum autem eſt & ex lini ſemine cataplaſma, maxime ubi affuerit dolor. Accipitur autem ſeminis lini pars una, farinæ loliaceæ pars una, adipis taurini in aceto & ſapa liquefacti, cuiq; de inde oleum cyprinum ſit affuſum, quantum his ſubigendis ſatis eſt. Cæterum cauendum ne locus poſt irrigationes & cataplaſmata denudetur, ſed ubi hæc fuerint ablata: mox ceratum ex cyprino aut nardino unguento imponatur. Commodum eſt autem feruẽtibus inflammationibus Nilei aut Nili epithema, cũ cerato chamæmelino & aceto emollitum: idoneum eſt etiam Philagrii ſtomachicum epithema: ſunt autem ea integra ad ſtomachicos deſcripta, utimur autem aliquando, ob cataplaſmatum penuriam, ad ſplenem inflammatum, furfuribus in uino, aut poſca & oleo decoctis: quibus etiam abſinthium, & pulegiũ, aut thymum, aut origanum, aut lauri folia, aut artemiſiam, & reliqua incidendi ac attenuandi ui prædita adiicimus: non feruente uidelicet inflammatione, & corpore præeuacuato. Si enim corpore non euacuato, quis calidioribus utatur: ipſe ſibi ſcirrhi autor fiet. Quod ſi ad permutationem in ſuppurationem ipſa ſplenis inflammatio repat, quod tamen raro contingit, adiuuare eam oportet, ne plura corpora putrefiant, per cataplaſmata uidelicet quæ pus producunt: de quibus in hepatis abſceſſu manifeſte eſt prædictũ: hepar enim frequentiſſime abſceſſum perfert ac exulceratur. Quare ex his quæ de hepate diximus, ad ſplenis curationem exempla tranſſumes.

Cura ſplenis in ſcirrhũ indurati: Galeni. Cap. XI.

Iam antea prædictum est splenem quàm celeri-
me solere in scirrhum indurari, sanguine circa spleni
tides in ipso uenas obturato, ut neq; excerni, neque
digeri ob crassitiem facile possit. Quare attenuantiũ
pharmacorũ usu opus habet, citra tamẽ manifestam
caliditatẽ: ne uehementius inspissetur crassus humor
in eo obturatus. Amiscẽdũ est autẽ eis quippiam ex
adstringentibus & austeris, quo ipsius actio & robur
cõseruetur. Si enim præ debilitate feculentum & atrę
bilis humorem, ex hepate, quem ad modum consue
uit, non attraxerit, uitiosum humorem uniuerso cor-
pori affricabit. Immedicabilia enim ulcera hoc mo-
do affecti habebunt, & maxime circa crura, & colo-
rem corporis uitiatum, ad nigredinem uergentem.
Diutius autem durante malo etiam aquam inter cu-
tem incurrunt. Ob id igitur in ipso splene naturalem
firmitatem custodire oportet, quo conueniens sibi
alimẽtũ attrahat, & sanguinem repurget, superfluaq;
in ipso generata retrimenta ad uentrem demittere
queat, quæ postea cum ciborũ recrementis excernun
tur. Ad hanc itaq; rem amara ipsi spleni offerrimus,
quibus aliquando ex austeris quippiã ammiscemus.
Amara quidem ut humoris crasitiem secent ac re-
purgent: austera autem ut robur & firmitatem eius cõ
seruent. Quale uero pharmacum hepati est absinthiũ,
tale existit spleni capparis cortex. Et quale est hepati
eupatorium, tale spleni est scolopendrium. Similibus
enim secũdum genus pharmacis utraq; uiscera opus
habent. Verum splen tanto fortioribus indiget, quã-
to crassiore utitur alimento. Cæterum à ueteribus
plurima potabilia pharmaca ad induratum lienem
sunt descripta. In curando autem animaduersionem
habere oportet, num curandi ægri uniuersum cor-
pus frigidius sit, an calidius, num humidius, an sic-
cius. Eis igitur qui corpora natura habent calidiora,
citra molestiam myricæ folia dantur, uirgultaq; &

radix: scolopendrium item, & rumicis syluestris,
maxime uero acuti semen, foliaq; & radix: optime
autẽ facit radicis uiridis contusæ succus cyathi unius
mensura potatus. Probe facit & lycapsos, quæ &
anchusa appellatur: danda autẽ radicis eius drachma
una, aut cacumina hederæ tria, aut folia eius, uel etiã
radix: item polytrichon, & capnii, quod chelidoniũ
uocatur, decoctum ad tertias redactum, folia salicis &
cortex, itemq; radix limonii, quod & cynoglossum
uocatur: folia & radix, & semen quoque pelecini.
Hæc enim neq; uehementem in se habent calidita-
tem, neque si calidior temperatura adsit, ei molestiam
inferre solent: quapropter his tum ad prædictos, tum
ad reliquos utendum in principio adfectionis: à mi-
tioribus enim auspicari oportet. His autem effica-
ciora sunt, quæ inueteratis scirrhis conducunt, & cor-
poribus agrestiorib. & qui omnem corporis habitũ
habent frigidiorem: trixago, gentianæ radix, calamin
tha, pulegium, & cyclamini radix, scordium, trifolii,
bitumen olentis semen, hyperici coma, acori, asari &
eryngii radix, uiticis semen torrefactum, centaureæ
maxime minoris succus etiamsi sit exiccatus, chamæ
pitys, polium, lonchitidis radix, anagallidis quæ cæ-
ruleum habet florem succus, glycysides aut pæoniæ,
itemq; dracũculi radix tum uiridis tum sicca. Aliud.
Caroi ex terra suscepti, radicis rubiæ, bryoniæ, ammo
niaci thymiamatis, cuiusq; drachmam unam: horum
unumquodq; aliquando tritum ex posca datur, ali-
quando autem decoctum eorum præbetur: quod si
sicca dare uelis, sufficit drach. plus minus unam exhi-
bere. Conducit item hoc. Ammoniaci thymiama-
tis sextantem, castorii unciam i. conterito, & drachm.
i. ex posca aut aceto mulso præbeto. Aliud.
Scillæ assatæ drac. i. corticis radicis capparis drac.
i. præbe ex posca, uel aceto mulso. Mouet enim cras-
sos & uiscosos humores, inquit Archigenes: aliquã-

do & cruenta non per urinas tantum,ſed & per uentrem educit. Aliud. Thuris obolos duos,ſeminis fœniculi cochleariũ unũ,præbe ex uino. Aliud Marciani,præſens remedium:quod etiamſi ſit induratus,citra dolorem ipſum laxiorem reddit,ut neq; ſignificationem,neque etiam ſuſpicionem ſuffuſionis aquæ inter cutem relinquat. Seminis uiticis contuſi & cribrati per anguſtiſsimum cribellum drac.v.his qui perfectæ ſunt ætatis ex poſca bibẽdas præbe. Aliud eiuſdem,ad ſplenem & hepar indurata, & principiũ aquæ inter cutem,& ad alui,& inteſtinorum, ac ſtomachi inflationẽ,ſimplex & periculo uacans. Bryoniæ radicem contuſam & cribratam, repoſitam, aere & uento intactam nequid inde tranſpiret, adſerua,& pro uiribus ægri præbe. Perfecta menſura exhibitionis eſt cochlearium unum, hydropicis quidem & ſplenicis ex poſca:hepaticis ex hydromelite aut uini dulcis cyathis tribus. Paſtillus ad ſplenicos, Aſclepiadæ:liquefacit ſplenem,ut multo experimento conſtat. Seminis ericæ drac.viii.piperis albi drac. iiii.ſpicæ nardi drachm.iiii.ammoniaci thymiamatis dra.iiii.ſcolopendrii dra.ii.coſti dra.ii.cum aceto ſcilitico ſubigito, & dra.i.cum aceto mulſo aut poſca præbeto. Conueniẽtiſsimum autem ſpleni in ſcirrhũ indurato remedium exiſtit ferrum aqua,aut uino,aut poſca extinctum. Ea ipſa enim aqua, aut uinum, aut poſca in principio exhibita iucunda & utiliſsima exiſtunt,& per plures ex ordine dies dantur. Itaq; febriẽtibus aquam,aut poſcam dilutam præbeto:eis uero qui teneram carnem habent ac febre carent,uinum. Sit autem ferrum quod in ipſis extinguitur ſtomoma. Ipſius autem ſtomomatis ferri ſquama,(quam in fabrilibus officinis ferrum dum ignitur & malleo tunditur,abiicit)poſtea agreſtioribus hominibus utiliter exhibetur. Præclare enim hæc ſplenem liquefacit,utpote quæ conſumendi facultatem præſtat,qua-

re aliarum rerum complexu opus habet,ne inde ſtomachus mala afficiatur. In calidiorib.igitur temperaturis, pelecini ſemen ei ammiſcere cõuenit:ſi id nõ adſit,ſcolopẽdrium:aut ſi neq; hoc haberi poſsit,abſinthii comam,aut rumicis acuti radicem aut ſemen. In frigidioribus autem temperaturis, ad ſquamam ipſam caſsiam,aut amomum,coſtum,aniſum, aut ſerpillum montanum,& ſimilia addere oportet. Quanquam tum in his,tũ in omnibus pelecini ſemen maxime conueniat. Omnia autem nunc dicta, itemq; ea quæ paulo ante ſunt relata ſimplicia pharmaca, in principio cum poſca diluta coquantur, poſtea uero etiam meraciore. Progreſſu uero temporis etiã ipſa contuſa & cribrata cum aceto aut aceto mulſo exhibentur. Verum certam unicuiuſque horum menſuram definire difficile & periculoſum eſt, quum diuerſæ eorum qui ea accipiunt ſint naturæ:quare in principio parum quid ex unoquoque exhibendum, & pro ratione deinde exhibitionis menſura augenda,iuxta ipſius pharmaci,atq; etiam ægri uires. Omnia igitur prædicta quomodocunq; tandem potata, aut ſemel ſaltem deglutita permanere ſolent:uerum glans unguentariorum,quam myrobalanon appellant,niſi cum poſca bibatur, facile uomitu reiicitur. Licet igitur ſingulis prædictis ſimplicibus pharmacis per ſe uti,& duo item uel tria aut quatuor, permixta æqualiter uel inæqualiter præbere. Ex compoſitis autem ferè pulcherrimum eſt,id quod ex oſsibus conſtat,ad podagricos deſcriptum Philagrii pharmacũ. Efficax enim reperies ipſum,inquit Philagrius,& cõueniẽtiſsimũ ad omnia ſplenis uitia,præſertim cũ tumore magno & duritia oborta. Senſibiliter enim huiuſmodi affectionibus auxiliatur:utpote quod ui ſua emollit & concoquit:ampliusq; diffundit & purgat, ultra hoc quod paulatim diſcutit & reſiccat. Eſt autẽ tũ guſtui,tũ odoratui ſuauiſsimũ,maxime ſi plurimo

despumato melle mixtum, delingendum præbeatur. Secundo autē loco inter ea quæ ego noui est & hoc, inquit Philagrius: ipso sanè usu probatum. Corticis radicis capparis drach.vi. foliorum myricæ drachm. vi. squamæ stomomatis ferri drachmas vi. myrobalani drach.x. aut vi. ammoniaci thymiamatis drachm. viii. seminis pelecini drachm.v. stœchadis drachm.iii. comæ absinthii drach.iii. scolopendrii drach.x. Excipe aceto & informa pastillos, ac exhibe drachm.i. ex posca aut aceto mulso aut uino. Hoc itaq; robustum est pharmacum, ut etiam ad duriora corpora quadret. Aliud eo imbecillius tale est. Pulegii drac. xii. radicis rumicis acuti drachm.vi. seminis eiusdem drac.vi. capnii iuxta sepes nascentis sicci drach.vi. pelecini drac.iii. scolopendrii drac.iii. spicæ nardi drac. ii. rhei pontici drachm.i. corticis capparis drachm.ii. Excipe aceto ac redige in pastillos, exhibeq; drach.i. quem ad modum in præcedēti dictum est. Pastillus ad splenicos, splenem liquefaciens: Asclepiadæ. Seminis ericæ drachm.iiii. piperis, ammoniaci thymiamatis, spicæ nardi, cuiusq; drachm.ii. Quidam etiam costi drachm.ii. & scolopendrii drach ii. Arida contūdito & cribrato, ammoniacum in aceto dissoluito, ac simul in pastillos digerito: ex quibus drachmam unam cum aceti mulsi cyathis iii. propinato. Qui huius pharmaci compositionem docuit, per triduum hoc suis catulo se exhibuisse dixit: postea ubi catulum dissecuisset, ipsum sine splene repertum. Aliud, ad spleneticos & hydropicos, quod optime urinam ciet, & uentrem emollit: Archigenis. Scillam magnam luto oblitam assato, deinde repurgatæ internæ libras ii. accipito, dauci unc.i. anisi, seselis, radicis panacis, iridis, cuiusq; unc.i. seminis urticæ sextantem, cedridum hoc est, fructuum cedri sextantem, myrrhę drac.iiii. farinæ erui unc.xvi. cum uino informa pastillos, & præbe drachm.i. cum aceti mulsi cyathis iii.

Aliud. Radicis panacis, ammoniaci thymiamatis, corticis radicis capparis, radiculæ, scillæ assatæ internæ, æquales omnium partes committe, & obolos tres aut quatuor præbe: conducit anhelosis & hydropicis. Pastillus summæ utilitatis. Cacuminum hederæ nigræ drac.ix. spicæ nardi drach.v. seminis rutæ syluestris drachm.iiii. castorii drachm.i. iridis drach. vi. Cum succo uerbenacæ rectæ, pastillos informato, & per quinq; dies mane drachmam unam ieiunis ex uino ueteri præbeto. Mouet urinas cruentas. Atq; hactenus quidem de pharmacis potabilibus. Cæterum ad splenem in scirrhum induratum etiam sanguinis detractionem commodam esse scimus, quæ inter paruum sinistræ manus digitum, & eum qui medio proximus est, sit facta. Quidam autem uenam retro sinistram auriculam sitam diducunt, inquit Archigenes, & ex profluente inde sanguine splenem illinunt, ac magnum commodum sentiunt. Idem etiam hepate affecto faciunt, incidentes retro auriculam dexteram uenam. Quare neq; absurdum fuerit etiam his auxiliis uti: animaduersione tamen habita ne arteriā pro uena dissecemus. Nos autem in his qui multo sanguine abundant, inferiorem in sinistro cubito uenam secare consueuimus, uerum & hic cauendum ne subiacentem arteriam simul dissecemus. A uenæ incisione, etiam cucurbitulæ spleni affigendæ sæpe & cum scarificatione, extrahendus q; per ipsas plurimus sanguis: quin & hirudines summa commoditate in ipsum splenis locum affiguntur. Loci etiam amplius per spongiam acida muria imbutam fouendi, furfuribus quoq; in aceto decoctis, absinthii coma, ac pulegio, & lauri foliis, similibusq; adiectis. Quidā autem lapidem molarem aut gagatem longitudine octo digitorum, & latitudine sex digitorum, secundum crassitudinem leuem, igniunt & aceto adspergunt, panniculoq; in aceto calido madefacto circū

posito, locis imponunt, & quàm diu calidus sit incũbere sinunt, atq; huic fomẽto testimonium præbent, inquit Archigenes, tanquam quod insensibiliter deprimat tumorem. Post fomenta ad cataplasmata transeundum, ex farina ordei ac lolii, absinthii coma, myrobalano & althææ radice, cum aceto mulso. Aut panem aridum cum capparis cortice, & myrobalano contusum, cribratum & cum aceto mulso decoctum imponito. Optime facit & stercus caprinum cum farina ordeacea ex posca cataplasmate impositum. Lupinorum item farina ex posca, & fabarum eodem modo. Cinis quoq; ex officina fabrili, & bryoniæ radix cum caricis, aceto, & cyclamino, eodem modo. Brasica etiam sylvestris cum melle imposita auxiliatur. Similiter & folia isatidis, & marrubium cũ ordeacea farina ex posca. Cardamomum cum caricis. Cyclaminus cum caricis ex aceto decocta. Cataplasma optimum. Fœnigræci trientem, farinæ ordeaceæ quadrantem, cardamomi unc. i. caricarum pinguium lib. i. uerbenacæ herbæ unc. i. ficus in aceto acerrimo macerato, fortiterq; in mortario contundito, reliquisq; adiectis ac simul unitis utitor. Optimum cataplasma & hoc est. Seminis raphani partes ii. foliorum salicis partem i. farinæ araci partes ii. seminis pastinacæ partes ii. in aceto, cum pari sapæ mensura decoquantur. Aliud, ad inueteratum malum, & corpora dura. Corticis radicis capparis, radicis struthii, sinapis recentis, omnium æquales partes, farinæ tritici duplum ad omnium trium mensuram. Vtere ueluti prædictis. Aliud præclarum ad duritias. Stercus gallinarum album, siccum, contusum, ac cribratum cum aceto mulso decoquito, confidenterq; imponito. Vnguentum optimum. Ammoniaci thymiamatis, thuris, foliorum rutæ uiridium, sing. æquales partes cum aceto cõtere, & quàm crassissime illita exiccari permitte. Aliud, quod antea quàm medeatur non abscedit. Ammoniaci staterem i. thuris staterem i. piperis staterem i. Ammoniacum cum aceto contere, eodemq; etiam reliqua modo. Aliud.

Ammoniaci staterem i. acaciæ stateres ii. aloes staterem i. thuris stateres ii. Apparatur autem hoc modo. Ammoniacum & aloen ac thus in aceto macerato, acaciam autem contundito, cribrato ac prædicta contrita omnia ammisceto. Crocomagma etiam utiliter cum aceto illinitur, sæpe enim nõ abscedit priusquam medeatur. Cæterum epithematum medelæ magis fidendum. Pleraq; enim eorum quæ in medicamentariis libris referuntur ex alumine & sulphure cõposita, prædominantem habent adstrictoriam facultatem. Quare in eis animaduersionem habere oportet, non modo simpliciter facultatis eorum pharmacorum quę ammiscentur: uerum etiam quantitatis ipsius mixturæ. Etenim in plagis quæ flatuosum habẽt tumorem, & maxime in quibus tumor laxus est, nihil peccaris etiam si plurimum ex aluminosis adieceris. In tumoribus uero in scirrhum induratis emollientem & discussoriam facultatem præcellere oportet, quibus parum quiddam ex adstringente sit admixtum. Vnũ igitur ex simplicibus & naturalib. ac nulla arte apparatis, discussoriæ & adstringentis simul est facultatis, ipse uidelicet salis flos, qui splenem in scirrhum indu ratum sanat, inquit Galenus, calidus in ueficam bubulam cõiectus, & forinsecus impositus. Oportet igitur medicum ad affectionem respicere, & pro eius ratione tum addere, tum adimere ex eis quæ in epithematum cõpositionem coniiciuntur, ueluti exempli gratia, si duriciem emollire uelit, ammoniacum & bdellium pingue, ac styracem optimum æqualiter unicuiusq; drac. iii. ammiscere debet. Si uero crassos humores dissecare uelit, opopanacis & costi tantũdem addet. Quum autem humores diffunduntur, etiam discussoria ac digerentia sunt ammiscenda: aut stercus

caprinum in aceto dilutum addendum. Hoc enim & crasitudinem dissecat, & simul discutiendi uim habet. Quod si discutere tantum uelit, humoribus uide licet antea sufficienter attenuatis, nitrum pro stercore caprino admiscebit. Capparis autem cortex admixtus ultra hoc quod dissecat & repurgat, etiá sple nè corroborat. Habito igitur ad ea quæ ubilibet accidunt respectu, aut emollientia augebis, aut attenuantia, aut etiam ea quæ discutiunt & robur addunt. Optimum autem epithema emolliens & discussorium hocce est. Ceræ quadrantem, propolis sextantem, galbani drac.iiii. opopanacis drac.iiii. Vtere: contunditur hoc pharmacum, & strumas recētes, omnemq; duriciem recens obortam dissoluit. Aliud malagma Asclepiadæ, quod articulos incuruatos relaxat.

Bdellii pinguis, adipis uitulini, ammoniaci thymiamatis, iridis, cuiusq; drach.xvi. opopanacis, galbani, thuris, canchryos, styracis, cuiusq; drac.viii. piperis grana clx. ceræ drac.xlviii. fecis olei irini sextātem ac unciæ dimidium, uini quantum satis est. Arida contundito, & cribrato. Ammoniacū, opopanaca, thus, bdellium in uino dissoluito, liquescibilibus autem liquefactis, adfusis, ac simul emollitis utitor. Extreme emolliēdi facultate præstat hoc, inquit Galenus, neq; enim aliud magis eo emolliens repereris: quod si irini olei inopia sit, cyprino aut sicyonio eius loco utor.

Aliud malagma Amythaonis, ad præcordiorum distensiones: conducit & articulis qui difficulter mouentur, omnemq; duriciem dissoluit, & priore quidē minus emollit, magis aūt digerit ac discutit. Compositio sic habet. Ammoniaci thymiamatis drach.xxxvi. ceræ drac.xxxvi. terebinthinæ drac.viii. bdellii drach.viii. myrrhæ drach.iiii. thuris drach.iiii. galbani drac.viii. olei cyprini sexuncem. Myrrham, bdellium, thus, uino præmacerata conterito: ammoniacum in aceto dissoluito: liquescibilia autē liquefacito, affun-

dito, ac utitor. Aliud prædicto longe efficacius, & fortius, inquit Philagrius: discindit enim & attenuat inspissatos humores, & uiscosos repurgat. Habet autem hoc modo. Malagma Asclepiadæ. Ammoniaci thymiamatis sexuncem, galbani, myrrhæ, cuiusq; sextantem, ceræ sesquilibram, thuris quadrantem, opopanacis quadrantem, radicis panacis sexuncem, propolis quadrantem, aceti sextarios ii. stercoris capræ quadrantem. Ammoniacum cum aceto terito, deinde etiam thus, galbanum, opopanaca, & myrrham. Propolin autem cum modica cera in mortario tundito: ceram uero cum olei triente liquefacito paulatim donec cogatur decoquendo, & deinde propoli adiecta, ab igne tollito, percolato, ac frige fieri sinito, perpollitaq; tritis adiicito, unito, ac utitor. Cęterum epithema quod ego composui, inquit Philagrius, optimum ad diuturnas & frigidiores affectiones existit. Myrobalani dra xlviii. ammoniaci thymiamatis dra.xlviii. bdellii dra.xlviii. scythicū uero bdellium maxime probo, corticis radicis capparis drach. xlviii. mannæ dra.xxiiii. opopanacis drac.viii. styracis dra.iiii. uisci drac.xii. ceræ drac.xxiiii. floris salis drac. xlviii. Ammoniacum cum salis flore dissolue: capparin uero, myrobalanum ac mannam cum aceto: reliqua autem iuxta ignem emollito & in mortario tundito, & tria eis adiicito, unito, ac utitor. Hoc pharmacum splenem consumit. Aliud. Verbenacam uiridem cum manna terito, atq; axungia suilla ueteri excepta imponito. Dura enim corpora & diuturno malo affecta quàm maxime inde iuuātur: reliqua uero integre sanat. Prodest etiam uerbenaca per se imposita, iteq; trixago. Aliud epithema Asclepiadę, ad splenicos. consumit tumores. Foliorū sambuci teneroru lib.iii. aloes pinguis lib.i. cum aceto terito ac lenito, linteoloq; excepta imponito. Verū si malū recēs est, uniuscuiusq; par pōdus coniicito. Aliud. Seminis

ericæ libram unam,galbani lib.i.Semen contuſum & cribro excuſſum galbano excipito,rurſumq; tundito olei irini fece addita,quo malagmatis formam acquirat, & linteolo inditum imponito. Vniuerſo autem uiſcere, recrementisq; eius, atq; meatib.oportunis, per emollientia,repurgãtia,diſſecantia, attenuantiaq; & diffundentia humores, ampliusq; etiã per ea quæ uias dilatant,tum in potu accepta,tum foris impoſita præparatis, efficacius euacuare potentibus eſt utendum,ac primum quidem ſimplicioribus,poſtea uero etiam fortioribus,ueluti exempli gratia:primum quidem epithymi drac.iiii.cum ſeri lactis heminis v.præbeto. Dato autem eas epithymi drach.iiii.tenuiſſime tritas cum modico ſero,atq; ubi uenter operari incœperit,ſerum per ſe paulatim abſorbendum exhibeto. Cæterum poſt aliquot dierum interſtitium, ubi uires recollegerint, hieram'. Archigenis ex colocynthide præbeto,aut quæ Iuſti appellatur. Poſt horum autem omnium uſum, farinæ tenuiſſimæ radicis cyclamini ſiccæ drach.iii.aut iiii.ex aqua mulſa dato,atque quo ſudorum excluſionem iuues ægrum uelamẽtis contegito, & in lecto concalefacito. Epithemata diſcuſſoria & reſiccantia. Poſtquam corpus fuerit repurgatum,epithematis'quæ digerere ſiue diſcutere & reſiccare poſſunt,utendum.qualia ſunt quæ ex auripigmento & alumine componuntur: ex quorũ numero eſt etiam id quo ego, inquit Philagrius, utor.

Cerę tyrrhenicæ drac.xciii.reſinę pinus ſiccę drac. xcvi. reſinæ pinus liquidæ drach.xcvi. auripigmenti drac.xvi.aluminis ſciſilis drac.xii.Metallica terito,& liqueſcibilia cum modico oleo liquefacito,ac refrigeratis ſicca adiicito,unito,& utitor. Aliud aurei coloris. Aſclepiadæ.ualde pulchrum. Cerę libras ii.reſinæ pinus ſiccæ libras duas,auripigmenti ſextantem, aluminis ſciſilis ſextantem, calcis uiuæ unciam unã, olei cyprini uncias ſedecim,aceti uncias ſedecim.

Aliud,ad ſplenicos & hepaticos. Aluminis liquidi, ſulphuris uiui,nitri,ammoniaci thymiamatis,mannę, radicis capparis corticis, ſingulorum ſexuncem,picis libram unam,reſinæ pinus ſiccæ libram unam,olei cyprini ſexuncem, aceti quantum ſufficit. Aliud epithema hepaticum,Ipoterium appellatum. Reſinæ pinus ſiccæ libram unã, ceræ libras duas, picis libras duas,aluminis liquidi,nitri,ſulphuris uiui,mannæ,cuiuſq; libram unam,aloes ſexuncem,pyretri, ariſtolochiæ longæ, bdellii, ammoniaci thymiamatis:amomi,uiſci,cardamomi, olei,cuiuſq; quadrantem, aceti ſeſquiſextarium. Ammoniacum, alumen,ſulphur,nitrum,cum aceto diluta terito:reliqua uero arida quidem contundito,ac tritis admiſceto:liqueſcibilia autem liquefacito, atq; reliqua cum eis excipito. Optime faciunt & ex caprino ſtercore apparata:item plurima eorũ quæ ad hydropicos ſunt deſcripta:& Machærionis emplaſtrum,& emplaſtrũ ex rumice, quæ in decimo quinto Sermone referẽtur. Phœnigmi, cutem rubefaciẽtes. Efficaciter autem in ipſis phœnigmi auxiliantur,tum qui ex ſinapi apparantur, tum qui eis conſimiles exiſtunt.Cæterum corpore prius à ſuperfluis humoribus euacuato, eos adhibere oportet.Pulcherrimus autẽ phœnigmus talis eſt. Phœnigmus Aſclepiadæ authemeros, quaſi eodem die auxilians inſcriptus:qui ſanè ab uniuerſa affectione liberat. Pyretri drach.octo, myrobalani, cardamomi,ſeminis urticæ,piperis,cuiuſq; drach.octo,ſinapis trientem.Omnia conterito,& aceto ſubigito,& tepefacta ex interuallo per horas tres imponito, ſi ſaltem tam diu ſuſtinere poſſit,deinde ablato pharmaco lauari præcipito,in feruentioris ſolii deſeſſu. A balineo autem cerato ex roſaceo apparato utendum. Alius.

Lepidii folia trita cataplaſmatis modo imponito, atq; ubi morſum ſentiunt,in balneũ inducito,& ablato pharmaco, in feruentem aquam immittito & per-

fundito. Difficulter enim ferunt nimiam mordacitatem. Sani autem exeunt, inquit Archigenes. Idem remedium & ad coxendicum dolores efficacissimum reperitur. Summe etiam auxiliantur myrobalani corticis & nitrum. Nitrum per se terito, & parum aceti ammisceto, deinde resinam ac ceram cũ pauco oleo liquefacito, affundito, emollito, ac utitor. Cæterum quod operæ precium est cognosse, fortia pharmaca non nisi corpore prius à superfluis humoribus repurgato, & probe concoquente, adhibere oportet.

Smegmata, siue repurgatoria. Oportet autẽ locũ ipsum sensim ad phœnigmorum rubefacientium tolerantiam irritare, quod per repurgatoria smegmata commode fieri potest. Cõponantur autem smegmata ex staphide syluestri, pyretro, pipere, ac alcyonio, pari uel impari modo, ut uidebitur coniectis. Quod si teneram carnẽ habeat æger, iridis, & cyperi, & herbę sabinę aliquid his ammiscebis: aut farinam aliquã, ueluti erui, aut fabarũ, aut cicerum. Quod si etiã odoratum reddere uelis pharmacum, casiæ quippiam & phylli ac amomi adde. Si uero durius contingat curandum corpus, ex pumice addes, atq; adarce. Postremum autem phœnigmis ex sinapi cõsimilibusq; uteris: corpore prius uniuerso à superfluis humoribus repurgato: ne uidelicet uehementia caloris alia adtrahat recremẽta, durioremq; reddat ipsum locũ.

De splenicorum ustione Cap. XII.

Quod si prædicta auxilia irrita sint, inefficaciterq; adhibeantur, ad ustionis patrociniũ cõfugere oportet, ita ut uel per cauteria, uel pharmaca crustas inuramus: & multo tẽpore saniẽ effluere sinamus: corpore tamẽ prius per uenæ incisionem: & purgationẽ euacuato. Etenim quum ferè in totũ uitiatis humoribus splenici sint referti, & non præuacuetur uniuersum corpus, maligna ulcera ex crustis fieri consueuerunt.

Diæta splenicorum. Cap. XIII.

Porrò dięta ipsorum splenicorum tempore inflãmationis simplex sit & quę facile concoquatur: uelut est halica lota, & ptisanæ succus, panis madefactus. Si uero inflammatio diutius remoretur, etiam auiculârum carnes eis concedendæ & pisces petrosis aquis degentes. Vbi uero scirrhus sit pfectus, diæta attenuatoria exhibeatur, & acrium rerum cõmestiones per interualla. Proprie autem splenicis cõuenit capparis comesta ex aceto mulso. Vinum sit non ualde uetus, quod aqua permisceatur, in qua ferrum sæpe ignitũ sit extinctum. Plurimum autem fiduciæ in exercitamentis ponendum, quibus ante cibum uti conuenit, corpore superfluitatibus non abundante. Ex eorum autem genere ex superabundanti faciunt deambulationes & cursus: & noui sanè aliquos, qui ex his solis ab omni affectione sint liberati: gestationes etiã omnes conueniunt, proprie autẽ quæ fit in equo. Manifestum autem est quod uociferationes quoq; opportunæ & in tempore assumptæ eis summe opitulãtur.

Cura eorum in quibus splen frigida, uenter uero calida affectione laborat. Cap. XIIII.

Cognitu uero necessarium est, quod in aliquibus splen frigidam intemperiem habet, & ob id calefaciẽtibus opus habet: uenter autẽ bile agitatur, & contrariã spleni sustinet intemperiem: aut etiam citra priuatam affectionem, ex meatu qui bilem susceptat, flauã bilem assumit: & absq; hoc etiam, sępe ob ægrã concoctionem & ciborum in uentre corruptionem splen afficitur: etenim aliquãdo quum frigiditatis sensus cũ grauitate circa splenem percipitur, uenter bilioſum uomitum reiectat: tunc equidem difficilis cura nobis instat, & quæ difficulter procedit: nimirum splene caloris fotum expetente uentre aũt atq; etiam uniuerso corpore refrigeratione indigẽte, atq; id uno & eodem tẽpore. Quo igitur quantũ possibile est utriusq; membri affecti effugiant lęsionẽ, pro uiribus conabi-

mur ut eos à triſtitia & cura, iraq; & uehementib.motibus, multa item inedia ac cibi auerſatiõe auocemus ſimulq; per ea quæ citra moleſtiam purgant pharmaca bilioſum humorem euacuemus. Os uero uentris firmemus ac corroboremus, ne quid eorum quæ ex reliquo corpore ad ipſum influunt, ſuſceptet. Cæterũ corroboratio ipſius per ea quæ difficulter corrũpuntur, contingit, de quibus in ſecundo mentionem fecimus Sermone. Suffecerit autem ipſis exhibitio modici panis cum oliuis albis aut colymbadibus appellatis, citra potum, ſi balneum & prandium differant, ne bilis efferatur. Melius autẽ eſt ſi priuſquàm bilis efferatur ieiuni lauent. In prandio cibi eis præbeantur tũ quantitatis tum qualitatis moderatæ: uerum ut ſplen illæſus permaneat, conuenit primum boni ſucci & actu calidos præbere, ac deinde poſtremum tũ actu, tum potentia frigida porrigere, ueluti lactucam & frigidum potum, ac ſimilia: non frigida enim frigidis præſubſtrata ſplenem illæſum ab his quæ poſtea ingeruntur frigidis, conſeruant, ex quibus os uentris corroboratur, & calida ipſius intemperies corrigitur. Optimnm igitur fuerit poſtremum omnium mala punica, aut etiam alia, aut pira, aut quædam quæ ſtomacho grata ſunt acceptare: atq; eodẽ omnino modo etiam cœnam inſtituere. Conuenit etiam per ea quæ forinſecus imponuntur hoc modo affectis opitulari. Refrigerant autem uentrem citra nocumentũ forinſecus impoſita, oleum melinum & roſaceum: cerata item ex iiſdem apparata, modica maſtiche admixta, aliquando etiam oleo addito omphacino. Calidus itaq; uenter per prædicta lenitur. Ad ſplenẽ autem calefacientia adhibenda ſunt qualia ſunt epithemata polyarchia appellata.

Cura ſplenicorum quos tuſis infeſtat. Cap. XV.

Quod ſi tuſicula ſplenicum infeſtet, ſintq; eiuſdẽ generis adfectiones circa utraq; uiſcera, ueluti ſi contingat

tingat & ſplenem & pulmonem eodem tẽpore craſſis ac uiſcoſis humoribus, aut aliquo alio frigido morbo detineri, tunc ſanè podagricum pharmacum ex oſſibus conſtans, uehementer utile tum ſpleni, tũ eo modo tuſſientibus exiſtit: & antidoti quæ ei ſimiles habẽtur. Si quidẽ igitur ſimiles contigerint affectiones, ſimilia remedia adhibere oportet: ubi uero diuerſæ erunt affectiones, diuerſis pharmacis utendum eſt: utpote ſi ſplen à craſſis & uiſcoſis humoribus, & frigidis liquoribus adficiatur: tuſis autem à tenui & acri deſtillatione contingat, ſi modo poſſibile fuerit, & deſtillatio non urgeat uehementer, à pharmacis fluxum condenſantibus abſtinere conducit, ueluti eſt quod ex papaueris calicibus conſtat, itemq; ex ſeminibus paſtillus, & quæ his ſimilia exiſtunt. Vehementiore autem & acriore exiſtente deſtillatione, & quæ periculum exulcerationis pulmonis minetur, utẽdum quidem ex papaueris calicibus confectione: uerum ſpleni epithemata attenuatoria imponantur, atqui niſi magna impendat neceſsitas, ea quæ ſtupefaciunt uitanda, capiti autem aliquis ex ſeminibus paſtillus cum aceto roſaceo ad ſtrigmentitiam craſſitudinem redactus imponatur: præſtat autem ex ipſis in hoc præſertim uſu, hi qui crocei appellantur. Cum aceto enim & roſaceo oleo triti, & ad ſtrigmenti ſpiſſitudinem redacti, lanaq; conuoluta excepti, ac ſincipiti impoſiti tenuitatem deſtillationis inſpiſſant, ſimulq; exurentem & acrem in capite qualitatem refrigerant, tuſſes ſedant, & ſomnum ſuauem inducunt. Poſt hæc autem theriace per opium recẽs apparata in potu accepta, tuſſientibus quibus ſimul ſplen affectus eſt, auxiliatur.

Cura eorum quibus ſplen in magnitudinem excreuit, ſimulq; durus exiſtit. Cap. XVI.

Quidam ex ſplenicis immodice auctum ſplenem habent, ut non ſolum hepar & inguina contingat, ſed

& ob soliditatem attollatur: uitalesq; cordis uires maximopere lædat, ac imbecillitatem inducat, utq; ex eo uniuersum refrigeretur corpus ipsumq; adeo hepar tenuissimum & aquosissimum in ipsis fiat & eiusmodi quoq; sanguis. Horum sanè qui hoc modo sunt affecti curam recusare oportet: quod si cogamur tamen, à dubiis & hebetibus remediis auspicabimur, periculo eis incumbente prædicto. Verum neq; intra corpus sumendum, neq; forinsecus adhibendū, ullum aliquod uehemens pharmacum offeremus: neq; euacuationem etiam coaceruatim faciemus, sed paulatim & per simpliciorum medicaminum usum. Cæterum tum per os exhibitis, tum foris admotis, & quantum possibile fuerit conuenienti diæta, uirium imbecillitate refocillata, si in melius proficere ipsos uidemus, fortioribus omnino remediis utemur, ita tamen ut sensim aucta ipsa apponamus.

De ictero, seu morbo arquato: ex libris Ruffi & Galeni. Cap. XVII.

Ictерus à similitudine ad animalculum: quod ictis, id est, uiuerra appellatur, nominatus est: est autē mustela syluestris, quæ auricolores oculos habet. Verū ictерus morbus bilioſi humoris circum corpus effusio est, ob secernentis eum facultatis debilitatem, quæ eum segregare & ad proprios excretionis locos demittere non ualet. Errare autem eos credendum est qui hepatis affectionem in omnibus ictericis adesse putauerunt. Conspicitur enim sæpe quum hepar nihil male est affectum, flauæ bilis ad cutem effusio facta in iudicationibus morborum. Conspicitur etiam citra febrem aliquando sanguis in bilem exagitatus per corruptionem uidelicet aliquam peregrinam: qualis quoque à uenenatarum bestiarum morsibus contingere consueuit: etenim quum quispiam à uipera morsus esset, uniuersum corpus prasini siue porracei coloris habuit, & quum assidue

theriacem bibisset, celerrime sanatus est: quare nihil mirum est: talem aliquando contingere humorum in corpore per mutationem, ut uniuersum corpus ictericum colorem assumat. Quin & fieri potest ut propter naturalis temperiei ipsius hepatis mutationem, eiusmodi humorum corruptio contingat, ut aliquando herbis pallore albicantibus totum corpus manifeste assimiletur, aliquando etiam plumbi colorem induat. Quem ad modum etiam eiusmodi colores nigricantiores fiunt, si ob splenem quàm si ob hepar affectum contingant. Splene scilicet ad attrahendum ad se ex hepate atræ bilis humorem, & ad repurgandum sanguinem pro more suo debilitato. Fit autem aliquando ictерus ob imbecillitatē uesicæ bilis susceptricis, quę bilioſum humorem, ueluti consueuit, in sese ex hepate non attrahit, & ob id impurū sanguinem relinquit. Possibile est etiam eam nimis repleri, aut repletam propter repletionis multitudinē non posse euacuari. Aliquādo autem & propter obturationem aut debilitatem uenarum, quarum ora ex ipsa ad hepar deferuntur, bilioſum humorem nō adtrahit. Quare in ictericis affectionibus recrementorum figura necessario consideratur, quum in aliquibus multum colorata per flauam bilem appareant recrementa, quem ad modum etiam in aliis urinæ. In quibus enim ratione iudicationis bonæ in febribus, bilioſus humor ad cutem prorumpit, & his & recrementa & urinæ naturali modo se habere uidebuntur. Quibuscunq; uero citra febrem, unà cū grauitatis alicuius aut doloris sensu circa dextrum ilium, arquatus cōtigit, in his uesicæ bilis susceptricis obturationem facta esse putandum est. Quibus autē neq; grauitatis neq; doloris sensus circa ilium adest, in his splenem uitiati humoris causam esse iudicabimus: Si autem neq; dolor neq; grauitas circa ilia infestet, neq; febris præcesſit, & tamen sanguis in uniuerſo cor-

pore in bilem mutetur, atq; ita arquatus contingat, his pruriginosior cutis fiet & magis etiam arescet. In quibus uero atræ bilis humor unà cum sanguine ad cutem est delatus, hi omnino grauius afficiũtur. Consequitur enim ipsos tristitia præter rationem, & mordacitas eorum quæ circa uentrem sunt, difficultasq; spirandi, & cibos auersantur, & nigra lotia excernũt. Aliquando autem & per inrerualla quædam corpora ipsorum tepescunt: stercora uero chalcanti colorẽ referunt, & aluus magis his resiccatur. Cæterum eos qui ex pallida bile arquatum contrahunt: nulla mordacitas eorum quæ circa uentrem sunt consequitur, neq; etiam in tantum auersantur cibos: sed obtusior tamen aliquando fit in eis ciborum appetitus, & stercora quidem albida egeruntur, urinæ autem crocei coloris, turbatæ tamen & tenebras referentes permanent. Communiter autem omnibus ictericis pigricies & tumor grauans ad motum corporis contingit, & ad dulces cibos animum habent alienatum: amaros uero nõ admodum auersantur, & uariis imaginationibus uexantur. Pruritus etiam uniuersi corporis comitatur, & difficulter exudant. Porrò alba oculorum & partes faciei temporibus propinquæ, itemq; malæ pallorem ostendunt: uenæ etiam sub lingua repletæ reperiuntur, & abundantem humorem significãt.

Cura arquati. Cap. XVIII.

Arquati igitur qui ratione bonæ iudicationis febribus perfecte solutis fiunt, facillime sedantur: si ęgri lauacris aquarum dulciũ utantur, ac olei dicussorii perfrictione, omnibusq; quæ rarefaciunt cutem: qualia sunt oleum chamæmelinũ, anethinũ, irinũ, gleucinũ, amaracinũ, & rosmarinus herba oleo incocta ipsum plurimum discussorium facit. Diætam quoq; uniuersam hnmectioré in his constituere oportet, & ut mediocriter humorum crasitudinem attenuare possit. In reliquis autẽ ictericis duo maxima remedia principatum obtinent: sectio uenæ, & purgatio. In quibus igitur multitudo sanguinis unà cum bile in toto corpore abundat, & quos circa hepar aut splenem dolor aut distẽsio infestat, nihil uenæ incisione commodius fieri potest, si nulla alia re id facere præpediaris, particulatim autem & per uices sanguis est detrahẽdus, ne per coaceruatam euacuationem uires ægri prosternantur: neq; uero inepte clyster adhibetur, si uenæ sectio impediatur. A uenæ autem incisione etiam cõmode clyster assumitur, qui propter stercorum euacuationem spirãdi facilitatem inducit, intestinaq; irritando ac mordendo, humores ad cutis superficiem delatos, ad ipsa retrahit & reuellit. Purgationes autẽ magis propriæ & familiares huic morbo existunt, inquit Rufus. Cæterum eduliis ac potionibus itemq; pharmacis, humores prius attenuare oportet, obturationesq; deoppilare, atq; deinde pharmacum exhibere quod flauam aut nigram bilem ducit. Sint autẽ purgationes ictericis exhibendæ fortiores: ob uentris enim siccitatem, imbecilliores, inefficaces in ipsis cognoscuntur: quare in principio purgare non oportet, priusquàm per deoppilantia bilis attenuetur, & quodam modo ad intestina reducatur, maximi nãq; mali causam, purgationes in principio datæ præbuerunt. Itaq; conuenit primum deoppilantibus mox dicendis uti, atq; ubi attenuatio humorum ac deoppillatio fuerit facta, tum demum conueniens, & forte (ut dixi) pharmacum purgatiuum est exhibendum. Quod si primo purgatiuo pharmaco nihil proficias, rursus forte aliquod deoppilatorium pharmacum bibendum præbe, & post triduum rursus uiolentius pro secunda uice purgato inquit Rufus: ut etiam ad finem purgationis unà cum uehementissima mordacitate bilis excernatur, quæ cærulea magis sit quàm flaua. Ego itaque euphorbium, epithymum, aloen, petroselinum, & dauci semen misceo, ac ictericos purgo.

Optime etiam ipsos purgat hoc. Piperis longi scrupulos nouem, piperis nigri scrupulos quinq;, scammoniæ scrupulos sex, ammii scrupulos quatuor, seminis fœniculi sesquiscrupulum, seminis apii scrup. ii. & dimidium, caroi scrup. iiii. anisi scrup. iii. mellis quantum satis est, quo ad strigmentitiam crassitudinem redigatur. Datur nucis ponticæ magnitudine cum cochleari aceti albi & aquæ calidæ tantundem. In melancholicis autem ad prædictum dimensum farinæ epithymi scrup. iii. addere oportet. Vehementer commodum & hoc est. Colocynthidem magnam superne perforato, eiectoq; semine, id quod instar tomenti in ea est finito, ac uinū uetus dulce infundito, & pernoctare in ea permittito: mane uero per panniculum detritæ uestis diligenter percolato, & uinum calefactum his qui flaua bile abundant bibendum præbeto. Ad melancholicos autem epithymi scrupuli sex in uino dulci præcoquantur, id ipsumq; uinum colocynthidi infundatur, ac ut dictum est, bibendum præbeatur. Cyclamini quoq; radix trita potata, post deoppilantia remedia, aptissima est ad uiscera repurgãda: & ad bilem in uniuersa cute excludendam per sudorem: quare post eius potionem, sudorum excusionem per uelamenta ac concalefactionem in lecto iuuare oportet. Dantur autem ad summum ex ea drachmæ quatuor ex aqua mulsa. Quod si inflammatio circa partem aliquam uiscerum subiaceat, primum irrigationibus & cataplasmatis utendum est, & post ea ceratis & epithematis ad uiscerum inflammationẽ præscriptis. Præstat autem farinæ ammiscere rosmarinum herbam, florem iunci odorati, absinthium, artemisiam, abrotonum, ruta, cardamomum, chamæpityn, scordium, polium, ac chamædryn. Hæc enim singula ammixta urinã cient, quod morbo maxime conducit, & uisceribus inflammatis prodest. Cucurbitulis etiam utendum, hepate quidem affecto inani-

bus, & aliquando cum scarificatione: splene autem adfecto omnino cum scarificatione: inanes enim splenem nihil iuuant. Pharmaca autem quæ in potu accepta ab obturatione ictericos liberant, maxima ex parte urinam cient, uelut est apii decoctum, & adianti, ac similia: Vtilis est & absinthii cremor per se, & cum nardo indica, ac iunci rotundi odorati flore. Item pulegii decoctum, & calaminthes & uerbenacę rectę ac oxallidis. Est autem oxallis rumex acri sapore, suluis ramulis & foliis, caule quadrangulari eoq; semine referto, pallida radice: hæc sanè per se comesta, & radicis decoctum ad tertias redactum ac potatum celerrime auxiliatur. Prodest etiam rumex satiuus, & anchusæ radix, rubiæ radix, chamæpityos, rosmarini, & aristolochię. Mirifice etiam prodest, serpillum, hypericum, & eius generis plurima alia. Singula hæc in aqua ad tertias decocta cum uino dulci bibenda præbeto, aut contundito & cribrato, ac singulorum drach. i. dato. Præclare quoq; facit corticis raphani succus, uino meraco dulci permixtus aut uino mulso: ita ut succi cyathi duo, uini uini cyatho contemperentur. Datur item ualde commode cichorii & seridis succus, febrientibus quidem per se, febre carentibus cum uino: brasicæ item succus eodem modo, & cornu ceruini ramenta cochlearii mensura, petroselinum, anisum, asarum, rheon: commodissimum autem est chamæmelon quæ & leucanthemos adpellatur, itemq; buphthalmum. Aliud multi experimenti. Spumæ nitri albæ drach. ii. in uino ueteri dulci macerato trium cyathorum mensura, & per totam noctem sub diuo ponito, & ad triduum aut quatriduum bibendum præbeto. Aliud præter opinionem. Vermes terrenos coctos ac cum myrrha troglodytica tritos, in fabæ magnitudinẽ ex passo aut uino mulso dato, & postera die icterum per totiũ eũcient. Idẽ faciũt & absq; myrrha dati. Exhibe-

to hoc ad triduum,ac utere confidenter. Paſtillus ictericus,qui ictericis,& hepaticis mirabiliter conducit. Amygdalarum amararum repurgatarum drac. iiii.aniſi,comæ abſinthii,cuiuſq; drachm.ii.ſpicæ nardi drac.i.aſari drac.i.contundito & cribrato reliqua, amygdalas autem cum aqua terito,& paſtillos informato:ex quibus drac.i.febre carentibus ex uini mulſi cyathis iii.præbeto.Cæterum pharmaca quæ in potu accipiuntur omnia ſi fieri poteſt,in balneo exhibeãtur,ubi ægri in calidum lauacrum conſcendere parant.Plurimum autem diætæ uirium refocillatrici intentum eſſe oportet,per quam uis diſcretiua reparatur,& ſi quod membrum læſum ſit corroboratur,ac præſens coloris corruptio repurgatur: quapropter conueniunt exercitaméta,& geſtationes,& inunctiones ac exudationes ita ut ad pyriateria,hoc eſt,uaporatoria ſicca,& ad ſolem,& in balneis quoq;,corpus nitri puluere uſti,ac uini fece arida uſtaq; ac tenuiſſime trita defricemus. Optimum autem & ſerpyllum & thus pari modo cum oleo illita. Roſmarinus item herba in oleo decocta,ſi oleum illinatur prodeſt. Cibi autem omnes inciſorii ſint & attenuatorii,& quicunq; inter attenuatoria edulia prædicti ſunt in ſecundo Sermone: ex uolucrum quidem genere, montanæ:ex piſcibus uero,qui petroſis aquis degunt: ex oſtreis,herinacei recentes. Olera uero ſint quæ magis urinam cient,præſertim ſeris,intyba,aſparagi paluſtres,ſmyrnium, carduus, eryngium:ex fatiuis autem conuenit braſſica & aſparagus ejus,raphani,alia cruda & cocta.Carnes autem ferinæ manſuetis magis ſunt aptæ:pro liquamine ſeu embammate, ualet acetum in quo ſcilla & ariſtolochia ſint macerata.A fructibus abſtinendum. Bellaria ſint amygdalæ, ſed modice ſumantur,& cicer modicum torrefactum.Ex leguminibus cicer aſſatum,& maxime decoctum ipſorum aſſidue potatum.Ieiuni autem citrium comedant repurgatum. Vinum conuenit album & ſubadſtringens,neq; ualde uetuſtum:ubiq; autem mediocritas optima cenſetur. Quod ſi quippiam ex ictero circa faciem & oculos relinquatur,urinæ autem appareant puræ,aluusq; conſueto more egerat,& appetitus in nulla re obſtet,neq; infeſtet ſitis:& ut compendio dicam,quum omnes prædictæ acceſſiones fuerint ſedatæ,& tamen circa oculos uitiatus color relinquatur:narium infuſis utendum:fortiſſimum autem omnium eſt elaterium cum lacte muliebri infuſum,facit & cyclamini ſuccus,& melanthium cũ aceto:debilior his eſt anagallidis ſuccus, & ſuccus radicis betæ.Depurgat autem cyclaminus craſſiſſimum mucum:elaterium autem pituitam & bilem. Omniũ autem efficaciſſimum ad eos reperi atramentum ſutorium lacte muliebri diſſolutũ ac naribus infuſum: inde enim bilem large ex naribus deſtillantem uidebis.Oportet autem poſcam probe dilutã in ore detinere dum infunditur hocce pharmacum.Præſtat tamen primum cyclaminum infundi,quo craſſa per eã euacuentur,& poſtea ipſum ſutorium atramentum.

De malo corporis habitu: Archigenis. Cap.XIX.

Quum corporis habitus in aquoſitatem diffundi tur,cachexia,id eſt,malus habitus à Græcis appellatur,in quo uniuerſa corporis miſcella laxior fit ac emolleſcit,quod maxime ex ſomno inæqualiter contingente fit manifeſtum:corpusq; ipſum totum cum uirore albicans redditur ac inualidum,ita ut crura inter eundum uacillent,& in principio quidem concoctiones impediuntur manente etiamdum appetitu: poſtea uero & faſtidium accedit,& reſpiratio ipſis fit rara ac debilis,quæ motibus & actionibus condenſatur. Aluus etiam inæqualia recrementa excernit. Hæc affectio ut plurimum ex longo morbo congregatur:iam uero & ex uiſcere quopiam in ſcirrhum indurato conſequitur,maxime hepate & ſplene:neq;

raro in dyſenteria diuturna & affectionibus cœliacis contingit, ob cõſuetam item aliquam cohibitam excretionem. Capiuntur autem hac adfectione maxime ſenes, qui etiam maxime liberantur: immo & pueri, qui facile pereunt, propter uitalis firmitatis debilitatem, & quod ob cutis raritatem ſucci in eis facile tranſpirant. At uero qui in uigore ſunt, raro incidunt, & facile ſe inde extricant. Quod ſi diutius adſit malum in aquam inter cutem tranſit. Quod uero ad curam attinet, ſiquidem ex cõſuetæ excretionis cohibitione affectio contingat, admonere ac irritare eam ipſam excretionem oportet. Aut uenam incidere in cubito, ſi nihil ſit quod id fieri præpediat, paulatim ac partitis uicibus per triduum ſanguinem detrahendo. Si uero uenæ inciſio impediatur, conuenienti medicina depurgante ipſos purgare oportet, & maxime ex hiera Archigenis ex colocynthide apparata. Quod ſi hepar ſit adfectum aut aliquod aliud ex uiſceribus, medelam adhibere his ipſis conuenit, per auxilia ad ſingula ipſorum ſupra præſcripta. A localibus autem remediis, ad diætam uiribus reparandis aptam tranſeundum, per quam ſpes eſt eos qui huic malo ſunt impliciti ad reſtitutionem in integrum peruenturos. Diæta autem qua uires refocillantur in moderatis deambulationibus conſiſtit, geſtationibus, uocifera-tionibus, & defricationibus ſiccis per linteola ex lino crudo, deinde per inunctionem ex oleo, cui quædam quæ humorem reſiccant ſint infarta, ueluti ſunt nitrũ & ſales. Poſtea uero & exercitamẽta moderata conducunt. Ad laſſitudinis autem curationem balneum per interualla quædam adhibeatur: quod ſi quis ad frigidæ lauacrum adſuefieri poſſit, compendio ad omnem mali curationem peruenerit. Aquæ item quædam naturales calidæ robori ac uiribus reparandis conduxerint, quales ſunt aluminoſæ, ſulphurulentæ, ac nitroſæ. Mirabiliter autem ipſos iuuat aſſidua

abſinthii preparatio & adhibiti dropaces. Cibi eorũ ſint ſimplices, & qui facile concoqui poſſint, parum conditi olerum uidelicet gratia: ſi quidem opus ſit per ipſa urinam ciere, & aluum ſubmollire. Vinum conuenit eis album, tenue, odorum. Bellaria omnia uitent, omnia item nidoroſa: & graueolentia: humoris craſſi, & uiſcoſa, & quæ difficulter concoquuntur à cibis eorum ſint aliena.

De hydrope, ſiue aqua inter cutem. Cap. XX.

Hydropis differentiæ tres ſunt: alius enim aſcites, ab utre appellatur: alius tympanites, a tympano: & tertius ſarcites, aut iuxta carnem, hoc eſt, ſubtercus, à Græcis etiam leucophlegmatias nominatus. Aſcites igitur ſit, quum inter pelliculam peritonæum appellatam, & inteſtina plurima aquoſi humoris collectio contingit, ut uere utris modo pellicula ipſa repleta eſſe uideatur: aliquando uero ubi peius habent ægri uſq; ad fœmora tumor ꝓducitur, quãdo ſanè aſcitæ & ſarcitæ hydropis complexus factus apparet: unde aliquando quidem pedes inflantur, aliquãdo naturali modo habent. Tympanites uero flatus aere repleti ac ſuperflui plurimam collectionem in iiſdem uentri incumbentibus locis facit, ut in principio ſola inflatio eſſe uideatur: poſtea tamẽ flatus inſpiſſatur, & ueluti nubilus redditur, atq; ita unà cum flatu, quaſi nebuloſus humor conſiſtit ac congregatur: Infert autẽ tympanites multam circumtenſionem, atque in ipſo etiam uſq; ad fœmora & pedes tumor procedit. Porro ſarcites per omnem corporis coagmentationem ac miſcellã humorem diſſeminat, ut inſtar ſpongiarum aut papyri uniuerſa caro permadefacta appareat: atq; ob id totũ corpus ſimiliter ut ilia intumeſcit ac mortuo ſimile euadit. Communiter autem omnis hydrops ſpirãdi difficultatem, & tumorem, & grauitatem, & uitiatũ colorem inducit, ex uirore nimirum albicantibus ægris: faſtidiunt etiam cibum, potũ au-

tem largiorem plurimi appetũt, maxime qui ex aſci-
te laborant. Etenim humor qui in locis detinetur ſal-
ſus eſt & putrefactus, quare & ſitis & febris augeſcit:
ferè enim in totum plurimi ex hydropicis febriunt.
Conſequitur autem aqua intercus omnes morbos
qui habitum corrumpunt: una eſt enim ad hydropẽ
aptitudo, coagmentatæ corporis miſcellæ demoli-
tio & ruina. Contingit autem hæc aut ob ſuperex-
cellentem hepatis frigiditatem, aut ob aliqua alia
membra uehemẽter refrigerata, quæ hepar in eandẽ
diſpoſitionẽ deducere ualent: citra enim hepatis re-
frigerationem impoſsibile eſt aquam congelari & ali
quem in hydropem incidere. Coafficitur autem he-
par ſpleni refrigerato, aluoq; & inteſtinis, maxime
his quæ iuxta ieiunum inteſtinum ſunt, pulmoniq; &
renibus, ac ſepto tranſuerſo. Congregatur etiam ex
immodica hæmorrhoidum euacuatione, aut ex flu-
xu muliebri, aut ob menſtruorum retentionem, aut
ob aliam quandam magnam uuluæ affectionem. In
his enim omnibus nullum præter naturam tumorem
hepar habere conſpicitur, & tamen aquæ inter cutẽ
morbo corpus apprehenditur, ex ſola refrigatione
hepate in his in principio affecto: poſt uero aliquan-
do & durum fit, quod palam in illis uidere eſt, qui ex
intempeſtiua frigidæ aquæ potione hepar aceruatim
refrigeratum habent, ut ſtatim aquæ ſuffuſionem ope
retur, priuſquàm ipſum in ſcirrhoſum tumorem ele-
uetur. His autem qui ex frigidę potu aquam inter cu-
tem incurrerunt, uehementes ciborum appetitiones
fiunt, propter oris ipſius uentris frigiditatem. Multi
autem & à podagra & coxendicum dolore uexati,
aquam inter cutem inciderunt. Frequentiſsime autẽ
eos qui cibum non ſentiunt, & malo corporis habi-
tu pręditi ſunt, itemq; ab arquato infeſtatos, hydrops
conſequitur, cœliacam item affectionem & dyſente-
riam. Nouimus etiã quoſdam qui ex recta ſpiratione

quàm orthopnœan uocant, in aquam inter cutem
ſunt deducti. Cęterum huic affectioni non minus fœ-
minæ quàm uiri fiunt obnoxii: pueri uero ut plurimũ
ad hydrope ſarcite apprehenduntur. Eſt autem tym-
panites omnino periculoſus, minus eo aſcites: adhi-
betur enim in eo pertuſio ſiue punctio, quàm para-
centeſin Græci appellant, & reliquis quoq; remediis
promptius quàm ille obedit. Sarcites quoq; aliquan
do curabilis fit per ea quę cuti adhibentur humorem
detrahentia ac reſiccantia pharmaca. Omnes autem
inueterati hydropes & qui iam habitum corrumpũt,
ſunt periculoſi. Fiunt etiam aliquando bullę inter pe-
ritonæum pelliculam & inteſtina, figura ueſicæ ſimi-
les & ſeroſum humorem continentes: hæ ipſæ ſanè
per fluctuationes quaſdam inæquales deprehendun-
tur: nimirum proprium locum ſecundum lineamẽta
quædam diſtributum ac uelut circunſcriptum, ipſo
humore tenente.

Aſcitę ac tympanitę hydropis cura. Cap. XXI.

Quum itaq; difficilis ſit, quem ad modum prædi-
ctum eſt, aquoſæ affectionis cura plurimo artis auxi-
lio opus habet: in his igitur qui febricitant hydropi-
cis febre intermittente curam faciemus: itaque cata-
plaſmata ex farina ordeacea, altheaq; ac caricis ipſis
adhibebimus, ita ut in tympanite quidem magis ex
ſeminibus flatus diſcutientibus commiſceamus: in
aſcite uero magis ea quæ euacuant humorem. Cęte-
rum poſt principium efficaciora ſunt cataplaſmata
quę pro ordeacea, fabaceam farinam ſuſcipiunt, itẽq;
eruinam, cuiuſq; parem menſuram, coquũtur autem
cum muria aut aceto mulſo. Præſtat etiam loliacea
farina cum caricis, & abſinthio, hyſſopoq; & origa-
no ex aceto mulſo: item bulbi cum melle: aut armen-
tariæ bouis ſtercus ex poſca ſiue aceto mulſo: ha-
beat autem quartam partẽ ſulphuris uiui inſperſam,
admirandum hoc eſt, ac minime prætereundum. Va-

let & caprinum ſtercus in pueri incorrupti, & uene-
rem nondum experti urina impoſitum : humorem
enim per uentrem euacuat. Valet & lupini farina, aut
hederæ folia trita & uino decocta: aut ficuum partes
duæ cum cupreſſi coma, & nitro: aut lens paluſtris in
figulino uaſe deſiccata, trita & impoſita: aut cochleæ
crudæ cum carne ſua tritæ impoſitę, nonnenim priuſ-
quàm humor deſiccetur diſcedunt: aut alumen plu-
rimum læuo caprino exceptum impone: aut caricas,
nitrum, caſtorium, marrubium, aut filicem in pila cō-
tundito, & raphanos donec colliqueſcant coquito,
deinde ſimul terito, & farina ordeacea adiecta, cata-
plaſmatis modo imponito. Cataplaſma optimum
ad aſciten. Lathyridum partes iii. ſquamæ æris par-
tem i. radicis chamæleonis partes iii. coquantur in
aceto mulſo in quo adeps taurinus ſit præliquatus.

Aliud optimum ad aſciten. Stercoris columbini
partem i. ſtercoris caprini tantundem, buphthalmi
herbæ tantundem, aut leucanthemi, hæc tuſa in acer-
rimo aceto ac melle coquantur. Aliud Salis foſſi-
lis partem i. ſalis cappadocici partem unam, lathyri-
dum contuſarum partes tres, coquantnr ſimul aqua
marina aut ſulphurulenta. Optimum eſt hoc pharma
cum. Senſibiliter enim uidebis materiam euacuatam,
& tumorem diſcuſſum. Aliud. Rhois quo tin-
ctores coriorum utuntur ſextarium i. pollinis frumē-
tacei aut loliacei aut farinæ fabaceæ ſextarium i. thu-
ris quadrantem, aluminis ſciſſi quadrantem, imponi-
to cum aceto mulſo hydropicis, ſplenicis, dyſenteri-
cis, ac cœliacis. Aliud. Radicis cucumeris agre-
ſtis unc. xvi. ficuum pinguium unc. xvi. radicis altheæ
unc. xvi. Radicem unam quamq; per ſe tūdito ac cri-
brato: ficus uero cum uino coquito, ac probe terito,
ficcaq; trita inſpergito. Vtitor, per aluum enim hu-
morem educit. Aliud. Elaterii, ſtaphidis ſylueſtris,
ſucci hyſſopi, fellis taurini, ficuum. Omnia in morta-

rio tundito, ſubigito ac utitor. Poteris & prædicta in
ſecundo Sermone cura uti, de diuerſis uidelicet ter-
ræ differentiis. Cataplaſmata, quæ magis ad tym-
paniten faciunt. Farinæ fœnigræci, farinæ ordea-
ceæ, uirgultorum rubi, comæ abſinthii, foliorum ru-
tæ, ſeminis apii, cumini, ſiſonis aut liguſtici, mellis, &
uini, & olei. Aliud, ad hydropicos inflatos. Panis
contuſi ſextarium unum cumini ſextarii quartam par-
tem, ſampſuci quadrātem, pyretri ſextantem, euphor-
bii unciam unam. Cum uino mulſo uniuerſam ſpinā
& aluum uſq; ad mamillas & pudenda contegito, al-
ternisq; diebus ſoluito, atq; id quinquies aut ſexies
facito. Ego pro euphorbio ſtruthion conieci. Vn-
guentum Apollonii. Stercus accipitris cum ſylue-
ſtris braſſicæ ſucco aſſidue illinito, mirifice facit: ue-
rum melius fuerit ſi aquilæ ſtercus ammiſceris.

Aliud. Laterem diligentiſsime inſtar uaſis figulini
aſſatum cum hyoſcyami aut plantaginis ſucco terito,
& quàm craſſiſsime ad ſolem frequenter illinito.

Vnguentum ad hydropicos. Radicis cucumeris
ſylueſtris, radicis bryoniæ, utriuſq; libras duas, ſtaphi-
dis ſylueſtris ſexuncem, nitri ſexuncem, olei libram
unā, aquę marinę ſextariū unū. Quod ſi nō adſit aqua
marina, pro ea muriā coniicito, reſinæ à nauibus unà
cū cera deraſæ, apochyma Græci appellāt, libras tres.
Radices tenuiter cōtūdito, nitrū & ſtaphidē terito &
per triduū madefacito, deinde uſq; ad aquæ cōſum-
ptionem coquito, percolato, & apochyma adiicito,
quo liquefacto utitor, ex eo ſæpe illinens tumorem.

Epithemata hydropica. Cap. XXII.

Aſclepiadę. Epithema hydropicis ualde cōmodū,
quod adiacētē humorē abſorbet: quo etiā priuatim,
inquit Archigenes, utor. Farris cluſini appellati mola
tri i ſextar. ii. floris lapidis aſii ſextar. i. alii autem duos
habēt, mannæ ſextar. i. diligenter terito, & adipe ſuil-
lo ueteri, pbe ſubacto, & per noctē in uino macerato

excipito. Eius autem quantitas tanta sit, quãta ad hoc ut ad tactum molle reddatur pharmacum suffecerit.

Aliud. Seminis rutæ syluestris, quod besasa & harmala quidam appellant, contusi & cribrati sextarium unum, mannæ sextarii dimidium, adipis suilli ueteris quantum sufficit, ut prædictum est apparato.

Aliud, cui testimonium præbet Oribasius. Fœni græci trientem, farinæ ordeaceę quadrantem, stercoris columbini trientem, resinæ pinus siccæ lib.i. picis libram unam, ceræ libr.i. axungiæ ueteris libras ii. quæ eliquari possunt eliquato, & ad alia in mortario contusa & cum aceto trita adfundito. Aliud ex farinis epithema. Picis siccæ libras duas, resinæ pinus libras quatuor, ceræ libras tres, olei ueteris librã i. farinæ tritici, ordei, fœni greci, baccarum lauri, anisi, salis, farinæ radicis chamæleonis nigræ, singulorum bessem, uini austeri sextarium unũ, apparato ut prædictum est, ac utitor. Facit & ad hepaticas dispositiones. Ego autem, inquit Asclepiades, & chamelææ quadrantem adieci, & pro triticea farina, irinam admiscui. Pharmacum, quod omnem tumorem generose reficcat. Cimoliæ quadrantem, ceræ quadrantem, olei quadrantem, salis unciam i. resinæ à naubus cum cera derasæ drach. centum & sexaginta, farinæ fœni græci drachmas uiginti, foliorum brassicæ uiridium quincuncem. Liquefacta reliquis tritis in mortario adfunde. Aliud epithema ualde pulchrum. Stercoris caprini sextantem, stercoris bubuli sextãtem, stercoris columbini sextãtem, farinę fabaceæ sexuncem, calaminthæ, salis nitri, seminis apii, seminis daucis, seminis fœniculi, cumini, cuiusq; unc. i. panis aridi quadrantem, mellis sexuncem, terebinthinæ quadrantem. Vtitor. Epithema ex stercore caprino ad hydropicos, qui hepar induratum habent apparatum. Olei cyprini, aut si hoc non adsit uetustissimi lib. iii. ceræ libras duas, & dimidiam, stercoris

coris caprini bessem, baccarum lauri decorticatarum bessem, iridis bessem, terebinthinæ lib. i. sinapis, nitri, cyperi, pyretri, seminis raphani, corticis radicis cappa ris, cuiusq; quadrantem, medullæ colocynthidis unciam unam, fœni græci unciam unã. Aliquando quidem arida liquefactis insperguntur: aliquando uero aceto prius subiguntur. Ego autem, inquit Asclepiades, colocynthidis sextantem adiicio. Quod si aluus fluat, omnino colocynthidem amoueto. stercus autem caprinum si quidem aridum sit, tunditur & cribratur: molle autem & recens aceto dilutum teritur.

Malagma, quo Eras usus est: quod imponendum est: neq; prius amouendum quàm sua sponte decidat. Visci lib. i. lapidis asii sexuncem, calcis uiuæ quadrantem, olei cedrini libr. i. Viscum & oleum ad calidum ac feruentem cinerem coquito, insperfisq; aridis tritis, remollito ac utitor. Aliud. Caricarum pinguium lib. vi. aut iii. spumæ nitri lib. i. origani lib. i. sulphuris uiui quadrantem, cochlearum aphricanarum libram unam. Arida contundito & cribrato, ac ficis cum carne cochlearum cõtusis excipito, & melle cocto sufficienti adiecto utitor in linteolum infartis.

Aliud. Radicum brassicæ tenuissime tritarum libram unam, calcis uiuæ lotæ libram i. elaterii quadrantem, axungiæ ueteris libras tres. Ad formam malagmatis reducito, & in linteolum infarcito, ac per omnem aluum imponito, alternisq; diebus soluito. Vrinam prolicit. Malagma Ipoterium inscriptum: pharmacum accommodatum, ac prosperi successus, cuius periculum feci, inquit Philagrius, in hydropicis, splenicis, & affectionibus inueteratis: deprimit enim tumorem. Resinæ pinus torrefactæ lib. iiii. ceræ lib. ii. picis lib. ii. aluminis liquidi, nitri rubri, sulphuris uiui, mannæ, cuiusq; libram unam, aloes sexuncem, pyretri, aristolochiæ, ammoniaci, bdelii, amomi, cardamomi, uisci probe subacti, myrrhæ, radicis

cucumeris ſylueſtris, ſucci ſycomororũ, cuiuſq; quadrantẽ, olei lib.iii. aceti ſeſquiſextariũ. Quẽ ad modũ moris eſt apparato. Arida aceto diluũtur. Malagma ex baccis lauri aridis, ad hydropicos & ſplenicos, omnem duritiam diſſoluit, abſceſſus in profundo ſitos abſorbet. Ceræ, reſinæ pinus, picis brutiæ ſiccæ, nitri rubri, baccarũ lauri aridarũ, ammoniaci thymiamatis, adipis uitulini probe ſubacti, ſingulorũ lib.i. Arida cõtundito, ac per tenuiſſimum cribrũ excutito: quæ uero eliquari poſſunt liquefacito, eisq; arida inſpergito ac unito, deindeq; ammoniaco cũ aceto diſſoluto affundito. Ego etiã nitrũ cũ aceto diſſoluo. Emplaſtrũ Tonſoris appellatũ, ad ſplenicos & hydropicos. Hoc tonſor ex Bithynia uſus, multos à coxendicũ dolore in totũ liberauit. Picis ſiccæ lib.iiii. ceræ lib.ii. reſinæ pinus lib.i. farinæ fœni græci, pollinis radicis herbæ chamæleonis nigræ, cuiuſq; beſſem, cumini tenuiſſime triti trientem. Apparato, & ut dictum eſt utitor. Emplaſtrũ pardalis appellatum: Andreæ. Pharmacũ inueteratis hydropicis proſpere accõmodatũ. Grani cnidii depurati, rhois rubri, ſpumæ nitri, ſalis ammoniaci, ariſtolochiæ tenuis maxime corticis, radicis cucumeris ſylueſtris, terebinthinæ, cuiuſq; dra.iii. piperis communis, piperis longi, ammoniaci thymiamatis, iridis, bdellii, thuris, cardamomi, xylobalſami, caſſiæ, myrrhæ, amomi, adipis taurini, adipis caprini, reſinę pinus ſiccę, cuiuſq; dra.x. cerę ſeſquilibrã. Viſci probe ſubacti ſextantẽ, unguenti irini aut potius fecis ſexuncẽ, ſucci ſycomororũ ſextantẽ ſi haberi poſſit. Cerã, reſinã, adipem caprinũ, liquefacito, refrigerato, & cerati modo leuigata ac cõtecta aſſeruato. Bdelliũ autẽ & ammoniacũ & ſucci ſycomororũ ſextantẽ, præcedenti die in uini quincũce macerato, ſequentiq; in ſole terito, & cõiecto in mortarium cerato bdelliũ & reliqua cũ eo adiicito & diligenter tũdito, deinde arida ttita paulatim addito, & p biduũ

tuſa in denſam pellem recondito, ne quid inde tranſpiret. Quidẽ autẽ hyſſopi drac.iiii. addunt, & irinum largius affundunt, quo modo uſus eſt Eras Cappadox & Aſclepiades. Facit ad multas & uarias affectiones, facit ad hepaticos, ſplenicos, ſuppuratos, & arthriticos, podagricos qui à calefactoriis iuuantur, è coxendicum dolore laborantes, pleuriticos, præcordiorum affectiones, & omnia quæ concalefactione opus habẽt. Vtere & ad ſtrumoſos, emplaſtro ad ſtrumæ magnitudinẽ facto & impoſito: ſuppurat enim, perforat, rũpit, eademq; attrahit & cicatricẽ inducit. Conducit & ad oſſa contrita, educit ſpinas, & omnia in profundo fixa: facit & ad ſuppuratos præclare, & ad omnes duritias internas. Inflammationes autẽ internas eadẽ die ſoluit. Vtitor & ad tubercula, diſſoluit & cancerata & panos prodeſt cõuulſis & à ſcorpio percuſſis: ſumme autẽ hydropicis cõfert. Quod ſi & ad laſſitudinẽ neruorũ adq; dolorem leniẽdum uti uelis, ad unam emplaſtri partem, irinum, nardinũ, cyprinum, ſuſinum, butyrũ, lentiſcinum, adipẽ, œſypum, mel, ſingulorum æquales partes miſceto, & ad ſolidi ſtrigmenti craſſitudinem redigito, ac utitor.

Epithema hydropicis, ſplenicis: abſceſſus & furũculos ſanat: humores in profundo & in articulis reſicat: hydrocephalis, hoc eſt gbus aquoſus humor in capite cõſiſtit, itemq; herniæ quæ hydrocele appellatur, pro glutino exiſtit. prodeſt & hemicraniæ, tuberculaquoq; atheromata ac ſteatomata Græcis à ſpicarum, ſiue ut alii uolunt, pulticulæ, itẽq; pinguitudinis in ſe cõplexu appellata, curat. Nitri, chalcanti, ſalis, ſpumæ nitri, cuiuſq; quadrãtẽ, ceruſæ ſeptuncẽ, ceræ ſeptuncem, olei lib.i. in eſtate autẽ dextantẽ. Oleũ cũ ceruſa donec nõ ingnet amplius coquito, cerãq; eis adiicito: qua liquefacta, reliqua in mortario terito, ac ad mellis compagem redigito: eisq; cocta infundito, ac utitor. Eſt enim experimento cognitum.

Malagmata quæ euacuant humorem: ex libris Aſclepiadæ. Cap.XXIII.

Grani cnidii repurgati drach.x.medullæ colocynthidis drachm.viii.ſucci cyclamini ſicci drachm.xvi. ſcammoniæ,elaterii, piperis albi, myrrhæ, cuiuſque drachmas iiii.polypodii drachm.viii.abſinthii drach. xvi.amurcæ drachm.xvi.fellis taurini drachm.xvi.ſagapeni drachm.viii.cerati cyprini quantum his excipiendis ſatis eſt. Sufficiunt autem ceræ dextans, olei cyprini unciæ xviii.hæc linteolo infartam pectini ac lumbis imponito,ita ut osuentris cuſtodias illæſum. Summe prodeſt,inquit Archigenes,adeo ut quidam hoc ſolo ſe hydropicos ſanaturos confidant. Aliud, quod large citurinam,totiq; affectioni opitulatur.

Radicis cucumeris ſylueſtris, radicis chamæleonis,ariſtolochiæ longæ,corticis radicis rubi ſicci, ſingulorum libram unam,æruginis uermiculatæ, recrementi plumbi,aluminis ſcisſi,ſeminis apii, ſulphuris, acori,aſari,petroſelini nardi celticæ, cardamomi, ſingulorum trientem,ceræ libras duas, terebinthinæ liquidæ,picis brutiæ,adipis taurini, cuiuſq; libram unã apparato,& imponito ut prædictum eſt. Aliud.

Veratri nigri,nitri,piperis,fellis taurini,ſingulorum æquale pondus melle cocto excipe, & utere ut dictum eſt.

Epithemata,quæ poſt euacuatos humores adhibita pro glutino ſunt. Cap.XXIIII.

Mellis libras duas, myrrhæ ſextantem, thuris unciam unam. Mel uſq; quo uiſcoſum fiat decoquito: eiq; myrrham ac thus tenuiſsime trita adiicito, ſimulq; ſubigito, & ſpongiæ nouæ infarta per omnem aluum imponito, colligatoq;, cute quodam modo conſtricta,& tertio die ſoluito. Aliud. Thuris drachm.viii. gummi drachm. viii. roſmarini herbæ exiccatæ drachm.x.mellis libras duas, apparato, ut dictum eſt:ſimiliterq; utitor poſt euacuatos humores. Aliud epithema quod poſt humorum euacuationem,toti affectioni ſe opponit. Lapidis aſii ſextantem,farris mola triti unciam unam, thuris trientem, chamæleæ contuſæ & cribratæ drachmas quatuor, adipis ſuilli ueteris quantum ſufficit. Vtere ut dictum eſt. Emplaſtrum Magus appellatum:quod quidam etiam Hepheſtiadis nomine inſigniunt:facit ad ſinus, & fiſtulas conglutinat ac reſiccat præter opinionem. Egregium cenſetur & ad hydropicos & ad herniam hydrocelen appellatam. Spumæ argenti ſexuncem, lateris furno aſſati ſeſquilibram, ſcoriæ argenti, quæ helcyſma Græcis appellatur libram unam, olei libras tres,ceræ ſeſquilibram,ſucci coriãdri ſeſquiſextarium, alii ſextarii dimidium accipiunt. Oleum, ſpumam argenti,helcyſma & laterem tenuiſsime tritum, itemq; ſuccum,donec amplius non inquinet decoquito,deinde ceram liquefacito,& percolatam adiicito, ac unitis utitor. Quę difficulter aliàs ſanantur ad cicatricem perducit. Præſtat autem arida prius contundi, & cum ſucco in mortario teri, ac deinde decoqui. Quidam autem pro cera, pentatheton pharmacum coniecerunt,& ad hydropicos uſi humorem reſiccarunt. Epithematis igitur perſeuerantius & promptius utimur, ſi abſit febris: quod ſi febres ſint coniunctæ, per interualla quædam aſſumuntur. Cæterum ad tumores crurium hydropicorum,panem madefacere oportet tereteq;,ac ſale tenuiſsime trito ammixto, illinire, ac quatuor horis ſinere. Quod ſi aquoſus humor defluat, ſpongia mundare, ac panniculo ueſtis detritæ extergere, oleoq; myrteo, aut melino, aut lentiſcino inungere.

Aquam ducentia remedia, hydropicis ualde commoda. Cap.XXV.

Smilacis quæ iuxta aquas in ſepibus reperitur,ac ſiliquas producit quem ad modum hortenſis ſmilax, quæ lobia appellatur,huius foliorum ſuccum ſextarii

unius mensura accipe,& ad tertias decoque, indeq; cyathum unum bibendum præbe. Aliud. Similacẽ accipe & donec fiacceſcat in aqua decoque, deinde unà cũ decocto folia ipſa tere uſquequo ſuccus inde exprimatur:& ex eo cyathum quotidie bibendum præbe donec ſanetur:in his autem qui perfectæ ſunt ætatis plus omnino exhibendum eſt. Aliud,quod aquam ducit. Seminis cnici drac.iiii.aloes unciam unã, grani cnidii ſcrupulos vi.ſcammoniæ ſcrup.iii. cum ſucco ſcorpiuri cæruleum colorem habẽtis capotia informato,& ex eis his qui iam primum inciderũt ſcrupulos iii.exhibeto:quibus autem in tumorem malum procesſit,ſcrupulos vi.ieiunis.

Quæ ad ciendam urinam hydropicis bibuntur. Cap.XXVI.

Porrò toto curationis tempore, aliquo iſtorum potuũ utendũ erit. Cancri fluuialis decorticati interioris exiccati,manibus,ac pedibus,auulſis lib.i.aſari lib.i.In aqua permiſce ex ipſo flumine unde cancri ſunt extracti,ac bibendũ præbe: aliquando pro aſaro,opobalſami par pondus coniicitur. Aliud.Coralli drach.i.aluminis ſcisſi drach.i.cum calaminthæ ſucco aut decocto in paſtillos digerito, & ex ipſis obolum unum,cum calaminthæ decocto bibendum præbeto.Summe (inquit Archigenes) & nephriticis conducit.Laueris item decoctum exhibeto, idemq; lauer edẽdum dato,aut trifolii bitumen olentis drac. i.ex uino,aut iũci odorati,aut nardi,aut aſari,aut phu, aut mei decoctum,aut corticis radicis ari,aut ipſius radicis drachmam unam,ex uino,aut ſeminis uiticis drachmam unam,ex uino,aut radicis bryoniæ concisæ decoctum,aut anagallidis cæruleæ ſuccum per ſe, aut arnogloſſum ab aridorum ciborum comeſtione quotidie paucum comedẽdum præbe, ita ut inde reliquo cibo utatur: aut ſeminis hyperici drachmam unam,ex uino,aut cicerum decoctum aut ſcillinum

acetum aſsidue ſorbeant.Etenim ex eorum numero quæ citra grauitatem urinam cient,eſt ſcilla aſſata delincta ex melle:aut ſcillam aſſatam terito, eiq; farinæ erui albi par pondus ammiſceto, ſiccato, ac drachm. i.ex uino dato: aut polium, aut ſampſucum ex uino decocta bibenda præbe.Egregie etiam commodam myurum herbam perhibent, quæ folia a limo ſimilia habet,uerum per terram ſtrata eſt, ac uelut corymbos in ſummo oblongos habet:hanc itaq; decoctam aſsidue bibendam præbeto, experimento conſtat. Aut herinacium terreſtrem excoriato,eiusq; carnem in ſole exiccato,ac drachmam unam ex uino tritam præbeto. Præter opinionem etiam faciunt uermes terreni cocti triti ex uino potati. Eſt & compoſitum pharmacum quod urinam ciet ipſis conuenientiſſimum, hocce:Carpobalſami, ſpicæ nardi, caſſiæ, cumini, radicis dulcis, hyperici, floris iunci odorati, aſari, amomi, dauci, ſmyrnii, petroſelini, calami aromatici, piperis,ſeſelis, ſpondylii, omnium æquale pondus.Conducit etiam unumquodque per ſe.

Orybaſii pharmacum aquam ducens. Salis ammoniaci drachmam unam, maſtiches drachmas duas,euphorbii drachmam unam.Hæc pro una uice dantur:eſt autem ex fortiſſimis remediis. Potiones aquam ducentes, ex Aſclepiade. Cæterum per interualla longiora uti conuenit pharmacis aquam ducentibus, nam incommodus eſt aſsiduus eorum uſus, utpote qui uires ipſas diſſoluit. Similiter autem & his quæ urinam cient per modica interſtitia utendum eſt. Ducunt autem aquam, quem admodum, conuenit inter Eran, Dioſcoridem, Aſclepiadem, & Archigenem hæc. Radicis ſtruthii decoctũ,polypodii decoctum, corticem radicis tithymalli characitæ appellati contuſum & cribratũ ſcrupulorum quatuor pondere in uino per integrã noctẽ macerato,ac mane uinũ ipſum bibendum præbeto:

ueſtigio enim aquam educit. Aliud. Radicis cucumeris ſyluestris contusæ & cribratę obolos duos in uino adstringente per triduum macerato, ac per dies tres ex ordine præbeto, factoq; interstitio rursus eodem modo, dato quousq; tumor demittatur. Inde enim aquositas leniter secedit: neq; stomachum hoc lędit, & uires conseruat. Aliud, quod multam aquam per aluum ducit. Ex solano hortensi succum expri-mito, & quotidie donec perfecte curentur cyathum unum bibendum præbeto. Aliud. Salis fossilis melle subacti & assati drachmas duas, piperis longi drachmas ii. conterito, & cum succo ptisanæ totum præbeto. Hæc enim est perfectum dimensum.

Aliud. Radicis umbilici ueneris drachmam unam, scillæ repurgatæ drachmam unam, contere, & cum uini mulsi cyathis duobus per horam pro una uice ieiunis bibendum præbe. Aliud. Euphorbii drac. i. salis communis drachmas tres, castorii drachmas quatuor, alii drachmam unam habent, contundito & cribrato, dimidium q; ex aqua calida exhibeto.

Aliud. Chamelææ, petroselini, piperis, æquales partes omnium contundito, & cochlearium ex aqua calida dato. Eclegma ad hydropicos. Seminis ricini ex herba quæ cici appellatur depurati numero grana triginta quinque, spumæ nitri cochlearia duo, probe contrita melle excipito, atq; id totum delingendum præbeto, & aquæ mulsæ calidæ cyathos tres, ab eius sumptione bibendos porrigito. Euacuat adhærentem humorem citra læsionem: & purgat aliquando usque ad dies aliquot. Oportet autem ante eius sumptionem commoda diæta uti. Aliud inexuperabile. Grani cnidii repurgati drac. iiii. lathyridum mundatarū drach. iiii. euphorbii drac. ii. aloes drac. ii. gummi drachmas tres, aqua subigito, & catapotia erui magnitudine formato, ac perfectis ætate septem præbeto, & uini meri immixti cyathos quatuor inde

bibendos dato. Reliquis autem iuxta uirium tolerantiam exhibendum. Aliud Xystici, siue Spiculatoris, ex cuius solius usu sanabatur. Grani cnidii repurgati drachmas octo, probe cōterito, squamę æris drachmas sex, lapidis magnetis drachmas sex, seminis ricini drachmas quatuor, succi scillæ mundatæ cyathos duos mellis cyathos duos. Succum & mel usquequo cogatur coquito, ac reliquis adiectis catapotia ciceris magnitudine formato, eaq; pro uiribus exhibeto: ita ut aqua mulsa ab eorum sumptione bibatur. Pueris autem unicum tantum præbitum sufficit Aliud.

Æris usti drachmam unam, foliorum rutæ drachmam unam, stercoris columbini drachmam unam, salis communis parum. Hoc totum cum dimidia hemina uini tenuis præbeto. Aliud potabile, lageniū appellatum commodum his quibus uenter plurimū tumet, & reliquum corpus molle est & laxum.

Radicis bryoniæ repurgatæ drachm. xx. myrrhæ drachmas octo, cumini æthiopici drachm. vi. anisi drachm. vi. seminis capparis drachmas sex, uini adstringentis sextarios ii. passi cretici sextarios iiii. Radicem bryoniæ cum reliquis in mortarium coniicito, atq; citra myrrhæ admixtionem tundito, omniaq; in uas uitreum recōdita affusis liquoribus macerato, & post septimū diem percolato, ac myrrham simul dissoluito: indeq; cyathos quatuor ante cibū exhibeto, & rursum interiecta die cyathos quinq; præbeto: ac rursus interposita die, cyathos sex offerito, atq; deinde rursus carnem ferinā assatam edendam dato, & uinum austerum meracius in potu. Aliud pharmacū, quod prosp re accommodatur, & aquam multam per sedem educit, optime etiam cit urinam: Grani cnidii depurati drachmas quatuor, radicis bryoniæ drachm. quatuor, scillæ crudæ mundatæ drachm. x. cumini æthiopici drach. iii. lathyridum drachmas ii. myrrhæ drachm. iiii. uini adstringentis sextarios iii.

Arida tusa per dies septem macerato, ita ut quotidie bene circumagites: deinde percolato, ac dissoluta myrrha, prima die cyathos tres præbeto, secunda duos, tertia unum. Facta autem purgatione, uirium refocillatrice diæta utitor. Aliud, urinam ciens, aromaticum, Grunion à torrentis similitudine appellatum, quo usus est Eras & Asclepiades. Oportet autem purgatiuo quod ei præscriptum est præpurgare, atq; ita ipsum quod urinam ciet pharmacum exhibere. Purgatiuum autē quod præexhibetur hoc est. Succi tithymalli recentis cyathos ii. aloes drachm. iiii. Aloem in succo dissoluito, & in catapotia magnitudine ciceris redigito, indeq; duo, aut pro uiribus dato. Porrò ubi probe purgaris, ipsam urinam ciens pharmacum propinabis, cibo bis aut ter per diem exhibito. Cum animaduersione autem utaris, & ubi urinam profluam uideris, ne amplius dederis: quod si non feceris, urinam cohibere nequibis. Compositio ipsa hæc est. Seminis apii drachm. xi. myrrhæ drachmas vii. dauci drachm. vii. croci drachmas vii. mei drachm. vii. phu drachmas vii. acori drachm. iiii. floris iunci odorati drach. iiii. seminis fœniculi drach. iiii. aut vi. asari drachm. vi. spicæ nardi, casiæ, cinamomi, seselis, sabinæ, singulorum sesquidrachmam. Excipe uino odorato, & pastillos, quosdā triobolares, quosdam diobolares, alios etiam unius oboli põdere formato, eosq; pro uiribus præbeto. Facit & ad calculo laborantes cum uini diluti cyathis tribus.

Aliud, urinam ciens. Seminis fœniculi, cardamomi, radicis eryngii, corticis radicis capparis, cuiusque drachm. i. stercoris columbini cochlearia duo, conterę, & cum aqua catapotia ciceris magnitudine informa, & v. ex eis quotidie præbe. Potus hydropicis commodus experimēto constans, qui tum per urinas, tum per uentrem euacuat. Caroi scrupulos uiginti septem, fœniculi uncias tredecim & dimidiam, anisi scrupulos xiii. & dimidium, cumini latis scrupulos v. mei sesquiscrupulum, iridis siliquas tres, mellis sesquilibram, uini libras sex, exhibe mensuram mediocrem ieiunis in insessu solii balnei præcalefactam: est & suaue gustui. Alius potus ciens urinam, ex cuius usu insignem uirum tympanite detentum, seruatum uidimus, etiam si à multis medicis iam esset detritus. Ammoniaci thymiamatis sextantem, radicis herbæ lonchitidis sextantem, petroselini sesquiunciam, calami indici, costi, cinamomi, spicæ nardi, piperis longi, myrrhæ stactes singulorum unciam unam, seminis rutę quadrantem, phu drachmas quatuor, styracis drachmas quatuor, phylli quadrantem, mellis despumati quantum sufficit. Excipe melle, & fabæ ægyptiæ magnitudine præbe, cum calidæ aquæ cyathis tribus. Aliud ualde commodum, ducit urinam multam, & ad lumborum dolores facit, itemq; eos quibus pituita in uniuerso corpore abundat, ad pleuriticos, peripneumoniacos, quartanarios, articulorum morbum, ac tetanicos, quibusdam cum uino, aliquibus cum aceto mulso, aliis uero cum aqua mulsa. Habet autem hoc modo. Aristolochiæ, myrrhæ, absinthii, abrotoni maxime seminis, iridis, canchryos, singulorum drac. iiii. anisi, cedridū, radicis panacis, pyretri, ammoniaci thymiamatis, cardamomi, singulorum drachm. i. cumini drachm. ii. & obolum i. Digerito in pastillos, quorum aliqui tres, aliqui duos, aliqui unum obolum habeant: eosq; pro uiribus exhibeto. Oribasii, ad hydropicos. Amara ex aceto mulso confectio, paulatim euacuat, nihil ex uiribus subuertens: est autem in stomachicis relata. Aliud urinam ciens, Oribasii. Aluminis liquidi ad fabæ magnitudinem in aqua dissolue, & per linteum excolatum bibendum præbe. Aliud.

Opobalsami, spicæ nardi, carpobalsami, casiæ, cumini, radicis dulcis, hyperici, floris iūci odorati, asari,

amomi,dauci,seminis smyrnii,petroselini,calami aro matici,piperis,seselis,spondylii aut umbilici ueneris, omnium æquale pondus,præbe cochlearium cum uino mulso.Conducit etiam unumquodq; perse.

Pessus siue talus ad hydropicas mulieres. Ani si,cumini,cardamomi,nitri,aristolochiæ,pulegii,fœ ni græci,medullæ ficus, omnium æquales partes cũ uino subige ac utere.

Cura post euacuationes. Cap.XXVII.

Post auxilia quæ humores euacuant, ligamentis ægrum amplecti & constringere oportet, ab extre mis autem partibus incipiamus, ac ligamentorum distributionem ad supernas partes faciamus : ita ut sæpe super ipsa ligamenta spongias posca imbutas imponamus iuxta tumefactas maxime partes. Ven tri uero uniuerso quædam ex præscriptis epithema tis imponantur,quæ post euacuatum humorem ad hibentur.Reliquum diætæ concredendum : quæ sa nè in moderatis deambulationibus sita est, exercita tionibusq;,ac fricationibus. Adhibeantur autem & inunctiones & exercitamenta:si sol adsit,in sole,capi te tamen uelato:sin frigus sit, in domibus per subie ctum ignem concalefactis, aut iuxta ignem : obuol uendi etiam ægri in pellibus sole ustis,aut in arenam defodiendi.Post exercitia extergantur,aliquãdo etiã lauentur propter fatigationem:in balneo autem siue insperfione, siue confricatione huiusmodi utantur. Sampsuci,nitri,cumini,melãthii,seminis rutæ sylue stris,singulorum unciam i. foliorum rhododaphnes siccorum,sextantem.Vtẽdum quoq; in sole luti ob litiõe,quem ad modum prædictum est in secũdo De terrarũ differentiis Sermone. Porrò quũ res feliciter ꝓcesserit,& tumor fuerit imminutus, & uires aliquã tulum in integrum restitutæ,præ omnibus ex frigida lauatio fiat. Neq; uero balneæ sponte naturæ calidæ inepte hoc tempore ipsis exhibentur: ab exterſione

autem cibi offerendi:qui sanè communes sint cum his qui post hydropis subter cutem curã describẽtur.

Cura hydropis qui proprie subtercus appellatur. Cap.XXVIII.

Hydrops subtercus, qui aliquibus etiam leuco phlegmatias appellatur,maximam curandi rationem in insolationibus habet:itaq; tumefactæ partes ad so lem exponantur,capite saltem uelato,cauendo etiam ne tumor uehementius supercalefiat. Si enim corpus supercalescat,febres accedunt,unaq; cum ipsarum fe brium generatione tumores duplicantur,atq; id mul to magis quum febres remittant,ac tumor refrigera tionem capiat. Vtendum igitur fricatione prima qui dem die per modicum oleum moderate ac molliter facta:in progressu autem & sicca & multa & cum in tẽsione magis appressa:deinde etiam per lintea aspe riora.Oleum autem quod ad inunctionem appara tur,scillam mediocri magnitudine ad tres olei sexta rios habeat incoctam, aut canchryos uncia una ad heminam olei addatur, & facta percolatione utitor. Ab inunctione autem exercitiis utantur ac pro uiri bus currant:indeq; sudorem per lintea asperiora ex tergant,& post hoc oleo dulci ungantur. Cæterum post dies aliquot nitro tenuissime trito per uniuer sum corpus large conspergantur,sustineantq; ex eius morsu exudationem,deinde rursum sudorem exter gant ac oleo dulci ungantur. Optime autem facit & fricatio ex sale in aqua aut oleo trito donec uiscosum reddatur,si cum eo in sole aut iuxta ignem fricentur. Valde enim celeriter & sudores elicit plurimos, & carnem cogit,siue in sole,siue iuxta ignem defricen tur,modo caput habeant probe contectum. Vtendũ & in puluere uolutationibus,si aut cimolia tenuissi me trita substernatur,aut super asium lapidẽ deuoluã tur. Aliquando autẽ & arena probe à sole ignita, aut pellibus similiter à sole feruefactis ægrum occulere

ōportet,capite tantum uelato, & facie cum ſpongia asſidue exterſa. Poſt hęc autem aqua marina,aut etiã aluminoſa aut ſulphurulenta lauetur. Aliquibus enim qui ad huiuſmodi lauacra adſueuerunt, ea ipſa tum ad deterendum morbum,tum ad habitum ualentiorem reddendum ſuffecerunt. Adhibenda etiam his oblitio ex luto,ueluti prædictum eſt in ſecundo De terrarum differentiis Sermone.

Cataplaſmata ex libris Aſclepiadæ. Cap. XXIX.

Optime conuenit & his cataplaſmatum admolitio,eorum præſertim quæ reſiccare ſimul & uiſceribus firmitatẽ addere poſſunt,pueris maxime ac aliis qui mollem carnem habent: qualia ſunt ex malis coroneis,myrti baccis,pampinis uitis,malicorio, ac lenticula decocta,aliquando quidem per ſe, aliquando inuicem permixtis. Efficacisſima ſunt etiã corna exacinata tenuiter trita: item rhus culinarius cum polentæ flore, & quæ eis ſimilia exiſtunt,& alumen ſanè cum duabus adipis caprini partibus ſubactum. Neq; uero inconueniens ruta ipſa cenſetur ſi per interualla adhibeatur,neq; bulbi cum melle triti. Plurimum etiam cohibent ac adſtringunt tumorem origanus,aut thyma: aut abſinthiũ: aut hyſſopũ, aut nitrũ cum caricis diligenter trita: aliquando hæc ipſa loliaceæ farinę in poſca decoctæ permixta adhibẽtur. Stercus item bubulum conuenienter reſiccatum,non inepte cum poſca aut aceto mulſo imponitur infarcta ſulphuris quarta parte. Caſeus quoq; recens multum coaguli habens,optime ad omnes tumẽtes partes impoſitus facit. Similiter & cochleæ crudæ tritæ & impoſitæ: adglutinãtur enim neq; diſcedunt priuſquàm uniuerſus humor reſiccetur: fermentũ etiam ſale multo permixtũ cõmode locis adhibetur, aut panis cum puluere hyſſopi: aut fabacea farina aqua marina & melle cocta, pari abſinthii modo adiecto: aut farinã halicæ fermentato,& cum raphani emollito cortice impo-

nito, aut lentem paluſtrem in figulinò uaſe ſiccato,ac terito,& cum prædictis cataplaſmatis uice imponito. Porrò ex eorum quæ tumores cohibent numero,eſt & id quod byne appellatur: eſt autem ordeum madefactum,quod germen emiſit, & deinde unà cum enatis ligulis toſtum eſt: ſi tritum pro cataplaſmate imponatur. In principio igitur adſtringentibus cataplaſmatis utendum eſt,deinde paulatim ad reſiccantia tranſeundum, poſtremum etiam ea quæ firmitatem addunt adiicienda. Cæterum omnia impinguantia & reſinoſa cerata ac malagmata ſimiliaq; uitanda ſunt,ueluti quæ inflent & tumores diſtendãt. Asſidue autem & crura,& manus aliæq; tumefactæ partes in ſole aut iuxta ignem,ex his inungantur. Sulphuris uiui, thuris, aluminis ſciſſi, æquales ſingulorum partes aceto contere, ac utere. Experiri etiam Herodoti remedium conuenit, neque enim minus quàm ipſa fricatio auxiliari poteſt: ueſicis itaque bubulis aut etiam aliis magnis omnino, ac probe inflatis,& uacuis,tumentes locos pulſato, atque id autoritate tum Archigenis,tũ Herodoti facito: inde enim citra moleſtiam caro condenſatur, neq; dolore, neq; repercuſſione duriore reſultante.

Chirurgia hydropis ſubter cutem. Cap. XXX.

Omnibus prædictis efficacius auxilium in hac hydropis ſpecie chirurgia præſtat, Aſclepiade autore. Fiſſuras autem circa internum talum infligere oportet in loco quatuor digitorum ſpatio ſupra talum eminente, ea profunditate, qua quis in uenæ ſectione utatur. Pauco enim ſanguine in principio euacuato, per reliquum tempus indefinenter aquoſitatis excretio procedit, citra omnem inflammationem, ut neq; claudi fiſſura poſſit,niſi humore omni ante expenſo, & homine gracili relicto, atq; id cito contingit, nulla inflãmatione ſciſſuram occupante, ſed ipſa in qua-

dam congruenti temperie permanente, quo omne alienum per ipsam excoletur, & ut nullo opus sit extrinseco pharmaco. Præterea periculum hic nullum uerendum est, uelut in hydropis ascitæ pertusione: non enim coaceruatim quem ad modum illi euacuãtur, at uero si quis uelit, excretione plurima facta, eam cohibere, nihil uetuerit ipsas in talis fissuras linamentis obturare, ligamentisq; constringere: atq; ubi rursus prodire quid uelimus, laxatis ligamentis, & ablatis linamentis, gestatoq; ac moto ægro, excretionem irritare. Leonides autem inquit, Quod si excretio fissuræ supra talos tardius prodeat, necesse est etiam alias corporis partes findendo diducere: ueluti scrotum tumefactum, fœmora, pudenda, locus supra manuum iuncturas. Quidam enim uulnusculis pluribus ac altioribus incusis, plurimam aquosam substãtiam exhauserunt. Et Hippocrates sanè non supra talos adhibet chirurgiam, sed iuxta scrotum & fœmora uulnuscula infligere iubet, eaq; sale maxime confricare: hic enim modus paulatim & incessanter humorem educit, & ualde celerem compressionem tumores ipsos recipere, ipse tradit. Porrò si aliquibus excretionem amplius mouere uelimus, post impacta uulnuscula, & talorum lancinationes, eos ipsos pro deambulatione, ferculo gestamus aut lectica sublimes circumuectamus. Cæterum Archigenes ita prodit, Non sunt audiendi, inquit, qui per huiusmodi lancinationes nihil excerni dicunt, quin potius cum fiducia hæ ipsæ incut endæ: nam & nos, inquit, his cutis fissuris sumus usi, & per ipsas quàm plurimum exclusimus humorem, ut & fœmora, & suræ, & superior uenter euidenter sint demissa ac compressa.

Reliqua prædictorum cura. Cap. XXXI.

Maximum hydropis subter cutem auxilium uomitus præstant, quod ipsum difficile est in ætate puerili adhibere, propterea quod non facile ut id admittant

tant persuaderi possunt: quare uarias excogitabimus artes, quibus uomitum concitemus: tonsillas uidelicet pinnulis aut digitis oleo illitis irritando: aut ficus assata oleo imbuta & piperis puluere consperta, post deambulationes à somno exhibeatur. Butyrum etiã cum melle gustandum præbeatur: aut raphanus coctus adipose conditus detur, aut salsamentum pingue cum oleo multo offeratur, aliquando etiam aceto ammixto. Sunt & alia plurima quæ uomitum mouent, relata in tertio Sermone. Amplius autem tum uentrem, tũ intestina ligamentis adstringant, itidemq; omnem cutis coerceant tumorem. Fiant autem ligationes ab extremis partibus incipiendo, & ad supernas procedendo. Vinciendæ etiam partes, manus uidelicet & pedes, oleo cyprino prius illinantur: spongiæ item imponantur latę ab acida muria optime expressæ: poteit & iuncus odoratus, aut rosmarinus, aut pulegium, aut calamintha, & maxime omnium absinthium in ipso aceto decoqui. Post uero ligamenta ipsis spongiis circumdentur. A uomitu prospiciendũ ut inferior aluus inclinationem ad uomendum permutet: ueteri salsamento crudo ante cibum reliquum accepto: mercurialis item cocta saleq; ac oleo cõdita in uino tincta sumatur: aut decocti ipsius sesquicyathum cum sale dato: quædam etiam in ascite dicta his exhibeto. Præbenda & quæ urinam cient, uelut est daucus, seseli, cardamomum, radicum asparagi decoctum, trixaginis, radicis trifolii decoctum, aut ipsius radicis drachm. i. ex uini cyathi iii. radix eryngii sicca cum uino, item decoctum eius in potu acceptũ, seminis uiticis drachma una. Commode etiam seminis hyacinthi bulbi drachma una cum uini cyathis tribus potatur: urinam enim ducit. Quidam autem hyacinthi flore coria tingunt. Inter omnia autẽ pharmaca quæ omnibus hydropicis, maxime tamen eis qui subtercutaneo dicto laborant exhibentur: præ-

ſtantiſsimi ſales theriaci cenſentur tum cibis ammixti, tum in liquamenta additi eorum qui ad perfectã ętatem peruenerunt. Eorum autem apparatum in xiiii. reperies Sermone.

Communis diæta omnium hydropicorum: Archigenis. Cap. XXXII.

Poſt quotidiana exercitia cõmunis omnibus hydropicis diæta hęc ſit. A baridarum rerum cõmeſtione initium faciemus: quod ſi tamen intenſa ſitis inſtet, parum quid delibandum dabimus ſolatii tantũ gratia, & leniendæ ſitis. Sit autem uniuerſus cibus facilis concoctu & ſufficienter coactus: exolutus enim aptus eſt ut in aquoſitatem cõmutetur: ſit itaq; panis optimus clibanites, qui ſalem, ammium, & fœniculum habeat admixtum, conueniunt etiam cochleæ aſſatæ, oua aſſata, & auiculæ ficciores, uelut perdices, coturnices, turtures. Ex terreſtribus, lepus, capra ſylueſtris, dorcades. Ex manſuetis, extremæ ſuum partes: ex aquatilibus, cancri, locuſtę, herinacei recentes, ſquillę: Olerum rarus ſit uſus: quæ uero ex eis exhibentur acriora ſint, & magis ſylueſtria, uelut eſt coronopus, eryngium, paſtinaca, porri capitati, allia cocta. A leguminibus uero abſtineant in totum. Pro liquamine utantur aceto cum pipere & laſere, aut quibuſdam ex oxyporis cito penetrantibus ad colicos deſcriptis. Sales ſint ex roſmarino, fœniculo, hyſſopo, ſilphio, liguſtico, & apii ſemine compoſiti. In potu tantũ præbendum quãtum ad infringendã aliquo modo ſitim ſufficit: incommodus eſt enim eis plurimus potus. Porrò maximam ciborum partem in cœna accipiãt: omnes autem placentas ex ſimilagine & paſſo apparatas uitent, plurimos itidem fructus & ſecũdas menſas. Concedendæ tamen palmulæ, nuces, amygdalę, uua penſilis, mala punica, pira cocta, ac caricæ, omnia moderate, neq; omnia quotidie. Vinum autem ſit tenue, & quod ciet urinam. Dulcia uero uina & uinum

mulſum uitanda. Lectus non ualde mollis ſit, præſertim his qui hydrope ſubter cutem laborant: ſubſternantur autem arundinum folia, & herbæ reſiccantes, uelut eſt uitex, pulegium, calaminthe, & ſimilia. Mirũ eſt enim quantum huiuſmodi per ſomnum reſiccẽt, ut conſtet iam quoſdam frumenti aceruis obuolutos & abſconditos à ſomno ſurrexiſſe firmos ac reſiccatos. Opercula etiam ipſa quibus teguntur, apparentur duriora. Moderata autem ſit & probe temperata ipſa domus ſecundum anni tempus.

DECIMI SERMONIS FINIS.

INDEX CAPITVM VNDECIMI AETII SERMONIS.

De diabete hoc ẽ p fluuio urinę. Ca. 1
De renum cruentã urinã excernẽtiũ debilitate. 2
De his qui p circuitũ quẽdã ſanguinẽ mingũt. 3
De calculoſis renibus. 4
Cura renũ calculoſorũ. 5
Diæta prçſeruans ne lapides renaſcantur. 6
Vnguentum renale: Oribaſii. 7
Diæta eorũ qbus renes è lapide laborant, reliqui uero totius corporis habitus gracilis eſt. 8
De calculoſa ueſica. 9
Pharmaca lapides ueſicæ atterentia & urinam ducentia. 10
Cõmunia remedia ueſicę & renũ calculoſorũ. 11
De hircino ſanguine. 12
Antidoti uariæ ad calculoſos. 13
Cura eorũ in quibus lapis atteri nõ poteſt, neq; itẽ per lotium excerni. 14
Diæta poſt exactos lapides, adſeruãs ne alii renaſcantur: & de affligẽtis humoris cognitione ex lapidis colore. 15
De renũ inflãmatione. 16
De duritie renum. 17
De ſuppuratis renibus. 18
De diſuria, id eſt, emittendi urinam difficultate: & ſtranguria, id eſt, ſtillicidio urinæ. 19

De difficultate emittẽdi uri nam in febribus 20
De iſchuria, id eſt, urinę ſup preſſione. 21
De ſcabioſa ueſica. 22
Simplicia remedia ad ſup preſſam ac ęgre ꝓdeun tem urinã, ſi aut eius mul titudo, aut craſsities in cauſa ſit. 23
De reſoluta per paralyſim ueſica. 24
Ad eos qui ſe in ſomno ꝓ mingunt. 25
De inflammatione ueſi cæ. 26
De ſanguinis ex neſica eru ptione, & de grumis eiuſdem. 27
Quæ tubercula in ueſica cõcoctione indigẽt. 28
De ueſicæ ulceribus. 29
Diæta ex libris Archige nis. 30
De ueſicæ fluxione, & his quæ capillorũ for ma exeunt cum urina. 31.
De priapiſmo & ſatyria ſi: Galeni. 32
De ſeminis profluuio: Galeni. 33
De ſeminis in ſomnis ꝓ fluuio. 34
De his qui re uenerea uti non poſſunt. 35

AETII SERMO VNDECIMVS.

De Renum & ueſicæ affectionibus: Et de priapiſmo, ac ſeminis profluuio, rebusq; uenereis.

DE DIABETE, HOC EST PROFLVVIO VRINÆ. CAP. I.



Diabetes diuturna eſt affectio circa renes conſiſtens, multum potum inducẽs unà cum hoc quod quicquid bibitur, ſimul ut acceptum eſt per urinã reiicitur. Quidam autem affectionem hãc hydropem, ſiue hyderum, & ſiphonem à fuſorii inſtrumenti ſimilitudine appellant, alii urinæ leuitatem uocant, alii dipſacon ab inexplebili ſiti appellauere. Concomitatur ægros pertinax ſitis, neq; ulla ſatietas ex alicuius liquoris exhibitione contingit. Aliquando & ſitis ſupra ſitim inexplebiliter ægros urget, hoc eſt, ut aſſiduc potum aſſumere cogantur neq; tamen ſatiãtur, propterea quod citiſsime per lotium expellitur potatum. Cæterum proprius renum affectus diabetes exiſtit, qui uidelicet immoderate humorem appetunt, ipſumq; propter debilitatem retentiuæ in eis facultatis continere non poſſunt. Quem ad modum enim in appetitionibus caninis, & in quibuſdam lienteriis uehementiſsimæ quidem appetentiæ oboriũtur, quæ multos cibos, eosq; affatim accipere cogunt: uerum nihil ferè ex acceptis retinetur: ſed in caninis quidem appetitionibus ob grauitatem reuomuntur: in lienteriis uero tum ob grauitatem, tum ob præſentem retentiuæ facultatis infirmitatem, inferne cruda excernuntur: Eodem modo etiam in renibus uehementiſsima ſeroſi humoris appetentia contingit, propter debilitatem autem retentiuæ in eis potentiæ, eum ipſum humorem aceruatim in ueſicam excernunt. Aretæus etiam hæc addit, Viſcera ipſis uri uidentur, anxii ſunt ac animo dubii, & non longe poſt moriuntur: igne amplius ardere ſe putant, accediq; ſitis & mictio feſtina: ſed quamuis aliquando parum per urinam retineant, intumeſcunt lumbi, teſtes, & coxæ: quod ſi adhuc amplius mordens caliditas in uiſceribus augeatur, ſuperior uenter corrugatur, & uenę in ipſo eleuãtur, uniuerſum habitum gracilem habent, & tabes totius corporis grauis accedit. Porrò alii ſunt qui non mingant, neq; ex eis alias potatum tranſpirat. Quare ob potus in ſatietatem, & humoris inundationem, & ueſicæ circunteníionem, aceruatim uentre rumpuntur. Cæterum humores uitioſi in ipſo renum corpore imbibiti, affectionem inducũt. Scopus igitur in curationibus nobis ſit, ut humorum acredinem delea-

mus, sanguinemq; ac cum eo permixtũ serosum humorem ad motum tardiorem reddamus, & renũ intemperiem reuocemus. Archigenis. Itaq; mox ubi occeperit malum, nõdum ad perfectionem progressum, optimum est cubiti secare uenam, & moderate sanguinem auferre. Vtendum etiam mediocriter urinam cientibus, quæ uitiatum in renes imbibitum humorem repurgare possunt. Quod si uero inueteratũ sit malum, neq; uenæ sectio assumatur, neq; quicquã quod urinam cit exhibeatur. Concidunt enim in inueteratis uires, & ex uenæ incisiõe totum corpus acrius redditur, & urinam cientia in ipsis multiplicant malũ. Maximum autem remedium huic affectiõi, ut statim potatum reuomatur. Sit autem perquàm frigidus ipse potus, reliqua itẽ diæta cõuenit uti frigidiore: quare olera refrigerantia minimeq; urinam cientia in cibo prosunt, pro sorbitione autem ptisanæ succus frigidus probatur. Materia etiam ipsa ad exudationem diuertenda. Optima uero, inquit Aretæus, est in dolio facta euaporatio, ad exudandum, eo modo ut caput extra dolium promineat: frigidumq; aerem attrahat, reliquum uero corpus omne calefiat. De cætero uelut æstuantem febrem, causon Græci appellant, curare oportet, quo celerrime sitis extinguatur, polentæ itaq; florem aceto & rosaceo subactum cataplasmatis modo præcordiis imponito, uitis item folia tenera trita, aut umbilici ueneris, aut portulacę, aut seridis, & quæcunq; alia consimilia: præbibendum etiã sanguinariæ succum ex uino nigro assidue præbeto. Symphytum item & palmarum cremorem, baccorumq; myrti & pirorũ. Vermes quoq; terrenos coctos ex aliquo prædictorum succorum. Cibi exhibeãtur boni succi, mordacitate carentes, & qui acredinẽ obtundere possunt, uelut sunt oua sorbilia, & similago, & halica ad sorbitionis formã apparata, carnes porcinæ macræ, ꝓbe coctæ. Vinũ sit rufum, crassius,

frigida amplius dilutum, ad salsuginosorum humorum prolutionem, qui sitim inducunt. Vinum enim corporis miscellam ad dulcorẽ permutat: neq; uero incommode exhibetur eis caseus recens compactus citra salem, & lac per silices aut ferrum ignitum sciissum, seroso humore adempto. Porrò si prædicta auxilia frustra adhibeantur, affectioq; ipsa augescat: non absurdũ fuerit etiã stuporẽ inducẽtibus uti, ita ut soporiferũ antidotũ ex papauerum capitibus apparatã exhibeamus, aut aliquem ex dolores leuantibus pastillis, infuso etiam soporifero utẽdum, uelut est opiũ crui magnitudine cum pari modo castorii, aut etiam maiore: hæc in passo cretico dissoluantur: non ut in colicis fieri solet, cum oleo rutaceo: refrigerate enim in his præsumimus. Infunditur etiam utiliter oleum in quo uermes terreni sunt decocti. Forinsecus autem retro ad lumbos & ad pectinẽ illitiones & cataplasmata refrigerantia adhibenda, qualia sunt quæ ex lactuca, umbilico ueneris, lenticula palustri, perdicio, & similibus apparantur. Cerata etiam his locis ex rosaceo adornata imponenda, aut ex chamæmelino quibusdam ex prædictis succis ammixtis. In quibus autem uehementer stupefacere sensum intendimus, etiã mandragoræ succum in cerata ammiscemus, foliorũ item papaueris succum, & similia. Per interualla autẽ quædam, etiam antidoti ad lethalia uenena destinatę exhibeantur, & maxime theriace ex uiperis constans Andromachi inuento, recens apparata, & ea quæ Esdræ inscribitur.

De renum cruentam urinam excernentium debilitate: ex libris Rufi. Cap. II.

Renũ porrò & alia affectio est, in qua tenue sanguinis serũ mingitur, quod ipsum itidẽ ꝓpter renũ debilitatẽ cõtingit, quẽ ad modũ in hepate fieri solere diximus, atq; ꝓpter amplitudinẽ osculorũ ex uena caua urinã ad renes excolãtiũ. Quũ enim ampliores mea-

tus sint, quiddam etiam ex sanguine uenæ laxatum emittunt, aliaq; itidem crassa: adeo ut postquam ea quæ micta sunt constiterint, subsidentia quædam in uase reperiantur, & superne quædam concreta, marinum maxime pulmoni similitudine referentia. Concocto igitur cibo & in uenas distributo, qualia dicta sunt minguntur: recens autem ingesto & crudo adhuc cibo, pura & aquosa, quæ nihil subsidens habent, per lotium eiiciuntur. Nihil uero dolitant, aut omnino parum, & eiecto lotio leuati melius habent. Extenuantur autem & emaciantur temporis progressu omnes, & magis adhuc hi qui plus sanguinis nictu excernunt. A principio itaq; conuenit his quies, & cibi adstringentes, & uinum nigrum in potu. Ab his quæ urinam cient, & à coitu omnino abstinendum. In potu autem hæmoptoica pharmaca exhibenda, maxime uero sanguinariæ succus, & radicis symphyti decoctum, & tragacanthus in uino nigro macerata. Sistit uero sanguinis ex renibus eruptiones stratiotæ aquis innatantis succus potatus, & radicis magnæ crocodiliadis iuxta aquas nascentis, quam Syri orophen appellant, decoctum, pæoniæ siue glycysides grana fulua xii. ex uino. Cornu ceruini usti drachma una ex uino, folia salicis trita cum uino, lysimachii succus, lapidis hæmatitæ drachma una, ramentorum loti arboris cremor, radicis spinæ albæ decoctum, & similia, quæ in sermone de hæmoptoicis sunt prædicta: Forinsecus autē renibus & lumbis imponuntur ea quæ ad muliebrem fluxum describentur epithemata, item ea quæ ad sanguinis per sputum reiectiones sunt descripta: & quæcunq; unà cum eo quod adstringunt & reficcant, etiam robur addere possunt: qualia sunt rubi folia, & glandes, & myrti ac quercus folia, itemq; myrti baccæ, malicorium & balaustia, & perdicii folia, & similia palmis pasis excepta, & imposita. Post hæc habitus cibariis, lacte ac auicularum carnibus,

suillis etiam ac macris reficiendus est, quo uniuersum corpus ad pristinas uires reducatur, & renes corroborati proprium obeāt munus. Est autem proprium renum munus, serosum humorem à sanguine secernere & excolare.

De his qui per circuitum quendam sanguinē minguntur: Archigenis. Cap. III.

Quidam per circuitus quosdam sanguinem è renibus excernūt, simili modo ut ex hæmorrhoidibus in sede fieri consueuit: & in principio quidem propterea quod citra ullum aliquem dolorem excernitur, nihil in totum mali formidant ægri: ubi uero diutior fuerit affectio, & aliquando cohibeatur quod p more excerni consueuit, grauitatē inducit, aliorumq; pessimorum morborum causa existit, sanguine nimirum ad alias particulas dilabēte, articulares enim affectiones in aliquibus ex cohibitione accidunt, aut uertigines, aut deliria ex atra bile, & insaniæ, aut oculorum cæcitates, qualia etiam mala hæmorrhoidibus cohibitis contingunt: ut plurimū uero in malum habitum corporis & hydropem delabendi aptitudo inde oboritur. Manifestum autem fit sanguinem è renibus excerni, quod ipsi ægri excreti sanguinis transitum iuxta renum locum sępe sensu percipiunt, & maxime quum urinæ ammixtus sanguis reperitur. Contingit affectio hæc magis in ætate uigoris, præsertim iuuenibus qui licentius rebus uenereis utuntur. Quidam autem sanguinem ex renibus excernūt, propter uenæ rupturam in renibus factam. Quem ad modum contingit his qui graue onus leuarunt, aut ualde saltarunt, aut ex alto ceciderunt, aut aliud quippiam tale uiolentum pertulerunt. Aliquando autem & ob acres ex supernis defluentes humores erosio uenarū contingit. Conādum igitur statim in principio ut sanguinis impetus cohibeatur præsertim iu his qui eum secundum circuitum excernunt. Si enim ab exercita-

tione ut dictum est, excretio contingit non tuto cohi
betur: itaq; uenæ sectio in cubito cõmoda fuerit his
qui per circuitum sanguinem excernunt, paulo ante
circuitum adhibita, eis uero quibus ob ruptam uenã
promanat, statim in principio. Cęterum sanguinis de
tractionem partiri melius erit, ut paulatim eius reuul
sio ac diuersio fiat. Loci autem circa renes spongiis
posca imbutis cooperiantur, aut lanis succidis cum
rosaceo & aceto. Post hæc & emplastra imponenda
cruentis uulneribus glutinandis apta. Commode etiã
cucurbita adhibetur, præsertim si suspicio sit inflam
mationem adesse in his, qui ob uenæ rupturam san
guinem mingunt. Conueniunt item potiones hęmo
ptoicis aptæ. Porrò ubi sanguinis excretio cessauerit,
diæta utendum est unde non multus sanguis gigna
tur, maxime in his qui per circuitum excreuerunt, &
supernæ corporis partes assidue exercendæ. In his
uero qui ob uenam ruptam sanguinem mingunt, si
exulceratio in locis relinquatur, ipsam post sangui
nis suppressionem, curabimus per ea quæ in loco de
exulceratione dicentur. Emplastrum renale. Ce
ræ sesquiunciam, croci staterem unũ, uitellorũ quo
rum numero duo, palmarum numero decem, aceti
& rosacei quantum satis est.

De calculosis renibus: Archigenis & Philagrii. Cap. IIII.

Renũ calculis homines ꝓuectæ ætatis magis quã
pueri apprehẽdũtur: quem ad modũ ueficæ calculis
pueri frequẽtius quã ętate ꝓuecti. Causæ aũt genera
tiõis horũ calculorũ assiduæ existũt cruditates, unde
materię incoctę ac crudę multitudo congregatur, &
ardor circa renes & ueficã exoritur, q humores ad
assans eos cogit, & in lapidẽ indurat, ad modũ tofog
q in aquis reperiũtur, q in æreis præsertim balneorũ
uasis coquũtur. Cõsistũt aũt lapides in renibus iuxta
uẽtriculos ipsorũ aut parui, aut maiores: & aliquãdo

qdẽ pauciores, aliquãdo aũt plures: & magnitudine,
& forma, & colore, & asperitate, & multitudine inter
se differentes: nigri enim & subalbidi & pallidi repe
riuntur. Ex eorum numero rotundi & leues facile ex
cernuntur, non item qui alia quacunque forma præ
diti sunt, maxime tamen oblongi & asperi difficulter
excernuntur. Accedit ægris loci dolor, tumore nus
quam foris apparente, niſi inflammatio per lapillos
producatur: spina ægre flecti potest, & totum corpus
ad motum pigrum est: crura torpent, & maxime crus
reni affecto propinquum. Vrinæ circa obturationis
principium paucæ, aquosæ minguntur, postea uero
perfecta earum suppressio cõtingit, aluusq; nihil ex
cernit, uerum promptitudines multas ad egerendum
facit. Excernitur autem aliquãdo sanguis propter uio
lentiam calculorum, præsertim asperiorum. Cæte
rum ubi lapis ex renibus fuerit emotus, & ad ueficam
delatus, urinæ multæ prodeunt arenosam subsiden
tiam habentes, & aluus similiter large egerit. Sen
sum autem æger percipit, ueluti calculo à renibus ad
ueficam transeunte.

Cura renum calculosorum. Cap. V.

Quum lapis in renibus fuerit obturatus, & uehe
mentissimos intulerit dolores, sanguinis etiam mul
titudo periculũ minitantis materias ad tẽsione affe
ctam partem aduocat, ob acutos uidelicet dolores.
Vena igitur cubiti propinquæ manus in corpore ex
repletione affecto secanda est: uerum multo minus
euacuandum est quàm ipsa repletionis copia expo
stulat: neque enim futurum speramus ut omnino
cito è renibus excidat lapis, præsertim si magnus exi
stat: quare seruare oportet sanguinẽ in eã quę cũ tem
pore futura est in corpore expensam. Itaque qui san
guinis multitudinem congregarunt, eis uenæ sectio
commoda existit: qui uero uitioso humore abun
dant, eis purgatio apta est, quæ abundanti humori

conueniens erit, neque omittenda hæc est, nisi aliud quidpiam id fieri prohibeat. Post sanguinem euacuatum aut expurgatum humorem, communis ad omnes calculosos curatio quam infra subiecimus adhibenda. Doloribus igitur repente aut paulatim irruentibus, & per arenularum cum urinis excretionem auctis: deindeq; aquosis urinis excretis, & prædictis signis consequentibus ægri aluo per clysterem infundere oportet furfurũ decoctum caricarumq; ac fœni græci & aristolochiæ: & siquidem decenter euacuentur, finere: si uero non, etiam bis aut tertium infundere, atq; id maxime si uenæ sectæ aut purgationis auxilium sit relictum. Cęterum ubi sufficienter excreuerit uenter, quędam infundere oportet, quę corpusculorum circum lapidem sitorum inflammationes lenire & laxare possunt: id ipsum uero oleum anethinum facere poterit, adipe gallinaceo recenti in eo eliquato, & maxime anserino, & phasiani, aut etiã butyro: quæ si non adsint, etiam fœnum græcum & altheæ radicem oleo decocta infundemus. Insessiones item in balneis assumendæ, ex decocto fœni græci, altheæ, anethi, artemisiæ, caricarum, & oleo. Maxime uero assumẽdæ sunt insessiones in balneis & post hoc statim ægri in solium tepidius demittendi, atque id assidue facere non ab re est. Fomenta quoq; locis admota cõmodant ex furfuribus, præsertim in prędictis decoctionibus incoctis. Post fomenta conueniunt cataplasmata ex farina tritici, cum semine lini & fœni græci, melleq;, & oleo anethino aut gleucino, ita ut in decoquendo etiam altheæ radicem contusam & cribratam cataplasmati inferciamus: in fine autem coctura terebinthina quoq; iniiciatur. Optimum etiam cataplasma fit ex lupinorum farina in passo cocta, peucedani radice quàm tenuissime trita, & chamæmelo in puluerem redacto ad farinam lupinorũ admixtis. Bonum est & panem passo decoctum circa lumbos & uentrem imponere neq; tamen absurdũ foret eadem cataplasmata ueficę ac pectini adhibere. Oportet autem coaceruatim alia super alia cataplasmata adferre, priusquàm primum frigescat: aut si id non libeat, calefactorio alio extra contegere ne refrigerentur: id quod commode fieri potest per faccelos, aut alia uaporatoria cataplasmati imposita. Multis enim ad lapidis per urinam eiectionem hæc sola suffecerunt: uerum tu etiam ea quæ urinam ciẽt prębibenda dato. Vrinam autem multã ducit, mei athamantici, phu pontici, acori, graminis & nardi decoctum, calami aromatici, ammii, dauci, oreoselini, hypericon, rosmarini, asari, radicis asphodeli, radicis bryoniq; decoctum, coccus itẽ tinctorius. Ex his singula eisq;, similia tum per se, tum inuicem permixta data, urinã manifeste mouent. Crassa autem lotia ducit, radicis cardui decoctum, radicis rubiæ farina potata, radicis capparis cortex, & similia: Exuscitat autem facultates ad excretionem irritando, allium, chamædaphne, asparagi uitis albæ, asparagus, tertium scillæ decoctũ, primo ac secundo diffuso. Deducunt autem ad renes ea quæ calculos confringunt, peucedani radix, bryonia, apium, radicula. Cæterum lapides ipsos in renibus confringunt ac atterunt, sion, adiantum, bdelliũ, uiticis semen, oxymyrsines radix, radicis lauri cortex, paliuri semẽ, tribuli decoctum, saxiphragi, betonicæ, radicis graminis, damasonii radicis, ciceris iusculum, radix cyperi, lithospermon, tecolithon à liquefaciendo lapidem dictum, lappæ quæ phylanthropos & xanthium dicitur semen quod in spinosis pilulis reperitur, & lithosperno assimilatur: asparagi palustris radices, uitrum combustum tritum, altheæ semen & radix, rumicis domestici radix, pruni arboris gummi, ex spongiis marinis lapilli, uermes terreni cocti: horũ singula partim decocta, partim tenuissime trita, prębeto bibenda. Sunt & composita plurima lapidem

frangentia, ex quorum numero utiliora in cura calculosæ uesicæ subiungam. Porrò ea quæ urinam cient ac lapidem frangunt, tunc exhibere conuenit quum uehementes dolores remittunt. Transmoto enim lapide & ex sede agitato dolores quiescunt. Quod si obfirmati sint lapides, plurimus potus uitandus, itemq; ea quæ urinam ducunt, fomentis autem & cataplasmatis ac insessionibus membra relaxanda, & uenter per infusa ac insessus euacuandus, ne ureteres meatus urinam ex renibus ad uesicam transmittentes comprimantur. Post hæc autem doloribus aliquantulum lenitis, etiam cucurbitæ utiliter ipsis adhibentur & præsertim pressius affixæ, inflammatione uidelicet id non impediente. Adeo enim coaceruatim transmouent sæpe cucurbitæ ipsos lapides, ut repente dolores supprimant, lapide nimirum in uesicæ amplitudinem transuecto: quapropter in principio superne à rene cucurbitæ sunt affigendæ & ad inguina adtrahendæ oblique secundum meatuum qui ureteres appellantur situm. Cæterum si calidius sit ægri corpus, sitisq; uehementer infestet: sit autem uniuersum corpus iam per uenæ sectionem, aut purgationem, & efficacissimos clysteres præeuacuatum: ac nulla superfluitate abundet, si quidem consueti fuerint ad frigidæ potum, & nullum ex uiscеribus debile existat, frigidam aquam frequenter & aceruatim ægro bibendam exhibuimus, & confestim corroboratis renibus, obturatum in ipsis lapidem expulerunt. In repletis autem corporibus & abundantibus superfluitatibus, & in his qui uiscera debilia habent, uitare oportet frigidæ potum. Sæpe autē delati ex renibus in uesicam lapides, & præ magnitudine circa collum uesicæ detenti, in extremum periculum ægrum deducūt, tum propter dolorum acumen, tum quod urinam excernere non permittunt. Decubitus igitur formam in talibus moliri oportet, ita ut supini situentur, & longe altiores coxarum uertebras habeant: deinde multiformiter eos commouere, quo omnibus machinamentis adhibitis lapidem ex ipso uesicæ meatu excidere faciamus: post uero ægros iubere ut alacriter urinam eiiciant, & eiecto lotio sinere: at uero ubi lapis non fuerit euacuatus, rursus mouere, atq; hoc ipsum sæpe repetere. Quod si non euacuetur, catheter instrumentū prolectandæ urinæ aptū immittatur, quod pro ægri ætate congruenter sit moderatum: eoq; humor educatur: post uero per potiones lapidem in amplitudine uesicæ existentem confringere ualentes, lapis ipse atteratur. Si uero ex uesica quidem excidat calculus, iuxta medium autem meatuum ipsius pudendi obfirmetur, & uulnerando exulcerationis periculum inducat, decoctum quoddam ex prædictis urinam ducentibus plurimum exhibendū est, iubendusq; æger ut multam urinam congreget, eamq; postea eminget ac diligentius expellat: ita enim detractus lapis celeriter excidere consueuit. Noui autem, inquit Philagrius, quendam in quo quidem aliàs lapis fuit progressus, non penitius autem quàm in summo pudendo fortiter obturatus, & parū abfuit quin homo periret, propter urinæ suppressionem, & maximum dolorem. Angusta igitur uolsella ipsum lapidem extrahere non potuimus, quare sensim & quiete agitauimus perquàm tenui auriculario specillo: quum uero neq; hoc modo eum extrahere possemus, secare statuimns, uulnusculo superne iuxta glandis magnitudinem incusso. Inferne enim secare nō expedit, quandoquidem ferè semper in fistulam proficit, ac postea per ipsam fissuram urina excernitur. Porrò ubi per urinam prodierit lapis, lac asininum melle modico mixtum præbeatur, & reliqua etiam diæta commodior, ueluti ad ulcera fieri consueuit, constituatur, ob uexationem uidelicet in locis ex lapide factam. Inde

Vid infra cap. 18 de asinin

uero præseruare hominem oportet, ne rursus renes lapide infestentur: Smegma Archigenis, ad ueficã & renes affectos ut arenam per lotium excernãt, quo in balneis sudãs utaris. Piperis, calcis uiuæ, sinapis, fecis uini ustę, staphidis sylueſtris, nitri, adarces, pumicis, aluminis scisi, sulphuris uiui, æqualibus partibus utere. Ex oleo prælitis locis.

Diæta præseruans ne lapides renascantur. Ca. VI.

Maximi ad lapidis generationem præcauendã momenti, moderatus cibus & bonæ concoctiones existunt: satietates enim & cruditates non solum exasperant morbum, sed etiam quum non sit generant: quare ægros admonere oportet, ut à cœna sæpe uomãt, & absinthium assidue bibant, & per tempus certum conuenienti temperaturæ ipsorum purgatiuo pharmaco se per uentrem purgent. Cibos autem deligãt è quibus neq; satietates neque cruditates contingant: urinam etiam ciẽtibus utantur: pastinacã indies edentes ualde percoctam, & fœniculum, sion, carduum, pulegium, calaminthen. Et ex marinis herinacios recẽtes, strombos, locustas, gammaros, & cancros fluuiatiles: atq; hæc quidem quotidiana sint, per plures autem dies radicis eryngii decoctum bibant, similiterq; trixaginis, & dictãni, ac radicis tribuli, reliquaq; pharmaca lapidem atterentia partim iam prædicta, partim dicenda. Oportet autem ipsam etiam aquam per omnem uictum purissimam esse & percolatam: uinum item tenue, album, urinam ciens: exercitamentis uero utendum est mediocribus, & fricationibus in balneis ex nitro alsato, & fece uini usta, ac pumice: psilothris item assidue utantur, ac reliqua adseruante diæta, quæ in calculosæ ueficæ loco dicetur.

Vnguentum renale: Oribasii. Cap. VII.

Cyprini lib iii. ceræ lib. ii. terebinthinę lib. i. unguẽti amaracini & laurini cuiusq; lib. i. centaureæ, castorii, satyrii, myrrhæ, piperis, euphorbii, cuiusque quadrantem:

drantem: cyperi, pyretri, pulegii, cuiusq; unciam i. subige, & in fine etiam opobalsami trientem admisce. Quidam euphorbii sesquunciam tantum adiiciunt.

Aliud malagma: hoc exquisitum est ad eos quibus renes aut uesica lapide laborant, inquit Archigenes: neq; reperias aliud his affectionibus cõuenientius. Picis liquidæ, italicas heminas ii. & dimidiã, cerę, resinæ pinus, sulphuris uiui, cuiusq; sesquilibrã, nitri sesquilibrã, pyretri sexũcẽ, fecis uini ustę lib. ii. nasturtii, italicũ sextarium i. staphidis sylueſtris sextarium unum, galbani sexuncem. Liquescibilibus liquefactis arida trita infarcito. Emplastrum renale: facit ad coliços & coxendices: est autem Asclepiadæ. Ceræ trientẽ, styracis sesquunciam, aloes sesquunciam, croci, pyretri, opopanacis, galbani, thuris, cuiusq; unc. i. ammoniaci thymiamatis sextantem, olei ueteris trientem. Apparatum ac pro more subactum cõfidenter usurpato, & miraberis, inquit Asclepiades. Aliquãdo uero olei tantum sextantem coniicimus.

Diæta eorum quibus renes è lapide laborant, reliqui uero totius corporis habitus gracilis est: Philagrii. Cap. VIII.

Maligna corporis constitutio est in qua renes quidem lapidem generãt, uniuersi uero corporis natura gracilis existit. Etenim quum lapide laborantes pharmacis & uictu indigeant attenuatoriis, hæc ipsa gracilibus corporibus maxime contraria existunt. Noui enim quendam qui ob renum ex lapide affectionem huiusmodi diæta usus, proprios digitos ægre mobiles, obtusiq; sensus, & ueluti strepentes ac exarefactos sensit: Medici autem ipsi familiares refrigeratos digitos ipsius rati, & resolutionem, quam paralysin Græci uocant, meditari, pharmaca ex euphorbio & adarce adhibuerunt: quorũ usu affectio multo peior redita est, & accessiones semper ad superiores partes progressæ sunt, unaq; uehementissimos dolores in-

tulerunt. Post uero ubi æger me accessisset, inquit Philagrius, & quæ contigerant circa ipsum declarasset, auxilium meum implorabat: quare diætam ei inueni per quam citra omnem renum læsionem uniuersam corporis siccitatem sanauit. Ptisanæ igitur succū excogitaui, & ex piscibus in petrosis aquis degentes, itemq; maritimos, & quæcunq; alia nihil uiscosum habentia. Simili modo & ex uolucrum genere quæcunq; consimilem habent carnem, ueluti sunt perdices montanæ, attagenæ, sturni, turdi, & merulæ, & deinceps columbæ in turribus habitantes, & passerculi itidem in turribus nidos struentes ac habitantes, deinde etiam gallinæ in altioribus locis connutritæ. A lacte autem reliquorum quidem animalium abstinere iussimus, solo uero asinino uti indulsimus, & ut compendio dicam, media inter ea quæ impinguant & attenuant esse oportet, quæ his ciborum loco exhibentur.

De calculosa uesica. Cap. IX

Generantur etiam in uesica lapides, pueris frequentius quàm ætate prouectis: uoraces enim pueri sunt, & perpetui motus, & cibis utcunq; oblatis & nociuis utuntur, & neq; horam cibum capiendi seruant ordinatam: quin etiam prius quàm prior assumptus cibus concoquatur alium ingerunt: & quum uehementius à cibo moueantur, crudus & incoctus in uenas cibus distribuitur. Mollia autem sunt ipsorum corpora, & quæ facile cedāt, eiusq; rei gratia obturationem circa renes non perferunt: quum uero crassissima lotia in uesicæ amplitudinem perferantur, ibidem ueluti uini fex, & limus aquæ subsistunt, ac postea ex loci caliditate deficcata lapidescunt. Cæterum aquæ impuræ, & multo limo refertæ, itemq; duriores & uehemēter frigidæ, lapidum generationem adiuuāt. Lapides igitur in uesica obortos in principio subiectis pharmacis subducere conabimur.

Pharmaca, lapides uesicæ atterentia, itemq; uri-
nam ducentia. Cap. X.

Sunt & pharmaca quæ lapides in uesica atterunt: porri semen, fœniculi sylueſtris radix, artemisia, chamæmelum, amaracus, altheæ radix & semen, carpobalsamum, sion quod circa aquas nascitur, graminis radix, adiantū, phileterii radix, smyrnii semē, oxymyrsines radix & semen, rumicis radix, pæoniæ grana fulua comesta, umbilici ueneris radix, leucanthemum, lapides spongiarum, amomum, tecolithon, lithospermon, scolopendra herba, lapis qui ab ægris per lotium eiectus est tritus ac potatus, lappæ herbæ quæ xanthium & philanthropos dicitur, semen: uermes terreni recentes cocti triti cum uino, aut condito, aut alio quopiam potu, ex uino & melle, propomatis nomine Græcis appellato, paliuri semen, amomum, quod ipsum & aquas lapidē gignētes depurgat, si cū ipso amygdalæ amaræ gūmi coquatur: uitis lachryma, pruni arboris lachryma, hoc est gūmi, radiculę radix cū panacis radice & capparis cortice similiter lapidē per urinā eiicere facit: thuris granū cū uino mulso, abrotoni semē cū piperis pari modo ex uino. Horū unūquodq; cum uino albo datur decoctū, aut sicū insperſum, aut cum melle, aut cum quopiā ex uino & melle potu. Danda etiam in potu ea quæ urinam cient: eis quidē qui calidiore habitu prædīti sunt, cucumeris semen, apii, petroselini, hyacinthi bulbi semē, uiolæ albæ semen, croci radix, & similia quæ ad calculosos renes sunt prædicta: eis uero qui temperiē corporis frigidiorem habent, his calidiora præbeto: quale est meon, phu, acorus, carpobalsamum, iris, & similia in renum affectionibus prædicta. Oribasii, ad calculosos renes & uesicam. Herbæ prosopidis quam scordiam appellant, & Romana lingua personatam, est autem folio lato, similis symphyto, huius unc. i. piperis drachm. i. iridis unc. i. tritam in uitro reponito.

Datur inde cochlearii pleni mensura cum hydromelite: datur autem quarto quoq; die. Aliud Oribasii. Corticis radicis uerbasci decoctum large per dies quinq; bibendum ex ordine præbe, & interiectis decem diebus, rursus per quinq; præbe.

Communia remedia uesicæ & renum calculosorum. Cap. XI.

Acetum mulsum aqua temperatũ omnibus è calculo siue renum siue uesicæ laborantibus exhibendũ est, qualicunq; tandem temperie præditi sunt, & qualemcunq; sanguinem gignant: acetum item scillinum. Carduus etiam frequenter eis exhibendus est. Oportet autem radices eius recens è terra extractas, si tempus ita ferat, aut aridas iuxta aliud anni tempus, in uino albo substantia tenui decoquere, & largius eam potionem offerre. Crassæ enim urinæ copiosam multitudinem ducit, tum ex omnibus uenis, tum ex calculosis partibus detractam. Carduus igitur secundum totius substãtiæ suæ proprietatem, & pro priuati temperamenti facultate, uim crassos humores detrahendi habet. Oribasii. Commodæ sunt etiam calculosis, cicadæ aridæ tritæ potu insperſæ tum per se tum cum nardi spica, congruenter autem miscetur ad cicadas duas & dimidiam, nardi drachm. i. Dato ex eis per dies nouem: primum, cochlearium unum, deinde ii. postea iii. deinde rursus ii. & post i. hoc modo progrediendo, donec nouem ex ordine potiones fiant. i. ii. iii. ii. i. ii. iii. ii. i. De passerculo. Sunt & alia quæ aliam naturam habent, & per hanc ipsam prædicta efficacia prædita sunt: quali sanè præstat passer troglodytes appellatus: est autem passerculus minimus iuxta sepes & muros uictum quæritans, est quæ hoc animalculum omnium auicularum minimum, ea excepta quæ regulus appellatur: similis est autem regulo in multis, præterquàm quod in fronte auricolores pennas non habet: est etiam troglodytes

passer regulo paulo maior & nigrior, caudamq; semper subrectam & albo colore retro interpunctam habet: magis item garrulus quã regulus est, & sanè iuxta summum alæ lineamentum cinerei amplius coloris: breues item uolatus facit: naturalem autem uim omnino admiratione dignam habet. Itaq; sale conditus & crudus in cibo acceptus, morbum perfecte sanat: & noui adeo quosdam ob eius usum nunquam amplius ab affectione uexatos. Conditur autem optime pẽnis euulsis, atq; inde largo sale adobrutus, & postquam fuerit arefactus comeditur, & affectionem perfecte sedat. Melius autem est etiam aliter ipsos edere si plures contigerint, coctos nimirum, eius præsertim generis quod per hyemem ubiq; apparet. Exhibetur autem & alio modo. Passerculus non deplumis in ollulam cõiicitur, ac deinde operculo addito uritur, anima duersione assidua habita, ne fallaris quum in cinerem sit redactus, & in aerem exhalãs per exustionem totus consumatur: consueuit enim contingere tum ipsi, tum aliis quæ uruntur: quapropter præstat ollæ operculum non oblinire, ut per interualla quædam operculo adempto ustionis modũ intueamur. Exhibendus est autem semel omnis unius passerculi usti cinis per se, aut modico phyllo & pipere ammixto, quo saporis iucunditate ori commẽdetur. Vstus itaq; passerculus peregre proficiscentibus commodus est, licetq; melle cocto exceptum in promptu habere. Melior autem mihi uidetur condiendi modus, atq; adhuc dictis præstantior, si quis præeuulsis pennis uiuum passerculum sale adobruat: quod & ego facio, inquit Philagrius. Arbitror enim & sanguinis naturam quiddam in se complecti, quod minime uulgariter profit: cui amplius stercoris efficacia accedit, quam exustione debiliorem reddi plane credo. Proderit etiam eis qui abundant assatos edere integros, ita ut nihil ex eis præter pennas abiiciant. Atq;

hæc quidem sunt quæ secũdum proprietatem totius substantiæ efficacia existunt. Cæterum non minus generose etiam compositæ facultates calculi affectionẽ in renibus & uesica deterunt: prius autem quã ad eas progrediar, unius simplicis pharmaci mentionem faciam ualde celebris, quod perfectam affectionis destructionem promittit, & quodam modo ad ea quæ ex proprietate totius substantiæ operationem faciũt accedere uidetur. Habet autem hoc modo. Pharmacum simplex ad calculosos, cui Marcianus testimonium præbet, medicus Apher. Leporis pellem in ollulam coniice, & in furnum demitte, atq; ubi usta fuerit ut probe conteri possit, acceptam tere, & exipsa cochlearium unum cum uino ieiunis in solii calidæ aquæ inscensu præbe. Si uero uelis experimentũ pharmaci ipsius accipere, ex eo in uinum coniice, & in uinum item lapidem ex flumine acceptum iniice, & contectum per paucas horas sine, & in grumos lapis dissoluetur. Presbyteri Indi pharmacum ad calculosos, quod itidem externum lapidem in grumos resoluere posse quidam aiunt, quem ad modũ id quod præcedit. Acori, phu, hyperici, cuiusque drachmas sex, seminis porri drachmas xii. spicæ nardi drachmas decem, casiæ, lithospermi, cyperi, cuiusq; drachmas xxv. excipe melle. Datur magnitudine fabæ. Aliud, quod lapidem celerrime per uri nam expellit. Alliorum unguiculos siue nucleos septem, piperis grana nouem, contere simul quàm tenuissime, & cum uino albo ueteri adstringente, pro una uice in balneo bibendum præbe, ubi ad calidum eius locum fuerit ingressus. A dolore quidem hoc ægrum liberat: aliquando autem & lapidem post unicam potionem exigit. Oribasii nephriticis.

Acori, mei, phu, asari, saxiphragi, piperis nigri, seminis rutæ, betonicæ, spicæ nardi, piperis albi, singulorum æquales partes accipe: & ex eis siccis cochlea-

rium cum uino adstringente aut aqua præbe. Aliud, Oribasii ad affectionem renum, quod & somnum inducit. Anisi, apii, petroselini, spicæ nardi, piperis albi, nigri, & longi, singulorum drachmas decem, cinamomi drach. octo, myrrhæ drachmas quatuor, opii drachmas quatuor, castorii, sisonis, dauci, cuiusq; drachmas duas, seminis hyoscyami sesquidrachmã, saxiphragi, rhei, betonicæ, casiæ, cumini, seminis cucumeris decorticati, cuiusq; drachmam i. excipe melle, & nucis ponticæ magnitudine præbe ex aqua calida. Facit & ad ulcera. Aliud eiusdem celebre.

Piperis nigri, albi, longi, saxiphragi, betonicæ, petroselini, asari, nardi celticæ, spicæ nardi, omniũ æquales partes misce. Dato drachm. i. cum conditò calido temperatam.

De hircino sanguine. Cap. XII.

Sanguis hircinus tum ad nephriticos, tum ad calculosos præsens remedium: nam & præexistentes lapides soluit, atq; ita per lotiũ excerni eos facit, ut etiã alii amplius non gignantur: præterea & dolorem sedat. Colligitur autem hircinus sanguis hoc modo. Quum uua maturescere cœperit, ollam nouam accipito, & infusa in ipsam aqua, donec terreum deposuerit olla, coquito: & accepto è grege hirco ætate matura, plus minus quatuor annorũ, eũ mactato, eiusq; sanguinem medium olla excipito, ita ut eum qui primum effluxit, itemq; postremum penitus relinquas: medium autem inspissari sinito, & in olla situm per acutam arundinem in multa frusta dissecato: indeq; reticulo denso, aut linteolo raro, aut cribro artiore contectum sub dio exponito ut insoletur & roscidus fiat, cauendo ne hymbre commadescat: porrò ubi exiccatus fuerit eum diligenter terito & in pyxide adseruato, & remittente malo cochlearium plenum cũ passo cretico exhibeto. Cognominatur autem pharmacum hoc Theu chir, hoc est manus Dei. Huius &

nos,inquit Philagrius, in breui tempore non aſpernandum periculum fecimus. Aliquando autem odoris commẽdandi gratia parum folii, aut amomi, aut ſimilium ammiſcemus. Ego,inquit, hoc pharmacum cum troglodyte paſſerculo permixtum, cuidam penitus nihil lotii eiicienti poſt magnos dolores exhibui,& permagnum lapidem attritum ab eo expuli.

Antidotus Iuliani diaconi,cuius frequens periculum meo tempore fecit: calculos enim & in renibus & in uefica confringit,& paulatim per lotium expellit: facit ad comitiales probe: ducit menſes ob denſitatem aut frigiditatem reſtrictos. Oſſium ceruinorum uſtorum quadrantem, caſtorii, piperis albi, agarici,acori,ammii,caſiæ,amomi,ſaxiphragi, corticis capparis,radicis panacis,calaminthæ,coaguli leporini, ſerpilli, petroſelini, ſingulorum unc.i. mellis quantum ſufficit. Datur nucis ponticæ magnitudine: ad renum affectionẽ & mẽſtrua purgamenta: cum uino mulſo: ad comitiales,cum frigida aqua: ad beſtias uirus eiectantes,cum uino. Antidotus ex hircino ſanguine. Componitur ex hircino ſanguine antidotus huiuſmodi. Siſonis ſcrupulos xii. ſpicæ nardi ſcrupul .xii. piperis communis ſcrupul.xii. piperis longi ſcrup.xii. cumini æthiopici ſcrup.vi. petroſelini, dauci,rhei pontici,croci,caroi,liguſtici,myrrhæ,acori, cuiuſq; ſcrup.xii. ſanguinis hircini exiccati ueluti prædictum eſt ſcrup.xxxvi. mellis deſpumati quantũ ſatis eſt. Datur auellanæ nucis magnitudine condito calido temperata: datur autem in balneo in calidi ſolii inſcenſu. Alia, Archigenis: celebre & clarum eſt,inquit,ad calculoſos & hoc quo utor: hac antidoto inquit,uſus eſt etiam Philotimus & Iuſtinus.

Spicæ nardi drachmas decem, croci drachm.viii. myrrhæ drachmas quinque, caſtorii drachmas quatuor & obolos totidem,caſiæ,floris iunci odorati, cinamomi,cuiuſq; drachmas quatuor, alii drachmã

unam tantum habent, coſti drachmas duas, ſcordii, polii,cuiuſq; drachmas tres, aſari drachmam unam & obolos quatuor,mei drachmam unam,piperis albi & longi,dauci,petroſelini,opobalſami, roſarũ ſiccarum, ſingulorum drachmam unam, carpobalſami obolos quatuor: quidam etiam ſanguinis anatis fœminæ drachmas duas, & ſucci radicis dulcis drac.ii. addunt. Excipe melle deſpumato,& fabę magnitudine præbe cum uini mulſi diluti cyathis duobus, aut aqua calida: hanc etiam Oribaſius commendat.

Antidoti uariæ ad calculoſos. Cap.XIII.

Archigenis. Spicæ nardi,ſeminis apii,dauci, cuiuſq; drachm.iiii. aluminis ſciſſi drachmam unam,cinamomi,caſiæ,floris iunci odorati,cuiuſq; drachm. i. croci obolos tres,myrrhæ tantũdem. Trita cum uino œnanthite ſubige, & cum uino mulſo obolum unum præbe. Præclarum inquit,huius pharmaci experimentum feci, neque præſtantius aliud reperias, neq; ad huiuſmodi affectionem deſtruendam, neque ad lapidis coactionem prohibendam, neque ad iam compacti attritionem,neq; ad defecationem, neq; ad eductionem & repurgationem limoſę in urinis fecis: coadiuuante præſertim diæta,quæ potiſſima preſeruatiuæ facultatis pars eſt exiſtimanda. Philagrii pharmacum ex damaſonio cõſtans,quod ſecũdi ordinis eſſe dicit. Damaſonii drachmas decem,ſeminis dauci drachm.ſex, radicis dauci drachm.ſex, radicis herbæ lanariæ,corticis radicis capparis, cinamomi,cuiuſq; drachmas ſex,caſiæ drachmas octo, betonicæ,piperis,cuiuſq; drachmas octo, nardi celticæ,iridis,acori,aſari,ſeminis fœniculi,petroſelini, cardamomi,ſpicæ nardi,cyperi,coſti,ſaxiphragi,ſeminis apii,myrrhæ,ſeſelis,radicis panacis, zingiberis, piperis albi,cuiuſq; drachmas quatuor,lapidis ſyrici maſculi drachmas ſedecim, lapidis fœminæ drachmas ſedecim,ſeminis ſmyrnii,lincurii quod ſuccinũ itemq;

electrum appellant,cuiusq; drachm.xvi.seminis erucæ drachm.xvi.mellis quantum sufficit: datur nucis ponticæ magnitudine cum radicis asparagi palustris decocto,aut floris iunci odorati,aut radicis dulcis. Datur à balneo. Aliud Philagrii,ex damasonio pharmacum,quod tertii ordinis esse ait in lapide atterendo. Facit & ad renum affectiones. Damasonii drachm.xxiiii.seminis dauci,radicis herbæ lanariæ,corticis radicis capparis,casiæ,nardi celticæ,cuiusque drachm.vi.alii drachmas xvi.habent,iridis,mei,asari,fœniculi,cardamomi,cyperi,petroselini,costi,seminis apii,myrrhæ,croci,cuiusque drachmas ii.seselis drachmas iiii.radicis panacis drach.iiii.quidam & zingiberis drachm.iiii.& piperis item drach. iiii.addunt,mellis attici quantum satis est,excipe & utere quem ad modum prædictum est. Oribasii,ex libris ad Eustathium,antidotus Xenophili. Facit ad uesicã & renes calculosos & exulceratos. Atterit enim lapillos,& ulcera sanat. Casiæ unciam unam,saxiphragi trientẽ,betonicæ,cyperi,petroselini,costi,tribuli,seminis uiticis,lithospermi torrefacti, cuiusque sextantem,seminis apii sesquiunciam,phyli,spicæ nardi,asari,dictamni,baccarum lauri,seminis ocymi,singulorum unciam unam,zingiberis drach. iiii. nucum pinearum quas strobilos Græci uocant sexuncem,mellis lib.ii.in balneo exhibeto,aut ante balneum ex uino mulso aut passo chrysatico magnitudine fabæ. Andromachi antidotus ad calculos,quæ paulatim confringit & extrudit lapides,donec uesicam perpurget,& pellucidum lotium procedat: & quod maximum est,ita persanat,ut nec in posterum gignantur. Habet autem hoc modo.

Seminis dauci,anisi,seminis cucumeris decorticati,seminis apii,petroselini,myrrhæ,cuiusque sesquidrachmam,casiæ,cinamomi,nardi celticæ,cuiusque drachm.i.trita aqua subigito,& ad paruorum lupinorum formam redigito: ieiunis autem quotidie per dies triginta cum aquæ cyathis tribus exhibeto.

Cæterum ad huius pharmaci apparatum religiose,inquit,accedendum est: in lignea enim pila,& pistillo item ligneo hæc contundenda sunt: oportetq; amplius eum qui hæc contundat neq; annulum ferreum gestare,neq; calciamenta clauis ferreis trãsfixa, atq; id ut mysterium habe. Asclepiadæ ad calculosos compositio. Carpobalsami,lapidis qui in spongiis reperitur,pulegii sicci,seminis maluæ sylvestris sicci,singulorum æquales partes contusas & cribratas reponito,indeq; cochlearium unum cum uini diluti cyathis tribus præbeto. Alia compositio celebris. Electri siue succini unc.i.lapidum qui in spongiis reperiũtur unciam unam,saxiphragi unc. i.Dantur ex ea scrupuli duo quomodocunq; uelis.

Pharmacum ex cardamino ligno ualde celebre.

Spicæ nardi,piperis,hyssopi,tecolithi,cuiusq; unc. i.piperis albi scrupulos xviii.casiæ scrup.ix.helenii siue inulæ scrupulos v.scobis eboris scrupulos xii.ligni cardamini scrupulos xii.mellis quantum sufficit: dantur ex eo oboli tres cum condito,aut aqua mulsa. Aliud laudatum. Seminis brasicæ drachmas vi.cyperorum,petroselini,electri,piperis singulorum unciam unam,mellis quantum satis est: datur nucis ponticæ magnitudine cum condito febre carentibus,aut cum aqua mulsa. Aliud. Cucurbitam aridam exure: & cineris cochlearium unum,ut uelis bibendum præbe: aut catapotia ex cinere formato ac exhibeto,& celerrime per lotiũ calculum extrudet. Aliud,quod calidioribus præcipue conducit. Ex portulaca succum exprimito, eumq; resiccatum in catapotia redigito,& drac.i.exhibeto,ad miraculum usq; lapidẽ per urinam expellit.. Aliud. Cancros iii.aut v.aut vii.impari solum numero sub testa uiuos exure,& contriti eorum

cineris cochlearium i.cum condito præbe:eoq; calculosos renes sanabis. Aliud. Phu aqua feruefactum bibendum præbe, omnesq; lapides educet:quod si Mithridatis compositione abundes,eam quæ scincos admixtos habet:unà cum decocto præbe.Experimento constat:utere. Conditum Oribasii. Vini sextarios duodecim,mellis sextarios duos, piperis sesquiunciam, saxiphragi, betonicæ, mei,phu,spicæ nardi,petroselini,cassiæ, cuiusq; sextãtem. Aliud conditum,ad uesicæ lapides accommodatum. Saxiphragi,spicæ nardi, cuiusq; drach. iiii.piperis unciam i.carpesiæ, zingiberis, mei, asari, cassiæ, sisonis, petroselini, acori, dauci, singulorum drachm.iiii.mellis sextarium unum,uini sextarios iiii. aut v. Aliud renale. Spicæ nardi,phu, saxiphragi,betonicæ, asari, lithospermi, petroselini, cuiusq; unciam unam,costi unciæ dimidium. Ex hoc arido cochlearium unum in conditum mitte,idq; æger hora ante prandium bibat:lapides atterit, & per urinam expellit, neq; amplius cogi lapidem permittit.

Aliud Oribasii conditum renale:facit enim ad inueteratos renum dolores,& ad difficultatem emittendi urinam ex uesica, ad strangulationem item ac urinæ suppressionem,ad eorũdem etiam membrorum frigiditatem:callosas durities extrudit,lapides confringit,& ad alias affectiones eodem modo probe facit.

Saxiphragi drachmas duas,betonicæ drachmam unam,petroselini scrup.vi.spicæ nardi scrup.iii.phylli scrup.iii.rhei scrup.iii.irionis scrup.vi.piperis scrup. xii.mellis sextar.i.uini boni sextar.iiii. Aliud pharmacũ renale. Zador,id est,zeduariæ,galãgæ,ligustici,seselis,cardamomi,piperis lõgi,piperis albi,cinamomi,zingiberis,seminis smyrnii, careophylli,phylli,stachyos,myrobalani,phu,costi,scordii, silphii siue laserpitii,rhei barbarici, pæoniæ:alii ẽt arboris nucis uiscũ & paliuri semẽ,itemq; saxiphragũ ac cassiã ad-

dunt.Ex his singulis stateres duos commisceto. Datur cum condito aut uino uetere ad balneum ituris,& sine balneo,uesperi similiterq; mane. Absinthaton renale,ualde bonum. Petroselini unc.i.saxiphragi scrup.xii.betonicæ scrup.xii.seminis irionis sesquiunciam,spicæ nardi scrup.vi.phylli scrup.vi.rhei pontici scrup.vi.calami aromatici scrupulos quinq;, dictãni scrup.iii.mellis sextar.i.uini sextar.v.præbe mediocris poculi mensura ieiunis. Pharmacum lapides in renibus atterens,adeo ut in una die commoditatẽ suam ostendat. Abrotoni drachm.viii.croci drac. viii.herbæ anthyllidis drachm.xvi.foliorum rutæ uiridium drac.xxxii.Probe contrita in pastillos digerito, & ex eis drachm.i.cum aceto mulso præbeto. Vtere ipso, inquit,assidue:mirum enim quanta utilitate pręstet.

Cura eorum in quibus lapis atteri non potest,neq; item per lotium excerni. Cap.XIIII.

Quod si uesicæ lapides per lotium excerni non queant,sed in meatu sint obturati,& urinæ suppressionem inducant: ægrum supinum decumbere, ueluti dictum est oportet,ita ut coxarum partes magis sursum uergant:indeq; huc atq; illuc multiformiter cõmouere, quo ex meatu excidat, post uero ita adhuc supinum & positu sursum uergẽtem mingere iubere: si uero neq; sic excernere possit,per catheterem instrumentum urinam prolectare.Quod si ob lapidis asperitatem uesica incidatur, & ex hoc subcruenta mingant, aliquando uero purulenta, & submucida, illis ipsis siue mingant siue non mingant plus quàm aliis dolorũ adest:cęterũ in potu exhibenda sunt his pharmaca quæ lapidem atterere prædicantur, & ulcera ipsa sanant:quibus uero ulcera nondum sunt oborta,lapides autem in uesica detinentur, hi pellucida & tenuia ac aquosa mingunt:quin & arenam subsidentem urinæ habent,& in lotii eiectione dolores auge-

scunt. Quod si neq; per hæc adhibita pharmaca lapis in uesica atteri possit, ad sectionem transeundũ quæ pro more inferne fiat, atq; ita lapis subtrahatur & fissura quàm diligentissime carne repleatur, cicatrixq; inducatur, ne fistula per successum oboriatur.

Diæta post exactos lapides, adseruans ne alii renascantur, & de affligentis humoris cognitione ex lapidis colore Cap. XV.

Post exactum lapidem, & cicatricem ulceri obductam diæta constituenda est, ne eos renasci cõtingat. Coniectura etiam facienda tum ex aliis tum ex exacti lapidis colore, cuius humoris materia in corpore abundet, ex qua adeo lapides cogantur: alii nanque subalbidi apparent, atq; hi pituitosiorem humorem ostendunt: alii uero pallidi sunt, & bilem abũdare demonstrant: alii autem coloris testacei sunt, ob superassatam uidelicet à plurimo calore bilem: alii nigri, qui atræ bilis humorem exuperantem declarãt. Omnes igitur quomodocunque calculosi è cœna assidue uomant, neq; quicquam feruens in cibo sumãt, quod renes & uesicam excalfacere possit. Cauere autem conuenit cibaria substantiæ duræ, & quæ ægre manducatione atteruntur: itemq; ea quæ multam substantiã habent, plurimumq; similiter nutriunt, & quæ acerbatim digeruntur antequàm perfecte concoquãtur: grauis item qualitatis, & quæ difficulter commutantur, ac supernatant, & ægre per aluum subeunt, ac inflant: item quæ meatus obstruunt, aut alias diutius in corporibus insident: ex huiusmodi enim cibis uenter labore fatigatus, ipsos aut crudos aut semicoctos ad hepar & renes digerit, atq; ita quod crudum cumulatim allatum est, inepte præterq; naturam excolatur, & cum tumultu ad renes progressum, statim coactum inspissatur ac restitat. Quare omne lac præter asininũ eis incommodum existit: hoc enim inquit Archigenes, & substantia tenuissimum est, & facultatis facilli-

me dissoluentis: igitur mirabiliter articulorum tumores & nodos (quos & callosæ duriciei modũ ex uitiosi lactis usu pueri sustinere cogũtur) leuigat & delet, unde admonendum duxi, ut ipsum calculosis assidue heminæ mensura exhibeatur, post matutinas deambulationes, atq; id adseruandi à lapidis generatione gratia præ omnibus aliis fiat. Potus aliàs sit aqua calida, fontana, pura, defecata, leuis. Vinum autẽ tenue, urinam ciens, non ualde uetus. Dulcia enim uina calculosis sunt nociua. Porrò ut compendio dicam: omnis diæta in frigidiore temperatura præditis, exquisite attenuatoria sit: in calidioribus uero, inter attenuatoria & impinguantia media: satietatem uero præ omnibus aliis uitare oportet, dulcium præsertim & ex caseo conflatorum ciborum: unde & cruditatem infestissimam eis censere oportet: in quam si quando incidant, impastos & absq; cibo manere decet. Frigora quidem magis quàm æstus cauenda. In temperatis uero locis degant in quibus anni tempora & horæ nimio feruore non infestent. Assumantur etiam ocioſæ deambulationes, & exercitia moderata, segnities enim & ocium eis nocent. Cæterum uentrem semper probe laxum habere oportet: hic enim si bene subierit, puriora lotia prodibunt. Vnguentis utantur quæ locos defendere queant, ne facile grauius oblædantur: epithemata etiam cutem rubefacientia, itemq; lancinantia, dropacesq; & sinapismi adhibeãtur. Malagma aũt exq̃sitũ hoc est, neq; facile reperias aliud, inquit Archigenes, ad huiusmodi affectiones magis accommodatum. Picis liquidæ heminas ii. & dimidiam, ceræ sesquilibram, resinæ pinus sesquilibram, sulphuris uiui sesquilibram, staphidis agrestis besem, galbani sexuncem. Liquescibilia eliquantur, & insperſis aridis tritis, simul optime subacta & unita imponuntur. Varosa asperitas ex hoc inducta mucum plurimum ducit, & pruritum non malum

facit,adeo etiam ut uolupe ſit ſi per reſolutionem re/frigeretur. Quod ſi aliquãdo leuis moleſtia inde ob/oriatur,cerato eam lenire oportet per unam diem,ac deinde rurſus eadem imponere. Conueniẽtiſſimum etiam renibus eſt,ſi ſuper uentris locum idem malag/ma imponatur. Sinapiſmi item calculoſis apti ſunt, & naturalium aquarum uſus:lauent autem nõ ſæpe,un/gantur autem frequenter. Curioſe etiam temporis o/portunitas diſpicienda eſt, ut uenam ſecemus, ſi qui/dem ſanguinis abundare uideatur, aut ut purgationi/bus conuenientibus utamur in eis quibus uitioſi hu/mores coaceruantur. Bibant autem & ea quæ urinã cient per interualla quædam tum ſimplicia,tum com poſita præſcripta:in huiuſmodi enim omnibus quic/quid modice relictum eſt,facile ad debitam commu tationem deuenit. Aiunt autem quidam terram ex la tere ueteri tritam cum uermibus terrenis, & pectini craſſius illitam, præparare ut lapis in ueſica aut reni/bus per lotium eiiciatur.

De renum inflammatione: Rufi. Cap. XVI.

Ob plurimas cauſas renes inflammantur:nam & humores corrupti,& plagæ,& attritiones,& pharma corum potiones inflammationem generant, & præ/ſertim equitationes continuæ & uehementes. Acce/dit ægris dolor pulſatilis retro iuxta primũ dorſi uer ticulum, paululum ſupra ſpurias coſtas: diſtendit au/tem dolor ſurſum uſque ad hepar, præſertim dextro rene affecto,deorſum uero uſq; ad ueſicam & puden dum, lumboſq; & coxendices, pectinem item ac fe/mora:conſequitur etiam ſtupor propinqui cruris, & neq; recta erigi poſſunt,neq; pedibus ingredi, & ſiue ſternutatio,ſiue aliqua alia concuſſio irruat,uehemẽ/ti dolore lancinantur:frigent eorum extrema,, & ma/gis ſuræ ac pedes:adeſt urinæ emittendæ difficultas, minguntq; aſſidue ac laborioſe, in principio quidem teuuia & aquoſa, in quibus nihil ſubſidet, inflamma/tione

tione uero in peius proficiente,rubicundiora,deinde etiam craſſa & mucoſa, adſuntq; febres uehemẽtes. Quod ſi adhuc amplius inflammatio augeſcat, hæc omnia itidem fiunt uehementiora. His accedit nau/ſea, & ſtomachi morſus, & uomitus bilis. Quidam autem ipſorum uſq; ad animi deliquium anguntur & exudant. Siſtitur ipſis uenter adeo ut inflentur,& aſſi/due ructus emittant. Sequitur faſtidium uehemens,& quibuſdã continuæ fiunt exacerbationes: quibuſdam uero per interualla,in uniuerſum autem uentris ege/ſtio,& urinæ multa excretio dolores ipſos præce/dunt. Noui autem ego quendam,qui poſt uehemen/tem uexationem animo linquebatur multumq; exu/dabat:ubi autem reſtitutus ſibi animum recepiſſet,ſi/mul ab omnibus moleſtiis liber euaſit. Renes igitur inflammatos hoc modo curare oportet.

Ægrum in lecto molliſſimo decumbere oportet, ac primo die à cibo abſtinere, non tamen in multos dies inediam extẽdere. Vrinæ enim puriores & acrio res per inediam redditæ, uehementiſſimos morſus inſigunt: itaq; in principio ſorbitionibus tenuibus morſus lenientibus connutrire oportet, & aquæ cali/dæ potu. Aquam uero mulſam in prncipio non lau/do, priuſquàm concoctæ & conſumptæ fuerint in/flammationes:neq; item eorum quæ urinam cient uſum:oblædunt enim mordaces humores inflamma tis partibus inducendo:neq; etiam purgatiuum phar macum exhibendum, ueluti quidam conſueuerunt. Per clyſterem autem maluæ decoctum, aut ſeminis lini,& fœni græci,cum oleo infundendum,ammixto etiam melle, aut ptiſanæ ſuccus cum oleo & melle. Cæterum copia non multa infundatur,ne repleta in/teſtina comprimant renes:ubi uero ſtercora prodie/rint,& inteſtinum fuerit euacuatum, oleum iniiciatur anethinum aut gleucinum cum butyro, eliquatis in his adipibus quibuſdam,anſerino uidelicet aut galli/

naceo, aut medulla ceruina. Subeunte autem uentre, incumbentem lanam ex oleo calido assidue rigare oportet: melius tamen fuerit si anethum, ruta, althea, & artemisia, oleo sint incocta. Porrò si adhuc maiori acumine renes affligantur, & uehementior exurgat dolor, uenam cubiti secare conuenit, sanguinis detractione repetita, & si post id auxilii aliquid ex inflammatione relinquatur, ad cataplasmata procedendum, primum quidem ex farina in aqua mulsa cocta, aut ex semine lini, postea etiam ex chamæpity, polio, abrotono, trixagine, asaro, iunci odorati flore ammiscendum, atq; tum non amplius in aqua mulsa cataplasmata coquenda sunt, sed in passo. Mixturæ autem modus sit, ut ad farinæ partes iiii. quorundam ex prædictis pharmacis partes ii. commisceantur. Bonum est & hoc cataplasma. Galbani, terebinthinæ, farinæ erui, cuiusq; drachmas quinquaginta, iridis drac. iiii. cerati ex gleucino, aut amaracino, aut irino, aut cyprino, aut aliquo consimili oleo apparati libr. i. farinæ triticeæ sextantem, pasi cretici quantum satis est. Apparato ac supra ilia ac lumbos imponito. Facit idem ad uesicam inflammatam si pectini imponatur. Quod si per cataplasmata dolor non leniretur, cucurbita lumbis ac iliis est adhibenda, & fissuris impactis plurimus sanguis attrahendus, deinde spongiarum fotu utendum, & in calidam aquam desidendum, in qua calamus aromaticus, chamæmelum, flos iunci odorati, semen lini, anethum, maluæ syluestris radices sint incocta. Prius autem & uesica ingens aqua & oleo semiplena ipsis locis imponatur, fomentis etiam pinguioribus admotis, postq; etiam ceratis: quin & malagmata amplius imponenda: cerata quidem conueniunt ex cyprino aut irino apparata: malagmata autem odoratissima sint qualia sunt hepatica ex styrace confiata. Cæterum dolore affligente bibenda sunt pharmacia quæ dolorem leuant: eiusmodi

sanè. Calicis papaueris tosti oboli dimidium, styracis tantundem, thuris obolum unum, seminis cucumeris grana uiginti, seminis apii quantum tribus digitis comprehendi potest, opii ad erui magnitudinem. Hæc omnia quàm tenuissime terito, ac cum aqua dulci permixta pro uice una exhibeto. Statim enim quiescet dolor, & obdormiet æger. Conferunt item consimiles pastilli dolorem leuantes. At uero ubi perfecte concoctæ fuerint inflammationes, & quieuerint dolores, tunc etiam per urinam cientia purgandum: ueluti sunt acorum, meon, phu, petroselinum, gramen, casia, chamæpitys, polium. Horum unum quodque ex aqua coquendum est, & cum uino & melle bibendum. Cibi autem post concoctas & consumptas inflãmationes exhibendi, sunt panis optimus, maxime clibanites, ex uolucribus, montanæ: ex marinis, herinacei recentes: ex oleribus, fœniculum, apium, daucus, & syluestria omnia, & cucumis coctus. Hæc enim optime urinam prolectant: maxime uero id præstant pastinacæ probe percoctæ, & crithma, & scandix, & gingidia. A concoctis inflammationibus urinæ his prodeunt multæ & crassæ, & in quibus bonum est quod subsidet, atque hæ ipsæ maxime iudicant ac secernunt morbum: aquosæ autem mictiones & puræ ac pellucentes, ægre morbum secerni indicant.

De duricie renum. Cap. XVII.

Quæcunq; duricies circa renes oboriantur, dolores quidem non amplius inferunt: ægris autem ex uacuo uentris loco ueluti quippiam pendere uidetur, & stupor adest coxendicum, & impotentia crurium, minguntq; pauca, & reliquo corporis habitu aqua inter cutẽ laborantibus maxime similes existũt. Quidam etiam temporis progressu manifeste hydropem incurrunt, ueluti etiam ab aliis uisceribus indurationis cõtingit. Hos itaq; ceratis & malagmatis, itẽq; fri-

cationibus ac pinguibus fomentis remollire oportet, & urinam ducentia eis exhibere. Ventrem item ex altheæ, fœni græci, & caricarum decocto subluere, melle & nitro ac oleo iisdem adiectis. Ad noctem ité infusa per clysterem conueniunt, oleum anethinum cum butyro & adipe anserino.

De suppuratis renibus: Rufi. Cap. XVIII.

Quibuscunq; renum inflammationes ad puris permutationem uertuntur, his omnes in renibus inflammatis prædictæ accessiones extendentur, & febres cum horrore irruent, atq; id maxime circa ueſperam. Iam uero & tumor quodam modo circa ilia apparet, & uehementis caloris sensus ipsos circa renes affligit: minguntq; ruffa & pura. Vbi uero suppuratio fuerit perfecta, tunc & febrium & dolorum accessiones minores contingent, & grauitatis sensus magis circa affectum renem infestat: tempore rupturæ magis exacerbantur, ad quam etiam humorum excretio cum ipsis urinis consequitur, inuehuntur & sordes quædam ex substantia renum elotæ: ut plurimũ enim ad ueficam ex renibus erumpens pus defertur, quod sanè conducibile putandum est. Aliquando autem & ad intestina eruptio deuoluitur, & per sedẽ pus euacuatur. Quibusdam uero neq; in totum suppurata erumpunt, sed circa renes per multum tempus consistunt, donec cautere adhibito aut alio modo forinsecus apertionem & eductionem moliaris. Igitur postquam abscessus signa apparuerint, quàm celerrime adiuuare oportet tum suppurationem, tum puris eruptionem. Qua in re spongiæ aqua & oleo, itemq; furfuribus imbutæ assidue proderunt fotus gratia admotæ: eundem usum etiam cataplasmata præbent, ex farina ordeacea cum ficuum & altheæ ex aqua mulsa decocto, aut ex cretico passo. Bonum est & ipsas ficus ammiscere tritas, & absinthii comam contusam, aut chamelæam, aut irin, & bryoniam:

addatur & terebinthina, pix, manna thuris, thus ipsum, columbæ stercus, polium, & quę similia his existunt, & simpliciter omnia adhibeantur quæ in hepatis abscessu supra approbauimus. In malignis & putrescentibus humoribus: quos ex febrium acrimonia cognosces, etiam rosæ in cataplasmata commiscendæ, & myrti baccæ, eruiq; ac lentis farinæ. Hæc enim eisq; similia humorum putrefactionem sistunt. Post hæc emplastris utẽdum quæ pus permutare possunt, quem ad modum in hepaticis est prædictum. Quod si ruptura moretur, acriori infuso aluus est subluenda, ueluti ueratri nigri cremore, raphani item & allium ac cucumeris syluestris radicis cremore. Macerare autem hæc in aqua maris aut salsugine uel muria oportet, parumq; olei ammiscere, quo infusa lubrica reddantur. Hæc sanè per clysterem infundenda, iubendiq; ægri quo plurimo tempore apud se detineant: consueuerunt enim sæpe ipsam suppurationem dirumpere, unà cum hoc quod uentrem emollire solent. Si uero uehementiores sunt dolores, ptisanæ succus infundatur & lac recens multum: insessus quoq; in aquam & oleum apparetur. In potu leniora urinam ducentia exhibeantur, ueluti cucumeris semen decorticatum ex aqua mulsa, palmulis in ipsa incoctis. Danda etiam iris cum melle despumato delingenda, aut ipsum mel in decoquendo in pastillum redactum. Remorantem item rupturam iuuat cuminum cum passo, ruta cum uino mulso. Si uero ex habitu corporis & doloribus languidioribus coniectura facias, ob crasiciem pus ipsum non excerni, fœniculi decoctum in potu dato, & chamæpityos, pulegiiq; & origani. Post rupturam autem carunculæ paruæ oblongæ cum urina excernuntur: & siquidem maligna fuerint ulcera, humores fœtidi, liuidi & mucosi: si uero benigna fuerint, etiam pus ipsum albũ, & æquale, & leue, absq; odore graui, & paucũ reperie-

tur. Lac itaque cum melle post puris eruptionem eis præbendum: & primum quidem asininum aut equinum, ad ulcera enim repurganda cõducit: quum uero repurgatione amplius opus non habent, & morsus fiunt obtusiores, indigetq; æger nutrimento, tunc etiam bubulum lac eis exhibendum ii. & iii. heminarum mensura. Amplius autem omne lac recens mulctum calidum præbendum est, animali in domum ubi æger decumbit deducto: hoc & aliorum internorum ulcerum optimum est pharmacum, & graui puri maxime amicum, & corpus probe nutrit. Porrò ad uires refocillandas ac restituendas, ægrum decumbentem molliter fricare singulis diebus mane conuenit, & primum bubulo lacte nutrire: postquàm uero concoxerit lac, sorbitionem ex ptisana apparatam præbere, aut amylum, aut similaginem lotam cum lacte coctam: dandum & lac ouis permixtum, & iusculum gallinæ pingue. Ex oleribus conueniunt, malua, seris, rumex, portulaca, asparagus palustris, cucumis, lactuca, omnia cocta, neq; quicquam crudum uorẽt. Hæc sanè morsus obtundunt. Cæterum succedentes repletiones uomitu euacuare oportet. Vt uero facile uomant, cucumeris semen tritum ex passo eis præbeatur: aut ptisanæ succus cum passo. Oleo autem cyprino præsertim illinantur pennæ, quibus item ad uomitum irritentur. Non solum autem ad repletiones uomitus laudo, uerum si quis omni mense auidenter uomat, forte & renum ulcus, & quicquid inde mali accedere possit, dissoluat. Reliqua diæta eadem sit cũ ea q̃ postea ad uesicę ulcera dicetur. Ex his uero quæ urinam ducunt simpliciora iã sæpe dicta itemq; dicenda, ad repurganda renum ulcera bibantur. Quũ uero mũda fuerint ulcera, quod inde tib palàm fiet, si neque tectorium etiam ulceri obductum cum urinis excretum appareat, neque etiam pus excretum sit feculentum, sed subalbum, & leue, & æquale, &

paucum: tunc sanè pro emplastris malagmata assumenda sunt: id quod ex seminibus constat: item quod ex baccis lauri: & quod Apollophanium inscribitur: & omnia quæ cutem rubefacere possunt, quale est id quod ad calculi affectionem [illegible] præscriptum. Pro his uero quæ urinam cient resiccantia adhibeantur: quare cibus ipse adstringens sit, & pharmaca quæ corpora cogant. Conferunt etiam dropaces, & sinapismi, & naturalium aquarum calidarum & frigidarum usus. Porrò ad inueterata renum ulcera, pharmaca sunt assumenda quæ ad exulceratã uesicam describentur. Atqui nosse oportet omnem exulcerationẽ, & uesicæ, & renum, ægre curabilem esse, præsertim quæ ex erosione fit oborta, adeoq; paucos nouimus qui ab ea perfecte sint liberati: si uero extra suppuratio uertatur, inflammatio magis tumescit, & ad manum & ad oculum magis euidenter exposita est. His merito medici manum admoliuntur ubi maxime tumor attollitur, curamq; adhibent quæ ad communia & cauа ulcera requiritur: non ignorandum tamen ea in fistulam abire solere, quare diligẽtiori omnino indigent tractatione.

De disuria, id est, emittendi urinam difficultate: & stranguria, hoc est, stillicidio urinæ. Ca. XIX.

Disuria dicitur, quum meiere æger cupit, & cum ui urinæ excernuntur. Stranguria autem appellatur, quũ paulatim & guttatim urinæ destillant, & assiduã ad mingendum irritationem faciunt. Hæc autẽ contingũt aut ob acrimoniã urinæ, aut ob exulcerationẽ uesicę aut ob uesicę debilitatẽ: aliquãdo aũt & affectis renibus aut hepate, quũ abscessus rũpitur, & pus per uesicã excernitur, assiduã irritationẽ ad minctionem propter acredinẽ suã inducit: ex intemperie etiã quadam ægra uesica in propria læditur actione: necessarium igitur est scire causas quæ stranguriam & disuriã præcedunt, atq; ad ipsas remedia adornare. Si igitur

frigiditas has affectiones præcesſit, oleo rutaceo cali
do pectinẽ fouere oportet, ægrũq; in ſampſuci aut ru
tæ decoctum deſidere, ac imum uentrẽ contegere ac
calfacere: aliquando & per ſedem oleum rutaceum
calidum infundere, & cibis urinam cientibus uti. quæ
concalfacere poſſint: aromatum etiam decoctiones
in potu exhibere: poteſt etiam præberi in potu the
riace cum paſſo aut uino mulſo. Sin uero bilioſiores
ſint urinæ, & mordacitas circa ueſicam contingat, ac
urinæ ſtillicidium inducat, tum ſanè exuperantẽ ui
tioſum humorem quàm celerrime purgare oportet,
& cibis temperamentum inducentibus uti, ita ut ab
omnibus acribus ac ſalſis abſtineamus: in potu au
tem plurima aqua calida dulcis exhibenda, ægerq;
aſſidue ad mictionem cogendus: ſi enim acre recre
mentum diutius in ueſica moretur, partes ipſas cor
rodit & exulcerat. Conueniet igitur continuis fomen
tis uti, & amylum cum lacte decoctum, itemq; cum
palmarum decocto abſorbendum præbere. Vinũ
autem dulcius præbeatur. Optimum eſt & ipſum
lac calidum potatum. Quod ſi acrimonia adhuc au
geatur, etiam per colem lac ipſum cum amylo in ue
ſicam iniiciatur, & paſtillus ex phyſſalide conſtans in
potu ſumatur. Porrò ſi aliud membrum ſit affectum,
& idipſum p ueſicã expurgetur, manifeſtũ eſt illi prio
rẽ curã deberi, ita tamen ut neq; ueſicã negligamus.

De difficultate emittendi urinã in febribus. Cap. XX.

Philumeni: Fit & in febriũ malignarũ principio uri
næ emittẽdæ difficultas, ut & inde ueſica affligatur, &
paulatim cũ dolore urinã emittat: neq; uero ſola mo
leſtia hæc eſt, ſed & ſignũ totius neruoſæ partis affe
ctæ. Ad imũ uẽtrẽ igitur & pectinẽ, inguinaq; & coxẽ
dices, lana pura oleo dulci imbuta, in quo ruta, ane
thũ, aut oleũ ſicyoniũ ſint decocta, imponatur, lanęq;
amplius cuminũ quã tenuiſſime tritũ infarciatur, & ſi
aluus eis ſit adſtricta fœni græci & maluæ decoctio

nes infundantur. Inſeſſiones etiam aſſumantur uſque
ad umbilicum & lumbos totos, ex artemiſiæ, fœni
græci, rutæ, pulegii, & maxime ſampſuci decocto,
oleo itidem ammixto. Quod ſi acceſſiones urgeant,
etiam uenæ ſectio adhibenda eſt, & diæta exquiſita,
quæ maxima parte ex ſorbitionibus conſtet. Vtimur
itaq; halica lota cum anetho in aqua mulſa deſpuma
ta cocta, aut pane loto, aut ſorbilibus ouis. Poſt hæc
& malua conuenit, friabilis cocta, & porrum capitatũ
in tribus aquis decoctum, & tenerrimi piſces. Poſt fo
menta uero, cataplaſmata adhibeantur ex eadem ma
teria apparata. Vrgentibus autem doloribus, cucur
bitę cum ſcarificatione ad imum uentrem affigantur.
Ceratum uero ad has affectiones conueniẽtiſſimum
hoc eſt: Maluæ ſylueſtris radices in oleo ſicyonio
cum modica aqua coquuntur, donec aridæ fiant, &
ipſæ quidem abiiciuntur, oleum autem cum rutæ ſuc
co permiſcetur, ut quarta olei pars de ſucco rutæ ad
datur: hisq; amplius cera ſufficiens & parum caſtorii
adiicitur. Cæterum potus ita affectis commodus eſt
cucumeris ſatiui ſemen, quod præmaceratum decor
ticatur, deinde tritum cochleariũ ii. menſura ex aquæ
cyathis iii. præbetur. Lotium enim citra moleſtiã du
cit, & dolores circum locos infeſtantes eueſtigio diſ
ſoluit. A reliquis autem quæ urinam cient quandiu
febres perſtiterint in totum abſtinendum eſt. Moti e
nim ex febrili calore totius corporis humores, per
ea quæ efficacius urinam cient, ad ueſicam prius affli
ctam deducuntur.

De iſchuria, hoc eſt, urinæ ſuppreſſiõe. Ca. XXI.

Iſchuriæ, hoc eſt, urinæ ſuppreſſæ affectionem,
etiam ipſum nomen declarat: ægris enim in totũ uri
na ſupprimitur ac cohibetur. Atq; id aliquãdo ob im
becillitatem contingit, ueſica ea quæ in ipſa continen
tur arcte complecti ac exprimere nõ potente, aliquã
do autem & inferiore meatu à craſſis humoribus

obturato, aut lapide obstructo, quandoq; autem ob inflammationem aut talem quempiam tumorē meatum angustum reddentem, & perfecte obturantem. Sanguis etiam in grumos concretus in uesica, suppressæ urinę causa existit: pus item crassum per ipsam uesicam à renibus, aut hepate, aut alio quopiam inferiore membro excretum, urinæ suppressionem operatur. Accidit & sanis sæpe urinam ipsorum cohiberi, aut ob negociorum importunitatem, aut in concionibus, aut foro iudiciario, aut somnis, si diutius continuerint mictionem. Afficitur enim in his comprehensiua & urinam obuoluens uesicæ uis, ex immodica uidelicet repletione & tensione: imo quantum amplitudo ipsius uesicæ expleta circumtenditur, tanto angustior seipso fit meatus. Vrinam igitur ob inflammationem suppressam uenæ sectiõe curabimus, fomentis item ac cataplasmatis aliisq; remediis adhibitis, quæ iam sæpe ad inflammata sunt prędicta, & in sequentibus describentur. Si uero sanguinis eruptio præcesserit, coniectare oportet sanguinis grumos suppressæ urinæ causam esse: hi itaque dissoluendi sunt eo modo, qui de eruptione sanguinis ex uesica dicetur, quod si lapis sit qui urinam supprimat, & hunc ex loco excutere ac dimouere oportet, quem ad modum de calculosis est prædictum. Si uero crassi humores in causa sint, fomentis & insessionibus ac cataplasmatis cura cõcredẽda est: ab his uero quę urinam cient in totum abstinendum, ueluti in loco de difficultate emittendi urinam in febribus est relatum. Quibus uero citra inflammationem & eruptionem sanguinis, aut aliam quandam ex prædictis causam, urinæ excretio supprimitur, propter ægrum uesicæ sensum contigit id scilicet, quapropter irritando submonere, ac excitare eius actionem oportet, & per infessus auxiliari, nitroq; ad meatum admoto, aut nitri spuma, aut cimicibus contritis. Quod si ita non procedat, ad catheterum usum cõfugiendum, perq; hoc ipsum instrumentum immissum urinæ prolectandæ. Vrinam ducentia nequaquam bibant, ne multitudine eius uesica distendatur. In sanis autem, quum ut dictum est ob negotiorum importunitatem lotiũ diutius retẽtum uesicam debilem reddat, auxiliari oportet ipsi, ambobus manibus supra imum uentrem admotis, ac urina lente expressa. Ad urinam ægre prodeuntem. Cucurbitæ semen præmundatum aqua macerato, quum uero emollitũ fuerit, sufficienter aqua affusa terito, percolato, ac succum bibẽdum præbeto. Vtere, experimento constat.

De scabiosa uesica. Cap. XXII.

Quibus uesica scabit, his pruritus tum imi uentris, tum pectinis succedit, inq; urinis asperę & furfuraceę subsidentiæ deferuntur: progrediente uero morbo, uesica exulceratur, accessionesq; ad ulcera præscriptæ inducuntur. Nosse igitur operepretium est quod non penitus curabile sit malum, conandum tamen ut pro uiribus leniatur. A mordacibus igitur & quę humores acriores ac salsiores reddunt abstinendum. Exhibẽda autẽ uina dulcia & lac & gallinæ aut hœdorum aut agnellorum carniũ iuscula, palmarumq; cremor, similago item & amylum, ac sorbitiones ex his apparatæ, pisces molles carne & omnes coctos: & ex oleribus quæcunq; urinam quidem subducunt, nihil uero mordax in se habent, uelut est pastinaca probe cocta, crithma, fœniculum, apium, hipposelinum, asparagus, cucumis, & quæcunq; eius generis existunt: nam & urinam agẽtibus mitioribus tamen, uesicam subpurgare oportet: periculum enim est ne fortioribus exulceretur, quod omnino peius extat. Vrinam itaque commode cient cancri, & pinæ conchæ, & herinacei marini recentes, & herinacei terrestris caro exiccata & drachmæ põdere potu accepta. Neq; minus cõmodę cicadę cẽsendæ, &

uermes terreni tres ex passo potati. Non inconue-
niens item fœni græci succum cum melle sorbere:
ipsum enim & intestini morsus obtundit, & si ad uesi-
cam procedat scabiem eius mitigat. idem etiam tra-
gacanthus facit. iucundus est item baccarũ myrti cre-
mor cum uino potatus, aut mali cotonei cremor, aut
cuiuscunque alterius adstringentis fructus. Hæc au-
tem adstringentia, inquam, pruritus quidem miti-
gant, affectionem uero non sanant. Diæta porrò op-
timi succi sit, & per aliquot dies uomant. Sero au-
tem lactis aluus subducatur. Mediocribus etiam exer-
citiis moderate utantur. Aliud, quod confestim
auxiliatur. Serpillum cum cicere satis diu co-
quito, percolatumq; decoctum bibendum præbe-
to. Oribasii, ad ægre meientes. Amomi, carda-
momi, floris iunci odorati, cuiusq; drac. vi. costi, casto-
rii, myrrhæ, cuiusq; drac. iii. casiæ drac. i. mellis quan-
tum satis est, datur fabæ Ægyptiæ magnitudine cum
uino temperatum. Aliud eiusdem. Petroselini,
baccarum myrti nigrarum, singulorum drach. xvi. se-
minis apii drach. xxxii. ammii drach. viii. nardi celtici
drach. iiii. myrrhæ drac. ii. mellis quantum sufficit, da-
tur drachm. i. ex aqua mulsa, aut uino diluto cyatho-
rum iii. mensura.

Simplicia remedia ad suppressam ac ægre prodeuntem urinam, si aut eius multitudo aut crasities in causa sit. Cap. XXIII.

Vrinam difficulter prodeuntem & suppressam, ui-
scera herinacei terrestris sanat exiccata ac suffita ægro
undiquaq; probe contecto. Oportet autem ipsa sale
condire ac exiccare. Quin & in potu accepta sicca tri-
ta quantum tribus digitis apprehendi potest ex uino
multas urinas cient: carnis item herinacei in sole exic-
cati drac. i. ex uino datur, & urinam multam citra mo-
lestiam educit. Aliud. Aselli qui & millepedæ
sub aquario stabulãtes uase, egregie difficultatẽ emit-

tendi urinam soluunt, si duo aut tres in modico garo
coquãtur, ipsumq; garum cum aquæ cyathis duobus
bibatur. Aliud. Vermes terrenos tres aut quinq;
tritos ex uino mulso aut aqua mulsa præbeto: cito e-
nim urinam ducunt. Forinsecus autem artemisiæ fo-
lia cum myrrha trita pectini illini, itemq; imo uentri,
& lotium prodibit. Aliud. Perdicium herbam
terito, & affuso oleo feruefacito, atq; ita uesicæ impo-
nito. Eandem item herbam cum oleo coquito, ipsaq;
proiecta lanam oleo imbuito ac imponito. Aut pe-
ponis pulcherrimi pelliculam cum modica ipsius car-
ne imo uentri imponito & colligato, & prodibit uri-
na. Si uero arida sit pellicula, ipsam in aqua macera-
to, & imponito, ac colligato. Insessus etiã eis ex sam-
psuci maxime decocto apparentur, aut si id non adsit,
ex decocto rutæ artemisiæ & altheæ.

De dissoluta per paralysim uesica. Ca. XXIIII.

Ex his qui paralysi exolutam uesicam habent, alii
quidem præter uoluntatem urinam emittunt, & quan-
to plus id eis contingit, eo minus periculo sunt obno-
xii: alii autem lotium non excernunt, sed eo suppresso
uesica & lumbi eis distẽduntur similiterq; pecten: fœ-
mora autem tumefacta habent, & quum non eiiciant
lotium subiecta membra mortificantur, neq; ita lon-
ge post moriuntur. Quum igitur lædi contigerit ner-
uos qui ex spinali medulla ad musculum uesicæ col-
lum claudentem deferuntur, exoluto musculo, inuo-
luntaria urinæ excretio contingit. Si uero proprii ue-
sicæ nerui fuerint affecti: nerui aut musculi qui ceruicẽ
uesicæ cõplectuntur uires suas conseruantes in actio-
ne sua ualidi sunt, urina ipsa cohibetur. Cæterum quũ
cuidam ob casum spina in anteriorem partem esset lu-
xata, & inflammatio successisset, tertia die urinæ sup-
pressio ei accesit: curauimus autem ipsum, inquit Ga-
lenus, ueluti cõtra inflammationem renitentes. Alius
autem quum cecidisset, uertebris retro inuersis & lu-

xatis,præter uoluntatem urina ab eo prodiit,citra tamen ueficæ dolorẽ,ex quo coniecturã fecimus neruũ esse læsum musculi eius qui uesicã claudit, & propterea medelam spinali medullæ adhibuimus,affectis inquam,uertebris. His igitur quibus citra casum urina supprimitur,hoc modo auxiliari oportet. Insessus assiduí in fœni græci, seminis lini,altheæ, rutæ,ac artemisiæ decoctum cum oleo eis apparentur, & loci ex oleo calido rutaceo,aut sicyonio, aut gleucino sæpe per diem & noctem, & maxime post insessus irrigentur & perfundantur: cucurbitæ etiam locis affigendæ, & cataplasmata imponenda ex cruda ordeacea farina, ex uinoq; dulci & uino mulso. In aluum autem per clysterem infundatur centaureæ, & radicis cucumeris agrestis decoctum,addito oleo rutaceo & melle. Post sublutam uero aluum oleum rutaceũ sicyonio ammixto infundẽdum, adiecto aliquando etiam modico castorio. Vnguenta item & medicamenta illitu lassos neruos reficientia, acopa Græci uocant, & supra resolutiones sunt descripta, tum spinæ, tum imo uentri adhibenda. Castorium itemq; theriace in potu propinanda. Modicus autem eis conuenit potus & uomitus qui pituitam educunt. Post euacuationes sinapismi, tum pectini, tum lumbis commodi sunt. A quibus cerata quæ partes mitigent, & malagmata odora imponantur. Porrò urinæ suppressionem quæ ob sauciatam spinam, aut casum, aut uertebræ luxationem,aut ob lethales accessionum concursus,suborta est, impossibile est curare, quare caute remedia adhibere oportet. Cæterum eos qui præter uoluntatem urinam emittunt curare conuenit roborando per mordacia cataplasmata,& malagmata, & per rubefacientia ex sinapi apparata,& arenæ a sole feruefactæ iniectione,aquisq; naturalibus,primum quidem calidis, postea etiam frigidis & maxime sulphurulentis & bituminosis. Exercendæ etiam ac perfricandæ partes,ueluti in loco de resolutione est prædictum. Vrinam autem ducentia nequaquam exhibeantur. Diæta uero calidior & siccior sit,nisi acriores ac mordaciores appareant urinæ.

Ad eos qui se in somno permingunt. Ca.XXV.

Affectio hæc pueris maxime contingit: ad eam Archigenes hæc descripsit. Pulmo hœdi moderate assatus,& citra panem large ad triduum in cibo acceptus, eos qui lectos commingunt corrigit. Aliud. Leporis cerebellum siccum potatum ex uino lectos permingentes sanat. Aliud. Testiculum leporis siccum in uinum radito, & bibendum dato. Quidam autem leporis cerebrum in uesicam porcinam coniectum & assatum,unà cum uesica edendum præbent. Etenim ipsa porcina uesica per se usta,& in potu exhibita, iuuat. Simili modo & ouilla uesica facit: cinerem itaq; eius ex posca præbeto. Aliud. Adipem anserinum drachmæ pondere, cum coagulo leporino oboli pondere, & cum polẽta subigito,& reclinatis in lectũ præbeto. Aliud. Linguæ anserinæ coctæ per triduum exhibitæ affectionem sanant. Quidam assatas præbent. Aliud item Archigenis. Myrrhæ,calaminthæ,cuiusq; obolum i.terito,& cum uino odoro ante cœnam bibenda præbeto. Aliud eiusdem. Raphanidem marinam contusam urito,eiusq; cinerem totum bibendum præbeto. Aliud. Rutæ præsertim syluestris semen torrefactum duarum drachmarum pondere bibendum præbe. Aliud. Castorii drach.i.in potu præbe. Quod si acriores & mordaciores sint urinæ, lactucæ seminis drachm.i,bibendam dato. Aliud. Galli guttur ustum ac tritum cum aqua tepida ieiunis bibendum porrige. Aliud. Gnaphalium aut anthyllin herbas quibus pro tomento & strato usus est æger,easq; perminxit,siccato,urito, & cũ potu exhibeto. Cæterum in somno pudendũ illinãt ex cimolia

cum perdicii ſucco. Circumligent etiam fœmora infra inguina, quatuor digitorum diſtantia, atq; hoc per uiticis uirgas. Porrò ubi ſitierint, omnino amplius dormiant: multus enim potus affectioni incommodus exiſtit. Atqui ſi diuturnum & inueteratum ſit malum, uelut eos qui præter uoluntatem ob reſolutionẽ ueſicæ urinam emittunt curato. Differunt autem hi ab illis, in eo quod his per ſomnum ſaltem hæc acceſsio contingit: illi uero quibus ob muſculi colli ueſicæ reſolutionem hoc accidit, etiam dum uigilant eodem modo afficiuntur.

De inflammatione ueſicæ: Rufi. Cap. XXVI.

Morborum qui circa ueſicam oboriuntur grauiſſimus & maxime mortalis inflammatio exiſtit. Conſequuntur autem ægros communia inflammationis ſigna. Febri acuta infeſtantur, & uigilant, & delirantes aliena loquuntur, & uomunt bilioſa pura, & lotium eiicere non poſſunt: durus fit pecten & pubes cũ uehementi dolore, & egerendi appetentiæ uelut in teneſmo fieri ſolent: quod uero egeritur tenue eſt, & ſubſidentiam non habet. aliquando & inflationes ſequuntur, & aluus adſtricta eſt, inteſtino recto ab inflãmatione ueſicæ cõpreſſo. His itaq; ſi nihil aliud prohibeat uenam citra cunctationem in principio morbi ſecato, & pauco cibo adſeruato, & aquæ potu: locos uero oleo in quo anethum, ſemen lini, aliquando etiã ruta & althea incocta ſint irrigato. In decoctum item ſeminis lini & fœni græci inſidere facito, odorato aliquo ſemine, ueluti petroſelino, dauco, aniſo, ſimul incocto. Admoneaturq; æger quo in aqua decocti deſidẽs mingat: ueſica enim nõ ſatis robuſta eſt ad amplectendam & expellendam urinam, igitur ipſum ægrũ aut aliquem ex adſtantibus ſcite ac placide pectinem premere oportet, neq; id ultra modum ne dolor inde intendatur. Eſt autem inuentum hoc Philumeni, qui hominẽ hoc modo à ſe tractatum urinã eieciſſe teſtatur

teſtatur. Cæterum primum omnium aluus leni infuſo ſubluatur, & poſt ſtercorum eductionem, oleum quo ſupra ad irrigationem uſus es, in inteſtinum ſolatii & leniendi doloris gratia iniiciatur. Præſtat autem & papaueris calicem ſimul cum oleo incoquere, & adipem anſerinum aut gallinaceum recentem in ipſo oleo eliquatum ſimul infundere. Ego uero, inquit Rufus, uehementioribus exiſtẽtibus doloribus opiũ magnitudine erui cum modica myrrha & croco lanæ illitũ, in podicem indidi, & ſtatim dolores quieuerunt, confeſtimq; æger obdormiit. Poſt clyſterem & infuſa, inſeſſusq; & irrigationes, etiam cataplaſmatis utendum ex cruda ordeacea farina, capitibus papaueris, & hyoſcyami foliis, ac modico mandragoræ ſucco adiectis. Fomenta autem fiant per aquam & oleũ in ueſicis bubulis ſemiplenis admota, aut polentam calidam in ſacculis aut detritæ ueſtis panniculis ligato, & pro fotu admoueto. Poſt cataplaſmata, etiam cerata imponantur, ex œſypo, & cera, & ficyonio aut gleucino oleo cum caſtorio apparata. Quod ſi neq; ſic mali tumultus ceſſet, cucurbitam affigemus locis unà cum ſcarificatione. Cæterum ubi euidens declinatio apparuerit, ad emplaſtra & malagmata trãſeundum eſt. Porrò catheteris immiſsionem ad inflammatam ueſicam in uiro quidem non probo: etenim quũ laborioſe immitti queat, dolores exacuit, & inflammationem auget: uerum mulieri ipſum adhibere nihil abſurdum: breuis enim in ipſis urinæ meatus exiſtit, & recta ſitus, ut citra dolorem hoc molimen admittant. Si uero urinę ſuppreſſæ periculum urgeat, neceſſario ad catheteris uſum confugimus, non quod affectionis moleſtiam tollat, ſed ut urgentem urinæ ſuppreſsionem corrigat, & à præcipiti periculo liberet. Poſt urinæ prolectationem rurſus ad eadem mitigatiua auxilia accedendum, uſquequo inflãmatio ſoluatur, aut ſuppuretur. Solet autem ſæpe repente inflam-

matio ſolui, eryſipelate iuxta cutis ſuperficiem obor-
to, & perman nte, neq; rurſus intrò recurrente: imo
& lotio multo eiecto, ſæpe id eadem iudicatione libe-
rum hominem reliquit. nihilo minus tamen etiam ſi
hæc appareant, iiſdē remediis inſiſtere oportet, quan-
doquidem ut plurimum tenſione aliqua facta ac ob-
orta, continuæ exacerbationes fiunt, & mali conſti-
tutio diuturna. At uero ubi periculoſæ acceſsiones
ceſſarint, & morbi conſtitutio iam fuerit inueterata,
ad unguenta quæ humores ex profundo euocant ac
transferunt, metaſyncritica Græci appellant, & ad
malagmata tranſeundum eſt, quæ cutem rubefacer-
re poſſunt.

De ſanguinis ex ueſica eruptione, & de gru-
mis eiuſdem. Cap. XXVII.

Eſt & alius acutus ueſicę morbus: rumpitur autem
uena in ipſa, & partim quidem ſanguinem foras mi-
tit, partim uero intus condenſatur. Sanguine autem
condenſato, & grumis coactis, æger animo linqui-
tur & palleſcit, pulſusq; paruos, obſcuros, & denſos
habet, mœrore angitur, refrigeratur, ac uiribus deſti-
tuitur: quum uero grumus aliquando in urinarum
meatum inciderit, is etiam lotii excretionem ſuppri-
mit uerum omnino difficilioris curæ cenſenda eſt eru
ptio ex eroſione facta. Quare quàm celerrime uelut
etiam in aliis ſanguinis eruptionibus auxilium ferre
oportet, extremas partes conſtringendo, & pectinem
ex ſpongiis poſca imbutis irrigando. Quod ſi inflam
mationem ſuſpectam habes, lanas ſuccidas uino &
roſaceo madidas imponito. Cęterum ob prædictum
periculum, compendiariam curam facere conuenit,
& nequaquam rem differre: & ſiquidem nihil pro-
hibeat, uenam ſecare partita ſanguinis detractione, ut
eo modo ſæpe & paulatim ſanguis detractus reuel-
latur: ægri uero in decumbendo ſurſum uerſus col-
locentur, & coxendicibus ipſorum leuandis & ſimul

refrigerandis ſpongiæ poſca imbutæ ſubdantur, aut
pelles ſubſternantur: ſumme autem proſunt urgen-
te malo cucurbitulæ iliis ac lumbis affixæ. Poſt irri-
gationes autem cataplaſmatis utendum ſanguinaria,
rubo, plantagine, perdicio, mali punici floribus,
lentiſci & myrti foliis: horum unumquodque cum
polentæ flore pro cataplaſmate imponendum eſt, &
frequenter priuſquàm tepeſcat, altero impoſito, au-
ferendum. Optime etiam faciunt ex palmis, acacia &
hypociſthide ac alumine apparata cataplaſmata, &
quæ his ſimilia exiſtunt. Summe autem cinis linteoli
uſti auxiliatur, ſi palmis ammiſceatur, aut alicui ex epi
thematis infarciatur. Spongia item pice liquida im-
buta, uſta & epithematis ammixta mirifice ſanguinis
eruptiones ſiſtit. Cæterum detritæ ueſtis panniculus
uſtus, & ſpongia uſta, non ſolum forinſecus locis ap-
poſita, ſed & cum plantaginis, aut ſanguinariæ, aut
herbæ ſideritidis ſucco ueſicæ infuſa, maximopere
auxiliantur. Oportet autem infuſi fiſtulam aliàs cathe-
teri ſimilem eſſe, uerum ex ſummo utriculum aut ue-
ſicam adaptatam habere. Quandoque & ſedi hæc in-
fuſa proſunt. Inſeſſus autem conueniunt ex conſimili
materia conſtructi: nam & poſca & lentiſci decoctū,
itemq; rubi & ſimilium eis conuenit. Danda autem
& in potu pharmaca eductioni ſanguinis apta tum
ſimplicia, tum compoſita, ueluti ſunt rheon ponti-
cum tenuiſsime tritum, & loti arboris ſcobes & ra-
menta, præſertim corticis eiuſdem, & glycyſides aut
pæoniæ grana rubra xii. terra ſamia, & lemnia, ſphra-
gis appellata, hippuris, centaureæ magnæ radix, thu-
tis cortex, & ſimilia. Optimum uero & hoc eſt, quo
Archigenes uſus eſt. Ad ſanguinem mingentes:
Archigenis. Aluminis ſciſsilis drac. i. gummi obo-
lum i. tragacanthæ drac. ii. in paſſo diluito, & in paſtil-
los redigito, & ex eis obol. ii. cū paſſo præbeto. Ad
ſanguinis è ueſica eruptionē: Aſclepiadæ. Balauſtii,

acaciæ,ſucci hypociſthidis,cuiuſq; drachm.iiii.alumi nis ſciſſi drachm.ii.in paſtillos cum aqua digerito,& obolos iii.cũ uini myrtitæ cyathis iii.exhibeto. Porrò quibus ſanguis in ueſica in grumos cogitur, primum tentandum eſt ut pharmacis diffundatur, artemiſia igitur in potu præbenda eſt,& elichryſum,& cyrenai cus ſuccus,aut laſer purum:aut conyza præſertim pat ua,abſinthium, raphani ſemen, rubi ſuccus, betæ ſuc cus,leporis coagulum, aut hœdi, unumquodq; cum aceto mulſo. Ego autem,inquit Galenus, pharmacũ eis præbui bibendum quod lapidem confringit ex aceto mulſo:imò ipſum per ſe acetum mulſum exhi bui,& quibuſdam ipſorum grumi diſſoluti paulatim per lotium prodierũt. Quod ſi hoc modo nihil pro ficias, ſed urina ſupprimatur, neceſsitatem inducet catheteris adhibendi, per quem ubi urinas eduxeri mus,rurſus prædicta in potu exhibemus præſtantia ad grumorum coactorum diſſolutionẽ, ſi uero neq; ſic grumi diſſoluantur,intercapedinem inter anum & pudendum perinæon Græcis dictam inferne diſſeca re oportet, quem ad modum in calculoſa ueſica eſt prædictum,& eductis grumis de cætero uelut ad ſan guinis eruptionem ueſicæ opitulabimur: ubi uero ſanguinis eruptio ceſſarit, uelut alia ulcera curato. At uero ſanguinis ex cole eruptiones, epithemata colem refrigerantia, & quoddam ex prædictis infu ſum ſanant.

Quæ tubercula in ueſica matureſcere oporteat. Cap.XXVIII.

Optimum quidem eſt in principio conari quo tu bercula diſſoluantur,ut ne in pus permutentur:ſi ue ro id cito fieri non poſsit,auxiliorum uſu ea matura facere oportet,quæ ſupra renibus cataplaſmatis mo do dixi imponenda,atq; amplius adhuc naſturtio cũ erui farina & melle,& columbino ſtercore cum cari cis impoſito. Fomentis aũt & aliis remediis utendũ

quem ad modum iſthic eſt prædictum. Vt plurimum uero circa ueſicæ collum ſuppurantur, quapropter etiam urinæ ſtillicidium amplius inducunt:ſuppuran tur & in uicinis ſedi locis,& magis recrementi egeſtio nem impediunt. Suppurantur etiam circa pectinem utrinq;:uerum non difficile eſt ea coniectare,tum lo ci dolore,tum grauitate,atq; ipſo adeo tactu: durio ra enim & calidiora ſunt corpora quæ ſuppurationẽ incurrent. Ex tuberculis etiã quædam foras uertũtur ad ſedem, quædam quocunq; contigerit defluxus. Periculoſa igitur & hæc ſunt ac omnino lethalia, pe riculoſiora autem ſunt quæ intus rumpuntur.

De ueſicæ ulceribus: Rufi. Cap.XXIX.

Si ueſica ſit exulcerata,aut propter abſceſſum, aut ob tuberculum quod præcesſit aut ex ruptura,aut ob fluxionis eroſionem, aut ob aliam quamcunq; cau ſam:ægros dolor acutus ueſicæ omni quidem tem pore comitatur, maxime uero tempore mictionis & excretionis puris, & ſiquidem ſordida fuerint ulcera, feculenta ſimul excernuntur, & mucoſa,& quæ craſ ſam ſubſidentiam ad modum farinæ habent:aliquan do autem & pelliculæ tenues ad modum foliorum & lamarum cum urina excernuntur. Si uero ſerpẽdo depaſcant ulcera, ſubcruenta excernuntur & ſanioſa ac fœtentia. Ad hæc accedunt urinæ emittendæ dif ficultas,& pudendi arrectio ac petulantia,& dolor nõ ſolum quum urinæ meatus fuerit affectus, ſed & quũ tale quippiam in profundo exiſtit. Cognoſcetur au tem num in profundo,ſiue iuxta urinæ meatũ ſit affe ctio, ex eo quod ſi in amplitudine ſua ueſica ſit affe cta,dolor circa pubem cõſequatur: Si uero iuxta col lum ueſicæ ulcera conſiſtant, tempore mictionis tan tũ & maxime ubi mingere inceperint ac ceſſauerint, dolor ſentitur, atq; id amplius contingit ſi urinæ ſint acriores. Omnes quidem igitur aſsidue decumbunt, & neq; erecti ſtare poſſunt, neq; reclinati quieſcũt.ab

indesinente dolore, febribus, uigiliis, & colliquatione perimũtur: alii quidẽ citius, alii tardius. Dolores enim acuti sunt & ulcera iniucũda, partim quod urina asſidue ea cõtingat, partim quod urina natura acris exiſtat, neq; q̃uis plurima excernatur, uniuersa uesica euacuari possit: sed semper ex urina quippiã in ipsa relinquitur, quod continue ulcera cõtingit: semper q̃; uesica lotio plena existit. etenim quũ multitudo eius euacuatur uesica cõtrahitur, & quod in ea relictũ est quãtumuis modicũ, id ipsum omnes eius partes contingit, & quantum rursus repletur, paulatim simul extenditur. Propter hoc ipsum itaq;, & quod neruosa est, insanabilia ut plurimum eius ulcera existunt: pericuſosiora autem sunt quæ ex erosione orta sunt, & modica spes est ea restaurandi. Attamen quum sæpe etiã præter expectationem quædam eueniant, cura est agredienda, per quam si nihil aliud, certe accessorii dolores minuentur. Primum igitur persuadendus est æger ut decumbat, & in lecto quietem toleret, idq; maxime si febres simul adsint: deinde remedia febribus intermittentibus adhibenda: maximum uero hic fuerit lactis potus, neq; scio an post ullum aliud remedium secundo saltem loco id sit habendum: nam & asperitates lenit, & ulcerationes eluit, alias q̃; affectionem extergit: reliqua uero diæta frugi sit & commoda, ut ne urina acris fiens, mordeat ac irritet ulcera. Per pharmaca etiam consolari ægrũ oportet, quæ ſuperne pectinem amplectantur, & si quidẽ cum inflammatione exulceratio consistat, cataplasmata ex lini ſemine & fœno græco apta erunt, & reliqua quæ inflãmationem soluere possunt: insessiones item & fomẽta ex oleo & per spongias. quin & cerata imponenda ex œsypo, butyro, adipe anserino, & styrace apparata, & ceratum myrteum, quod pro ceruſa famiam terram, aut lemniam, sphragidem appellatam, aut minium sinopicum, aut diphryges habet ammixtum.

Quod si loci uiolentius coarctentur, nardinum quidem sit ceratum. maluæ autem radices probè in aqua mulsa coctæ, deinde tritæ, in ceratum infarciantur, aut cerata ex meliloto & fœno græco similiter adhibeantur, aut quod tetrapharmacum, item q̃; quod enneapharmacum inscribitur. laxationem enim malli faciunt, uerum his omnibus aliquid satis amplum de styrace addendum. Porrò si exulceratio pascendo serpat, epithematis subadstringentibus utendum est, atque his quidem calidis, ut ob calorem quidem partes circumdolitantes leniendo iuuent, ob potestatem autem ipsorum nomen uicinos locos apprehendere prohibeant. Sylua horum sæpe iam relata est, utpote in palmis, uuis pasſis, gallis, malicorio, alumine, acacia, hypocisthide, & similibus sita. ex his singula aut palmis excipiuntur, aut cataplasmatis ex loliacea farina. decoctio autem fit in posca. Vtendum etiam pharmaci per catheterem infusione, ita ut in inflammatis & exasperatis lac recens multum infundatur, aut rosaceum optimum recens tepefactum. Si uero nihil horum adsit, aqua dulcissima tepida assidue infundenda, mordacitatis tempore instante: in intestinum quoque per sedem ptisanæ succus infundendus est, & seminis lini succus, & cucumeris semen decorticatum tritum cum lacte, rosaceo oleo ad singula instillato. Cæterum ubi clysterem adhibere uelis ei qui uesicam habeat affectam, non supinum ipsum decumbere oportet: non enim permittunt uesicæ infusum intra transire, utpote induratæ & graues factæ, & intestino incumbentes, uerum in genua pronum reclinare hominem oportet, atq; ita infusum adhibere. In hac enim situs figura uesicæ recedunt & intestinum laxant, quo infusum assumere possit. Frequenter autem & in aquam calidam desideant ægri, & in decoctiones relaxantes: nam hæc mitigant dolores. At uero ubi ulcera iam pascendo proserpant, per

catheterem iniicienda sunt quæ depastionem sistere possunt. Multa autem eius generis sunt, sed plurimis itemq; nobis familiare est, ex charta siccum pharmacum, quod cum rosaceo infundere oportet. Facit & Musæ pastillus, cum passo cretico tepidus infusus. Quod si uero sordida sint ulcera, pharmaca infunden da sunt, quæ repurgandi uim habent: uelut est Epigoni chlora, siue uiridis compositio: item quæ Isis appellatur, multo rosaceo diluta, aut ea quæ ex herbis constat, aut huiusmodi quæpiam alia. Si uero acrimonia consequatur & mordacitas, lac recens mulctum cum optimo amylo infundatur, aut pompholyx pluribus aquis elota & exiccata, atq; deinde cum lacte diluta, aut collyrium Aster inscriptũ, aut quod Cycnarium appellatur: aut pastillus ex physalide, aut panchrestus, à commoditate dictus, qui somnum inducit. Quum uero repurgata fuerint ulcera, adiuuare oportet quo ad cicatricem perducantur, atq; id per insessus adstringentes & eiusdem facultatis epithemata. Emplastrum igitur ex ouis commode superponitur, & ex hordeo usto, & ex cadmia, tripla eorum parte cum cerato myrteo, aut rosaceo contemperata. Si uero magis fluxione affectio infestetur, post repurgationem ulcerum, emplastro ex salicibus, aut icesii, aut ex lolio utendum est, donec in totum ad cicatricem perducantur. Atqui nosse operæ precium est quod in quibusdam ob solidam cicatricem inductam, seminis meatus excæcantur, & uis generandi perditur: ita ut appetentiam quidem habeant ad coeundum, nihil autem in totum seminis emittant, atq; hæc affectio penitus incurabilis existit. Cæterum si ad multum tempus exulceratio duret, quem ad modum in plerisque fieri consueuit, tunc sanè & exacerbationes & interualla siue remissiones ægros apprehendunt, quare in exacerbationibus quidem cataplasmata, & fomenta & irrigamenta leniendi uim habentia adhibeantur, remissionis uero tempore ductu ad destruendum malum apto utendum est. Pecten igitur iuxta membranæ peritonæi appellatæ, locum per malagmatum ad hanc rem destinatorum impositionem rubefiat: sunt autem huius facultatis, id quod ex lauri baccis constat, & epithema uiride appellatum, & similia, maxime uero quæ ad calculosos renes sunt præscripta, quin & sinapismo utendum, & diæta uiribus reparandis apta est constituenda. Quod si non mansuescant, & diutius durent affectionis dispositiones, crustas circa pectinem & peritonæum membranam infligere oportet, aut per pharmaca, aut per ferrum, sinereq; ut per multum tempus ulcera se per effluxionem repurgent. Neq; uero inepte pharmaca dolorem leuantia in potu exhibueris, si uehementes instent dolores. Et sanè quidam iam papaueris succum erui magnitudine cum croco & myrrha lacte dissolutis in podicem indiderũt, aut cerato ex adipe anserino apparato permixtum & lana exceptum eodem modo intruserũt, scimusq; eos non uulgarem commoditatem inde cõsequutos. Assumantur etiam quæ per os exhibentur, siquidem urgeat urinæ emittendæ difficultas: ueluti est papaueris albi tosti semen, quod drachmæ põdere tritum in tres cyathos decocti floris iunci odorati, aut calami indici, aut radicis dulcis inspergitur & exhibetur: his fortiora sunt meon, phu, acorũ, daucus. Plurimum aũt exulcerationis dolorem mitigat hocce semẽ cucumeris granorũ triginta, nuces pineas duodecim, amygdalas amaras decorticatas quinq;, croci quantum ad colorãdum satis est, quotidie ieiunis accipiat cum lacte recens mulcto, aut passo protropo, aut uino, aut sapa, quod si lenius reddere uelis, pro nucibus pineis maluæ semen pari modo recte coniceris. minore item molestia ab ægro procedet urina, si tragacanthus prædictis commisceatur. Probe autem exulcerationem iuuant uerbenacæ rectæ folia cum

passo potata, in duobus cyathis dissoluta, quo facile potu accipi possint. Ad urinæ difficultatẽ quidem & ad ipsam exulcerationẽ pariter conueniũt, papaueris albi semen, amylum, myrti baccæ nigræ, singulorum drachmæ iiii. crocei oui assati dimidiũ: unito & drac. i. ex passo dato. Quod si multum pus efferatur, seruatæ ustæ drach. i. ex passo diluto exhibita, ipsum reputgat. Deinde autem singulis diebus cucumeris semen decorticatum, & crocum, obolorum ii. pondere, & nuces pineas pityidas appellatas desquamatas v. & anisi obolos iii. simul trita cum uino mulso ex calida aqua temperato, exhibeto. Cyphi item & cyphoides ad hepatis ulcerationes præscripta, in paucis adeo diebus ueficæ ulcera persanare possunt. Ego autẽ, inquit Archigenes, ad uetera ulcera hoc usus sum, neq; opus fuit mihi pharmaco magis uariegato. Trixaginis, chamæpityos, cuiusque drach. xxi. asari drac. vii. piperis albi drachm. vii. cinamomi drach. unam quàm tenuissime terito, & unita simul reponito. Ego, inquit, ex eo cochlearia ii. cum passo diluto præbeo. Quum uero morsus contingit ulcerosus, amyli cochleariis duobus, & seminis cucumeris granis xv. adiectis, quod uolui sum assequutus. Suffecerint quidem igitur uolentibus bona methodo remediis uti, hæc à Rufo & Archigene præscripta pharmaca. Apponam tamen & alia consimilia itidem à ueteribus tradita. Sint autem præscripta eorum quæ describentur quod ad usum pertinet exempla. Andromachi, ad ulcera renum & ueficæ. Seminis lini, seminis papaueris albi, seminis cucumeris repurgati, tragacãthi, singulorum drach. ii. amyli drach. iiii. cum aqua contrito, & in pastillos nucis pontice magnitudine redigito: ex eis q; drac. i. cum passo diluto dato. Asclepiades autem & Eras hoc modo apparant ad assiduos morsus, & sanguinis ex uefica eruptiões. Seminis lini torrefacti, seminis cucumeris repurgati, seminis papaueris albi, tragacanthi, cuiusq; drachm. vi. pasi quantũ satis est, apparato, & ponticæ nucis magnitudine cum pasi diluti cyathis ii. præbeto. Ad sanguinis eruptiones, cum aqua dato. Oribasii, ad ueficæ ulcera. Prosunt & his quidem quæ ad renes affectos sunt descripta, proprie autem in potu accepta, portulacæ succus cum passo, graminis decoctũ, lac, uinum dulce, cupressi coma cum myrrha, erui magnitudine. Ad ueficæ dolores. Seminis lini cochlearium i. ex passo, sesamũ, seminis hormini drac. i. ox schœni semen, loti arboris bacca, seminis papaueris drac. i. cum aqua mulsa, floris cotoneorum decoctum. Eiusdem, ad renum & ueficæ exulcerationẽ.

Nucum pinearum heminam italicam, physalidas numero x. nuces iuglandes octo, alii x. habent, croci drachmas octo, seminis rumicis drachm. viii. opii drachm. iii. seminis cucumeris decorticati drachm. iii. seminis apii drachm. iii. mellis cocti quantum satis est. Datur obolorum iii. pondere. Aliud, Andromachi, ad ueficam exulceratam & urinæ emittendæ difficultatem. Nuces pineas xxx. amygdalas præmundatas ustas viii. carnes palmarum xxxv. tragacanthi drachmas quatuor, succi radicis dulcis drachmas duas, croci obolum unum, myrrhæ tantundem. Excipe passo, ac utere ut dictum est. Aliud, ad ueficæ ulcera & inflammationes. Nuces pineas xx. seminis cucumeris grana xx. amyli obolos iii. spicæ nardi drach. i. seminis apii drach. ii. spica & apium in sextario aquæ uno coquuntur, deinde ad decoctum prædicta miscentur. dantur cyathi ii. ad uehementes morsus calefacti. Aliud. Amyli drach. viii. baccarum myrti nigrarum maturarum carunculæ drac. viii. seminis papaueris drach. xvi. pasi protropi quantum satis est, apparato, & nucis põticæ magnitudine ex passo dato. Pastillus ex physalidibus, ut tradit Eras. ualet ad renum & ueficæ affectiones, etiam si pus

aut ſanguis,aut corpuſcula mucoſa, aut fibris ſimilia, aut craſſa,per urinam exeant. Facit & ad ſcabioſas affectiones, & ſtillicidium urinæ, & ulcerationes ægre cicatricem recipientes: idem & bibitur & in ueſicam iniicitur. Granorũ herbæ phyſſalidis numero xxv. ſunt aũt halicacabo ſimilia,paulo tamẽ maiora:amygdalarum thaſiarũ decorticatarum, croci,nucũ pinearum toſtarum,ſeminis rumicis hortenſis deſquamati, ſingul.drach.iii.ſeminis cicutæ,opii,ſeminis fœniculi cuiuſq; drac.iii.ſeminis hyoſcyami albi, ſeminis apii, cuiuſq; drac.vi.ſeminis cucumeris ſatiui deſquamati drac.xii.Excipe paſſo,& drach.i.præbe febre carentibus,cũ pasſi diluti cyathis iii.febricitantibus cum aqua.Cæterũ ſi uehementes fuerint dolores etiam ante ſomnum præbe.Per catheterem item iniice.Vtere autem ut efficacisſimo.Quidam etiam nucis ponticæ toſtæ drach.iii.addunt. Aliud, ad omnem renũ & ueſicæ exulcerationem,omnemq; emittendi urinam difficultatem, & calculi affectionem. Portulacam exuccato,ſuccumq; reſiccato,& in paſtillos redigito, drachmamq; i.cũ aqua calida potandam præbeto.

Paſtillus ex tragematis ſiue bellariis, ad renũ & ueſicæ exulcerationes. Vuarum paſſarum albarum mundatarum beſſem, nucum pinearũ ſextantem, ſeminis cucumeris decorticati, baccarum myrti exacinatarum,amygdalarum amararum delibratarum, aut dulcium,amyli,palmarum pinguium,ſeminis apii,ſingulorum ſextantem, ſeminis papaueris albi drac.iiii. tragacanthi,croci,radicis dulcis, cuiuſq; drac.iiii.myrrhæ drach.ii. Redige in paſtillos cum cretico paſſo. Exhibe drach.i.cum pasſi cyathis ii. Aliud,experimento conſtans, Olympii ſophiſtæ, ad exulceratam ueſicam. Rhei pontici drac.iiii.ſeminis cucumeris decorticati drac.iii.ſeminis hyoſcyami drach.ii.ſeminis maluæ drach.v.nucum pinearum toſtarum drac. vi.ſeminis apii drach.i.amygdalas amaras delibratas

lxx.cum ſapa ſubige, & ponticæ nucis magnitudine præbe,cum pasſi diluti cyathis tribus. Aſclepiadæ pharmacum accommodatum, ex cuius uſu multos renum affectione apprehenſos in totum liberatos ſcimus. Oportet autem ad multos dies pharmaco hoc uti.Sanat etiam ueſicæ affectiões: datur & calculoſis, remedio eſt & colicis.Habet autem hoc modo.Nucum ponticarum repurgatarum,amygdalarum amararum mundatarum,ſeminis cucumeris depurati, ſeminis caroi,ſing.drach.iii.ſeminis papaueris albi, aut ſi non adſit,cicutę drac.vi.croci,ſeminis maluæ,opii, cuiuſq; drac.vi.ſeminis hyoſcyami albi drac.xii.ſeminis apii drac.xii.excipe melle cocto & informa paſtillos, datoq; obolos iii.cum aquæ mulſæ cyathis tribus. Aliud,ad exulcerationes renum & ueſicæ. Damaſonii drachmas duas, palmarum dra.x.nucum pinearum drach.viii.ſeminis cucumeris drac.iiii.aniſi drach.ii.amygdalarum amararum drachmas ii.croci drachmam unam,dato obolos vii.ieiunis cum paſſo diluto.Quod ſi damaſonium non adſit, eryngiũ conieci. Vtere etiam Xenophili antidoto ad calculoſos capite xiii. præſcripta, & ſimilibus quæ ad exulcerata ueſicam itemq; renes ualent,unà cum hoc quod arenulæ minguntur.

Diæta ex libris Archigenis. Cap.XXX.

Vitet æger omnem delaſſationem, & longiorem ac efferuentem geſtationem,maxime uero quæ fit in equo,uigiliasq;, & omnem uehementem concitationem,& econuerſo perpetuum ocium, & balneorum aſſiduitatem: amplius autem & cruditates, & ſupra quàm conuenit repletiones,& ne quid crudum in cibo accipiat,& neq; quod ægre concoquitur,aut facile corrumpitur,aut inflationes parit, ſumat: maxime tamen uitet quæ facile aceſcunt, & quæ craſſi humoris ſunt,quę urinam cient,quæ ægre ſecernuntur,quæ difficulter inferne excernuntur, & quæ amplius uen

trem perturbant.item omnia acria & feruentia,& quę accepta amplius adſtringunt, & magis reſiccant, & non nutriunt, & quæ ſtomacho inimica ſunt,& quæcunq; bilem aut pituitam præcipue gignere poſſunt, quare & multus potus, & meracior potus, acieiunus potus, omnes incommodi exiſtunt, & uice uerſa longa ſitis, & inedia, & eduliorum uarietates, & ſuperflua condimenta.omne item nidorolum & graueolens & putridum & crudum præſertim olus incommodum.Hæc enim omnia tum renum tum ueſicæ ulceribus inimica ſunt.atqui ſiquando appetitiui gratificari uelimus,lactucæ cauliculos, aut ſerin, cruda & cocta minore offenſione ſumere poſſunt. A placentis uero & aliis pinguibus abſtinere oportet, & à pleriſque bellariis. Vua paſſa enim non incommoda eſt,& nuces pineæ recentes duabus aquis maceratæ, & amygdalæ uirides quidem,maturæ tamen & probe mundatæ,ficcæ uero non uetuſtæ, ſed præmaceratæ & decorticatæ,licet & piſtacium ſumere,melius quidem uiride,aut ſi id non adſit, madefactum,minime uero uetuſtum. Thebaica autem palma caryotus qui os non habet,ſiue id à natura, ſiue arte ei cõtigit, acerbior eſt,& ſtomachi & renum & ueſicæ debilitati conuenit. Cæterũ genera quidem reliquorũ tandem deſcribãtur:ſpeciatim autem panis ſit recens clibanites decenter apparatus. Ex uolucribus montanæ & teneram carnem habẽtes & non antiquæ. Ex pedeſtribus conuenientiores ſunt hœdorũ extremitates. Ex aquatilibus ad renũ & ueſicæ ulcera magis congruũt, apua marina minima aſſidue comeſta, nõ inepti ſunt etiam aſelli parui,& qui gobii appellantur:extergunt item ulcera gammarus,locuſta, & aliquantulũ etiam ſquilla, cancer autem fluuialis uelut remedium præbeatur, & herinacius recens familiariter permittatur: ex conchis uero & peloridibus parum quiddam uarietatis gratia detur. Pro liquamine autem intinctus

ac uoluptatis gratia acetum modicum, & quàm minimum gari albi & boni concedendũ. Parce autem utendũ eſt pipere & laſeris ſucco, naſturtioq; & ſinapi,ab eruca uero in totũ abſtinendum,nã & uenerem excitat:coitus aũt omnibus renum & ueſicæ affectionibus infenſisſimus eſt, & maxime ſenibus ac natura imbecillioribus. Omnia porrò quæ in cibo ſumũtur, mediocris multitudinis ſint, etiam ſi utilia eſſe feruntur. Aqua pluuia non corrupta omnino melior eſt:ex aliis uero quæ nullam omnino guſtanti qualitatẽ exhibet,exquiratur. A frigidæ potu in totum abſtinendum:frigidum enim ulceribus inimicum. Balinei uero rarus ſit uſus:quo uero aliquando appetentiæ gratificemur, & laſſitudinem refoueamus, permittatur. Cæterum naturales aquas experiri non inutile fuerit:aluminoſas uidelicet, ſulphurulentas,& conſimiles,quales ſunt albulæ, & lactei temperamenti atque teporis. Frigida etiam lauare ac irritare commodiſſimum eſt: ſupra naturam enim ulcerationes ægræ ſanabiles, tum externas tum internas deſtruit. De albularum aquarum potu. Conferent itaq; aquæ albulæ ſi adſint,& conſimiles poſt matutinam deambulationem, trium heminarum menſura prima die potatæ, deinde uſque ad quinq; & ſex heminas perueniendum. Ad hoc enim quod inteſtinum eluunt, aer etiam ipſarum fuliginoſus ueſicam ad doloris ſenſum percipiendum hebetat, & humoribus ſegregatis puriorem ac lucidiorem ſanguinis uaporem reddit.quin & ipſæ aquæ ulcera utiliter repurgant, & cũ uoluptate infra ſubeunt, atque adeo nihil ægro ſanando efficacius deprehendere poſſis: hora autem calidior ad eas accipiendas apta eſt. Quod ſi non adſit huiuſmodi aquarum qualitas, adſint autem aliæ nullam guſtui qualitatem exhibentes, ſed late ſe ad guſtum diffundentes,hæ ipſæ reliquis meliores ſunt cenſendæ,& proximo ab eis loco bituminoſæ. Nitroſa

rum etiam si adsint & salsarum experimentum sume re prodest: maiorem enim quàm credi potest sæpe ex his succedentem uidi effectum. Intercapedine au tem & distantia à balneo facta, aridarum rerũ come stio primum utilis est, nisi sitis simul adsit: tunc enim aqua calida modica sitis extinguenda est, aut aliquo uino dulciore. Adsit autem & œnanthites & myrti tes uinum: nam ea post balnea & exercitia utiliter ad ulcera delabuntur.

De uesicæ fluxione, & his quæ capillorum for ma exeunt cũ urina. Archigenis. Ca. XXXI.

Fit aliquando & fluxio circa uesicam, ut aliquãdo quidẽ mucosa, & foliis ac lamis similia, itemq; crassa excernantur, & aut crebro, aut post temporis moram lotia reddantnr: aliquando autem aquosa & tenuia. Nouimus autem quosdam etiam pilos per lotium eiecisse, modo inuicem perplexos, modo simplices, & aliquando ualde longos aliquando breues, atque eos omnes à fluxione productos. Hæc sanè Archige nes. Galenus autem de hoc ita inquit: Capillis similia etiam Hippocrates cum urina prodiisse uidit, & nos sanè uidimus quandoq; palmi longitudine, quãdoq; etiam longiora aut breuiora: ex colore autem & cõ page persuasus sum, ex crasso & uiscoso humore ca lefacto & resiccato in uenis eos coactos esse: quare quum primum uidissem, per urinam cientia pharma ca medelam futuram speraui, atque ita ferè omnibus contigit. Cæterum quibus hæc affectio accidit, nulla renalis mali accessione, neque antea neq; postea sunt uexati, postquàm uidelicet per urinam ducentia phar maca sunt curati. Archigenes autem ad hæc, inquit, fluxiones ex locis remouere oportet, uniuersiq; cor poris habitum, maxime uero circa renes & uesicam locos uendicare atq; corroborare.

De priapismo & satyriasi: Galeni. Cap. XXXII.

Priapismus, tentigo est membri pudendi, & auctio in longum

in longum & spissum citra rei uenereæ appetentiam, ex caliditate quadam acquisititia cum inflammatio ne quadam & dolore locorum consistens. Appella tionem autem accepit priapismus à Priapo uidelicet Satyro: tale enim à natura habentem pudendum ho mines fingunt & pingunt. Fit autem affectio aut ob dilatata uenarum ac arteriarum in pudendo ora, aut flatu uaporoso iuxta antrosum neruum, ipsum inquã pudẽdum, oborto. Mihi autem, inquit Galenus, pro pter utrunq; fieri uidetur, sæpius tamen ad dilatata ue narum ora consequi. Aliquando autem propter absti nentiam à rebus uenereis: quidam hac affectione ap prehenduntur, atq; hoc ipsum eis qui multo semine abundant, simulq; præter consuetudinem se abstinẽt, euenit, quum non per frequẽs & multum exercitium sanguinis abundãtiam discusserint, maxime uero hoc illis contingit qui rebus quidem uenereis opus ha bent, in imaginationem autem ipsarum perueniunt per uisiones quæ ipsos in rerum uenerearum recor dationem impellere possunt. Cæterũ dolores eis con tingunt, quales tetanici habent, & hi qui reliquis mem bris distenduntur: inflatum enim & distentum puden dum conuulsionis modo afficitur, & ex præcipiti hoc modo affecti pereunt, nisi confestim eis auxilium fe ratur. quum uero moriuntur uentre inflantur, & frigi dum exudant, id quod & eis euenit qui aliis conuul sionis modis perimuntur. Propter dolores igitur & inflammationes uenam secare statim à principio con uenit ab affectione prehensos, & in inedia adseruare usq; ad dies tres, irrigareq; pectinem & coxendices unà cum pudendo ex lanis succidis uino & oleo im butis: siti item premere, & aluum obturatam euacua re non acri nimium clysteri, ne inflammationes exa cerbentur. Cibum autem exhibere frumentaceũ pau cum atq; omnino nihil inflantem, & in aquæ potu cõ tinere. Quod si diutius duret affectio etiam cucurbitæ

cum scarificatione affigendæ sunt: & si amplius sanguinis multitudo adiacere uideatur, hirundines adhibendæ in ipsum locum: cataplasmata uero imponenda sunt ex cruda ordeacea farina. Optimum etiã fuerit aluum submollire per betæ & maluæ decoctum pauco mercurialis succo admixto. Concharum item decoctum in potu exhibendum: ab efficacioribus autem purgantibus pharmacis in totum abstinendum. Cauenda etiam quæ urinæ ciendæ facultatem habẽt. Vtendum autem cibis frumentacei generis qui leniter attenuare ualent, citra manifestam calefactionem. Lumbis uero quæ euidenter refrigerant imponenda, uelut est solanum, portulaca, hyoscyamus. & semper uiuum. Necessario etiam coles & intercapedo interanum & pudendum ex aliquo leniter refrigerante illinitur, uelut est argẽti spuma, cimolia, & ceruſa, si aceto, aut posca, aut aqua sint diluta. Optime autem facit in ipsis ceratum ex rosaceo optimo apparatum, & frigida aqua sæpe elutum, si tum pudendis, tum lumbis imponatur. Porrò in latus decumbere ipsos expedit, & substernere ea quæ ad seminis profluuiũ dicentur: in potu amplius præbere quæ ad illos describentur. A spectaculis uero & narrationibus, ac commemoratione eorum quæ ad uenerem excitare queant, penitus sunt arcendi.

De seminis profluuio: Galeni. Cap. XXXIII.

Profluuium seminis excretio est eius præter uoluntatem, citra pudendi tentiginem. Nomen aũt habet ex eo quod inuitis profluit semen. Fit aũt affectio ipsa ob retentiuę in uasis seminariis facultatis imbecillitatem. Quem ad modũ enim in his qui secundũ naturam integris uiribus præstant, ea quæ in nutrimentũ cedunt retinentur, & excrementa excernuntur: sic in his qui præter naturã habent, recrementa aliquando ob expulsiuæ facultatis infirmitatem retinentur, & ob retentiuæ debilitatem excernuntur, aut etiam ob aliquam aliam affectionem, quæ seminariorũ uasorum partes eodem modo quo expulsiua secundum naturam facultas mouet: uelut in comitialibus, & aliis uiolentioribus conuulsionibus contingit, aliquando etiã in his qui ex conuulsione moriuntur, ut uidelicet semen eis excernatur. Profluuium igitur seminis uasorum seminariorum affectio est, non pudendi, quæ dolorem quidem non ita ualde inferre solet, molestiam autem non uulgarem & pollutionem exhibet ob assiduum & inuitis contingentem seminis fluxum. Obortur autem aliquando etiam ex seminariorum uasorum fluxione: quandoq; etiam satyriasi præcedente profluuium seminis succedit. contingit autem affectio maxime pubertatem transgressis citra decimum quartum annum, imò aliis item ætatibus. Est autem semen quod profluit aquosum, tenue, citra appetentiam coeundi, & ut plurimum quidem citra sensum, quandoq; uero cum uoluptate quadam promanans. Corrũpitur affectis sensim uniuersum corpus ac gracilescit præsertim circa lumbos. Consequitur & debilitas multa non ob multitudinem seminis profluentis, sed ob locorum proprietatem. Non solum autem uiris, sed & mulierculis hoc accidit, & in fœminis sanè ægre tollitur. Cæterum cura communis est cum ea quæ in omni fluxione adhibetur. Primum igitur in quiete, & pauco cibo, ac aquæ potu affectos adseruare oportet: deinde etiam lumbos & pubem contegere lanis uino & rosaceo, aut œnanthino, aut melino madefactis. neque uero ineptæ sunt spongiæ posca imbutæ. Sequentibus uero diebus cataplasmatis ex palmis, malis, acacia, hypocisthide, œnanthe, rhoe rubro, & similibus, infesibus item adstringentibus utendum est, ex lentisci, rubi, myrti, & similium in uino austero siue mero siue diluto decocto. Cibis autem utendum qui ægre corrumpuntur, & difficulter permutantur, & resiccandi uim habent.

Dandum etiam cum potu ac cibis uiticis ac cannabis ſemen præſertim toſtum, rutæ item ſemen ac folia, lactucæ ſemen, & cauliculi, ac nymphææ radix. In potu uero quotidie pro communi aqua, aqua in qua ferrũ ſæpe extinctum eſt præbeatur. Quidã uero corticem radicis halicacabi ex aqua eis bibendum præbuerũt, neq; ineptum fuerit huius aliquando periculum facere. Antidotus etiam hæc magnæ celebritatis, tum ad hoc modo ſemen profundentes, tum ad aſſidua in ſomnis profluuia, commode exhibetur. Seminis ſaliscis drach. vii. calaminthæ drac. vi. ſeminis uiticis albæ drach. v. rutæ drach. iiii. ſeminis cicutæ drach. ii. cum aqua in paſtillos digerito, & ex eis ad ponticæ nucis magnitudinem cum poſcæ cyathis tribus præbeto. Omnẽ uero acrium rerum eſum, & multi uini potũ, & olerum exhibitionem uitare oportet: diætam uero uniuerſam reſiccatoriam & adſtringentem conſtituere. Poſt prima autem mox tempora ad unctiones & exercitatricem diætam tranſeundum, per quam totũ corpus & præſertim affecta ad ſanitatem perducãtur, & plurimo quidem tempore circa unctiones immorandum: paucies uero lauandum, ſi aut laſſitudini aut cruditati mederi uelimus. Bonum fuerit etiam, ſi nihil prohibuerit, ad frigidæ lauationẽ defugere, quæ omnem morbum ex fluxione obortum depellere cõſueuit, maxime ſi medicamentaria qualitate aqua prædita ſit, uelut ſunt in albulis aquæ, quæ etiam in potu acceptę eis ſumme proſunt. ſunt autem ſapore ſubſalſo, & tactu lactei teporis. Conuenit item per interualla quædam, illitionibus & epithematis & malagmatis uti, quæ rubefacere & emollire poſſint, atq; ea quę in profundo hærent ad ſuperficiem transferre. Decubitus porrò frequenter in latus fiat, calaminthæ foliis, & rutę aculticis ſubſtratis. Epithema autem in eis uſu uenit hocce: Capillum ueneris multum, contundito & terito cum aceto, aut apii ſucco, aut ſeridis, aut

pſyllii, eoq; cochlearum carnes coctas excipito, & ſimul in linteolũ infarta coxendicibus imponito. Vtendum uero & præſcripto ad priapiſmum cerato, & his quæ paulo mox ad ſeminis in ſomno profluuia dicentur. Omnem autem de rebus uenereis cogitationem excludere oportet.

De ſeminis in ſomnis profluuio, Philagrii. Cap. XXXIIII.

Semen in ſomnis profundere dicuntur, quicunque dum dormiũt naturæ genitale ſemen emittunt: quod ipſum eis ut plurimum ob uitiati humoris materiam, aut materiæ multitudinem, aut ob partium ſeminaliũ robur contingit. Iam uero quidam & ob animi mœſtitiam, aut inediam, per ſomnos præter conſuetudinem ſemen excreuerunt: atque id materiæ acrimonia irritati, non ob partium ſeminaliũ robur pertulerunt. Huiuſmodi ſanè qui uidelicet animo mœſti fuerunt, aut inediam diutius pertulerunt, in totum ferè nulla imaginatione pręcedente, citra ſenſum etiam, in ſomnis profluit ſemen. Reliquis autem non ſolum cum pudendi intenſione, ſed etiam cum quadam propoſita imaginatione, quæ in ſomnis occurrit, inordinate ſemen profunditur. Cæterum peſſimus corporis habitus hic eſt, quum ſemen multum & calidum aliqui generant, quod eos ad excretionem urget; atq; poſtquam per coitum eiecerint, exolutione oris uẽtris patiuntur, & toto corpore exoluuntur, debilesq; fiunt & ſicci, & tenues, & pallidi, oculos etiã cauos habent hoc modo affecti. Quod ſi à coitu uenereo abſtineãt propterea quod ita afficiantur, capite diſeruciantur itemq; ſtomacho, & æſtu faſtidioq; anguntur, nihilq; magnopere ex continentia iuuantur: contingit enim eis per ſomnũ ſemen profundentibus conſimilia perpeti offendicula qualia coeundo perpeſi fuiſſent. Quidam uero ipſorum mordax, & calidum ſemen percipiunt in excernendo, ueluti ipſi confitentur. His

igitur, inquit Galenus, consulere oportet, quo à cibis semen gignẽtibus abstineant: accipiant autem non solum cibos, sed & pharmaca quæ semen extinguant: ueluti est uiticis semen tostum & perfrictũ: folia item & flores uenerẽ cohibere creduntur, nõ comesta tantum, sed & in potu sumpta & substrata. Lentiũ uero decoctum etiam mẽbri tentiginem remittere ac sedare aiunt. Portulaca comesta, & lactucæ semen potatũ, & nymphææ radix & semen in cibo accepta, semen refrigerando extinguunt: Ruta uero comesta calore suo semen coagulat & corrumpit. Calaminthem autem assidue edentes generandi potẽtia priuari dicuntur, id quòd similiter & uiolæ albæ semen, & hederæ cacumina nigra tria faciunt. Cæterum aqua fabrorũ ferrariorum in qua ferrum sæpe extinctum est, assidue potata, citra molestiam imminuit semen. Horum autem omnium sylua uniuersa in secundo huius tractationis præscripta est Sermone. Compositis porrò ad ipsos utor, tum his quæ ad seminis profluuium sunt præscripta, tum hoc ipso. Ammii grana vi. fœniculi tantundem, foliorum rutæ parum quiddam cũ caricis pinguibus tribus, per mensem semel edito, aut quotiescunq; uelis. Atqui assiduum eorum quæ uehementer refrigerant usum, tum in his quæ per os exhibentur, tum in eis quæ forinsecus apponuntur, uitare oportet: ueluti sunt ea quę ex papauere & mandragora apparantur unguenta. Illitiones autem à balneo adhibeãtur ex mediocriter refrigerantibus. Sunt autem hæc: oleum ex crudis oliuis expressum quod omphacinum appellatur: rosaceum maxime quod ex omphacino est apparatum, & melinum. Componenda autem sunt aliquando unguenta compage crassiora, ne uidelicet facile defluant. Compositio uero ipsorum est ex cera, & succo aliquo adstringente aut refrigerante commissis, hoc modo. Ceræ partem unam cum quadruplici oleo liquefacito, deinde

in mortario cũ manibus sufficienter emollito, & paulatim ex succo refrigerante quantum expedit instillato, unito, ac utitor. Succi uero ad hanc rem apti sunt, succus semperuiui, solani, umbilici ueneris, psyllii & sanguinariæ, tribuli, perdicii, nymphææ & portulacæ: uerum hæc succum non emittit, nisi ad eam contusam in pila, aliquis alius tenuis succus affundatur, uuæ præsertim immaturæ, & rosarum, qui sanè in æstate facilè parabiles sunt. Alii uero multi etiam aliis temporibus haberi possunt, ueluti lactucæ, seridis, stratiotæq;, & lentium quæ in aquis nascuntur: semen lini etiam in aqua coctum, succum moderate refrigerantem reddit: rhamni item foliorum succus, & quæ his similes existunt. Optimum etiam censetur laminam plumbeam lumbis supponere, tum eorum qui in somno, tum qui aliàs semen profundunt: multum enim refrigerare consueuit. In his uero qui plumbi duritiem ferre non possunt, consulere oportet, ut ex prædictis herbis quædam arefactæ substernantur, quibus etiam uiticis folia & modica ruta ac calaminthe commisceantur, maxime uero ipsæ rosæ. Prosunt enim hæc citra renum læsionem. Vehementes nanq; refrigerationes eorum quæ lumbis subduntur, renes iniuria afficiunt. Ipsum etiam stratum pelliceum sit & non ualde molle. Decubitus porro ut plurimum in latus fiat, uitata forma decubitus supina, ne lumborum arteriæ inde supercalfiant. Atque hæc quidem communis est omnium quibus semen in somnis profluit cura. Cæterum eos qui prædictum uitiosum corporis habitum & constitutionem habent, de illis dico, quibus ex coitus usu stomachus iniuria afficitur: illos, inquam, obseruare oportet quando maxime seminis multitudo, quæ excretionem expetat, congregata appareat: & tunc sanè in die quadam moderato ac boni succi cibo usi, à cœna quum ad somnum uertuntur, coitu utantur: sequẽti uero die

quum sufficienter dormierint,& à somno surrexerint, linteolo corpus perfricent, donec cutis quendam attrahat ruborem:deindeq; olei confricatione,& intritu moderate utantur,& aliquantulo temporis spacio interiecto,panem bene fermentatum,clibanitem,purum,modicum ex uino diluto accipiant.atq; hoc modo ad consueta munia obeunda perueniant.Eo uero tempore quod inter olei intritum & panis exhibitionẽ intercedit,si locus adsit in uicinia aptus,in eo paulisper deambulent:si uero hyemis tempus instet, melius fuerit tandiu intus deambulare.Abstineant autem à spectaculis & lectionibus quæ uenereæ rei usum in memoriã reuocare possunt.Et quotidie sanè hoc modo affecti exerceantur his exercitiorũ generibus,quæ per supernas partes fiunt.At uero corroborationem stomachi ex esu panis cõmunem designamus in omni homine,cui bilis efferuescit, & qui stomachũ exolutum habet.Quare & hi circa horam tertiã diei modicum panem ex uino cũ calida aqua diluto madefactũ accipiant, atq; ita ad consuetas operas prodeant.

De his qui re uenerea uti nõ possunt. Ca.XXXV.

Qui re uenerea uti cupiunt, ignaua autem & impotentia membra habent, infernas corporis partes exerceant, inguinaq; & femora his confricent, pipere uidelicet, nitro, & euphorbio cum oleo, unguentisq; ex huiusmodi rerum ammixtione apparatis: exempla aũt componendi paulo post dicemus, Dormiant in mollibus lectis,legantq; quæ ad coitum cohortantur,lectionibus item ac spectaculis eiusmodi assideãt. Cæterum edulia & pharmaca ipsis conueniunt calefaciẽtia & inflantia,ueluti sunt,cicer,fabæ,halica,porri,bulbi,pastinacæ radix & semen moderate,nuces pineæ,ari radix cocta,colocasii radix cocta, itemq; dracunculi,urticæ semen,rapi semẽ, erucæ tum folia tum semen,maxime agrestis, costus & piper cũ uino mulso,satyrium,sesamum,horminum, amygdalæ moderate, anisum, polypodes & concharum genera omnia: perdicis item oua ad coitum excitant, & testiculus galli. Seminis uero multitudinem augent omnia bono succo prædita:testes uulpis sicci triti cochlearii mensura potati innocuam & minime uanam membri tentiginem faciunt: partes etiam renes scinci amplectentes ad tentiginem pudendorum excitandam bibuntur.Orchis,herba est quæ testiculi appellationem habet,eius maior bulbus cum lacte potatus tentiginẽ ciet:minor uero cum aqua potatus,tentiginem remittit. Compositum tentiginem ciens, & faciens ad languorem membrorum, ac resolutionem. Sinapis, radicis panacis, seminis erucæ cuiusq; drac.viii.seminis cardamomi drac.iiii.piperis grana xx.redigito in pastillos cum erucæ succo,& dato drach.i.ieiunis cũ uino ueteri adstringente. Aliud. Seminis hederæ nigræ,floris chamæmeli,seminis oxyschœni, cuiusq; drach.iiii.seminis erucæ,piperis albi,sinapis, cuiusque drach.i pyretri drach.iiii.excipe melle,& ad strigmentorum pisitudiné redige,præbe à balneo nucis ponticæ magnitudine. Aliud. Pudendum cerui aridum urito, & drachmam unam cum uino meraciore præbe. Experimento constat. Aliud,quo & ego utor. Seminis hormini,sesami,piperis,seminis erucæ,sinapis,nucum pinearum,caudæ scinci,satyrii,floris iunci odorati,styracis,seminis porri,uuæ passæ,singulorum æquales partes,mellis quantũ satis est:præbe drach.i. Aliud,quo etiam ipse utor. Salis cõmunis torrefacti sesquisextarium Italicum, hoc est,uncias.xxxvi.seminis hormini scrupulos duodecim,spicæ nardi unciam unam,salis scinci unciam unam caudæ scinci drachmas quatuor, ammii scrupulos duodecim,satyrii sextantem,piperis unciam unam, seminis cardamomi unciam unam, seminis fœniculi unc. unam, myrrhæ unciam unam, seminis erucæ drachmas sex, seminis uerbenacæ supinæ aridi drachmas

tres, seminis sanguinariæ sicci drach.ii.nucum pinearum unciam unam, physsalidum drachm.iiii.seminis hyperici drach.iiii.contundito, cribrato, & ad uesperam cochlearium quomodocunq; uelis exhibeto.

Aliud uehementer efficax. Myrrhæ, piperis, spicæ nardi, tragacanthi, cuiusq; drachmam unam, thuris sesquidrachmam, croci drachmam unam, styracis, galbani, dauci, seminis hormini, cuiusque drachm.ii. canchryos, seminis fœniculi, seminis lini, seminis urticæ, seselis, cumini Æthiopici, anisi, seminis erucę, cuiusque drachmas sex, erui albi tosti drach.vi.seminis apii drachmas tres, sesami non loti drachm.x.amygdalas amaras delibratas quindecim, amygdalas dulces triginta, nuces pineas centum, bulbos crudos magnos sex, mellis quantũ sufficit, ut ad cerati crassitiem redigatur. prębe drachmam unam, ante cœnam, cum uino mulso maxime, aut uino austero. Facit ad tentiginem, & superabundantem rei uenereæ usum ciendum, in senibus præsertim & debilitatis. Facit & ad liberorum, procreationem. Vnguentum efficacissimum. Olei uetustissimi libram unam, erucas in tithymallis repertas nonaginta sex: erucas in æstate dũ in uigore est herba accipe, & in oleum coniectas ad solem per dies septem expone, & postea oleo utere: ani & pudẽdi intercapedine, itemq; lumbis ex eo cõfricatis. Idem etiam pinus erucæ faciunt, & tentiginẽ uehementer cient. Oribasii satyrica. Zingiberis, radicis satyrii superioris, cuiusque drachm. viii. caudæ scinci, mei, asari, petroselini, cardamomi, seselis, cuiusque drach.iiii.seminis erucæ drach.iii.cinamomi drach.iii.hormini, piperis, seminis urticæ, cuiusq; drach.ii.floris iunci odorati drach.i.spicæ nardi drach.i.sanguinis hircini sicci cochlearium plenum, datur drachma i.cum uino, imbecillioribus uero cũ lacte. Oribasii, ad pudendi langorem ac resolutionem, præsertim senum. Seminis erucæ drach.ii.cu-

mini unc.i portulacæ unc.i.excipe melle, & mane ac uesperi cochlearium præbe. Porrò ad coitum cõcitat passer troglodytes appellatus, in cibo acceptus. Verum his, qui frequentius & supra quàm conuenit inde coeunt, urinam capræ bibendam præbe. Oribasii, tentiginem ciens. Piperis, petroselini, nucum pinearum, scobis pudendi ceruini aridi, terebinthinæ. æquales omnium partes melle excipe, & cum uino bibendas præbe. Aliud, Oribasii. Stellionem ustum quàm tenuissime conterito, deinde oleũ affundito, atq; ex eo magnum dextri pedis digitum inungito, & coito: ubi uero à coitu cessare uelis digitum ipsum abluito. Aliud eiusdem. Leporis coagulum, aut leonis adipem pudendo illinito: deinde tria piperis genera cum tragacanthi succo testiculis intercapedini inter anum & pudendum, ac lumbis oblinito. Ex Rufi libris unguentum efficax tentiginem ciens. Myrrhæ drachmam unam, sulphuris uiui drachmam unam, cnici interioris drachmam unam, pyretri obolos duos, melanthii drach.ii.piperis grana xxx.grana cnidia depurata uiginti, contundito, & cum drachma una succi scillæ terito, ceræq; unciam unam, cum olei cicini besse colliquato: mellis item quadrantem adiicito. Vtitor. Post coitum uero cum linteolo loci diligenter extergãtur. quidam uero hoc unguento sedem illinunt. Porro rufus etiam hæc addit. Facile est, inquit, & hic remedium reperire, his qui uenere uti non possunt. Adolescens enim quispiam nos accessit, & se uehementer coitum appetere confessus est, uerum ubi commisceretur semen emittere non posse, sed flatus plurimos sibi per sedem erumpere. In hoc itaque coniecturam feci, uasorum seminariorum siccitatem adesse: quod ipsum etiam adepta sanitas demonstrauit. nam postquàm humida & boni succi diæta esset usus, semen emisit.

Alius item adolescens domesticus minister, con-

fessus est se, quando cum muliere rem haberet, semen effundere nō posse: quum uero dormiret, plurimum ei semen prodire. Visum itaq; mihi est, uasa eius seminaria propter multam unà cum frigiditate humiditatem, calfieri non posse: propterea quod caliditas in coeundo ad corporis superficiem diffunderetur. In somnis uero amplius calefieret, propterea quod somni interna calefaciunt, & refrigerant exteriora. Quare hunc ipsum infernas partes exercere iussi, atq; id maxime per equitationem. Castorium etiam bibendum præbui, & diætam omnem calidā & siccam constitui.

VNDECIMI SERMONIS FINIS.

INDEX CAPITVM DVODECIMI AETII SERMONIS.

De ischiadicis siue coxendicum dolore. Cap. 1
De herba iberide, quæ & cardamine appellatur, eiusq; sinapismo. 2
De ustione. 3
Cura affectionis exacerbatæ. 4
Epithemata & malagmata ad ischiadicos. 5
De podagra & arthritide siue articulorum morbo. 6
Causæ uniuersales. 7
Quare in quibusdam magnus fit morbus, in aliis uero paruus. 8
Quare multo tēpore aut pauco morbus duret. 9
Quæ sit incuruatorum articulorum causa. 10
Quæ causa generationis toforum in artubus. 11
Quæ causa sit cur inflammationes in podagricis non facile suppurentur. 12
Quomodo ex inflammationibus & consequentibus accessionibus, siue symptomatis, adfluens humor cognoscatur. 13
Sāguinei humoris influētis signa. 14
Bilioſi humoris signa. 15
Pituitoſę fluxiōis signa 16
Bilis atræ ifluētis signa. 17
Seroſarum fluxionum signa. 18
De his qui ex humorum complexu fluore infestantur. 19
Diæta & cura podagricos præseruans. 20
De olei & salis affrictu in podagricis. 21
Vniuersalis methodus curationis podagricorum. 22
Cura eorū qui ex sanguinis copia ægrotāt. 23
Quod eleuatas & incuruas uenas ex membris fluxione infestatis, uelut in uaricibus, auferre oporteat. 24
De peruſtione in morbo articulari. 25
Cura in fluxibus sanguineis post sanguinē euacuatum. 26
Cura eorum qui neq; uenæ sectionem, neq; purgationem sustinere possunt. 27
De his qui ob bilis influxum ægrotant. 28
Parabilia remedia ad inflammationes non ualde feruentes. 29
De stupefacientibus medicamentis. 30
Vnguenta recalfactoria q̄ post stupefactiuorū usum adhibentur. 31
Pharmaca & edulia eorū qui flauæ bilis influxu infestantur. 32
Cura eorum qui ob pituitæ influxū ægrotāt. 33
Cura eorum qui ex atræ bilis influxu ægrotāt. 34
De his qui ob tenuem & seroſum influxū ægrotant. 35
De fluxionum inter se cōplexu. 36
Cura affectionum ex sanguinis & bilis complexu. 37
Cura bilis ad pituitā permixtæ. 38
Cura humorum atræ bilis aliis permixtorū. 39
Cura durorum humorū qui post inflammationes relinquuntur. 40
De tumorum crudorum & incoctilium cura. 41
Malagmata diuersa, in quibus etiam Leucii malagma est, ad articulorum distortiones destinatum. 42
Cerata podagrica. 43
Vnguenta & acopa diuersa ad podagricos, articulorū dolores, ischia-

dicos, membris exolutos, & trementes. 44
Ad durities in artubus instar toforum. 45
De medicamentis purgatiuis articulari morbo accommodatis. 46
Antidoti podagricæ. 47
Qui podagrici lauãdi sint, & quomodo. 48

AETII SERMO DVODECIMVS.

De ischiadicis siue coxendicum dolore, deq; podagra & articulari morbo, quem Græci arthritidem appellant.

DE ISCHIADIS SIVE COXENDICVM DOLORE. CAP. I.



RChigenis. Ischiadici, hoc est ex coxendicum dolore affecti, proprie dicuntur quibus dolor circa iunctura quandam uertebrarum innititur. Antecedit autem & quasi auspicatur hoc malum aliquando quidem uicinorum musculorum dolor, & maxime lumborum: aliquãdo uero ab ipsa iunctura initium fit affectionis. Iam uero quandoq; etiam contingit ut uertebri dolore ferè sublato, circa poplitem solum affrictio hæreat, aliis autem iuxta talum: quibusdam uero totũ crus æqualiter dolore affligitur. multis item circa inguina dolor figitur, & tum sanè uesica ipsa molestiam transumens, urinæ difficultatem inducit: & tunc maxime totum crus à coxendicibus usque ad calcaneum dolorem perfert, & non solum si ipsum crus moueatur conuulsiones infert, uerum si etiam aliqua alia corporis pars agitetur. Generant autem hanc affectionem assiduæ cruditates, & immodicus rei uenereæ usus: aliquando etiam deambulationes concitatiores, & hæmorrhoides suppressæ, & uomendi consuetudo intermissa, & purgationes menstruæ, aut etiam aliæ familiares excretiones impeditæ, & exercitiorum contemptus. Communis quidem igitur ischiadicis podagræ, & articulari morbo existit ualida alicuius humoris ubertas, qnæ affectum articulorum nexum occupat: quo impleto exporrecta neruosa corpuscula tensione affliguntur, atque ex his oboritur dolor. Cæterum ad affligentis humoris cognitionem conferet dicta quæ præcessit, & anni tempus, & aeris nos ambientis status, ætasq; & habitus itemq; color corporis: amplius autem & doloris specimen, siue feruens & pungens, siue stupidum. Initium igitur curationis fiat ab affligentis humoris euacuatione, & siquidem humoribus ex quo redundarit corpus, præ omnibus uenæ sectio adsumatur: deinde etiam purgatio: postea uero ea quæ dicentur pharmaca oportune & ordinate adhibeantur: ita ut in manibus quidem & pedibus pharmacis fluxum repellentibus utamur, circa coxendicũ uero iunctura id facere uitemus, quum enim hic cõnexus in alto situs sit, sanguis ex uicinis & ambientibus uenis ac musculis ad ipsum impellitur: quare lenitiuis in principio opus est pharmacis ad coxendicũ dolorẽ, atq; ea neq; omnino refrigerent, neq; fortiter calfaciant. Etenim quæ refrigerant, ad cõnexum materias impellunt: quæ uero uehementer calefaciunt, aliam amplius materiam ex adiacentibus partibus adtrahunt. A multitudine itaq; sanguinis coxendicum dolorem obortum uenæ sectio curat, si primum cubiti uenam secemus: deinde etiam eam quæ iuxta talos est, aut poplitem. In principio enim omnium inflammationum diuulsoriam uenæ sectionem facere oportet, ueluti si pes sit inflammatus, ex uena è directo loci affecti sita sanguinem extrahemus. In affectionibus uero iam inueteratis, maxime quidem ex ipsis lo-

cis affectis extrahemus: aut si id fieri non possit, ex ui
cinis. Post sanguinis uero è cubito detractionẽ, à talo
repetita sectione auferre oportet, secanda est autem
interna uena iuxta talos sita: uiriliter enim imbecillis
auxiliatur. Et scio, inquit Galenus, coxendicum dolo
res in una die curatos per hãc ex cruribus euacuatio
nem, maxime si non à frigiditate sint oborti, sed ex ua
sorum sanguinis circa coxendicem repletione. In om
ni equidem coxendicum affectione, præcipue tamen
ea quæ humoribus ex æquo redundãtibus oboritur,
si quis prius quàm corpus euacuet, acribus pharma
cis ad affectam particulam utatur, ægerrime sanabilẽ
affectionem reddit, utpote multitudine ibidem inso
lubiliter condensata: supra reliqua enim inspissatur &
uiscosa redditur, & ob acrium pharmacorum calidi
tatem & siccitatem non dissimile quippiam assationi
perpetitur. Ab euacuatione igitur totius corporis, ut
quæ maxima facultate ad huius affectionis curã præ
stet, curandi initium faciemus: & non solum à cruri
bus, sed & à cubito primum sanguinem extrahemus.
Sunt & uomitus ischiadicis commodi, atq; adhuc am
plius quàm per uentrem euacuationes, nimirum re
trahentes humores infra repentes. Eos igitur in prin
cipio affectionis facere à cibo expedit. Inueterato ue
ro malo etiam à pharmacorum uomitum cientium
acceptione, ita ut à mediocribus incipiamus. Porrò
quibus iam indissolubilis humorum coactio in ipso
articulo à medicis per immodicum acrium pharma
corum usum facta est, his cucurbita quàm maxima cũ
scarificatione locis affixa auxiliatur, & purgatio per
infusa efficaciora. Qui igitur iam dicta præ oculis ha
buerint, etiam præscriptis à ueteribus medicis phar
macis iuxta methodum poterint uti. Itaq; post uenæ
in cubito sectionẽ, & à talo item sanguinis detractio
nem, aut per purgatiuum euacuationem, ubi uidelis
cet aluus leniori clysteri iniecto excreuerit obturata,
irrigare

irrigare locos oportet, primum quidem ex oleo ru
taceo, postea uero etiam efficacior irrigatio adhiben
da quæ sensim calfactet, & materias ex alto ad super
ficiem attrahere possit, qualis est quę ex cyprino, ace
to, nitro, & canchry cõstat: ita ut octo quidem cyathi
olei cyprini, quatuor uero acris aceti, duo aũt nitri, &
unus canchryos coniiciantur, & donec ter aut quater
efferueant coquantur: post uero expressus & in lanis
succidis exceptus succus super affectos locos impo
natur, uerũ quotidie renouare hanc irrigationẽ opor
tet, & tribus uicibus hoc fotu admoto profectus ani
maduersionem habeto. Multos enim, inquit Archige
nes, uidi qui nullo alio prędidio opus habuerunt, ego
uero, inquit, post prędicta etiam simpliciorem clyste
rem infundo, & sequenti die acriorem, atque haud
scio an ullus tam degener coxendicum dolor repe
riatur, qui huic præsidio non cedat: aut si aliquando
ad primam adhibitionem nõ cessit, post alterum eius
usum penitus excisus est. Apparatur aũt acrior clyster
hoc modo. Mellis sesquicyathum, olei tantundem,
aquæ cyathos ii. nitri drac. viii. terebinthinæ drac. iiii.
hæc unita & calefacta infundito, & podici fomentum
apponito, quo diutius infusum contineatur, nam sic
magis operatur, ut plurimum uero muscosam humi
ditatem extrahere consueuit, aliquando autem & san
guinem, quando etiam maior commoditas resultat.
Quod si adhuc affectio ipsa persistat, paucis diebus
interpositis, non tamen ut prioris præsidii utilitatem
demoliamur, rursus clysteri utemur pro simplici a
qua, centaureæ decocto ad prædicta affuso, quo ro
bustius pharmacum reddatur. Supra opinionem au
tem ipsis commodat cucumeris syluestris radix in te
nues partes concisa, deinde paululum cocta, atq; de
cocto eius cum solo melle infuso, citra omnem mor
dacitatem euacuat affligentẽ humorem. Optime etiã
facit lupinorum amarorum decoctum cum pari oleo

infusum. Sæpe enim, inquit Archigenes, hæc prædicta cura ad omnes ischiadicos mihi sufficit. Quod si tamen affectio adhuc remoretur, cucurbita quã maxima cum plurima flamma locis affigatur, uulnusculis etiam altioribus per scarificationem impactis. Cæterum & reliquam curam referre operæ pretium existimo, ut nota sit si quando usus eius necessario expetatur. In omni enim tempore plurima curationis principia constituenda, hoc enim modo facilius affectio destruetur, si assiduæ præsidiorum permutationes fiant. Itaq; ubi rursus mederi cœperis, uomitibus uteris siue à cœna, siue à raphani acceptione concitatis: deinde loci affecti & totum corpus in balneo per nitrum extergatur, post balneum autem loci ex unguento per adarcem & euphorbium composito illinantur. Deinde rursus aliud medendi initium à purgatione facies. Solitus autem fui, inquit, purgatiuum ad ischiadicos assumere huiusmodi. Colocynthidas quotquot uelis accipito, & derasa ac proiecta medulla ipsas oleo optimo expleto, & totam noctem sinito, deinde oleo per se effuso, cum uacuo colocynthidis calice aquam una & dimidia olei mensura commensurato, ac in ollam fundito, atq; cum ea ipsa communi aqua colocynthidas ipsas donec flaccescãt coquito: & expressas ipsas quidem abiicito, liquorem autem excolato, & affuso ad ipsum oleo feruefacito, ac panis siliginei contusi & cribrati quantum satis erit inspergito, manibusq; satis diu emollito, ac pilulas ad nucis ponticæ magnitudinẽ formato ex eisq; xxiiii. pilulas à balneo exhibeto. Si uero fortius reddere pharmacũ uelis ad hanc dosim ueratri nigri corticis tenuissime triti obolos tres, & scammoniæ scrupulum adiicito. Possum autem idem de hoc præsidio quod supra de clysteri dixi referre, quod uidelicet solũ aliquãdo sufficit etiã eã quæ per multũ tẽpus indurata est coxendicum affectionem extirpare, licet itaq; eo

sæpe uti, multitudine tamen eius imminuta, & sanè moderatam eius multitudinem obseruauimus numerum xviii. pilularum. Eis uero qui pilulas deuorare non possunt, colocynthidis cremorem exhibeto hoc modo. Colocynthidem quàm maximam perforato, & eiecto semine, relicto autem eo quod instar tomenti ineſt in totum, colocynthidem ex uino dulci ueteri expleto, & per totam noctem sinito, & cum defecto ex ea operculo cooperito. Mane uero excolatum per panniculum uinum, & tepefactum bibendũ præbeto. Si uero parua fuerit colocynthis, duas pro una uino expleto & exhibeto. Quod si efficaciorem reddere uelis hunc cremorem, ueratri nigri obolos tres adiicito, & scammoniæ sesquiobolum. Cæterum per interualla quædam prædicto clysteri ex cucumeris uidelicet syluestris radice apparato, etiam ad ipsos utaris.

De herba iberide, quæ & cardamine appellatur, eiusq; sinapismo. Cap. II.

Quod si uestigium quoddam affectionis relinquatur, herbæ iberidis quæ & cardamine appellatur, radix assumenda est: etenim odorem & saporẽ ac figurã cardami, hoc est, nasturtii, habet. Multa autẽ ubiq; nascitur, maxime tamen circa uetera monumenta murosq; & circa uias in incultis locis: folia autem habet nasturtii uere quidem uirentia, & nesturtio multo maiora: longitudo uero caulis cubiti parui est aut paulo amplior: æstate florẽ lacteũ promit, & tunc sanè efficacissima censetur: semen fert quàm minimũ, atq; idipsum per totũ caulẽ enascitur. Radix uero acerrimum habet odorem, & maxime omniũ nasturtio similem. Hanc æstate maxime recentem effodito (arida enim uires amittit) & diligenter tundito: tunditur autẽ diffi culter, & axũgia ueteri modica excipito, ac iũcturę coxæ & uniuerso cruri imponito, adalligato, ac incũbere sinito, mulieribus qdẽ nõ infra ii. horas, uiris aũt p

duas horas, uiris autem per quatuor horarum ſpacium, ſi poſsibile ſit id perferre excitat tumores cum ardore & rubore, ueluti ſinapiſmus facere ſolet: poſt uero in balneum inducito, nullo unguento aut ſmegmate eis illito. ubi uero modicum exudauerint, in ſolium ob feruorẽ mordacius deſidere iubeto, idq; fortiter perferre cogito. morſum enim cũ ardore in principio inferre conſueuit: deinde educito. Fermè enim ſemper, quamuis ab aliis fuerint importati, ſua ſponte pedibus ingredientes, exibunt. Verum à balneo ad oleum multum paucum admodũ uinum amniſceto, & conquaſſata illinito, ac humore cum aſpero panno deterſo, crus ipſum cũ leuiſſimis lanis cooperito. Et ſanè conſueuit hoc ipſum præſidiũ nullo alio inde auxilio opus habere. quod ſi tamen aliquando ueſtigiũ affectionis relinquatur, uicenis horis ſiue diebus interpoſitis, rurſus eodẽ præſidio utaris. Atq; hic quidem ſinapiſmi eſt modus. Cęterũ pharmacum ipſum plures quàm ſperare poſsis in ſe complectitur cõmoditates, & cum minori acrimonia eius uſus perficitur. Hoc aũt utendi modo etiam ad inueteratos capitis dolores, omnesq; alios diuturnos dolores, quacũq; tandem corporis parte conſtiterint: ad affectiones itẽ ægre ſolubiles, & reſolutiones perſanãdas uti licebit.

Ceratum ad iſchiadicos: Archigenis. Porrò interiectis diebus quibus ab exhibitione remediorum quieſcis, ceratũ locis imponatur huiuſcemodi. Opopanacis drac. viii. in aceti cyathis ii. diſſoluito, deinde ceræ trientem, cum beſſe olei cyprini liquefacito, refrigeratoq; ac leuigato, & ad diſſolutum opopanaca coniicito, unito ac utitor.

De uſtione. Cap. III.

Veteres, inquit Archigenes, etiã uſtione in iſchiadicis uſi ſunt, tum per cauteres ferreos igni cãdefactos, tum per ſtruthii & ariſtolochię radices coxę iunctura in altum per uſta, itemq; crure per interualla quædã,

circa dolentes maxime locos cautere admoto. Quidam uero alii ad propinquę cruri affecto manus locũ inter magnum digitũ & indicem medium, circa inferium magni digiti ſiue pollicis articulũ, caprinum ſtercus feruens per forcipẽ imponunt, ſtercoraq; uariant ac permutant, donec ſenſus uſtionis ad locũ affectum perferatur: tunc enim ſufficientẽ uſtionem eſſe dicunt. Dioſcorides aũt hãc rem ita tradit. Caprinum, inquit, ſtercus feruefacito, & extenſo magno manus digito, cauum locũ circa inferni articuli eiuſdem digiti finem notato: deinde locũ ipſum ex oleo prælinito, & lana conuoluta oleo imbuta ad cauum locũ ſubſtrata, ſigillatim caprinum feruefactũ imponito, quouſq; ſenſus per brachium ad affectã coxam procedat. Antylus autem: nos, inquit, etiã huiuſmodi urendi modo utimur: ſtercus caprinũ ſiccum feruefacimus, eoq; uentrem magni digiti affecti pedis perurimus paulo infra unguem uſq; ad os ipſum uſtione penetrãte. Hæc ipſa uſtio extremas coxendicũ affectiones, & quę nulli alii præſidio cedunt, diſſoluit. Cęterum poſt uſtiones porri folia cum ſale trita, aut oliuas nigras cum ſeſamo illoto tritas, aut nucum interiora trita, ad locum cruſtoſum imponito. His uero qui molles carnes habent, lac cum melle adhibeto. Tertio autem die ab uſtione, lenticulam coctam cum melle donec cruſtæ penitus excidãt, cataplaſmatis modo imponito: atq; deinde ſuppuratorio ductu utitor, ulceribus ad plures dies adſeruatis, ne cicatrix eis obducatur. Nouimus, inquit Archigenes, plurimos qui ex prædictis uſtionibus opem ſenſerunt: uerum nobis, inquit, ad coxarum affectionis demolitionem prædicta remedia ſufficerunt, itemq; malagmata quæ paulo poſt dicentur: appoſuimus autem De uſtione, ne uidelicet eius uſus ignoraretur.

Cura affectionis exacerbatæ. Cap. IIII.

Archigenis. Tępore porrò exacerbationis reli-

artes fasciis circumligandæ sunt,& diligenti fricatio-
ne contrectandæ:irrigationes item locos impinguan
tes,& per uices mutatæ, ex oleo sicyonio calido ad-
hibeantur,& cum lana conuoluta contegantur.Cata-
plasmata autem ex semine lini ac fœnigræci affectis
partibus imponantur.Maxime uero quæ ex loliacea
farina apparantur,ac quędam calefacientia assumunt,
& altheæ radicem. Mitigant etiam uehementes do-
lores ex oleo fomenta,& ex milio fricto, itemq; sale
in sacculis calfacto. Potiones ad ischiadicos.

Succus cyrenaicus exacerbationes diffundit, erui
magnitudine potatus,aut deuoratus. Summe facit &
magnitudine potatus,aut deuoratus.Summe facit &
castorii drachm.i.cum opopanacis obolis tribus.

Alia potio ad ischiadicos. Farinæ erui, anisi,
fœniculi,singulorum parem mensuram conicito, tū-
dito & cribrato.obolosq; nouem in dimidia uini he-
mina dato.Multa crassa per urinam ducit. Vbi uero
purum prodire uideris lotium,ne amplius præbeto.

Alia. Centaureæ minoris ramulos cōtūdito & cri-
brato, ac ieiunis cochleariū ex aqua calida ad horas
iii.aut plures dato. Alia. Radicē rubiæ cōtūdito,&
cribrato,similiterq; præbeto,sanguinē p urinā educit,
quotidie autē bibētē lauato.Auxiliatur itē irionis se-
mē cū uino,& smyrnii semē eodē modo. Seminis na
sturtii drac.i.cum uino:radicis capparis corticis drac.
i.cum uino:radicis iridis tritæ drachm.i.cum passo:
ruta syluestris,& domestica, cum anisi decocto:sym-
phyton in petris nascens,cum uino mulso decoctum:
radicis altheæ decoctum,aut centaureæ minoris:am-
moniaci thymiamatis drachm.i.ex aqua mulsa:semi-
nis hyperici drachm.i.quod ipsum & stercora educit
itemq; pituitam: Baccæ iuniperi ex uino: Bitumē pro
catapotia deuoratum:carpobalsamum ex aqua mul-
sa. Cæterum & potiones dolorem lenientes: itemq;
soporiferæ,ubi dolores restiterint, commode assumi

possunt:maxime tamen omniū antidotus quæ pæo-
nia appellatur, in tertiodecimo Sermone descripta.
Ego autem,inquit Archigenes,etiam in exacerbatio-
nibus prædicto clysteri usus sum, eo uidelicet qui ex
terebinthina & nitro constat,& euidentem permuta-
tionem feci.Poteris autē & cucumeris syluestris de-
cocto in exacerbationibus uti. De reliqua diæta:
Archigenis. Subiungemus autem ex ordine & pau-
cis reliquam curam.Præ omnibus igitur adhortor ut
contentiones,& exquisitæ negociorum incommodi
tates eis exhibeantur,non solum à cibo accepto, sed
etiam sumendi cibi tempore,diæta unctoria & impin
guante constituta, quo similiter carnis incremento sit
consultum. Nam si hanc ueluti neruorum operculū,
acquisierint,totum simul ad omnem externā causam
inuentum habebimus,simulq; commodam exercita-
tionē omni unctoria diæta potiorē apponemus. Vn-
gantur autē ab expertis & gymnasiis exerceātur. Mi-
nime enim molesti labores fient cum perito præexer
citatore:& manus sanè exercitiis tritæ commodiores
sunt mollibus ad curationem. Aduero significandum
est etiam quod ischiadici ab assiduis flexibus & de-
ambulationibus,& moderato cursu quàm commo-
disime opem ferre possint. Præcedat itaq; gestatio
in equo, deinde naturalium aquarum usus, primum
quidē calidarū,deinde etiā frigidarū,si enim ad frigi-
dæ lauationē adsuescant,sola sufficerit ad incolumi-
tatē acquirendam.Cæterum diæta tempore quidem
exacerbationis sorbilis sit & modica, p interualla ue-
ro solidior & reparandis uiribus magis accommoda
ta,habeatq; acrium eduliorum comestiones quasdā
per aliquot dies adiunctas.Eorū autē syluam sæpeiā
apposuimus, utpote quæ nihil uiscosum, aut crassi
succi,aut ægre concoctile,aut quod difficulter digeri
tur,complectitur.Bonæ uero concoctioni imprimis
consulant,non solum dāni quod ex cruditatibus pro-

uenit ratione habita, sed & incrementi carnis, qua præ omnibus ischiadici opus habent. Quin & qualitates eorum quæ ægre concoquuntur fugiendæ sunt, præsertim eorum quæ urinam ducunt. Aluum autē probe solutam habere expedit: premuntur enim & aggrauantur articuli ubi ipsa fit adstricta. Neq; uero assidue profluat uenter. Nam id imbecilles reddit, & quod cum purgationis impetu à toto corpore attractum est, idipsum uicinas partes replet. Contingit tamen etiam aliquando à periculosa dysenteria oborta omnem coxarum molliciem ac aptitudinem ad affectionem corrigi & emendari. Præstat etiam uomitus per interualla siue à cibo accepto, siue à raphanis. Neque latet nos quosdam ueratro ad ischiadicos usos esse. Scimus item ueratrum efficaciter auxiliari: Verum non suspicamur eius usu opus esse ad hanc affectionem, utpote quæ ab ante tradita cura extirpabitur. Cataplasma ischiadicum. Farinam lupinorum amarorum in aceto mulso aut posca decoctā imponito, Aliud. Calaminthen præsertim uiridem, aut si haberi nequeat, cum posca locis imponito, est enim præsidium præclarum. Aliud, facit ad uehementes dolores. Papaueris calices in aqua mulsa decoquito, ipsisq; proiectis farinam ordeaceā aquæ mulsæ incoquito ac imponito. Aliud. Calices papaueris uirides terito, & adspersa polentæ farina, in pastillos redigito, eosq; in umbra reficcato. Usu uero expetente in sufficienti aceto dissolutos ac calefactos imponito. Aliud Asclepiadæ, ischiadicis, podagricis, & articulorum morbis euestigio auxiliatur. Fœnum græcum in fictile uas coniectum & posca sufficiente affusa per integram noctem macerato: mane uero ad ignē appositū donec soluatur coquito: deinde in mortario tritū, & sufficienti melle affuso calefactū, & linteolo exceptū ad affectos locos apponito, & fasciola adalligatum finito, idq; per dies

duos aut tres facito. Aliud. Radicis symphyti sex uncē rasam & in tenues partes cōcisam in pilā testaceā conicito & enixe terito, atq; ubi contrita fuerit, mannæ quadrantē, & ouorū recentiū crudorū candida tria unà cū luteis adiicito, rursumq; enixe terito, & contritis lib. i. adipis suilli ueteris probe subacti addito, unito, ac linteolo excepta imponito. Euestigio dolores mitigat, & præsertim cum fluxione articulorum obortos. Aliud Asclepiadæ. Fœnigræci mola triti, corticis radicis mandragoræ, mannæ, cuiusq; quadrantem, oua cruda recentia x. radicis maluæ lib. i. radicis symphyti lib. i. carnis cochleæ terrestris sexuncem. Vt prædictum est apparato diligenter, & sublatum reponito. Vsus uero tempore pharmaci partem unam, adipis suilli ueteris partes duas accipito.

Epithemata & malagmata ad ischiadicos. Cap. V.

Malagma, inquit Archigenes, quod ualde multo experimento nobis constat, est subscriptum: uerum cucurbitam prius ad dolētes locos affigere oportet: ipsum autem malagma aliquandiu inhærere consueuit, quare expectabis eius utilitatem. Colophonię lib. i. baccarum lauri bessem, seminis raphani trientem, corticis capparis libram unam, picis aridæ libram unam, pyretri libram i. ceræ libras duas & dimidiam, fœnigræci bessem, iridis libram i. sinapis bessem, nitri libras duas. Nitrum cum aceti libris duabus terito: deinde reliqua arida inspergito, simulq; terito, affusisq; liquefactis, emollito, ac utitor. Hoc quidem igitur malagma eiusmodi est, quod malum penitus extirpat, cutē rubefacit, & materias ex alto ad superficiem educit, quo sanè in principio non oportet uti. Verum quod sequitur leuissimum est & multæ commoditatis, quoq; citra formidinem conuenit uti. Ceræ triētem, styracis sesquunciam, satyrii sesquunciam, aloes primariæ sesquunciam, ammoniaci thymiamatis sextantem, croci unciam unam, pyretri unciam i.

opopanacis unc.i.galbani unc.i.thuris unc.i.olei ueteris lib.iiii.aliquando autem sextantem solũ in æstate: Apparato,& utitor. Præter opinionem etiam facit ad ischiadicos emplastrum pardalis appellatũ, quod ad hydropicos inuenies descriptum. Leæna emplastrum, malum penitus extirpans. Olei ueteris libras duas,plumbaginis,salis communis,terebinthinæ,singulorum libram unam,squamæ æris quadrantem,æruginis,herbæ lanariæ radicis,chamæleonis nigri radicis, aristolochiæ,sinapis, singulorum sextantem,aliquando etiã canchryos unciam unam,aut pro eo pyretri tantũdem. Auxiliatur etiam capiti ad hemicraniam impositum. Heræ, ad ischiadicos.hoc, inquit,usus sum ad Frontinum statim ab exacerbationibus impositio. Ceræ drach.centum,uisci drach. sedecim,terebinthinæ drachmas uigintiquinq;, galbani,myrrhæ,iridis, cuiusque drachmas sex, cedriæ heminæ dimidium, olei cyprini heminæ dimidium. Ceram,cedriam,cum cyprino oleo liquefacito:deinde resinam & galbanum adiicito,& ablatis ab igne statim uiscum addito,& ubi dissolutũ fuerit irim insperg ito & unito,& ad myrrham in mortario cum aceto tritam affundito. Quidam etiam nitri drachmas duas adiecerunt. Asclepiades autem ita inquit. Malagma quod ischiadicis statim post exacerbationum remissionem imponitur, facit ad ossa contrita ac omnem neruorum per consensum affectionem, omnemq; duriciem dissoluit : facit item ad alias inflammationes, comprimit & committit malignas cicatrices. Prodest luxatis & collisis, & ad omnes malignas mamillarum dispositiones. Est enim ualde generosum. Ceræ, terebinthinæ, uisci, galbani, myrrhæ, iridis siccæ, singulorum drachmas quadraginta octo, olei cyprini quantum sufficit. Galbanum cum cera in mortario contusum & emollitum cum cyprino liquefacimus,deinde ablatis ab igne uiscum

iniicimus, & ubi dissolutum fuerit irim inspergimus, & ad myrrham cum aceto in mortario tritam affundimus. Commodant etiam ipsis emplastra ex sale : quale & hoc est. Salis drachmas centum, picis sexuncem, olei libras quatuor, cerusæ libras duas. Salem per se quàm tenuissime terito,simiiliter & cerusam,deinde oleum ad ipsa in mortarium affundito, & postquàm sufficienter triueris, excepta usquequo manus non inquinent coquito ad lentum ualde ignem,deinde picem liquefactam & percolatã iniicito,ac rursus ad compagem quæ manibus non adhæreat reducito,& utitor. Malagma ex silphio, ischiadicis ualde præclarum. Ammii drachmas duodecim,silphii,seminis rutæ syluestris, baccarum lauri repurgatarum,singulorum unc.i.medullę colocynthidis drachm.ii.nitri, abrotoni, cardamomi, cuiusque drachmas quatuor,ceræ, adipis uitulini, ammoniaci thymiamatis, cuiusq; sesquunciam. Arida liquefactis ab igne ablatis inspergũtur,simulq; in mortarium ad ammoniacum cum aceto tritum infundun tur. Quidam uero ammoniacum cum cera liquefaciunt,& ad compagem manus non inquinantem redigunt. Aliud malagma,quo Theodorus propriũ patrem curauit,quum ob dolorem suspicere nõ posset. Ceræ, picis liquidæ, aluminis liquidi, æquales partes accipe:liquescibilia liquefacito, & ad alumen cum aceto tritũ affundito,emollito,ac utitor. Asclepiadæ,ad ischiadicos:facit & ad colicos : secureq; in exacerbationibus exhibetur : scabiẽ etiã quã psoram Græci appellant,citra exulcerationẽ sanat.Ceræ,picis liquidæ,picis aridæ,cuiusq; lib.i.sulphuris uiui,alumi nis scisilis,nitri rubri,cuiusq; sexuncem. Quæ eliquari possunt,eliquato,aridaq; quàm tenuissime trita paulatim adspergito,simulq; in mortario posca madefacto cõmisceto,emollito,ac utitor. Quidã picẽ aridã & resinam pinus,ac ceram,per singulos dextantes su

munt,oleiq; sextantem addunt,ac reliqua,ueluti prædictum est. Ischiadicum mirabile. Thuris, euphorbii,ammoniaci thymiamatis pyretri,picis,ceræ,singulorum quadrantem,resinę pinus aridæ sexũcem,olei cyprini sexuncem,fellis taurini quadrantẽ.

Thus,euphorbium,ammoniacum, unumquodq; per se quàm tenuissimas in partes unà cum felle terito:liquescibilia uero liquefacito,& pyretrum inspergito, eaq; ad trita fundito, unitoq;, ac utitor confidenter.Experimento constat. Melius autem apparatur si ammoniacum quàm tenuissime tritum liquefactis inspergatur,atque eo eliquato thus tritũ adiiciatur:euphorbium uero cum felle teratur. Vnguenta & acopa,quæ neruorum lassitudinem in ischiadicis reficiunt. Ad coxẽdicum dolorem pæoniæ radicem in oleo ad triduũ contusam accipito,& quarta die paululum coctam illinito.Cæterum præpurgandos eos scito,ex succi tithymalli guttis quinq; tantum cum caricis acceptis,aut ex corticis tithymalli cremore. Corticem autem ipsum contusum & cribratum quatuor scrupulorum pondere in uino per integram noctem macerato:mane uero excolatum uinũ præbeto. Aliud. Nycteridem herbam,quã,unguentum Helenes appellant,oleo decoquito,& per diem unam in oleo manere finito,percolatoq; & illinito.

Aliud,multo experimento constans. Herinaceum terrestrem uiuum in oleum coniectum donec flaccescat coquito:deinde eo extracto,farinæ adarces sextãtem oleo iniicito,& olei cxprini nnciam.i. Vtitor autem illito ex eo loco.Cæterum oleum ipsum in quo herinaceus coquitur librarum duarum pondus esto.

Aliud ischiadicum,quod isotheon appellatur.Facit & ad resolutiones,& ad omnem neruorũ per consensum affectionem. Castorii,opopanacis,euphorbii,œsypi liquidi,ammoniaci thymiamatis, galbani, terebinthinæ,singulorum sextantem,medullæ ceruinæ trientem,styracis unc.i.olei styracini triẽtem, olei irini sexuncem, piperis unciam unam, ceræ libram i. olei sicyonii lib.i.olei ueteris libram unam. Ammoniacum, galbanum, opopanaca cum uino terito: liquescibilia uero eliquato, & ab igne ablata reliquis affundito,ac probe unito:styracem uero in pila tundito,ac paulatim ex pharmaco ei addito:ubi uero dissolutus fuerit,cum reliquis unito,ac utitor. Acopon,ad ischiadicos efficacissimum est,quod inter cõmunia acopa post articularia remedia refertur,& Orcheste inscribitur:eo itaq; confidenter utitor. Vtere, & similibus acopis ac unguentis quæ isthic describentur. Inspergimen ad ischiadicos in balneo. Inspergimen ischiadicum efficax. Farinam lupinorum in balneo inspergito, & in exudatoria tabella prostratum sudare facito. Aliud,facit & ad inueteratas affectiones. Costi, piperis albi,pyretri cuiusq; quadrantem,nitri unc.i.fecis uini ustæ lib.i.contusa in balneo inspergito. Aliud. Costi quadrantem, pyretri quadrantem, nitri unciam unam, piperis albi, adarces,euphorbii, cuiusq; unc.i.fecis uini ustę libr.i. sampsuci sexuncem,contũdito,cribrato,ac in balneo utitor. Heræ,ad ischiadicos inspergimen lenitiuum doloris. Picis aridæ partes octo, sulphuris partẽ i. terito ac misceto, & præloto ægro dum corpus adhuc calet inspergito, & cum charta contegito, atque donec sua sponte decidat finito:nihil autẽ uetat ægrũ lauare charta adhuc inhærente. Alia inspersio.

Adarces,staphidis agrestis,canchryos,sinapis,cardamomi,piperis,euphorbii,sulphuris uiui, cuiusque unciam unam, contundito, & cribrato: ægro uero inducto, & in secunda balnei domo reclinato, pallio prius ad tabellam substrato, ad dolentem locum inspergito,& contente adfricato:deinde in calidam desidere facito, & prolutum educito ac extergito, rursusq; inspergimen iniicito & adfricato: postea uero

dum adhuc calidũ corpus habet, eiusmodi malagma imponito. Cineris caulium brasicæ ustorum quadrãtem & unciæ dimidium, cineris lignorum ficulnorum agrestium ustorum tantundem, picis aridæ libram i. cineris lignorum uitis ustorum quadrantem & unciæ dimidium, sulphuris uiui quadrantem, axungiæ libram unam. Liberabitur enim æger, atque id breui ab omni dolore, ut incantationi simili facultas uideri possit.

De podagra, & arthritide, siue articulorum morbo. Cap. VI.

Podagrica & arthritica affectio eiusdẽ speciei inter se existunt. Differt autem podagra ab arthritide non toto genere, sed affectis locis. In omnibus enim debilitas est articulorũ diuturna cum fluxione. Quæ quidem si in pedibus perficitur. Podagra appellatur, si uero in aliquo coxarum uertebro, Ischias, hoc est coxendicum morbus nominatur. Si uero in multis corporis articulis innititur, Arthritis, siue morbus articularis uocatur. Contingit autem aliquando ut repente irruat malum æqualiter per omnes articulos dispersum: quod ipsum euenire consueuit his qui consueta exercitia coaceruatim relinquunt, & licentiore diæta utuntur: ut plurimum uero clanculum & paulatim fluxus irruere solet, alteri enim cuipiam magni digiti pedis articulum dolor inuasit, aliis uero calcanei extremum, rursusq; aliis cauum pedis, aut ex calciamenti aut ex consimilis rei affrictu. Cæterum initio à pedibus sumpto, paulatim ad genua malum procedit, ad coxendicum item ac fœmorum iuncturas, deinde ad manus, singulis articulis particulatim affectis, quando sanè proprie, ueluti prædictum est, arthritis & articularis affectio appellatur. Qui uero extreme ab hac affectione apprehenduntur, his & spinæ uertebræ & costarum iuncturæ & genæ dolent, aliquibus autem & iris siue corona pupillam oculi ambiens: neque est

aliqua ossium connexio, quæ ab hac affectione sit immunis.

Causæ uniuersales. Cap. VII.

Generant autem affectionem cruditates coaceruatæ, & ebrietates, atq; his adhuc amplius immoderatus rei uenereæ usus: iam uero & deambulationes cõcitatiores quã pro more, & stationes diutius productæ, & familiares excretiones suppressæ, & consuetorũ exercitiorũ intermissiones. Vt plurimum uero aptitudines à parentibus in filios ac posteros transferuntur. In uniuersum uero amplius omnium crudorum humorum multitudo affectionis causa existit.

Quod humorum multitudo affectionem inducit. Quãdo quidem igitur humorũ multitudo in corpus digeritur, hiq; ipsi ad pedes deferuntur, & in ipsis partes omnes distendunt, inflammationesq; & dolores inferunt, manifestissimum sanè id existit. Nam & tumore attolluntur affectæ partes, & uenæ sanguinis in ipsis apparent repletæ, & euacuatis ipsis in naturalem habitum æger reducitur. Verum multitudo influens non in omnibus æqualis existit. Etenim alii ex calidi tate ægrotant, alii ex frigiditate, atq; exinde etiam refrigerando, aut calefaciendo, aut reficcando opem sentiunt. Quam ob causam membra fluore infestẽtur. Posteaquam igitur humorum multitudo in corpore congesta, hominem molestia afficit, unũquodq; quidem membrum quod primum affectionem percepit, affligentem humorem à se repellit: eum ipsum uero suscipit aliquod ex uicinis membris ac subiectis. Itaq; quum fortiora membra eum depellant, & imbecilliora suscipiant, id adeo citra intermissionẽ contingit, donec id quod propellitur ad omnium debilissimum membrum peruenerit, & in ipso permanserit. Vna quidem igitur fluidarum affectionum generatio hæc est, membris uidelicet fortioribus superfluum demittentibus, suscipientibus autẽ imbecillio-

ribus. Cæterum articuli ipsi ex assiduo motu debiliores redduntur.

Quare in quibusdam magnus sit morbus, in aliis uero paruus. Cap. VIII.

Magnitudo morborum ex fluxionibus obortorũ ad humorum influentium multitudinem cõsequitur. Si enim plures humores fuerint, maior etiam affectio contingit: si pauciores, minor. Cæterum multorum recrementorum influxus ob multas causas accidit. Etenim & copiam humorum multam esse oportet, & uias latas per quas feruntur, & partem quæ à fluxu infestatur raram, & facultatem in ipsa debilẽ: & membrorum eum delegantium uires fortes, quo magna affectio fiat. Verũ si paruus futurus est morbus, prædictis contraria omnia concurrere oportet.

Quare multo tempore aut pauco morbus duret. Cap. IX.

Porrò ut multo tempore aut pauco morbus duret, etiam prædictæ sunt causæ, tenacitasq; insuper & crassitudo humorum. Etenim sanguis multus & crassus, densa pellicula conclusus, & à uiribus debilibus segniter correctus, tempus auget & producit. Qui uero contrario modo habet, minuit & breuius facit. Cæterum & in aliis corporis affectionibus, siue in superficie sint, uelut erysipelates: siue sub cuticula, ut herpetes: siue in carnosis partibus, uelut inflammationes, recrementa ut plurimum feruntur. In podagricis autem & arthriticis appellatis, usq; ad iuncturas per altum repletio ex fluxione contingit, unà cum hoc quod nerui permadescunt & distenduntur, itemq; ligamenta & pelliculæ, omniaq; circum circa sita: atq; ob id sæpe usq; ad quadragesimũ diem morbus extenditur. Etenim quum etiam cessauerit fluxus, neq; amplius ex supernis feratur, repletæ adhuc multo humore existentes iuncturæ, eum ad circumsita mẽbra delegant. At uero si tenuior sit fluxus celerime ægri sanantur,

sanantur, nisi male omnino curentur. Quod si uero quis ex medicis ueram methodum ignorantibus per resoluentia semper omnes inflammationes curet, nõ in quadraginta tantum dies, sed & in quadringentos, & in omnem reliquam ægri uitam inflammationes extendet. A mala enim curatione podagricis pleraq; mala accidũt, maxime uero calli & artuum duricies, & articulorum curuitates ac contractiones, propter medicorum ignorantiam fiunt, qui neq; per uenæ sectionem, aut purgationem euacuant, neq; redundantem in uniuerso corpore humorem, quiq; ad iuncturas defertur, & proinde articulorum morbos producit, per ea quæ moderate adstringant repellunt. Quidam enim ex ipsis inflammationes immodice resoluunt, tum per aquę & olei mixtionem, tum per cataplasmata ex cruda ordeacea farina apparata, attrahuntq; per cataplasmatum caliditatem humorũ copiam ex subiectis loci. Quin & ob hanc ipsam inductam laxitatem, affectas partes debiliores, & ad recrementorum susceptionem aptiores reddunt.

Quæ sit incuruatorum articulorum causa. Cap. X.

At uero alii medici immodice refrigerant, alii autem uehementer discutiunt. Ex quo sanè neruosas partes inspissari contingit, in curuariq; & distorqueri, ob redũdantium uidelicet humorum susceptionem. Contingit item callosas & calculosas coactiones in ipsis emergere, & neruos spontaneo motu se mouentes congelari, ligamenta item & neruos qui tendines appellantur, qui sanè aptissimi ad hoc perferendum censentur, propterea quod substantia ipsorum densa & solida existat.

Quæ causa generationis toforum in artubus. Cap. XI.

Generatio quidem igitur toforum siue callorum in artubus induratorum, materiam quidem habet

crassos humores, causam autem efficientem, qualitatem calidam & siccam. Quem ad modum uidere est & in tofis: qui in æreis uasis ex limosæ aquæ incoctione generantur. At uero pharmaca quæ ualde refrigerant, si assidue adhibeantur non solum crassos humores congelant, sed & tenues. Quem ad modum uehementissimum frigus congelat aquam. Quę uero acerbatim & immodice discutiunt, id quidem quod tenue in ipso fluxu est, euanescere faciunt: quod uero reliquum est, inspissant & conglutinãt: atq; id eo amplius si ad hoc quod discutiunt: etiam immoderate calefactoriam habeant facultatem.

Quæ causa sit cur inflammationes in podagricis non facile suppurentur. Cap. XII.

Causa cur podagricæ inflammationes non facile suppurentur, primum quidem est affectarum partium substantia, tum natura, tum pro more ægre permutabilis existens. Ad hoc enim quod natura duræ sunt neruosæ partes, etiam tolerandi cura anguntur ea quæ molestiam inferre possunt, præsertim tamen pedum & manuum extrema, quin & carne nudatæ magis hæ sunt partes minusq; calidæ & humectæ, & ob id etiam reliquis partibus frigidiores: imò & influentes in podagricis inflammationibus humores corruptioni minus sunt obnoxii, & pharmaca similiter adhibita inepta sunt ad putrefactionem ac suppurationem. Etenim alia ex eis refrigerant & repellunt, alia uero discutiunt, alia autem reficcant. Contingit tamen aliquando in quibusdam inflammationem aut suppurari, aut erodi. Quum enim crassus humor uehementer fuerit condensatus, & deinde non ita uehementer, sed moderate calefactus, necesse est ipsum suppurari. Acri uero & erosiuo humore influente, erosio contingit, quem ad modum & marcor in quibusdam succedit, irruente uidelicet in membrum humore qui putrefacere potest: quanquam raro hæc in podagricis contingant.

Quomodo ex inflammationibus & consequentibus accessionibus, siue symptomatis, adfligens humor cognoscatur. Cap. XIII.

Quomodo quidem uniuersi corporis intemperiẽ cognoscere & curare oporteat, iam ante in quarto Sermone est præscriptum, huius uidelicet tractationis. Quomodo uero quis inflammationes in partibus inflammatis consistentes cognoscere possit, necessarium & hic paucis referre. Apparet autem id ex eis quæ accidunt & consequuntur: quæ si quidem frigida fuerint, frigefaciũt: calida uero calefaciũt: mixta autem mixtas etiam signorum species inducunt. Quo uero manifestior fiat hic sermo, quæ iam dixi, repetã, singulatimq; retractabo.

Sanguinei humoris influentis signa. Cap. XIIII.

Humor sanguineus si multus fuerit, & circa summam caliditatem moderatus, repletionem efficit, & tumorem ingentem: non uenarum modo, sed totius membri affecti circa cutem: eumq; calidum quidem moderate, uehementer autem rubentem, pulsus autem adest in alto inflammationis mediocris. Qui hoc modo sunt adfecti, neque refrigerantia neque calfactoria ualde præsidia adhiberi sustinent, & assidue ac continue exacerbantur, quandoquidem assidue & æqualiter sanguinis allatio contingit, quanquam & per circuitum quidam irritatione uexentur, quum non continue sanguis defertur, & exacerbationum accessiones omnino quotidie fiunt, uerum non ita durant ueluti hæ quæ ex pituita oboriuntur. Vrinæ uero eius qui sanguine redundant, fluuæ sunt, & mediocri crassitudine præditæ, aliquando etiam subsidentiam albam, aut nubem, aut tale quiddam in medio pendens quasi suspensum habentes. Quod si magis ad pituitam declinet san-

guis, albiores & crasiores: aliquando uero & contur batæ reperiẽtur urinæ, & multum est quod in eis subsidet. Venæ autem in his ampliore sanguine susceptо replentur, & in tumorem attolluntur. Ætas uero ab adolescentia usque ad ætatem uigoris apta fiet ad multitudinem sanguinis producendam. Edulia item boni succi & quæ maxime alunt: & exercitia modera ta. Ex temporibus uero, uer, & regio temperata.

Bilioſi fluxus ſigna. Cap. XV.

Quod ſi uero bilioſus ſit fluxus, color cutis, inflam mati loci, aliquando quidem flauior quàm ſecũdum naturam apparebit: aliquando uero rubore cum fla uo permixto, quando uidelicet flaua bilis ſanguini eſt permixta. Caliditas autem uehementiſſima & feruen tiſſima adeſt, quæ amplius refrigerantibus pharmacis gaudet. Qui enim ita habent, uehemẽter à refrigeran tibus iuuantur medicamentis ſiue actu ſiue potentia talia exiſtant. Exacerbationes uero his per tertium quenque diem mouentur, & præcipites quidẽ irruũt, citius uero uigorem remittunt, per uentrem enim & per urinam recrementa ſuperflua his euacuantur: per cutem etiam tranſpirant, utpote quæ tenuium par tium exiſtant. Lotia eorum ſubfulua ſunt, & ſubflaua: quandoq; etiam acria, ut in mictione urinarium arro dant meatum. Curæ autem ingentes, & iræ, & uigiliæ, & illuuies multæ, & fatigationes, & diæta omnis bi lem gignens & attenuatoria, ex acribus uidelicet & ſalſis eduliis, huius humoris influxum præcedunt. Ætas uero & temperies corporis calida & ſicca ad eum apta eſt. Hora autem ſiue anni tempus æſtiuum: conſimilis item regio.

Pituitoſæ fluxionis ſigna. Cap. XVI.

At uero ſi pituitoſa ſit fluxio, ad digitorum appreſ ſionem cauus fit tumor ſublaxus exiſtens & modera tus, & color dolentis membri albus. Dolores uero aliquando quidẽ fortes, aliquando uero mediocres:

& exacerbationes quotidie paulatim irruunt & augẽ tur, & per plures horas durant, & breuem intercape dinem habent: immo neq; unquam integre remittũt. Ætas autem hoc modo amplius afficitur ſenilis, & temperamentum humidum & frigidum, & conſimi lis ambientis nos aeris ſtatus, & tempus hybernum. Aliquando autem & frigoris ſenſum in alto locorum affectorum ægri perceptant. Vita uero ocioſa & ſo cordia ad pituitoſi humoris generationem plurimũ conferunt. Edulia item refrigerantis & humectantis ac inſpiſſantis facultatis, & balnea à cibo unde & uri næ crasiſſimæ ab eis prodeunt, & ſæpe conturbatæ reperiuntur: Atque hæc quidem ſigna ſunt pituitæ na tura frigidæ prædominantis. Nam & hæc ipſa pro prie pituita appellatur. Salſæ pituitæ ſigna. Cæterũ ſi ſalſæ pituitæ fuerit influxus: color membri affecti & tumor eodem modo habẽt, ueluti de pituita eſt præ dictum. Pruritus autem maximus & mordacitas infe ſtat locos. Vrinæ uero tum his tum prædictis, aliquã do quidem tenues & aquoſæ, aliquando uero craſ ſum in eis eſt quod ſubſidet, ſuntq; conturbatæ.

Bilis atræ influentis ſigna. Cap. XVII.

Quod ſi ex atra bile ſit fluxus, qui ſanè potentia fri gidus eſt & ſiccus, quod raro tamen contingit, frigo ris ſenſus quandoq; affectis adeſt, & corpora in pro fundo uelut atterantur aut ſcalpantur afficiuntur. Co lores uero tumorum nigriores ſunt, & circuitus ex acerbationum per quartum quenque diem redeunt. Sunt autem exacerbationes tum magnitudine tum impetu mediocres. Ætas uero quæ magis hunc flu xum generat, eſt uigore inclinato, & uergente: tempe ries autem frigida & ſicca, & natura quidem ſuperflui tates pituitoſas generat, non autem atræ bilis. Quæ uero ex degenerante & mutata caliditate fit, flaua bile ſuperaſſata & nigram generante oboritur. Præcedit porrò hunc fluxum diæta ex eduliis atram bilem

gignentibus,& lasſitudines immodicę. Regio autem ei apta eſt frigida & ſicca. Tempus autumni,& conſimilis aeris ſtatus. Vrinæ uero ut plurimum in principio tenues eis ſunt & aquoſæ propter obturationes: poſtea uero quàm ſecundum naturam atriores, & modice craſſæ, & quod ſubſidet in eis aliquando fuſcum eſt,aliquando uero mixtum ſubcruentum uidelicet & fuſcum reperitur.

Seroſarum fluxionum ſigna. Cap.XVIII.

Sin uero ſeroſa recrementa influant, dolores non ita magnos inferunt, quem ad modum etiam neque fluxu infeſtatas partes in tumorem ualde excitant. Secundum ſpeciem uero conſimilia perficiunt,qualia humores ſolent, qui cum eis eiuſdem generis exiſtunt. Pituitoſo enim ſanguine demanante, ſeroſa in ipſa pituita recrementa,conſimiles quidem ſecundum ſpeciem dolores inferunt,ſecundum magnitudinem uero multo minores. Vbi uero alii humores defluxerint,conſimiles etiam illis ſeroſę ipſorum ſuperfluitates inferunt dolores.

De his qui ex humorum complexu fluore infeſtantur. Cap.XIX.

Noſſe porrò operæ precium eſt,quod aliquando fluxus fluxui commiſcetur,aut calidus frigido,aut uicisſim frigidus calido,& ſecundum utriuſque horum qualitatem exacerbationes ſunt, & continget quandoque ægrum bis in die exacerbationum acceſſionem ſentire.

Diæta & cura podagricos præſeruans. Cap.XX.

Qualis quidem igitur diæta unicuique prædictarum temperierum conueniens ſit, iam ante prædictū eſt in quarto huius tractationis Sermone:ſuperfluum uero eſt eadem bis ſcribere. Cæterū ad ea quæ iſthic relata ſunt, uomitus in uniuerſum ferè omnibus qui podagricam affectionem defugere uolunt,commodi ſunt,præterquàm eis qui thoracem & caput, quæ

facile læduntur habent. Quibuſcunque igitur ex exercitiis,aut aliis quibuſcunque motibus, recrementa in uentrem confluunt,his uomitus ante cibum prodeſt. Qui uero ſanguinis copiam aggregarunt aut humores pituitoſos,poſt acceptum cibum uomant per aliquot dies. Venus uero omnes podagricos extreme lædit,& præſertim ſi aſsidue aut intempeſtiue ea utantur. Etenim uoluptas per ſe neruoſorum corporum robur & firmitatem diſſoluit,multo uero magis ſi cū uehementi motu perficiatur,& ob id membra affecta longe imbecilliora fiunt,& prompte ac expedite confluentia recrementa ſuſcipiunt. Adhibetur tamē eius uſus aliquando,propter conſuetudinem uitioſam ſemine plurimum irritante,quum uidelicet multi & noxii fuerit humoris. Generatur autem tale in naturis proprie multi ſeminis appellatis,& oportet ſanè,quo moleſtiam eius uitemus,prohibere ne eius copia in ſeminariis uaſis generetur. Quomodo uero ſeminis generationem prohibere oporteat, iam prædictum eſt in eo qui hunc præceſsit Sermone.

De olei & ſalis affrictu in podagricis. Cap.XXI.

Operæpretium porrò eſt noſſe, quod omnes qui ſe,ne in podagricam affectionem incidant, adſeruare uolunt, & præſertim eos qui humecta & frigida natura ſunt, magnifice iuuant ſales cum oleo quàm tenuiſsime triti & affricti,non quidem tempore inflammationis & doloribus inſtantibus,ſed quum hæc remittunt:niſi uehementer ſicca temperie ægri ſint prædiți. Omnibus enim qui hoc modo fricantur inſitus calor augetur,& quod præter naturam eſt diſcutitur, recrementaq; conſumuntur, & affecta membra fiunt robuſtiora,ac aduerſus affectionem firmantur, minimeq; ei obnoxia redduntur,maxime ſi diligenter ſingulis diebus mane & ueſpere,ubi dolores, quem ad modum dictum eſt,remiſerint,per omnē uitam hoc præſidio utantur, De quo ſanè auſim confidenter

pronunciare, inquit Philagrius, quod etiam ſolum ſufficiat his, qui uel maxime circa diætam delinquũt, aut immodicè refrigerantur, aut ægrotant ex labore, aut re uenerea nimium ſunt uſi, aut quemcunq; alium fortem exceſſum admiſerunt: quare omnino poſtquam inflammationes quieuerint & dolores, eo utendum eſt.

Vniuerſalis methodus curationis podagricorum. Cap. XXII.

Itaq; prius dictis rurſus in memoriam reuocatis, pronunciamus & membrorum debilitatem, & humorum copiam, primas cauſas omnium fluidarum affectionum eſſe, præcipue tamen podagræ & articularis morbi. Quare duplex etiam ſanationis ſcopus nobis præfigetur. Euacuatio redundantis humoris & corroboratio partium debilitatarum. Euacuatio itaque fiet aut per uenæ ſectionem, aut purgationem. Poſt uniuerſalem autem euacuationem, calidi quidem fluxus refrigerationem amant, frigidi uero calefactionem: humidi reſiccari, ſicci humectari gaudent. Et tenaces quidem ac uiſcoſos diſcindentibus & extergentibus curare conuenit, craſſos uero tum eiſdem, tum quæ amplius attenuatoriam uim habent, acres uero per ea quæ mordacitatem obtundere poſſunt. Amplius autem ea quæ aſſidue influunt, per repellentia prohibẽda ſunt, itemq; per ea quæ reſiccant. Quę uero per circuitum irritant, quum quidem influunt impedienda, quum uero non deferuntur, tum ſanè ea quę iam illata ſunt euacuationem requirunt, ad quam itidem debilitatarum partium corroboratio accedat.

Cura eorum qui ex ſanguinis copia ægrotant. Cap. XXIII.

Quum igitur ſanguinei humoris fuerit influxus, & dolor mediocris qui neq; calore ſuo neq; frigore manifeſte infeſtet, locus inflammatus pharmaco quidem fortiter adſtringente, modice autem reſiccante illinatur, eiuſmodi autem eſt id quod ex acacia & utroque ueratro apparatur. Abſtineat autem æger ab omni cibo & motu, & uini etiam potu. Et ſi fluxionis impetus non ualde magnus fuerit, & pharmacum adhibitum commoditatem ſuam oſtenderit, rurſus, cum paſſo tenuis ſubſtantiæ aut poſca large dilutum quo ſtrigmentoſum reddatur, illinatur. Cæterum neque aqua neq; oleum pedibus adhibeatur, ſed & ſi illitum abluere oporteat, quo uidelicet aliud illinatur, poſca mediocriter tepefacta abluatur, aut cum plantæ alicuius auſteræ decocto, uſq; quo id quod influxit ſedetur. Cataplaſma ob id etiam imponendum ex malis maxime cotoneis, aut meſpilis, ſorbis, cornis, hippuri, ſanguinaria, aut foliis quercus tenerioribus, ſingulis pane permixtis & uino ueteri maceratis. Idem uero ipſum & per alia quædam eiuſdem materiæ exiſtentia cõfieri poteſt. De quibus rurſus poſtea ſermonem repetemus. Porrò ſi ſanguinis motus in uniuerſo corpore uehementer inualuerit, utendum nihilominus prædictis pharmacis, ne uidelicet particula repleatur, & dolores fortes ac diuturnos inducat. Euacuetur autem id quod ex ſanguine redundat, quantum ſanè id uires & affectio permittunt, & maxime ſi qui continetur ſanguis bene ſit temperatus, & homo ipſe ad ſanguineas euacuationes ſit adſuefactus. Cognoſces uero ſanguinis impetum, tum ex tumore præter naturam, tum ex doloris magnitudine & uelocitate: proportionabiliter enim tum ad copiam ſanguinis, tum ad allationis eius modum, impetus ipſe contingit.

De ſectione uenæ. Eos igitur qui multo ſanguine abundant neceſſario ſecta uena fortiter euacuabis, nõ ſolum ſemel, ſed iterum atq; iterum & pluries detractione paulatim repetita. Si enim uenæ ſectione omiſſa, repulſoriis pharmacis fueris confiſus, magni mali autor eris. Ex ignobilibus enim membris ad principalia & uitæ neceſſaria ſanguis repulſus, deinde

in aliquod horum irruens, uelut in hepar, aut ſeptum tranſuerſum, aut thoracem, aut pulmonem, aut in ipſum denique cor, pro morbo mortem inducit. Quapropter maxime neceſſaria eſt ſanguinis ac reliquorum humorum in ſanguineis influxionibus euacuatio, præſertim in his qui ſanguine redundant, itemq; reliquis humorum recrementis, ac lautiore diæta utũtur. In his enim antequam dolores oboriantur, uenã ſecare oportet, bis in anno ſanguinem large detrahẽdo, & purgare quoq; eoſdem, ſi licet modo per ſingulos menſes. Cæterum in omnibus diei horis uenã ſecare conuenit his qui uehemẽtibus doloribus ſunt apprehenſi, adeo ut etiam ſi quis pranſus ſit, nihil uetat tamen uenam ſecare poſſit, atq; id maxime ſi ex uẽtris locis cibus ad inteſtina fuerit dilapſus. Vbi uero in uentre adhuc cibus detineatur, euacuatiõe prius per uomitum facta, ita paulatim ſanguinem detrahes. Secanda eſt autem è directo cruris fluxione infeſtati uena præſertim in brachio inferna, ita tamen ut obſeruemus in eius ſectione ſubiectam ipſi arteriam. Si uero hæc non appareat, media, ita ut & in hac obſeruemus ſubiacentem neruum. Quod ſi uero manus dextra dolore infeſtetur uenam in dextro crure ſecamus, iuxta talos aut poplitem, aut plantam pedis: poſt ſectam uero uenam ſi dolores adhuc perſeuerent, & fortis tenſio ſit in affecto membro, ſæpe in ipſo inflãmato crure uena inciſa, & multo ſanguine detracto, hominem ab omni dolore liberaui. Memini itaq;, inquit Philagrius, cuidam in quo humores æqualiter omnes & multus imprimis ſanguis redundabat, bis ſanguinem ex ſecta uena detractum, in quo manifeſte cognoui quantam uim habeat uena è directo membri affecti ſecta. Quũ enim dexter pes ei fluxione infeſtaretur, uena dextræ manus inciſa, confeſtim à moleſtiis eſt liberatus: quumq; tribus interpoſitis diebus alterum item crus fluxus infeſtaret, uena ſiniſtræ

manus ſecta, ſimiliter à dolore liber euaſit: & quum inde pharmaco ex croco curaretur, perfectam ſanitatem recepit. Verum hic quem ad modum prædictũ eſt, multo ſanguine redundabat, & uniuerſum corporis habitum eiuſmodi habebat, qui non facile poſſet exolui. In his uero qui contrariam huic corporis diſpoſitionem habent, parce ſanguinem detrahere oportet.

Quod eleuatas & incuruas uenas ex membris fluxione infeſtatis, ueluti in uaricibus, auferre oporteat. Cap. XXIIII.

Operæpretium eſt, inquit Rufus, etiam alios auxiliorum modos excogitare: Ego quidem igitur articulis pedum fluxu infeſtatis, laudo ſi quis uenas quæ ex ſupernis in pedes deferuntur excindat, ueluti uaricoſa in ſuris excindi ſolent. Etenim partes hæ tempore præſertim inflammationum apparent in tumorem eleuatæ, & uenæ circum circa rubent, & ſanguine repletæ conſpiciuntur, atq; qui ita affecti ſunt, magis à dolore uruntur, & frigidis gaudent. Si igitur quis uenas ueluti in uaricibus excindat, multitudo ſanguinis non amplius influere & inflammationem facere, quẽ ad modum antea conſueuit poteſt, atq; id præſertim in ſanguinea podagra conducet. In aliis uero articulis, utpote coxendicibus ac cubitibus & ſimilibus fluxu infeſtatis uenæ non ualde apparent. Quod ſi cõtra contingat, etiam in his eas quæ altius eleuatæ ſunt excidere oportet.

De peruſtione in morbo articulari. Cap. XXV.

Cruſtas igitur inurere oportet, aliquas quidem paulo altius loco fluore infeſtato, aliquas uero propius, atq; id cauteriis facere præſtat, aut ſi id æger ferre recuſet, cũ medicamentis. Longe autẽ præſtantior eſt cauteriorũ uſus, nã & citius & ſiccius perurunt. In uniuerſum uero pedibus ex fluxu infeſtatis, loci circa utrunque talum forinſecus & intrinſecus inurendi

sunt,cauteriis iuxta magnas ibidem sitas uenas admo
tis,paulo altius supra talorum locum. In urendus itē
locus inter magnum pedis digitū & eum qui ei pro
ximus est,medius, ubi sanè uenæ magis tumefactæ
conspiciuntur,præsertim ex eis maximæ. Quibusdam
autem & articulos ipsos perurere expedit, quum sub
mucidi ualde conspiciuntur, priusquàm durities ad
modum toforum in eis generetur. Sciendum tamen,
inquit Rufus, quod in articulorum submucidorum
perustione,ulcera ægre curabilia oboriuntur, uerum
ubi cicatrices coaluerint maximum robur ipsis articu
lis præbent,ut non amplius ad suscipiendum influen
tia recrementa sint apti. Et de his quidem hactenus.
Oportunum autem & iam reliquam curam post san
guinis euacuationem aptam describere.

Cura in fluxibus sanguineis post sanguinem
euacuatum. Cap. XXVI.

Post sanguinem euacuatum affectam partem ace
to ueteri tenuium partium cum rosaceo rigare opor
tet,& præsertim si in alto hærere dolorum causa ui
deatur. Etenim acetum propria sua tenuitate usque in
altum progressum,expeditam rosaceo uim exhibet,
quod natura sua dolores lenire potest. Cæterum si in
superficie dolor consistat,per uini & olei usum ma
gnopere iuueris, æstate quidem tepidorum , hyeme
uero calidorum. Deinde etiam cataplasmatis utendū
quæ inflammationes lenire possunt, citra hoc quod
prouocent & prolectent fluxiones. Talia autem sunt,
farinæ fœni græci & hordei,fabarumq; & cicerū tritę
uino coctæ,potest etiam aqua modica affundi,ubi ui
num nimis forte extet. Quin & passo ac modico rosa
ceo unaquæq; ex prædictis farinis cocta doloré mi
tigare consueuit. Oportet autem cataplasmata omni
no semper calida esse:quod commode fieri potest,si
assidue permutentur,& lana forinsecus contegantur.

De pharmaco ex croco. Quū itaq; prædictis præ

fidiis adhibitis uehementes compescuerimus dolo
res,parum quiddam de pharmaco ex croco ammi
scebimus & præsertim ad cataplasma ex fabis appa
ratum,ne uidelicet coaceruatim transitus fiat: Deinde
etiam amplius quid de pharmaco ammiscendum est:
postremum uero pharmacum ipsum cum rosaceo
dissolutum & ad bonam compagem redactum im
ponemus: diffluit enim celerrime si ligdius fiat. Hoc
itaq; pharmaco sæpe post euacuatum sanguinē,dolo
ribus ualde imminutis statim usus sum, loco prius ex
aceto rosaceo perfuso: multam enim utilitatem & bre
ui ostēdit: quare ipso assidue ad podagricos utimur,
utpote quod laude dignum experimētum nobis ex
hibuit,inquit Philagrius: in pluribus enim solum hoc
suffecit ad perfectam curationem semper quidem cū
rosaceo dissolutum,aliquando uero uino tenui & ful
uo ammixto,quantum sanè eius conquassando & ex
cipiendo pharmaco satis fuit. Cæterum hoc ipsum in
his faciendum est, quibus adhuc aliquid ex fluxione
ad inflammatum locum defertur. Quandoq; autem
pro uino acetum addimus,maxime ubi tū quod in
fertur repellere uolumus, tum discutere iam in loco
contentum. Passum etiam aliquando pro uino addi
tum mollibus corporibus profuit. Verum enim ue
ro & ad pastillū ex acaciis & ueratris apparatū , adie
ctū hoc pharmacū sæpe quod influit prohibendo,&
quod adest euacuando,& mēbrū confortando , non
parum iuuit. Solum itē post sedatos dolores durius
impositum robur partibus addit,ut adstricta & recre
mentorum influxui minime obnoxia, ac breui fortia
reddantur. Hoc quidem igitur medicamento uarie
& multiformiter usi sumus , multosq; iuuimus,
tum instante dolore, tum etiam eo sedato. Habet
enim repulsoriam uim paucam quidem illam pro
pter acetum & crocum. Habet & concoctoriam &
discussoriam ac moderate resiccātem,rursus ob cro

cum & galbani thurisq; & ammoniaci thymiamatis ammixtionem. Discussoria autem tum in his ipsis sita est facultas, tum in pice & aceto. Merito itaque podagricis inflammationibus conuenientissimum censetur. Nam & fluxum moderate repellit, & calefaciendo sensim concoquit, & contentum discutit, & debilitatis membris firmitatem inducit. Compositio autem hoc modo habet. Galbani drachmas xxxii. thuris drachmas xxxii. croci drachmas sedecim, ammoniaci thymiamatis drachmas quadraginta octo, ceræ drachmas nonaginta octo, picis aridæ drachmas cccclxxv. olei rosacei drachmas quadraginta octo, aceti albi acerrimi heminam unam. Cera, picem, rosaceum lento igne liquefacta excolato: galbanum autem & crocum, ammoniacum, thus, cum aceto terito, & ad liquefacta & ab igne ablata in cacabum adiicito: unitaq; in mortarium quod modicam aquam frigidam habet, diffundito, & sufficienter emollita extrahito, ac quem ad modum præditum est utitor. Hoc quidem modo Philagrius apparare pharmacum ipsum præcipit. Quidam uero post eum etiam opii unciam i. ad hanc compositionem adieceruntq; ad uehementes dolores sedandos usi sunt. Alii autem usus tempore instante parum quiddam opii addunt ad maximos cruciatus compescendos.

Pastillus ex acaciis & ueratris. Porrò ex acacia & ueratris pharmacum hocce est. Pastillus podagricus admirabilis ad podagricos & morbum articularem, inflãmationesq; & omnia pruriginosa: in principio enim illitus manifestam utilitatẽ exhibet, ut eadẽ etiam die lotus æger deambulet. Vbi uero dolor in uigore est incommode adhibetur. Quidam enim in uigore affectionis eo usus, cõfestim quidem sibi inde iuuari uisus est: paulo uero post concalefacto & refricato loco, à maximis doloribus æger apprehensus nos accersiuit, quare quũ accessissemus & didicissemus factum, cognouimus quod membra in superficie posita cõtusionis modo affecta essent, tum ob inflammationem, tum ob exortam ex pharmaco adstrictionem & distensionem. Distensæ autem erant & in profundo sitæ partes ex cuticulæ exterioris ad interna impulsu. Abluto igitur prius cum aqua calida illito pastillo, cataplasma ei imponi iussi ex aqua mulsa dilutiore apparatum, & ex oleo modico dulcissimo, farinisq; fœnigręci & fabarũ, atq; hoc ipsum feci propter eam quæ ex ipso pharmaco ei contigit oppilationemq; & constrictione: quum uero dolores euestigio essent sedati à resoluentibus discessi: etenim cataplasmata & irrigationes in fluidis dispositionibus adhibitæ incurabilem reddunt morbum. Verum pastilli ipsius compositio hoc modo habet. Acaciæ nigræ drachmas triginta duas, acacię flauę tantundem, glutinis fabrilis pellucidi, aut quod magis expedit, glutinis piscium drachmas triginta duas, ammoniaci thymiamatis drachmas sedecim, glaucii drachmas sedecim, aloes drachmas sedecim, thuris masculi drachmas octo, ueratri albi & nigri cuiusq; drac. viii. Aceto scillitico trita cogito in pastillos. Vsus uero tempore eosdem in aceto eodem liquefactos illinito, & exiccare permittito, ægrumq; in balneum demittito, & ubi inde redierit similiter utitor. Totum pastilli pondus drachmarum centum & sexaginta octo est, hoc est unciarum xxi. Hoc pharmacum podagricis inflammationibus inchoantibus conuenit, & solum sufficit, si non multitudo fluxus redundet: & multo amplius, si per plumbi succum fuerit dissolutum & liquefactum. Fit autem plumbi succus hoc modo.

In mortarium plumbeum succum aliquem refrigerantẽ simul & adstringentẽ iniicito, & cũ pistillo plũbeo in sole donec crassior reddatur terito, atq; ita iectum pastillum & contritum illinito. Sit autẽ succus ipse plantaginis, aut oxylapathi, aut sanguinariæ, aut

tiuæ acerbæ immaturæ, aut ſemperuiui, aut aliquarũ conſimilium herbarum, quæ & ipſæ commodæ ſunt in principiis inflammationum. Hoc ipſum itaq; pharmacum ex plumbi ſucco, non ſolum in principiis & progreſſu, ſed & in uigore mali aliquando commodum exiſtit. Et Philagrius quidem hoc modo de paſtilli uſu ſcripſit. Quidam uero paſtilli ex croco ad dyſenteriam deſcripti, atq; huius ipſius pares partes aceto aut plumbi ſuccoterunt, & duabus ante balneum horis illinunt, atq; ubi lauerint à balneo rurſus ſimiliter illinunt, & egregium teſtimonium huic uſui præbent. Diæta eorum qui ob ſanguíneum fluxũ ægrotant. Inflammationes ex ſanguinis influxu obortas quem ad modũ dictum eſt curare oportet. Cæterum cibos eis exhibere oportet qui minus nutriunt, Quales ſunt holera, & ſpinoſæ plantæ: & ex uolucribus, montanæ: ex piſcibus uero, qui in petroſis aquis degunt. Aluum uero facile ſubeuntem habere oportet, & ſi quidem officio ſuo nõ ſua ſponte fungatur, ſimpliciori aliquo clyſteri ſeu infuſo eluatur.

Cura eorum qui neq; uenæ ſectionem, neq; purgationem ſuſtinere poſſunt. Cap. XXVII.

Quandoquidem uero quidam adeo formidoloſi ſunt & mollicie fracti, ut neq; nomen uenæ ſectionis aut purgationis audire ſuſtineant, non melius tantum ſed & fortunatius eſt nullum talem contingere. Et tamen ſi ad curandos eos cogamur, prædicere oportet diuturnos dolores eis affuturos, & uigilias, articulorumq; torturas & claudicationes, præſertim ſi craſſus & multus ſit ſanguinis influxus. Abſtinentia quidem igitur ciborum illis conſtituenda eſt, & clyſteres moderate fortes iniiciendi, & pharmaca umbilicaria imponenda epomphalia Græcis appellata, quæ ſanè umbilico impoſita aluum ducunt. Vtendum etiam his quæ ſedi apponuntur glandulis uidelicet, uelut eſt cyclamini ſuccus, & elaterium, & ſimilia, quorum in tertio

tertio Sermone feci mentionem. Vtendum & poſt aluum exolutam, unguentis diſcuſſoriis, & fricationibus eiuſdem generis, & omnibus quæ ſuperfluũ euacuare poſſunt ex locis fluxu infeſtatis. Etenim repulſoria, ſi non prius uniuerſo corpore euacuato, aſſumãtur, periculum inducunt. Cataplaſmata igitur eis imponere oportet ex pane, fabaceaq; & fœnigræci, ac cicerum farina, cum aqua mulſa aut adipe ſuillo non ualde ueteri. Scarificationibus item iuxta affectum locum utendum. Irrigare aũt aſſidue oportet ex aqua & oleo, & aliquando cataplaſmata ex lixiuio apparare, quo per eroſam cutem, ueluti per riuos malum euehatur. Huiuſmodi hominibus conueniunt item ceratorum formam habentia medicamenta, ex oleo ſicyonio, nitroq; & cera apparata, quæ humorem ad locum delatum diſcutere poſſunt. Pharmacum ex lixiuio & ſpuma nitri digerens ac exhauriens inſpiſſatos humores, eſt autem pharmacum ipſis commodiſsimum & facile parabile: excitat bullas, & cutem erodit. Spumæ nitri albæ quam acheleſiam appellant drachmas uiginti quinq;, terebinthinæ drachmas triginta ſex, olei drachm. cccclxxx. lixiuii ficulnei, hoc eſt, exuſtis lignis & aqua extinctis, loturæ eorum percolatæ drachmas octoginta quatuor, ceræ drachmas ccxl. Oleum, ceram, terebinthinam, & lixiuium, hoc eſt aquam ipſam, ut prædixi, coquito, & quum pars maxima aquæ fuerit conſumpta, ſpumam nitri prius tenuiſsime tritam adiicito, unito, ac utitor. Huiuſmodi ſanè ſunt inflammationum podagricarum ex ſanguine curationes.

De his qui ob bilis influxum ægrotant. Cap. XXVIII.

Quod ſi uero inflammationes ob bilioſum influxum fiant, tum & in his communis ſcopus euacuatio nis adfligentis humoris exiſtit. Fiant autem euacuationes in principio, tum per uomitum, tũ per uentrẽ.

Danda itaq; pharmaca bilem educentia, ex quorum numero aliqua per utranq; uiam bilem exigunt, uelut est thlaspi: hoc enim acetabuli mensura potatū & superne & inferne purgat, atq; tantum sanè de eo semine ad summum datur. Constat autem quod & purgatoria medicamenta ex scammonia apparata flauā exagitant & euacuant bilem: horum uero compositiones iam ante retulimus in tertio Sermone. Faciemus tamen & in hoc Sermone quorundam mentionem, sed paucorum & paulo post. Purgare igitur eos oportet confidenter, & secundaria uice si res ita postulārit: confestim enim in euacuationibus subsistunt & sedantur. Quod si tamen neq; hi purgari uelint, neq; sustineant ob quancunq; tandem causam. Tum sanè & his quem ad modum dictum est, mederi conueniet per umbilicariorum purgatiuorum impositionem, & per ea quæ sedi subdūtur. Per infusum item aluus ipsorum eluatur. Et cataplasmata adhibeantur ex fabacea & hordeacea farina, adipe suillo recenti & insulso, tenuiq; chamæmeli farina ac aqua. At uero hæc ipsa posterius imponenda sunt: in principio autem usq; ad uigorem ea quæ ex semperuiuo apparantur, & rosis uiridibus, perdicii herba, anchusa, sanguinaria, helxine, sideritide, portulaca, rumice acuto, atriplice, solano, plantagine, hyoscyamo, lenticula, & stratiote palustribus, blito, lactuca, seride, malua satiua, ramentis cucurbitæ, umbilico ueneris, flore uiolarum, mali punici corio. Horum unumquodq; cum pane ex farina polentæ impositum dolorem tollit, & maxime psyllii semen aqua feruenti maceratum, & postquam succulentum factum fuerit, pro cataplasmate impositum. Vnguentum item ex plumbi succo ad sanguineas influxiones præscriptum his commodissimum existit. Commoda sunt & mala cum pane trita imposita, & quæ his sunt similia. Et cerata Hippiones & Ambrosiæ nomine insignita, & quæcunq; ex

cera, chamæmelo, & rosaceo apparantur: adiicitur autem succus quispiam ex prædictis refrigerantibus, & ouorum candidum, & aqua cum modico aceto, quorum compositiones paulo post subnectemus. Optimū autē pharmacū pro eis est ceratū ex rosaceo betæ succo quantū satis est adiecto. Vidi etiā quendā hac affectione occupatū, qui immissis in frigidā aquā pedibus & aliquandiu in ea detētis preclaram opem tulit. Alium item uidi qui ostreorum carnibus cum argenti spuma & uiridibus hyoscyami foliis ac oleo ueteri diligenter tritis utebatur, & tum illinendo eas, tum imponendo probe restitutus est. Licebit autem per ostreorum penuriā, carnibus concharum fluuialium uti. Atq; hęc quidem conueniunt, si mediocris inflammatio & ardor adsit. Nam si magna fuerit ad erysipelatorum modum curationem instituemus. Cicutæ nimirum foliis & papaueris ac mandragoræ & hyoscyami adhibitis: quibusdamq; medicamentis compositis stuporem inducentibus, quæ ex papaueris succo & similibus constant. In horum tamen medicamentorum usu immodici caloris deletionem pro scopo habere oportet, quæ sæpe in una contingit hora: postquam statim stupefactiuo ablato, cataplasma ex fabacea farina, adipeq; & aqua imponatur. Etenim ubi ea quæ uehementer refrigerant diutius adhæserint, stuporem ęgrumq; ac languidum sensum corpori inducunt. Quapropter quum in feruentibus doloribus fuerimus ad stupefacientium usum coacti, postea refouebimus partes per ea quæ calefacere possunt.

Parabilia remedia ad inflammationes non ualde feruentes. Cap. XXIX.

Reliqua ex eorum numero quæ facile parantur, quæq; doloribus non ualde magnis prosunt. Palmularum glandulæ sunt, & mali medicæ ramuli, citrium autem ipsam appellant & aureum malum. Quin &

fructus ipſius medulla ſapore acris, pani aut pollini ammixta in cataplaſmatis commodisſima eſt. Quem ad modum etiam ſi oleo coquatur & cera ſufficienti ad oleum adiecta pedibus imponatur. Commodum eſt & ſymphytum per ſe pro cataplaſmate impoſitũ, & cum pane aut cerato permixtum. Et malicorium aceto incoctum, aut aridum tritum cum pane ſubactum. His ergo utaris. Optimum autem cataplaſma podagicum & hoc eſt. Cupreſſi uirgulta teneriora & pilulas in ollam coniecta cum aqua marina donec flaccescant coquito. Deinde in mortarium culinariũ tranſſumpta, ad cerati formam terendo redigito: & linteolo excepta, dolentibus locis imponito. Hoc cataplaſmate quotidie ante ſomnum utitor, etiamſi nõ adſit dolor, per integrum annũ. Nam perfecte ęgrum ſanat. Mirifice etiam facit cupreſſi decoctum, ſi ex eo æger ſæpe perfundatur. Aliud. Cypri hoc eſt liguſtri folia uiridia trita in paſtillos digerito, uſus uero tempore aceto dilutos illinito. Barbari autem Indi arida ipſa folia contuſa & cribrata reponunt, uſu uero expetente aqua feruenti ſubigunt, modico etiã aceto adſperſo, aut rhois culinarii decocto, atque hoc modo inflammato loco imponunt, foliis ricini aut carpaſi ſuperſtratis, aut ſi hæc haberi nequeant, brasſicæ. Reperies autem mane cataplaſma aqua plenum. Senſibilis enim diſcuſſio & exhauſtio contingit, adeo ut æger exuctionem ſenſu percepte, & maxime iuxta ungues. Vitiat tamen colorem, eum ad fuſcedinem corrumpens, quapropter aliqui cerato liquido ungues prelinunt. Aliud cataplaſma, quod eadem hora dolores ſedat. Cerebrum porci cum amylo & roſaceo tritum, & panniculo infartum imponito, & confeſtim liberabitur æger, ut deambulare poſſit. Optime faciunt item maluæ aqua coctæ & tritæ impoſitæ, celerrime enim dolores ſedant.

De ſtupefacientibus medicamentis. Cap. XXX.

Compoſuerunt medici, quem ad modum prædictum eſt, ob excellentes dolores, aut etiam ob ægrorum molliciem quos curare coginur & neq; minimum dolorem tolerare poſſunt, medicamenta ſtupefacientia appellata. Hæc enim nequaquam affectiones ipſas in quibus dolores fiunt, curant: uerũ ſuporẽ & ſenſus hebetationem membris inducendo, quietẽ quandam doloribus obducunt, quapropter ſi ad huiuſmodi pharmacorum uſum, aut ob excellentẽ dolorum magnitudinem, aut ob immodicam caliditatẽ eryſipelatis conſimilem, cogamur, utemur quidem modice, quo feruor immodicus refrigeretur, aut ſenſus oblæſio deleatur. Ad hoc etiam animaduerſione habita diligenti, ne quid poſt uehementis caloris & doloris extinctionem, ex ſtupefactiuo pharmaco in membro permaneat. Sunt autem medicamenta ſtupefactiua huiuſcemodi. Aſclepiadæ epithema dolorem leuans, podagricis & articulari morbo commodum: uſus eius eſt in ipſis exacerbationibus & excellentibus feruoribus inflammationum. Opii drac. iiii. croci drachm. i. panis ſiliginei quantum ſatis eſt: unumquodq; per ſe lacte bubulo maceratum terito, & unita imponito. Aut hæc ipſa cum lacte trita cerato roſaceo excipimus & utimur. Aliud, quod confeſtim à doloribus liberat: oportet autem ante pharmaci impoſitionem ęgrum lauare, atq; ita exterſis locis ſtatim adhibere. Succi abſinthii trientem, croci triẽtem, ceræ tantundem, opii unc. i. irini ſexuncem. Opiũ & crocum in paſſo diluito, & affuſo cerato unito ac utitor. Aſclepiadæ paſtillus podagricus, dolorem leuans. Vſus eius competit tempore exacerbationũ.

Aloes lib. i. centaureæ ſextantem, thuris trientem, myrrhæ trientem, lapidis aſii, opii, ſucci mandragoræ, ſtyracis, aluminis ſciſi, cuiuſque ſextantem: excipe ac ſubige paſſo & ad paſtillorum formam re-

ducito. Vsu uero expetente lacte dissolutos cum pinnulis illinito, supra illitum locum linteolo impositopasso imbuto.

Vnguenta recalfactoria quæ post stupefactiuorum usum adhibentur. Cap. XXXI.

Quum itaque stupefactiuis usque ad feruoris inflammationum deletionem fuerimus usi, post calefacere membra conuenit cataplasmatis ex castorio & thapsia compositis: si enim hoc non fecerimus, debilia & intemperata reddita membra perpetuo fluori obnoxia reddemus, & quæ in actionibus facile offendentur: quapropter unam atq; alteram unguentorum recalfactoriorum compositionē apponam. Ex quorum numero & hæc est. Succi thapsiæ drachm. viii. piperis drachm. xxiiii. adarces, canchryos, euphorbii recentis, cuiusq; drachm. xxxii. Si uero recens euphorbium desit, duplum eius sume: staphidis syluestris drachm. xii. pyretri drachm. xii. terebinthinę drachm. xvi. ceræ drachm. xxiiii. olei cyprini libras vi. Altera, eiusdem usus. Pyretri, castorii, helenii, adarces, piperis, euphorbii, zingiberis, nitri, ceræ, singulorum drach. viii. irini quantum sufficit. Pro pauperibus autem satis faciunt, allia, thymus, origanum, satureia, sinapi, & similia.

Pharmaca & edulia eorum, qui flauę bilis influxu infestantur. Cap. XXXII.

Exhibenda est autem & cyclaminus à flauæ bilis influxu infestatis. Huius enim radix quàm tenuissime trita cum aqua mulsa aut passo pota, bilioſum humorem per sudores excludit. Dandæ autem ex ea drach. quatuor corporibus magnis & robustis, reliquis uero pro uirium tolerantia. Adiuuare uero oportet sudorum exclusionem corpus calefaciendo & fricando, ita tamen ne affectos locos contingamus. Præbēda quoq; in potu ea quæ urinam cient, talia enim bilem per lotiū euacuare consueuerūt: pastillus item ex

feminibus soporifer, & qui à triangulari forma Trigonus appellatur, & consimiles, doloribus infestantibus commode à flaua bile affectis exhibentur. Nam & somnus alti soporis inde oboritur, & fluxiones ab ipsis resiccantur, atq; id maxime si post corporis purgatiuum euacuationem exhibeantur. Edulia autē eis apta quæ refrigerant, non tamē humectant: humiditas enim auget fluxiones. Dandum item eis lactucę semen ob somnum conciliandum, & papaueris semē tum in cibo tum in potu. Mala etiam & sorba & mespila præbenda, & quæcunq; ad hoc quod refrigerant, fluxus cohibent allationem. Cæterum à uino omnino exacerbationis tempore abstinendum est. Intercapedine autem pura reddita parum ex eo concedendum. Porrò inedia ab amara bile infestatos extreme lædit: nam bilem acriorem reddit.

Cura eorum qui ob pituitæ influxum ægrotant. Cap. XXXIII.

Horum item curationem à pituitæ euacuatione principium sumere oportet. Euacuatur autē humor pituitosus per uomitus quidem, nihilominus tamen & inferne per uentrem. Vtilis est autē in hac affectione per inferna purgatio, siue iuxta manus siue iuxta pedes hæreat morbus, & multo adhuc magis si iuxta omnes corporis articulos fluxus fuerit dispersus, faciliarior enim pituitę uia & minus periculosa per intestina existit. Si enim in superiorem uentrem uiolenter adtracta non euacuetur, periculum inducit. Quapropter tutius est ut ad infernam excretionem ducatur. Euacuata enim in una die morbi utcunq; inueterati robur contūdit, quare in podagra innatū ex pituitoso humore fluxum, & mediocriter affligentem, & qui tum potentia tum actu calidis remediis desecatur, purgare oportet. Ante purgationem uero modice adstringentibus utēdum, atq; id magis adeo circa initium fluxionum. Atqui si euacuatio per pur-

gationes fieri non possit, quæ sanè uel sola sæpe suffi
cit ad affectionem fluidarum curationem: tum inedia
& fame utendum est ad plures dies: natura enim pi
tuitosi eam bene tolerare possunt. Vtendum etiam
confricationibus discussoriis ampliusq; efficaciori
bus infusis, & pharmacis cientibus urinam. Cæterum
quæ ratione nutrimenti præbentur edulia, natura sic
ciora sint & minus nutriant, ueluti est oryzę succus &
bromi, qui inter frumentacea refertur. Nuces iuglan
des paucæ, pistaciaq; & nux thasia, & uuæ passæ, &
capparis ex aceto mulso. Quandoq; etiam parui pi
sciculi in petrosis aquis coaliti, & passerculi montani
assati præbeantur. Vinum autem præbeatur quã mi
nimum interualli tempore, tenue, fuluum & uetus.
Cataplasmata autem quæ frigidis fluxionibus conue
niunt imponenda. In principio quidem terebinthi fo
lia uiridia & tenera cum adipe suillo recenti, & rosa
ceo, modica cera adiecta. Apta sunt ipsis & cupressi
folia & pilulæ uino coctæ. Et cyperi radices, & rham
ni folia. Post principium uero pituitosis conuenit ex
eruo & lolio ac fœno Græco cataplasma. Quem ad
modum etiam ea quæ ex ciceribus constant, aristolo
chiæ radice trita ammixta, centaureaq; & gentiana, &
pæonia, & bryoniæ radice ac fructu. Ex amaraci item
coma, & artemisia, abrotoniq; foliis & adiãto, uitice,
lauro, pulegio, sampsuco, menta, brasica, sisymbrio,
serpyllo, filice, fœniculo, eruca, & reliquis quæ sapo
ris acris, aut salsi, aut amari sunt, & maxime si dolores
citra ardorem ex refrigerationis sensu sint oborti. Sin
gula uero ex his cum pane & adipe recentia pro ca
taplasmate imponito, quanquam nihil uetet unum
quodq; per se adhibere. Optimum est etiam fomen
tum ex passo mari mixto apparatum. At uero quinq;
folii radicum & malicorii æqualibus partibus deco
ctis perfudi ac foui, inquit Archigenes, circundolen
tes partes. Imò & tritis ipsis magis inflammata lo

ca cataplasmatis modo contexi, atq; hoc ipsum mul
tis uelut obluctans & resistens remedium dolores ex
pulit, aliquibus autem ut pharmacum nulli inferius
ipsos mitigauit, rarissime uero citra commoditatem
apparuit. Mansuetissimum uero & hoc est.
Altheæ folia cocta trita tum per se, tum cum polline,
aut ordeacea farina imponantur. Ceratum item ex ra
dice eius, quæ hibiscum appellatur, cocta in aqua mul
sa trita, constet autem ceratum ex gleucino aut irino.
Imponatur uero his qui tum uehementer calida, tum
ualide frigida auersantur, mediocribus autem dele
ctantur. Pharmacum porrò conueniens noui, inquit
Philagrius, podagricis qui unà cum doloribus frigo
ris sensu percelluntur, id quod ex laurino componi
tur. Quum enim & alia eiusdem generis sint cum ip
so, tantam tamen commoditatem à nullo exhibitam
scio. Compositio autem hoc modo habet. Phar
macum ex oleo laurino. Ceræ, adipis suilli ueteris,
resinæ pinus siccæ, terebinthinæ liquidæ, cuiusq; drac.
xcvi. cyprini, laurini, œsypi, butyri, cuiusque drachm.
xlviii. galbani, medullæ ceruinæ, cuiusq; drachm. xvi.
Hoc quidem igitur medicamentum confestim à do
lore liberat eos qui in dolore frigoris sensum perce
ptant. Admirandum etiam in his pharmacum est,
quod ex croco constat & galbano, supraq; ad sangui
neum influxum præscriptum est, & in omni tempore
adhibetur. Sunt autem & alia pharmaca his apta.
Quem ad modum ea quæ Myracopa appellantur, &
quæ ex ipsis componuntur cerata, fiunt autem hæc
commensurata & proportionata cera ad unguenta
ipsa ammixta. Pharmacum ex metallicis. Opti
mum uero & ipsis pharmacum est ex metallicis ad
sauciatos neruos à Galeno apparatum, cuius & nos
admirabile periculum fecimus, inquit Philagrius.
Quum enim partium quàm tenuissimarum sit, ad
profundũ corpusculorum progreditur, & attenuat,

& discutit. Commodum igitur existit in prædicta dispositione post sedatos dolores admotum, aut quū mediocres existunt, non solum enim discutit ut dictū est, sed & repellit. Compositio uero hæc est. Chalcitidis drachmas viii. misyos drachmas xvi. Squamæ æris drachmas xxiiii. thuris drachmas xxiiii. galbani drachmas xii. colophoniæ drachmas xcvi. ceræ drachmas xcvi. olei drachmas cxxviii. aceti acerrimi quantum satis est. Metallica cum aceto in sole æstiuo terito ad plures omnino horas: Deinde thus adiicito, rursusq; diu terito, & liquescibilibus liquefactis, refrigeratis, & erasis admixtis unito ac utitor.

Pharmacum ex uino & oleo, Galeni. Aliud pharmacum ex oleo & uino Galenicum, conueniens in declinationibus inflammationum, & post easdē omnibus podagricis. Spumæ argenti, drachmas xcvi. olei ueteris drachmas cxcii. ad podagricos uero sufficit si anniculum sit oleum, uini ueteris fului pellucidi atque leniter dulcis, drachmas cxcii. Coquito simul ad compagem manus non inquinantem: hic enim est optimus eius apparatus. Nam qui triplum olei accipit diutius coquitur & magis resiccans redditur. Porrò in his qui post dolores uehemens frigus percipiunt, aliud Galenicum pharmacum ex euphorbio ad sauciatos ueruos descriptum conducit. At uero adhuc pharmacum podagricis commodum, tum in inflammationum remissione, tum post easdem exstitit, quod Ægyptium appellatur, & quod ex lanis succidis ustis apparatur. Habetur autem inter multæ commoditatis emplastra in xv. Sermone huius tractationis.

Cura eorum qui ex atræ bilis influxu ægrotant. Cap. XXXIIII.

Dicatur autem ex ordine & de atræ bilis influxionibus quæ & ipsæ omnino uniuersali euacuatione præcedēte opus habēt, hoc est uenę sectione, aut purgatione. Quādo quidem igitur ad atram uergunt bilem, euacuatione per ea quæ ipsam repurgant, quando uero ad sanguinem atra bile infectum declinant per uenæ sectionem. Si uero ambo hæc simul per totum hominem redundarint, non unum aliquod ex prædictis adhibere sufficerit, sed præsecta uena, deinde depurgare cogimur, quod ipsum & in aliis affectionibus duplici euacuatione indigentibus erit faciēdum. Priusquàm igitur totum corpus euacuamus, atq; in ipso etiam euacuationis tempore, dico sanè in principiis, repulsoriis & sensim simul calefacientibus utēdum est. Post euacuationem uero his quæ sensim calefacere, & attenuare, & discutere possunt utemur. Sunt autem Repulsoria quidem simulq; leniter calefacientia, terebinthi folia & cupressi, cyperi radices, & similia. Calfactoria autem simulq; attenuatoria & discussoria, bryoniæ radix & cyclamini, syluestrisq; cucumeris, & raphani, lauri item folia mollia, & pastinacæ, & caucalidis, sinapis, nasturtii, conyzæ, brassicæ, tridisq; & ocymi & aliorum innumerorum folia. Amiscenda autem sunt hæc pani aut cuipiam ex prædictis iam sæpe farinis, & adipi anserino aut gallinaceo butyroq;, & œsypo, atque id maxime in humectis & mollibus corporibus quo leniora reddantur. Quin & post huiusmodi pharmacorum impositionem, præscripto ex croco pharmaco, & eo quod ex metallicis constat uti conuenit, ampliusq; quod Machærioni inscribitur, & quod Isis appellatur, similibusq;, quorum compositiones in xv. Sermone traditas reperies. Etenim huiusmodi pharmaca relictum in membris humorem concoquunt, eundemq; attenuant & discutiunt, ampliusq; membra debilitata corroborant. Commodissimum autem pharmacum per interualla exacerbationum dolore non infestante, ad atræ bilis fluxiones est Corax, quem ad modū etiam pastilli Andronius inquam, & Musæ, & qui

ex cẽtaurea,itemq; qui ex lanis ſuccidis apparatur & conſimiles in xiiii.Sermone deſcripti:illinuntur autẽ cum uino dulci.Miſcentur etiam ad præſcriptum ex croco pharmacum,& ad id quod ex metallicis conſtat,ita tamen ut parum quid ex paſtillis ad multam pharmaci partem commiſceamus,ut uidelicet paſtilli xii.pars ad unam pharmaci partem addatur,hoc eſt ad pharmaci lib.i.paſtilli uncia una. Aliquando autem minus.Quum enim euacuare & diſcutere uoluerimus,minus de paſtillo adiicimus, corroborare autem & firmitatem addere,plus.Quod ſi neq; perfecta neq; abſq; dolore ſint exacerbationum interualla,panem uino maceratum & ſufficienter emollitum ad prædicta medicamenta per interualla ammiſcere expedit.Præſtans autem eſt & in his diſcuſſoria fricationum ſpecies uniuerſi corporis,præter affectas partes, tum per interualla,tum tempore exacerbationũ uehementius & diutius facta,& maxime ſi nõ fuerint præeuacuati.

De his qui ob tenuem fluxum ęgrotant. Cap.XXXV.

Si ſeroſi ſint humores qui ad articulos influunt,nõ paruum ſignum tenuitatis ipſorum eſt, quod neque tumorem magnum habeant inflammationes,neque diutius durent,imò neque moleſtiam aliquam in motibus perpetiuntur ægri poſtquàm quieuerint inflammationes. Eorum igitur qui ob tenuem influxum ægrotant remedium quod eadem die opem eis fert purgatio eſt per ea quæ ſeroſos humores euacuare poſſunt facta. Fluxiones autem quæ non ita ualidum dolorem inferunt, ſæpe in ſolo irrigationum fotu ſubſtiterunt, ex oleo uidelicet roſaceo & uino dulci ſuppreſſæ,modica cera ammixta, iiſdemq; lanis ſuccidis exceptis,additur etiam aliquando nitri ſpuma. Quin & quod ex cote naxia ex ferri affrictu deteritur & in ea congregatur illitum iuuat: Et ſelinuſia terra, &

cretica, & ſamius after,& lemnia,ſphragis appellata, uino & poſca, & aceto ac paſſo diluta, illita eodem modo profuerunt. At uero & caſeus recens coactus impoſitus mediocres inflammationes etiam ſolus iuuat,& cum polenta, aut farina præſertim ordeacea. Habet enim in ſe non modo quid repulſorium, ſed & diſcuſſorium,per quod & tenues fluxiones repellit,& humores in articulis euacuat. Lentiſci etiam ramuli teneri & fructus, ſimiliterq; myrti & terebinthi, & pirorum,ac quercus,oleæ,punicæ,meſpilorum,ceraſi,pruni,rubi canini, & rubi, cuius etiam fructus & uirgulta idem operãtur,& ut ſimpliciter dicam,quęcunq; res in fructibus,& foliis, & ſuccis, & radicibus aliquid amari,aut acris,aut ſalſi, aut nitroſi habent, ſimulq; cum amaritudinis & acoris omniumq; prædictorum moderata qualitate non adeo excellenti, adſtringunt:hæ mediocres dolores ex fluxione obortos iuuant.Suffecit autem unà cum his ad perfectam ſæpe curam fames ipſa: Quem ad modum etiam clyſter omnibus ferè podagricis conuenire uidetur, & maxime in quibus uenter asſidue cohibetur. Ruta etiam uiridis & paſtinaca uiridis utiliter ipſis pro cataplaſmate imponuntur,maxime quibus uenter cohibetur,ampliusq; quibus pungitiui ſunt dolores & inflantes. Ammiſcere autem omnibus his expedit adipes,quandoq; & polentas, & farinas quaſdam, quæ haberi poſſunt : mel item ac paſſum, & roſaceum, quo humecta & liquida conſeruemus. At uero ſi & fermentum modicum hoc tempore ammiſceas nihil peccaris.Hoc igitur modo etiam plurima ex hortenſibus tibi commoda fuerint, ſi ipſa iuxta prædictas qualitates iudicaris,amaram nimirum & ſalſam, acidamq; & adſtringentem atq; acrem,quæ omnes ſint mediocres.Inuenies autem aliquando & dulcẽ qualitatẽ unà cũ his permixtam in eadem etiã planta. Ea quoque quæ in mari naſcuntur plærunque talia ſunt,

utpote quæ Lactucæ appellantur. Sunt autem germina lata & oblonga ac uiridiora, tenuia & subrugosa, ac ueluti conduplicata ad littora maris per fluctus eiecta: præstantiores autem fiunt cũ posca decoctæ. Viridia item quæ in fuco siue alga tinctoria ad radices sita sunt. Et ad hæc quæ in petris maris reperiuntur similitudine fungorum, reliquaq; germina mollia cõmodãt eodem modo. Omnia enim huiusmodi apte commiscentur adipibus ac farinis. Quin & torpedo tum marina tum fluuialis, iuxta alium quendam modum, non in paruis solum sed in magnis quoq; inflãmationibus congruit. Naturali enim facultate quadã stuporẽ inducit & dolores è corporibus tollit. Quapropter ipsam uiuentem assidue admouere inflammatis locis oportet. Cocta item adhuc uiua in oleo, deindeq; extracta, ac modica cera cum oleo eliquata, commodissimum pharmacum omnibus dolore afflictis podagricis redditur. Consimili efficacia uermes terreni appellati præstant, si in oleo coquantur, & cera postea in oleo liquescat.

De fluxionũ inter se complexu. Cap. XXXVI.

Quum itaq; iam simplicium & immixtarum inter se fluxionũ curatio sit relata, nulla difficultas amplius est, etiam mixtarum curam inuenire. Satis enim manifestum est quod ad humorum complexum, consequenter etiam curationes oporteat mixtas esse. Cognitiones autem mixtarum fluxionum ex prædictis simplicibus affectionibus sunt sumendæ.

Cura affectionum ex sanguinis & bilis complexu. Cap. XXXVII.

Si igitur sanguineæ & biliosæ affectiones concurrãt, & propterea tumor magnus & ruber, & quodam modo flauus ac feruidus, membrum fluxione infesta tum apprehendat, & dolores nunquam remittentes incumbant, & exacerbatio uehementer quidem alternis & tertio quoq; die fiat, benignior autem singulis

diebus: omnino sanè manifestum puto, quod medicationis initium à uenæ sectione primum fiet, consequente exinde biliosi humoris purgatione. Satis constat autem quod & euacuationum tempore repulsoriis utemur, quæ uidelicet frigidæ & adstringẽtis sunt facultatis: Et deinde primum mitigatoriis & refrigerantibus quidem utendum, non autem amplius adstringentibus. Adstrictio enim tumorem inspissat ac cogit, ut ægre discuti & resolui possit, si diutius ea utamur: postremum uero etiam his quæ concoquere & discutere tumorem possint utendum est. In principio igitur iuxta euacuationum, inquam, tempus, utile pharmacum eiusmodi affectionibus est ex acacia & ueratris pastillus in mortario plumbeo cum semperuiui, aut plantaginis, aut sanguinariæ, aut senecionis, aut umbilici ueneris, aut rumicis acuti, aut solani, aut muæ acerbę, aut hyoscyami, aut lactucę succo dilutus. Atqui iuxta augmenta & uigores affectionum, etiam ea quæ ad sanguineas affectiones dicta sunt, in cataplasmata ammiscere expedit, succosq; item iam relatarũ herbarum, & ipsas adeo herbas tritas. Postquam uero feruor inflammationis cessarit, concoquentibus cataplasmatis & medicamentis utemur: parte etiam affecta uulnusculis impactis scarificata, præsertim si appareat tumefacta.

Cura bilis ad pituitã permixtæ. Cap. XXXVIII.

At uero si pituitosi humores biliosis fluxionibus ammisceantur, si quidem unio & permixtio ipsorum eodem tempore hominem infestet miscere etiam remedia oportet, eorumq; multitudinem purgare per ea quæ bilem simul & pituitam educere possunt: forinsecus autem cataplasmata imponenda pari aut impari modo permixtis his quę pituitosum & biliosum euacuant fluxum. Et pari quidẽ modo utraq; coniicie mus, quum affligentium humorum mixtura ęqualis fuerit. Impari uero si alter humorum redundarit.

Neq; uero obliuioni tradendum quod aliqua ipſorum in principio recte adhibentur. Aliqua uero iuxta mali progreſſum & uigorem. Quædam uero eo remittente & circa declinationem.

Cura humorum atræ bilis aliis permixtorum. Cap. XXXIX.

Eadem etiam methodo uteris ſi atræ bilis fluxiones reliquis fuerint ammixtæ, tum iuxta exacerbationum circuitus, tum iuxta continuitatem. Neq; enim ſolum ad affectionum complexus eſt reſpiciendum, ſed & num aſſidue & citra remiſſionem, an iuxta circuitum infeſtent. Primum quidem igitur & in illis euacuationibus cõuenientibus utendum eſt: Deinde ubi quidem aſſidue infeſtarint, cataplaſmatis dolores ſedantibus uti expedit: Vbi uero per circuitum moueantur, inſtantibus quidem doloribus mitigatoria cura, per interualla uero corroboratoria membrorũ utemur. Manifeſtum autem quod quæ magis feruent maiori refrigeratione opus habent: quæ minus, minori. Omnia tamen feruentia refrigerare oportet. Quæcunq; autem fluxiones pruriginoſæ fuerint, obtundẽtibus & diſcuſſoriis curabuntur. Quæcunque uero mordaces, obtundentibus ſolis. Et quæ in alto ſitæ ſunt, per ea quæ tenuium partium exiſtunt, quæ uero in ſuperficie, per ſimpliciora. Omnium autem horum ſyluam in fine ſecundi huius tractationis Sermonis præſcriptam habes.

Cura durorum tumorũ qui poſt inflammationes relinquuntur. Cap. XL.

Duri & reluctantes aliquando tumores poſt inflãmationes relinquuntur, qui ex craſſis humoribus generationem habent, in corporibus præſertim duriorib⁹, & quæ ægre per diſcuſſoria exoluuntur, & male curatis. Huiuſmodi enim non curati ſtatim ſeipſis peiores fiunt ad uitæ actiones obeundas. Cæterum huiuſcemodi tumores ſedant, pharmacum Machærionis, &

nis, & Piſcatoris, & Ægyptium, & conſimilia: de quibus dicetur XV. Sermone in pharmacorum multæ cõmoditatis relatione. Dicetur autem & hic ubi ex ordine de tumoribus qui ægre concoquuntur tractabimus. Sunt etiam parabilia pharmaca ad hanc affectionem ſi ruri uiuamus, ſatiuæ fici, & ſylueſtris quoque groſſi cocti, triti & impoſiti, tum ſoli, tum cum quadã ex prædictis farina & adipe. Cyclamini item & cucumeris ſylueſtris radix, & althea bis cocta, & caricę pingues, adianton, auena, urtica, bryoniæ radix, bulbi anthi, abrotoni, buphthalmi, iridis folia, itemq; marrubii, ita ut ſingula prædicta cum uiſco, pice, & ſulphure uiuo permiſceantur.

De tumorum crudorum & inconcoctilium cura. Cap. XLI.

Crudi tumores ex materia albidiore ac lentiore congregantur, diuq; durant, neq; concoquuntur, neq; diſcuti poſſunt. Quandoq; uero primis quidem diſcuſſis loci ſtatim fluxione infeſtantur, & inæquali magnitudine ſemper permanent tumores: & in quibuſdam ſanè penitus abſq; dolore fiunt, in aliis uero dolore quodam comitante. Quandoquidem igitur diuturnos uideris tumores citra dolorem, per diſcuſſoria curato, diligenti animaduerſione habita ne quid relinquatur induratum, quod incurabile aut ægre ualde curabile reddatur, & maxime ubi calloſarum duricierum generationem uideris in articulis futuram. Si igitur citra dolorem uideris crudos tumores, emollientibus ad diſcuſſoria ammixtis curato, ne quid penitus induratum relinquatur. Si uero cum dolore cõtingant tumores, non modo diſcuſſoriis, ſed etiã quę unà cum hoc quod diſcutiunt, lenire poſſunt, expedit uti. Manifeſtum autem eſt quod ſi fluxus tenuis & modicus cum doloribus quibuſdam deferatur, inde tumores poſt inflammationum remiſſiones obortiantur & infeſtent, atq; id maxime in his euenit qui-

delicatius uiuunt, aut frequenter lauantur, aut plus q̃ oporteat inambulant, uel etiam rebus nenereis utuntur. Oportet igitur in his ad tumefacta ponere pharmacum ex salicibus, ita ut adglutinari possit apparatum: aut quod ex aspidibus constat ad strumosos destinatum, aut aliquod consimile: præsertim quum sensus ægris adest iuxta coxẽdicem aut femur, tanquam aliquid ad inferiora deferatur: quumq; dicunt se afficiuelut formicas repentes sentiant, doletq;, & iam refrigeratur, iam calescit membrum. Quin & lauantes per smegmata ex adarce, alcyonio, & pipere defricare oportet. Adstringentia igitur sunt simulq; discussoria pharmaca, quibus necessario utimur ad crudos & dolentes tumores, uelut symphytum petræum, terebinthi uirgulta, scolopendriũ uiride, cyperos & similia de quibus sæpe dictum est, cũ pane multo & rosaceo permixta, præsertim in his qui humido & albo corporis habitu sunt prædi ti. Ex cõpositis aũt conuenit eis pharmacum ex succis quod cũ uino flauo & subastringente est emollitum, & Galeni phœnicinum cum multo rosaceo liquefactũ, & locis liquidius impositum. Cæterũ in tumoribus citra dolorem conueniunt adiantũ uiride, folia urticæ, altheæ, chamæmelũ, uua passa pinguis, sertula cãpana, melissophilon, lauer, citrii exterior cortex, & similia: Ad quæ singula cicerum & lupinorum farinæ, & panis, & olei ueteris ac sicyonii, & adipis suilli ueteris, tantum ammiscendum est, ut mollis ad tactum compositio reddatur, & morsum nullum ad mẽbrum accedere permittat. Ex compositis autem pharmacis conueniunt his, id quod ex croco & galbano constat, & quod ex liquescibilibus apparatur ac mox referetur: Et Machærionis, & Piscatoris, cum cerato ex oleo Sicyonio aut aliquo cõsimili liquefacta. Atq; hęc quidem in mollioribus corporibus adhibẽtur. In durioribus autem & quibus tumores nõ dolitant, cõueniunt uiticis folia,

præsertim arida, & amaracum, amarantum, arĩ & arĩsari radix, smyrnium, altheæ radix, elaphoboscum, ericæ folia, fœniculi folia, filix, sisymbriũ, scandix, erucæ folia & sinapis uiridis. Composita autem conueniunt tum prædicta citra cerati ammixtionem, tum Isis, & Aphrodite appellatæ, & alia infinita iisdem uiribus prædita. Huiusmodi autem pharmaca unà cũ hoc quod tumores exoluunt, etiam fluxiones naturæ suæ aptitudine repellunt. Quod ipsum etiam probe faciunt cupressi pilulæ uirides cũ uino coctæ, prædictorum leguminum farinis & suillo adipe ammixtis, quãdoq; uero & lauri ramuli, & rubi folia, & similia ammiscentur. Efficaciora autem prædictis sunt, & agrestioribus corporibus ac tumoribus qui ægerrime concoquuntur conuenientissima, abrotonum, ammoniacum thymiama, anemonarũ radices & hastulæ regiæ, bryoniæ radix, pulegium, dracunculi radix, bdellium, bupthalmum, gentianæ radix, & myrobalanus. His autem adhuc fortiora sunt capparis folia, glastum, betonica, cyclamini radix, brassicæ ustę cinis, ruta, panaces uiride, peucedani radix, scilla, fici sylueſtris fructus, trifolium asphaltites, trixago, sulphur, pix. Addatur autem singulis prædictis panis & adeps, aut prædictorum leguminum farinæ, quandoq; etiam caricæ. In quibus omnibus scopum tibi propositũ habeas, ut citra partis affectæ combustionem & afflictionem curam facias: quapropter ẽt necessaria est prędictarum farinarum, itemq; adipum admixtio. Tantum autem commiscere ex eis oportet, quantum uehementem uniuscuiusq; uim obtundere uolumus. Ammiscendus autem est non solum adeps suillus, sed & caprinus, & uitulinus, & taurinus, ceruinus & anserinus: Medullæ item omnes ammiscendæ habito naturæ curandi corporis respectu. Et cochleæ unà cum testis tritæ, & sine alterius rei admixtiõe, aut caprino stercore cum aceto trito am-

mixto impositæ, tumores laxos & molles destruunt & adstringunt, qui sanè ex lentis & crasis humoribus oboriuntur. Porrò operæprecium duxi admonere, diligenti animaduersione opus esse, ne clàm te indurata aliqua tumoris pars relinquatur: quod sanè ubi uideris factum, his quæ fortiter emollire possunt uteris, respectu simul ad habitum corporis habito. Ex malagmatibus autem fortissimum est Leucio inscriptum ad articulos distortos.

Malagmata diuersa, in quibus etiam Lucii malagma est, ad articulorum distortiones destinatum. Cap. XLII.

Malagma Lucii ad articulos distortos inscriptum, facit ad thoracis affectiones & abscessus in profundo, ad neruos contractos, & articulos stupore occupatos. Latini distortiones & Græce ancylas appellamus: facit opisthotonicis, & ad omnem neruorũ per consensum affectionem: Ad neruorum item lassitudinem acopon egregium est irino aut cyprino dissolutum. Bdellii, adipis uitulini, ammoniaci thymiamatis, iridis, cuiusque sextantem, opopanacis, galbani, canchryos, thuris, styracis, cuiusque drachm. viii. piperis grana clx. ceræ sexuncem, terebinthinæ sexuncem, fecis unguenti irini aut cyprini sextantem & unciæ dimidium, uini quantum sufficit. Ammoniacum, opopanaca, thus, terito cum aceto, liquescibilia uero liquefacito, & ab igne ablatis ficca inspergito: deinde etiam trita ipsis adiicito, & unita in mortarium diffundito, ac fortiter emollito, extractisq; utitor. Optimũ est etiam eis ex pice brutia Galenicum pharmacũ ad rabidi canis morsum descriptum. Habet autem hoc modo. Picis brutiæ libram i. opopanacis quadrantẽ, aceti acerrimi drachm. i. apparato quem ad modum de rabidi canis morsu prædictum est Sermone sexto.

Aliud pharmacum ex liquescibilibus, Galenicum. Quod concoquit simul & attenuat tumores. Quo

sanè in mollibus corporibus uel solo utendũ. In durioribus uero ammiscendum est ei id quod ex metallicis cõstat ad sauciatos neruos destinatũ, ita ut mixtura ubilibet iuxta corporum & affectionum naturam fiat. Habet autem hoc modo. Opopanacis, unc. i. terebinthinæ chiæ, unc. i. propolis teneræ, quadrantẽ. Si uero propolis tenera non sit, admiscebis terebinthinæ trientem: quod si neq; in totum propolis haberi possit, coniicito picis brutiæ sexuncem. Opopanaca in aceto albo contere. Hoc pharmacum prædictos tumores cõcoquit, & humores in alto sitos adtrahit, dissecat, & repurgat. Cæterum quod ex metallicis constat item Galenicum ad sauciatos neruos destinatum hoc modo habet. Chalcitidis, misyos, æruginis ustæ, cuiusq; drachm. viii. colophoniæ bessem, squamæ æris drachm. xxiiii. ceræ drachm. xcvi. olei drachm. cxxviii. resinæ drachm. xvi. galbani drachm. xii. aceti quantum sufficit. Chalcitin, misy, æruginem, æris squamam cum aceto in sole æstiuo contere ad plures horas, & liquescibilibus liquefactis & affusis, uni, emolli, ac ufere. Aliud Galenicum. Ad eos qui tenerum corpus habent & neruis saucii sunt descriptum. Chalcitidis ustæ, misyos ustę, cuiusq; drachm. viii. Squamæ æris drachm. xxxii. thuris drach. xxxii. ceræ drachm. xcvi. olei drachm. cxxviii. resinæ drac. xvi. galbani drachm. xii. aceti quod satis est: Apparato ut dictum est. His itaq; pharmacis utemur per se ubi dolores ex profundo dissoluere uelimus. Miscebimus autem pharmacum ex liquescibilibus constãs ubi tumores fuerint obdurati. Malagma ad podagricos & articulorum morbos ualde generosum. Liberat à tota affectione, usus eius est per exacerbationum interualla. Ceræ lib. i. terebinthinæ lib. i. spumæ nitri sexuncem, flores lapidis asii sexuncem. Thuris sexuncem, olei cyprini lib. i. lixiuii coactiliariorũ, siue pileariorum, quantum sufficit. Arida contundito,

cribrato, & cum lixiuio ad liquidi cerati crassitudinẽ terito, & liquescibilia liquefacta tritis affundito, unito ac utitor. Aliud. Calcis uiuæ, thuris, cuiuscp drac. iiii. terebinthinæ drachm. iiii. ammoniaci thymiamatis drachm. iiii. spumæ nitri drachm. iiii. adipis taurini drachm. viii. floris lapidis asii drachm. ii. ceræ trientẽ, olei trientem: liquescibilia liquefacito & cum siccis unito ac utitor. Valde præclarum est. Resorbet collectiones circa articulos congregatas, & à doloribus uindicat. Aliud, quod in totum ab omni affectione liberat. Seminis cicutæ, comæ centaureæ, iridis illyricæ, agarici, cardamomi, fœni græci, corticis radicis mandragoræ, singulorum sextantem, terebinthinæ lib. i. olei ueteris sexuncem, ungenti syriaci, aut salca appellati, sexuncem. Terebinthinam cum oleo ueteri modice coquito: deinde unguentum addito, & ablatis ab igne arida trita inspergito & unito, emollitaq; in uas æreum aut stanneũ reponito, uase tamen prius ex ungento malabathrino siue foliato illito. Hoc pharmacum crassos & mucosos humores trahit per obscuros meatus. Aliud ad eos qui à natiuitate articularem morbum contraxerunt. Vtpote quibus genua, humeri, cubiti, & reliqui articuli dolitant. Ceræ, colophoniæ, resinę pinus, cuiuscp sexuncem: terebinthines uuc. i. fœni græci sicci contusi & cribrati trientem. Cyprini trientem aut quantũ satis est. Eliquatis liquescibilibus fœnum græcũ inspergе, & utere. Aliud Ceratum ad articularem morbum pulchrum. Ceræ adipis porcini, colophoniæ, resinæ pinus, cuiuscp lib. ii. butyri lib. i. terebinthinæ lib. i. galbani trientem, adipis taurini, lib. ii. œsypi lib. i. Liquefac, percola & adserua. Vsus uero tempore ungento nardino dissolue aut etiam gleucino, & linteolo exceptum impone. Aliud ad articulorum morbũ & podagricos. Vt præ admiratione consterneris. Ceræ, drach. c. rosacei drach. cc. foliorum sideritidis

tenerorum drac. c. styracis drac. xx. thuris drac. viii. nitri drac. viii. mannæ drac. x. Liquefacta cũ reliquis tritis unito, ac utitor. Sunt autẽ & alia quã plurima pharmaca quæ tumores tollere possunt post inflãmationes adhibita: Maxime uero omniũ quod ex aspidibus constat ad strumas descriptũ: facit ad eos quibus laxi tumoris magnitudinẽ detrahere uolumus: Subuertit enim quã plurimũ tumores laxos, itemq; duros eosq; simul diffundit. Constringit autẽ & condẽsat articulos præclare omnino si quod ex salicibus constat ei admiscеatur. Ego autẽ, inquit Philagrius, penuria pharmacorũ ex metallicis præscriptorum, id quod ex salicibus apparatur admiscui & maximopere profeci articulis inde constrictis, densatisq; ac coroboratis, obfirmato uidelicet fluxionum humore prius euacuato. Licebit autẽ si quis ruri uiuat & prędictis pharmacis careat, ex adipe qui ad manũ fit, & arida pice cũ resina pinus, aut etiã alia resina quæ haberi possit, pharmacũ in cerati formã apparare, ipsiq; chalcanthi quãtũ ubilibet recte habere uidebitur admiscere: Salẽ itẽ ac mysi, auripigmẽtum, & similia: Quin & uiscũ & irin, aristolochias, pæoniã, peucedanũ, gentianã, centaureã, artemisiã, thymũ, origanũ, nitrum, nitri spumã, thus, myrrhã, styracẽ, propolin, mastichen, ac alia innumera his consimilia licebit reperire, indeq; pharmaca tumores constringentia componere, quẽ ad modum nos fecimus non paucies communibus ad podagricos & articulorum morbos pharmacis inde apparatis. Philagrii pharmacum ex nitro & oleo. Nitrum accipito friabile & nihil calculosum in se habens, idq; ipsum quàm tenuissime terito, olei tantũ ad ipsum in mortariũ affundens quo trita simul ad mellis crasitudinem redigantur: atcp ubi satis diu contriueris cacabo excepta, ad lentum ignem nõ fumantem coquito, assidue agitando donec ad bonam compagem reducantur, animaduersione habita ne

liquidius pharmacum relinquatur, quod ubi contige
rit, pharmacum penitus liquidum euadit, & neque in
posterum inspissatur, nisi multam aliam sustineat co
ctionem, quæ uim eius ficciorem, & ob id affectis do
lore membris inutilem reddit. Probare autem eius
compagem tempore coctionis oportet, ad testã ari
dam ipsum destillando, testa non prius humectata,
quem ad modum in aliis pharmacis facere solemus.
Resoluitur enim nitrum per aquæ contactum. Sit au
tem oleum quod nitro affunditur dulcissimũ, tenuiũ
partium aut rosaceum, aut chamæmelinum, aut ane
thinum, aut uetus, aut cicinum, aut sicyonium. Quan
doq; etiam chamæmeli humidæ siue aridæ, aut iri
dis tenuissime tritæ, aut aristolochiæ, aut alicuius cõ
similis partem ammiscere prodest. Si quidem autem
repellere simul ac discutere uelimus, aut etiã calidos
dolores curare, cum rosaceo ipsum pharmacum co
quemus, aceto quandoq; in coctione aut modico
passo affuso. Si uero amplius discutere uelimus cum
aliquo alio oleo coquemus, ammixtis etiam quibus
dam præscriptorum aridorum, iuxta habitum uideli
cet curandi corporis & compagem ipsius tumoris.
Hoc sanè pharmacum dolores in alto obortos quã
celerrime sanat, atq; id eo magis si non bilioſum sit,
neq; multum calidum quod influit. Neq; uero solum
podagricos dolores ex professo iuuat, uerum etiam
eos qui tales non sunt, sed ex fluxionibus congrega
ti & discussioni alias resistentes. Vtimur itaq; ipso si
post sedatas inflammationes dolores in alto perma
neant. Pharmacum ex urina Bordonis, hoc est, mu
li apparatum. Attrahit quidem hoc priore præstã
tius. Conuenit autem magis crasis & crudis fluxio
nibus, præsertim si cum chamæmelo uiridi uel sola,
uel cum adipe porcino recenti, fuerint prius catapla
matis modo contectæ: cum arida uero itidem eodẽ
adipe ammixto, ampliusq; farina fabacea, aqua &

oleo ac modico passo adiectis. Quin & ipsa anthe
mis, quæ & chamæmelon dicitur, ualde calidos do
lores & inflammationes maximopere ex natura sua
iuuat, statim post uigorem adhibita. Etenim cutem ra
refacit & attenuat moderate, & bilioſos humores
transpirare facit, adeo ut huiusmodi inflammationes
etiam sola, nihil ex attenuatoriis & incisoriis, ueluti
est artemisia, & aristolochia, & calaminthe, & alia in
finita, admixtum habens, curet. Hoc itaq; pharmacũ
ex argenti spuma & urina apparatum, de quo sanè
sermonẽ instituimus, scio quosdam circa totius affectio
nis uigorem, non modo iuxta particulares exacerba
tiones, aliquando uero & augmenti tempore, ad do
lentes locos pro cataplasmate imposuisse, humo
resq; forinsecus extraxisse, & tumores quidem maio
res reddidisse, dolores tamen omnino sedasse ac ex
tirpasse. Cæterum odor ipsius intolerabilis est eis qui
tenero olfactus sensu præditi sunt. Compositio uero
talis est. Vrinæ muli masculi non castrati, sextarios
Italicos iiii. spumæ argenti, lib. ii. Spumam argenti te
nuissime tritam in mortario habeto, eiq; urinã affun
dito, ad solem uidelicet æstiuum expositæ paulatim
urinam instillato, & postquam ad mellis spissitudinẽ
peruenerit, urina scilicet consumpta, olei unc. xxiiii.
addito, adipis porcini ueteris unc. xvi. & usq; quo nõ
amplius inquinarit manus coquito. Vsus uero tem
pore linteolo exceptum imponito. Oribasius autem
axungiæ lib. i. coniecit, & medullæ ceruinæ non falsę,
bessem, & mellis, lib. iii. reliqua uero eodem modo.
Scribunt porrò quidam proprii muli urinam accipiẽ
dam esse. Resistit enim & obluctatur morbo ex natu
ra sua hoc animal. Efficacius autem aiunt, reddetur si
quis dum coquitur ipsa semel in cacabum expuat, &
semel in terram. Atq; hæc cum quibusdam barbaris
nominibus inuenire licet adscripta, quę sanè curiosam
penitus habent scripturam, atq; ob id superfluum &

indecorũ mihi uisum est,inquit Philagrius, ea adscri-
bere. Etenim citra eorum nominum incentionem ac
nomenclaturam, ipsum pharmacum apparatum,eo-
dem modo efficax est,sicut id quod cum nominibus
præparatur. Hippione Philagrii. Hippione ue-
ro hoc modo apparatur.Anethi uiridis,unc.xvi.scil-
læ recentis sexuncem,olei omphacini septuncem ac
unciæ dimidium,aquæ sextarios iii. Anethum & scil-
lam in aqua & oleo ad triduũ macerato,deinde do-
nec aqua consumatur coquito,& percolato oleo ce-
ræ nouæ lib.ii.adiicito medullæ ceruinæ libram i.aut
si hæc non adsit,adipis ceruini libram unam:adpara-
to & utitor.

Cerata podagrica. Cap.XLIII.

Ceratum ex succo senecionis ualde pulchrum.
Ceræ,libram unam, olei chamæmelini, dodrantem,
adipis porcini recentis, sexuncem, croci drachmas
quatuor.Crocum cum succo senecionis terito,lique-
scibilia autem liquefacito, percolato, & succi quantũ
expedit paulatim instillato,fortiterq; agitato,atq; ubi
refrixerint,ad crocum tritum adiicito, & subacta uni-
to,ac utitor. Ceratum dolorem leuans, ad inflam-
mationes in uigore constitutas. Appellatur autem
Manus Asclepiadæ. Facit ad excellenter inflamma
ta eadem hora liberans citra dilationem.Succi hastu-
læ regiæ, cyathos iiii. succi solani, cyathos iiii.succi
buphthalmi, cyath.iiii.succi perdicii cyath.iiii.ceræ,
butyri recentis,axungiæ,medullæ uitulinæ, calcis ui-
uæ, cuiusq; quadrantem:terræ cimoliæ, drachm.xii.
terræ samiæ,drachm.xii.sandarachæ, drach.xii.nitri
bernicarii,spumæ nitri, cuiusq; drachm.xii.fecis uini
ustæ,drachm.xii.glutinis chartarum, hoc est pollinis
cocti,drac.xii.olei boni lib.iii.appara & utere. Aliud
ad præscripta item efficax. Ceræ,colophoniæ, adi-
pis anserini,ceruſæ, cuiusq; drachm.xvi.picis drach.
iiii.succi brasicæ,cyathi dimidium:succi fœni græci,

cyathi dimidium:succi seminis lini,cyathi dimidium:
succi stratiotæ,cyathi dimidium:succi sertulæ campa-
næ,cyathi dimidium:lactis bubuli, cyathi dimidium,
oua gallinarum numero iiii.olei,libras ii. Ex his cera-
ta duo facito, eaq; unà cum eis quæ Ægyptia inscri-
buntur in promptu habeto,quę pauci adeo homines
habent,apparato confidẽter, nulliq; reuelato & plus
quàm hominis nomen assequeris. Podagricũ aliud
ceratum approbatissimum. Facit ad inflammatio-
nes & dolores,etiam in principiis impositum celerri
me sanat,& neruos arefactos emollit, adeo ut quidã
ei hanc facultatem inesse non credant dissoluit & pe-
dum nodosos tumores condylomata græcis appel-
lata.Olei cicini,lib.ii.succi mandragoræ,drach.xxxii.
succi artemisiæ,drachm.xxiiii.succi rumicis, drachm.
xxiiii. resinæ pinus, drachmas xlviii. terebinthinæ,
drachm.xlviii.adipis anserini,drachm.xlviii.succi ru-
bi,drachm.xvi.butyri recentis drachm.xlviii.lycii in-
dici drachm.xxiiii.sanguinis hircini sicci drachm.xvi.
lachrymæ hederæ drachmas xxxii.galbani drachm.
xlviii.opopanacis drachmas xxxii.Lycium & sangui
nem hircinum & panacis succum cum modico uino
terito,& affusis succis,siquidem liquidi affuerint, aut
siccis,si illi haberi nequeant,unito:liquescibilia autem
liquefacito eisq; trita adiicito, & ad lentum ignem
coquito spathula asfidue agitando donec cogantur.
Cæterum ligna quæ ad coctionem eorum suburun-
tur arida uitis sarmenta esse oportet Ceratum
podagricum ex bryonia. Egregie facit ad omnes
inflammationes & dolores articulorum. Hac usus
& in uigore & in remissione successum & gloriam
reperi. Reperies enim inflammatas partes corru-
gatas & citra dolorem. Frequenti experimento no-
bis cognitum est: nam multos eos seruauimus.
Radicis cucumeris syluestris drachmas ccccclxvi.scil
læ mundæ drachmas ccccclxxx.radicis hastulæ regiæ

drachm.cxliiii.olei raphanini drachm.ccccexcvii.ceræ drachm.cxliiii.galbani drachm.xlviii. Herbas omnes in aqua sufficienti per triduum madefacito,singulis diebus bis ipsas sensim agitando. Deinde affuso oleo,coquito donec oleum solum relinquatur ad lentum omnino ignem : percolato deinde, & ceram ac galbanum in mortario diligẽter trita & emollita addito. Quibus omnibus postremum liquefactis, & ab igne ablatis utitor ad omnes doloris affectiões. Hoc etiam ad uiscerum diuturnas inflammationes sum usus. Ceratum in multis approbatũ, ad inflammationes pedum,discutiens citra dolorem. Vtere eo in uigoribus,& magis in declinationibus. Olei anethini quincuncem:chamæmelini quincuncem,butyri quincuncem,adipis anserini quadrantem,farinæ lupinorum sextantem & dimidium unciæ. Liquefacito & agitando refrigerato,in mortarium q; infundito, tento,& ouorum quinq; crocea singulatim iniicito. Deinde & lupinorum farinam inspergito, unito, utitor.

Ceratum Iacobi Psychristæ, ad feruentes pedum inflammationes. Ceræ albæ sexuncem, rosacei recentis unc.xv.ouorum quinq; candida,aquæ septuncem & unciæ dimidium. Ceratum ad prunas liquefacito, & diligenter agitando refrigerato, deinde in mortarium fundito, & adiectis singulatim ouorum candidis terito,postremum instillata sensim aqua omnia rite unito,& noua olla sufficienter prælota excipito, & infusa aqua pura finito, quotidie aquam permutando.

Vnguenta, & acopa diuersa ad podagricos. articulorum dolores, ischiadicos, membris exolutos, & trementes. Cap.XLIIII.

Vnguentum Asclepiadæ. Facit podagricis,articulorum doloribus,& ad omnem neruorum per consensum affectionem. Vini ueteris sextarios duos, lanarum succidarum ex locis sub alis libram unam, spumæ nitri libram unam. Lanas succidas in uino per triduum madefacito,deinde expresso liquore,spumã nitri tenuissime tritam iniicito,dissoluito q;,ac olei libras duas addito,& conquassata in uitreum uas reponito,& utitor,quotidie agitans & ex eo illiniens locos affectos,à somno, & ante balneum, & post balneum,& à cœna. Aliud unguentum ex sale:podagricos à tota affectione liberat. Salis sordidi, hoc est ipsius terræ libram unam,aluminis scisi libram i. fecis uini ueteris sextarium unum, floris lapidis asii trientem. Arida sigillatim unum quodq; per se diligẽter terito, deinde etiam fecem adiicito, simulq; terito,& ad trita demum olei ueteris sextarios ii.affundito,conquassato, reponito, ac utitor. Quidam etiam mellis libram unam addunt. Aliud itidem, Asclepiadæ. Thuris quadrantem,ammoniaci thymiamatis,zingiberis,piperis,salis sordidi, floris lapidis asii, aluminis scisi,cuiusq; unciam unam, galbani unciam unam,opopanacis sesquunciam,terebinthinæ quadrãtem,olei cyprini,laurini,sampsucini,& ceræ, singulorum sexuncem,aceti quantum satis est ad ea quæ dissoluere oportet. Vtere in frigidioribus. Aliud optimum. Spumam nitri albam cum oleo ueteri terito, eoq; locos affricato,& miraberis. Aliud, Asclepiadæ. Vini ueteri sextarios tres,olei ueteris sextarios duos,uirgultorum lauri libram unam,foliorum tenerorum aut pilularũ cupressi teneriorum libram unã, ceræ libram unam, galbani unciam unam, sanguinis testudinis terrestris satis largam copiam. Herbas in aceto macerato,deinde coquito,& ad decoctum liquefacta reliqua addito ac unito,& sanguinem testudinis recenti affuso conquassato, & utitor. Olei gleucini præparatio Oleum gleucinum dolores & lassitudines neruorum quàm maxime sedans. Habet enim uim calefactoriam relaxantem:facit ad affectio-

nes uuluæ,& ad omnem neruorum per cõsensum affectionem. Facit ad rigores per circuitũ repetentes, quotidianę præsertim & quartanę febris. Omni enim acopo præstantius est. Maxime autem facit ad eos qui tum retro tum ante distenduntur, opisthotonicos & emprosthotonicos Græcis appellatos, si calidum puris lanis exceptum locis imponatur. Compositio eius hoc modo habet. Olei omphacini primarii libras ccl. uini falerni ueteris odorati sextarios quinquaginta italicos: musti ex uua aminæa, hoc est adstringente alba sextarios italicos centum quinquaginta, olei libras duodecim, aspalathi libras quinque, spathæ unguentariæ quam palmam elaten appellant libras quinque, hedysari hoc est seminis pelecini sesquilibram, artemisiæ libras duas & semissem, cyperi libras duas & semissem, piperis sesquilibram, musci qui splanchnon & hypnon & bryon Græcis appellatur libras duas & semissem, xylobalsami libras duas & semissem, asari libras duas & semissem, casiæ nigræ libras duas & semissem, carpobalsami, fœnigræci, cuiusq; lib. ii. & semissem, foliorum myrti aridorũ dextantem, rosmarini siccæ lib. v. calami aromatici libras quinq;, iunci odorati floris libras quinq;, thuris libras quinq;, crocomagmatis primarii libras quinq;, nardi celtici libras quinq;, zingiberis libras tres, quidam uero libram unam & quadrantem, aristolochiæ longæ libram unam & quadrantem, styracis pinguis libram unam & quadrantem, casiæ fuluæ libram unam & quadrantem, ladani, seminis cardamomi, amomi, radicis panacis, meliloti, sampsuci, cuiusq; libram unam & quadrantem, bdellii sesquilibrã, croci libram unam & bessem, costi libram unam & bessem, rosarum siccarum libram unam & quadrantem, opobalsami uascula parua quinque, hoc est bessem, hoc est heminæ tertias partes duas, unguenti malabathrini libram unam. Arida contundito, & tariore cri-

bro excutito, omniaq; uino ueteri macerato. Bdelliũ autem & ladanum præ macerata in pila terito, & ad arida prius macerata adiicito. Sit autem uas unguentarium stanneum, quod diligenter opertum ad dies & noctes duas finito. Deinde unam fiaccidam, ita ut nihil roris ei adhæreat accipito, ac pure exprimito, & ex acinis excolato, inq; aliud uas stanno illustratum ipsum mustum infundito. Sit autem magnum uas & capax: quo etiam ad ebullitionem musti locus amplus supersit. Deinde omnia in ueteri uino macerata, itemq; oleum ipsum in mustum iniicito, & spatha unguentaria bis per diem agitato: uerum spatham diligenter detergere oportet, ne quod adhæret ei acidum factum pharmacum corrũpat. Cæterum uas ipsum operculo & palliis pluribus superne contegatur, & diligenter obligetur, supponaturq; uasi circulus ex quacunq; materia qui ipsum sustentet. Quum uero dies quindecim præterierint, amomũ contusum iniiciatur, rursumq; ut dictum est agitetur. Trigesima autem die in diplomate coquito, atq; ubi ter uel quater efferbuerint ab igne ablatis statim opobalsamum indito, agitataq; & probe contecta tepefieri finito. Deinde totum oleum testa excipito: fecem autem, hoc est calida per sportulas primũ manibus, postea etiam prælo exprimito, & abiectis rebus instar fœni exiccatis, unguentum per se curato: malabathrinum uidelicet unguentum in diplomate in aqua calida prætepefactum ei adiicito, cum spatha agitato, & probe unito, & per biduum consistere finito, ac mũdis testulis excipito: indeq;, in uasa uitrea transferens reponito. Quidam etiam ammoniaci thymiamatis lib. i. & quadrantem addiiciunt. Acopon ex abiete apparatum. Abietis semen maxime maturum circa Septembrem est mensem. Verum quocunq; anni tempore libuerit, ipsum semen oleo iniicere oportet: præstat tamen si prius contusum iniicias,

& per dies quadraginta sinas. Nos autem, inquit Galenus, etiam ad tres & quatuor menses permisimus macerari: deinde liquore seminis expresso, ipsum quoque semen abiecimus, oleum uero per linteolũ exolauimus. Sit autem oleum dulcissimũ, & ad libras olei uiginti quinq; seminis modius italicus unus iniiciatur. Itaq; ubi oleum ut dictum est, excolaueris, ac semen segregaueris, ceræ libras iiii. terebinthinæ chiæ bessem ei adiicito, & modice quo uniantur calefacito, excipito ac utitor. Hoc pharmacum conuenientissimũ est ad omnes spontaneas lassitudines, itemq; non spontaneas, & ad neruorum per consensum affectiones. Eo uti conuenit ad eos qui iuxta carnem atq; omnẽ corporis molẽ crudos humores cõgregarunt, siue cõcoctiõe, siue discussiõe opus habeãt. Acopon ex populo nigra. Bonũ est etiam acopum, quod ex populi nigræ floribus componitur. Estq; huiusmodi. Ad florum populi nigræ iam iam prodeuntium modium unum, olei dulcissimi libræ uiginti iniiciuntur. Melius tamen fuerit, si flos moderate contusus oleo iniiciatur. Exponatur autem ad solem, & singulis diebus agitetur, & in domum calidam deponatur. Post menses autem tres florem exprimito, ipsumq; abiicito. Oleum uero ut acrimoniam arcens, & lenissimum, & discussorium adseruato: ueluti id quod ex abietis semine est apparatum. At uero & terebinthinę sexuncem iniicere licet, aut minus, aliquando itẽ parum ceræ: quidam enim maxime liquidorum medio caminum usu gaudent: quidam uero crassiorũ. Hæc autem pharmaca crudos iuxta carnem & cutem humores discutere possunt, præsertim non ualde crassos, neq; uiscosos. Quod si quis confestim & necessitate morã omnem excludente apparare cogatur, semen ipsum in oleum coniicere oportet, & in diplomate coquere. Infundere autem ad oleum in decoquendo tantum aquæ aut uini quãtum consumi potest, ut

test, ut tamẽ quadruplum aut quintuplum oleum exactet. Oleum sampsucinum. Sampsucinum etiam oleum eodem modo apparatur. Conuenit autem tempore hyberno, & in regione frigida, & constitutione aeris frigida. Potest & ad hoc ceræ & resinæ quippiam addi, si corporibus ex eo illitis, diutius ipsum adhærere uelis. Acopon unguentum Marciaton. Vnguentum Marciaton præclarum ad articulorum morbos & corporis languores ac resolutiones. Styracis primarii flaui trientem, medullæ ceruinæ sextantem, ceræ albissimæ quadrantẽ, mastiches puræ quadrantem, terebinthinæ chiæ unc. i. œsypi unciam i. opobalsami unc. i. olei omphacini, unguenti nardini cuiusq; sexuncem. Styracem in pila contunde, opobalsamo paulatim instillato: deinde liquescibilia liquefacito & percolato, eisq; styracem iniicito: quo liquefacto in mortarium omnia transferto, & pistillo donec quàm albissimum fiat terito, ac utitor. Vnguentum Orchestæ, siue Saltatoris, dolores remittens ac relaxans, ischiadicis ac arthriticis commodũ, multo experimento cognitum. Hoc Saltator quum gymnasiorum consuetudinem reliquisset, & in articularem morbum incidisset, usus sanatus est. Cuius item periculum in multis aliis factum est. Habet autem hoc modo. Altheæ, seminis lini, fœnigræci, rutæ, fabæ, singulorum lib. ii. Hæc in aqua madefacta, & tertio die post cocta, ut quàm crassissimus eorũ liquor fiat, percolato: & succi quidem excolati lib. iiii. coniicito, olei uero ueteris, medullæ ceruinæ, opobalsami, adipis anserini, unguenti nardini, singulorum libras ii. ceræ colophoniæ, & resinæ pinus, singulorum lib. iii. euphorbii, opopanacis, terebinthinę, singulorum lib. i. castorei sexuncem, addito, ac utitor confidenter. Pentamœron, hoc est quinquimembre unguentum. Styracis unciam unam, mastiches sextantem, ceræ albæ quadrantem, opobalsami trientem, unguenti

nardini quincuncem. Ceram cum nardino ſuper pru-
nas liquefacito, ſtyracem uero cum opobalſamo teri-
to, & ad ceratum unà cum maſtiche iniicito. Liquefa-
ctaq; percolato ac in mortario diligẽter terito donec
quàm albisſima fiant. Vtitor. Decamœron, hoc eſt
decumanum, Oribaſii. Spicæ nardi, folii, euphor-
bii, piperis, coſti, adarces, ſingulorum unciam unam,
maſtiches ſeſquunciam, opobalſami quadrantem, ce-
ræ ſexuncem, unguenti nardini libram unam. Alia
uaria unguenta. Vnguentum ad morbum articula-
rem, & omnem neruorum per conſenſum affectio-
nem, approbatum. Styracis pinguis unciam
unam, ládani pinguis unciam unam, maſtiches uncią
unam, ceræ ſextantem, olei ſicyonii quadrantem, adi-
pis anſerini libram unam, utitor. Aliud mirabi-
le. Aſphodeli radicem in ſuperficie deraſam ac-
cipito, & contuſam cum oleo ſufficiẽte coquito, per-
colato, & ad oleum modicum ſtyracis coniicito, quo
eliquato ſycomori ſuccum addito, & unitis utitor: pe-
des autem ſi inde illeueris confeſtim dolorem ſeda-
bis. Aliud, per multam experientiam conſtans,
celerrime dolores mitigans. Adipis hircini recentis
lib. ii. heliotropii tria grana habentis foliorum uiri-
dium libram unam ouorum aſſatorum lutea quinq;,
roſacei optimi trientem. Vtere. Aliud. Olei
dulcis ſextarios quinque, fœnigræci ſextarios qua-
tuor radicum altheæ, maxime uiridium, uerbenacæ
foliorum, ſingulorum faſciculum manipularem, gal-
bani drachm. iiii. fœnum græcum mundatum & lo-
tum cum uerbenaca & althea ad biduum in aqua
madefacito: tertia uero die infuſum oleum ad lentum
ignem coquito, aſſidueq; agitato, ne fœnum græ-
cum adhæreſcat cacabo: poſtquàm uero herbæ om-
nem liquorem emiſerint, eas extrahito ac oleum
percolato, ſeorſim uero cum modica olei parte gal-
banum præmollitum liquefacito, percolato, & ad re-

liquum oleum adiicito. Vtitor ſenſim & quàm pluri-
mum inungendo: facit ad omnẽ neruorum per con-
ſenſum affectionem, & dolores à frigore obortos.
Aliud ad idem. Medullæ è medio ſcillæ quadran-
tem, ſeminis cucumeris ſylueſtris quadrantem, fœni-
græci repurgati ſextarium italicum i. anethi uiridis
ſexuncem, ſampſuci ſextarium italicum i. baccarum
lauri ſextarium i. ſertulæ campanæ lib. i. ceræ lib. i. bul
borum cibariorum, quadrantẽ, adipis porcini recen-
tis lib. x. uini ueteris odorati ſextarios vi. Omnia in
uino ad triduum præmacerato, & deinde adipe lique
facto, ad macerata infuſo, omnia ad uini conſumptio-
nem coquito, exprimito, ac percolato: & reliquis ab-
iectis, ceram ad adipẽ liquefacito ac ammiſceto: atq;
hoc ipſo, ut præter opinionem præſtanti utitor.
Smegma podagricum. Ceræ ſexuncem, colo-
phoniæ ſexuncem, ſucci ſeminis lini trientem, adipis
anſerini ſextantem, terebinthinæ quadrantem & un-
ciæ dimidium, olei omphacini dextantem, ammonia-
ci thymiamatis unciam unam, thuris quadrantem, la-
ctis bubuli quadrantem & unciæ dimidium, candida
ouorum nouem. Ammoniacum, & thus, cum la-
cte & ſucco ſeminis lini terito, deinde candida
ouorum adiicito: liqueſcibilia autem liquefacito &
refrigerato, atq; ad trita ammiſceto, & pyxide lignea
excipito. Vtitor autem tum pro emplaſtro, tum pro
unguẽto. Vnguẽtũ Caſtini, ad podagricos & arthri-
ticos, eo ſanauit quẽdã uniuerſo corpore languefacta-
tũ & exolutũ, unice tamẽ articulorũ morbo prodeſt.
Adipis leonini unc. i. adipis urſini lib. i. adipis equini
lib. i. adipis uulpis lib. i. caſtorii ſextãtẽ, medullæ tauri
næ ſexuncẽ, medullæ ceruinæ quadrantẽ, adipis ſtru-
thocameli quadrantem, adipis phaſiani ſaginati qua-
drantem, euphorbii ſexuncem, opopanacis trientem,
maſtiches lib. i. ſtyracis trientem, myrrhæ trientem,
thuris ſexuncẽ, ammoniaci thymiamatis ſexuncem,

heliotropii tria grana habentis unc.i.pæoniæ sextan-
tem, artemisiæ unc.i.phylli sextantem, nardi celticæ
sextantem, radicis altheæ contusæ & cribratæ unc.i.
rutæ uiridis drachm.iiii.radicis cucumeris syluestris
unciam unam, hippuris herbæ unciam unam, aristo-
lochiæ drachm.iiii.aloes lib.i.sanguinis draculi li-
bram unam, ceræ sexuncem, colophoniæ sexuncem,
unguenti nardini lib.viii.olei suffumigabilis libram i.
opobalsami septuncem. Arida quàm tenuissime trita
in mortarium ad styracem cum opobalsamo & ruta
tritum indito, unito, ac utitor sedulo. Vnguentum
ex hedera, ad arthriticos, ac omnem musculorum aut
neruorum per consensum affectionem. Mirabiliter
etiam ischiadicis prodest. Fœni græci lib.i.bacca-
rum lauri numero centum, pilularum cupressi nume-
ro xx.sabinæ lib.i.rosmarini lib.i.olei dulcis aut uete-
ris lib.i.ceræ lib.i.resinæ pinus lib.i.terebinthinæ sex-
uncem, succi hederæ trientem, aquæ sextar.iii.Herbas
in crassiores partes contusas ad triduum in aqua ma-
cerato, deinde adiecto oleo sufficienter coquito, &
percolato, liquescibiliaq; liquefacta adfundito. Hede
ræ autem succum cum aceto diluito. Refrigeratis de-
inde liquefactis omnia in mortarium diffundito, &
quàm plurimum diligẽter terito, reponito, ac utitor.

Acopon ad molestias ex laboribus & fatigationi-
bus obortas, facit & ad neruorum per cõsensum affe-
ctiones, uehementer commodum est. Hoc utor, in-
quit Asclepiades ad fatigatos. Sampsucini sextar.i.
rosmarini contusi sextarium i.fœnigræci sextarium i.
cardamomi sextarii dimidium, sabinæ sextarii dimi-
dium, uini dulcis sextarios vi.olei optimi sextarios iii.
ceræ lib.ii. Arida in uinum conjecta per triduum ma-
cerato, deinde affuso oleo ad prunas assidue agitan-
do coquito, & quum sæpe ebullierint percolato, ce-
ramq; in eis eliquato, refrigerato, reponito ac utitor,
quando & quidem immixto, aliquando uero cũ quo-

dam unguento diluto & liquefacto. Aliud arthriti-
cum, Asclepiadæ: pharmacum prosperi successus,
Basso inscribitur: quo usus quum antea multo tempo
re paralyticus fuisset, ab illa affectione liberatus con-
ualuit. Olei melini, olei cyprini, olei myrtei, cuiusq;
trientem, olei ueteris sesquilibram, ceræ libram i.tere-
binthinæ sexuncem, galbani quadrantem, mannæ triẽ
tem, opopanacis sextantem, castorii sextantem, radi-
cis bryoniæ trientem, æruginis sextantem, spumæ ni-
tri albæ trientem, piperis sextantem, pyretri sextantẽ,
euphorbii sextantem, adipis hœdini sexuncem, aceti
quantum satis est. Bryoniam & pyretrum cum aceto
coquito & percolato, eoq; decocto arida terito, &
reliqua liquefacta eis infundito ac unito. Vtitor ali-
quando immixto, aliquando liquefacto cum quopiã
unguento, Anthi uiride acopon, ad podagricos &
arthriticos multo experimento cognitum, utere & ad
ischiadicos confidenter. Phu sesquiunciam, mannę
sesquunciam, œsypi sesquunciam, ammoniaci thymia-
matis sextantem, aluminis scisi drachm.v.æruginis
drachm.v.terebinthinæ quincuncem, spumæ nitri al-
bæ trientem, opopanacis drachm.v.galbani drachm.
ii.medullæ ceruinæ drachm.v.olei cyprini trientem,
olei melini trientem, ceræ quincuncem, mellis quin-
cuncem, olei ueteris lib.i.Æruginem, ammoniacum,
alumen, mannam, opopanaca, cum modico aceto te-
re, eisq; liquefacta affunde, ac utere ad omnes cum
oleo melino eliquato: in inueteratis uero affectioni-
bus etiam adarces & euphorbii, cuiusq; unc.i.adde.

Aliud eiusdem. Opopanacis quadrantem &
drachm.iiii.terebinthinæ drachm.iiii.ammoniaci thy-
miamatis scrupulos xv.œsypi scrupul.xviii.æruginis
scrup.xvi.propolis scrupul.xv.aluminis scisi, ladani,
aristolochiæ rotundæ, lachrymæ hederę, singulorum
scrupul.vi.spumæ argenti scrupul.iii.salis ammoniaci
scrup.ii.camphoræ unc.i. colophoniæ quadrantem,

ceræ quadrantem,olei quadrantem, utere cũ unguento quopiam dissoluto. Aliud acopon unguentum ad paralyticos in principio. Olei gleucini, cyprini, irini,laurini,singulorum libram unam,ceræ trientem, terebinthinę sextantem,œsypi sextantẽ,castorii unc.i. euphorbii drach.iiii.ex hoc tum affectæ partes, tum eæ quæ facile affectioni obnoxiæ fiunt illinuntur. Aliud acopon ad coxendicum morbum inueteratũ, distortiones & resolutiones paralyticas. Est autẽ, inquit Asclepiades,ualde efficax. Olei ueteris libras duas irini sexuncem, styracini sexuncem, baccarum lauri sexuncem,terebinthinæ,euphorbii, ammoniaci thymiamatis,castorii,piperis,opopanacis,galbani,cuiusq; sextantem,medullæ ceruinæ trientem, & drach. iiii.Liquescibilia liquefacito, & ad arida affundito, unito,ac utitor. Aliquando quidem immixto, quando uero cum rosaceo aut alio quopiam unguento liquefacto.Arida uero uino teruntur. Vnguentum ad opisthotonicos,& quibus canino more os distorquetur,ex melle apparatum. Olei irini, rosacei, gleucini,cyprini,cuiusq; sexuncem,ceræ quadrãtem, mellis unciam unam. Aliud,ad eadem. Ceræ drac. quinquaginta,terebinthinæ drachm.xxv.œsypi,medullæ ceruinæ,galbani,ammoniaci thymiamatis,spumæ nitri albæ,baccarum lauri aridarum, singulorum drachmas vi.olei ueteris sextarios sex,uini heminam unam.Vtitor. Vnguentum ad resolutiones, ualde pulchrum. Sphæritidis,hoc est,cupressi pilulas ferentis sextantem,marrubii sextantem,herbæ caucalidis quæ bulborum figuram habet sextantem, stercorum cameli unciam unam,ampeloprasi unciam unã, eryngii unciam unam,cyclamini unciam unam, bituminis unciam unam, peucedani drachmas quatuor, terræ ampelitidis unciam unam, seminis apii, cyperi, lapidis gagatæ, dictamni, cuiusque unciam unam,sulphuris drachm.iiii.lactis asinini sextantem,

unguenti susini quadrantem, medullæ cameli quadrantem, adipis asinini unciam unam, pilorum ex cauda simiæ drachm.iiii.olei ueteris sextantem, aceti dodrantem.Apparatum reponito:usus uero tempore cum unguento aliquo diluto utitor. Acopon Eræ Cappadocis, ad resolutos, & in uniuersum ad omnem dolorem musculorum & neruorum. Rutæ uiridis,pulegii,cyperi,fœnigræci,mercurialis,marrubii,rosmarini,aristolochiæ,amygdalarum amararũ repurgatarum,singulorum libram unam,nitri sextantem,iridis,terebinthinæ,baccarum lauri, radicis cucumeris syluestris,ammoniaci thymiamatis,sabinæ cuiusque libras duas, myrti uiridis libras tres, foliorum lauri aridorum libras tres,ueratri albi sexuncẽ, ceræ libras duas,bdellii libras quatuor, uini congios quatuor,olei congios tres. Quæ contusione opus habent crassas in partes cõtundito,ac modicam aquam, qua contusa tantum humectentur, affundito, deinde uinum & oleum adiicito,& per diem unum finito. Sequenti uero frequenter agitando coquito ac percolato. Postremum cerã & terebinthinam addito, itemq; bdellium in modico uino prius tritum. Acopon ex rubetis quod omnem affectionem tollit. Radicis cucumeris agrestis uiridis libras sex, olei dulcis libras sex,medullæ ceruinæ, terebinthinæ, ceræ, cuiusq; sexuncem,ranas rubetas appellatas uiuas numero sex: rubetas traiecto per pedis plantam filo in oleum demissas donec flaccescant coquimus:deinde extractis per plantas filo traiectis ranis,syluestris cucumeris radicem uiridem concisam iniicimus, atque donec uires suas in oleum transmittat coquimus & excolamus:postremum liquefacta, itidem percolata, ad oleũ addimus, & in uitro reponimus. Vtere mane & uespere ad podagricos, arthriticos, ischiadicos & resolutos. Per huius,usum nouimus homines à podagra & chiragra toto corpore distortos post la-

uacrum in tantum conualuisse,ut citra omnem offen
sionem obambularent. Quandoq; apparauimus, in
quit Asclepiades, hoc pharmacum additis ad hanc
descriptionem sampsuci libra una, unguenti crocini
libra una, opobalsami quadrantẽ, sanguine testudinũ
numero decem. Aliud,ad podagram & articularẽ
morbum mirabile. Facit & ad diuturnum capitis do
lorem,materiam ad superficiem ducens,& ad frontẽ
ac sinciput. Caniculam paruam probe saginatam
uiuam,& mustelam uiuam in olei sextarios nouem,
ac butyri libras tres, coniicito, atq; donec uieta fiant
animalia coquito: deinde in percolatum oleum cali
dum pedes aut manus per totam diem imponito.
Galenus autem ait. Quidam uulpeculas & hyænas
oleo incoquunt, eoq; articulorum morbos curant,
atque alii quidem ipsas uiuas in maximum lebetem
iniiciunt: alii uero mortuas, ac deinde unà cum oleo
quàm diutissime coquunt. Solia deinde ac urnas ex
oleo calido explent,atq; deinde arthriticos inscende
re,ac multo tẽpore in eo morari iubent. Porrò oleũ
hoc maxime discussorium redditur,adeo ut etiam ad
superficiem extrahat ea quæ in profundo corporum
continentur,qua ex re magna commoditas consequi
tur. Quin & herinacei terrestres uiui oleo incocti ip
sum discussorium reddunt. Etenim oleum hoc dolo
res sedat,tum affectis articulis in ipsum demissis,tum
etiam iisdem ex eo illitis. Alia unguenta podagri
ca. Terram nigram,quæ præsertim in lenticula re
peritur,aut etiam aliam nigram cum aceto terito, ac
illinito. Sedat dolores & inflammationes etiam in his
qui multa prius experti nihil profecerunt. Aliud.
Cypri folia uiridia trita in pastillos redigito, eosq;
usu expetente cum aceto terito ac illinito, Aliud.
Croci unc.i.salis usti unc.i.spumas nitri numero de
cem,oui luteum unius in spinæ decocto ad tertias re
dacto,terito. Aliud. Vitrum in aceto probe tri

tum confidenter illinito. Aliud. Alumen aceto
tritum illinito. Aliud,quod ad genuum fluxionem
solũ profuit,multis antea frustra admotis. Marmor,
hoc est,crustulam non ustam,contusam,& cum rosa
ceo tritam illinito. Ego autem scobem & ramenta
marmoris lota & resiccata in promptu habui. Vsu
uero expetente cum rosaceo trita adhibui. Aliud,
ualde bonum. Tecolithi,glaucii,myrrhæ,cuiusque
unc.i.aloes drachm.iiii. Terito,ac siccum adseruato.
Vsu uero exigente, luteum oui & uinum austerum
ammisceto ac illinito,& si circumtendat cum solo ui
no adhibeto. Aliud. Aetiten lapidem cum ouo
ac modico rosaceo illinito. Aliud. Vrticæ se
men & hirundinis nidum cum sapa terito ac illinito.
Aliud mirabile,pro diuitibus. Mameram aqua
macerato, deinde tritam illinito, & miraberis.
Aliud,multa experientia cognitum,inueteratæ etiam
affectioni accommodatum. Stercoris ciconiæ qua
drantem,cum pari axungia tritam illinito. Vtere, in
quit,neq; cuipiam patefacito. Multos enim seruauit.
Aliud. Caninum stercus album cum aqua cali
da tritum,atq; ita tepefactum quàm crassissime illini
to,& folia oleris alicuius supra illitionem imponito.

Ad durities in artubus instar tororũ. Cap.XLV.

Est & hoc optimum pharmacum ad durities artuũ
in tofos coactas. Sunt præterea & alia quædam, ma
xime uero Galenicum, quod ex caseo componitur.
Ac nostrum itidem ex huiuscemodi rebus apparatũ,
inquit Philagrius. Radicis peucedani drachm.ii.am
moniaci thymiamatis drach.ii.myrrhæ drach.xxiiii.
aristolochiæ drachm.vi.pumicis drachm.vi.castorii
drachm.iiii.lanarum succidarum ustarum drachmas
viii.floris lapidis asii drachmas sex, si uero non adsit,
salis ammoniaci usti drachmas sex, propolis teneræ
drachmas sedecim,stercoris canini sicci drachm.sex,
uisci drachmas sedceim,æruginis drachmas sedecim,

ſquamæ æris drachmas xvi.atramenti ſutorii drachmas ſex,miſyos drachmas ſex,ceræ drachmas centũ, reſinæ pinus drachmas cl.picis drachmas cl.olei ueteris quantum ſufficit, aceti quod ſatis eſt. Hoc quidem igitur noſtrum pharmacum ſpiſſitudine auctum,& imminutum ac liquefactum prout probe habere uidebitur,iuxta curandorum corporum differentias,extrahit ac eiicit toſos in artubus coactos.

Aliud Galenicum, quod omnibus ferè corporibus adhibitum congruit. Eſt autem tale. Caſeus bubulus uetuſtiſſimus, adeo ut ob acrimoniam edi non poſſit,cum porcinæ carnis inueteratæ ac ſalſæ decocto teritur,& probe emollitus ad durities artuum imponitur. Eſt & aliud ab eodem compoſitum. Pinguedinis pernæ porcinæ ueteris libram unam, caſei caprini uetuſtiſſimi libram i.adipis taurini libram unam,apochymatis,hoc eſt,reſinæ cum cera ex nauigiis deraſæ lib.i. medullæ ceruinæ beſſem, hyſſopi quadrantẽ,cyprini ſexuncẽ,uini Ægyptii heminæ dimidiũ. Liqueſcibilia liquefacito,& reliqua ammiſceto. Aliter apparatum emplaſtrum ex perna. Iuſculi pernæ uereris porcinæ libram unam, œſypi trientem,ammoniaci thymiamatis libram unam,medullæ ceruinæ ſeptuncem,adipis taurini libram unam,ceræ ſexuncem,apochymatis è nauibus deraſi ſeſquilibrã, cyprini libram unam,caſei caprini ueteris libram unã, opopanacis unc.i. Aliud ad toſos artuum. Granum cnidium deſquamatum internum cum myrrha & aceto terito ac illinito,uſque ad exceſſum mirabile eſt. Aliud,ad durities artuum muliebrium, & eorum qui teneras carnes habent, experimento cognitum. Cadmiam quàm tenuiſſime tritam ac myrteo cerato exceptam imponito. Aliud. Spumam nitri cum oleo ueteri & modico croco ac aceto tritã illinito. Præſtat tamen ſi nitri ſpuma cum croco & aceto teratur,& cum cerato liquido illinatur. Aliud,

ad toſos pedum,quod contentum perrumpit & euacuat eadem fermè hora, ſanatq; idem ut ne cicatrix quidem relinquatur. Mala mandragoræ accipito, ſemenq; euacuato, ac tenuiſſimam ſquamam eis obductam detrahito,atq; carnem ipſam probe terito. Et ceratũ ex adipe ſuillo & cera factum adfundito, unito,ac utitor. Hæc tria pari pondere ſumuntur,aut adipis plus additur. Vtere,experimento cõſtat. Aliud. Calcem uiuam, & nitrum, pari pondere axungia excipito ac imponito. Aliud. Dioſcoridis. Ammoniacum cum pice arida ad ignem emollitum imponito. Aliud. Styracem cum ieiuni hominis ſaliua emollitum imponito,hoc eſt,manducando attritum adhibeto. Facit & ſeſamum non lotum tritum impoſitum.

De medicamentis purgatiuis ad articularẽ morbum accommodatis. Cap.XLVI.

Quum plurima ſint & uaria medicamenta purgantia à nobis in tertio huius tractationis Sermone tradita: inde ſanè repetere oportet quod cuiq; ſit accommodatum. Proprie tamẽ in podagricis & morbo articulari hæc exhibentur. Vniuerſale ex hermodactylis,quo aſſidue utor. Hermodactyli ſicci recentis unciam unã, aniſi, cumini, piperis cõmunis, croci, piperis longi, ſeminis cnici interni cuiuſque ſcrup.ii. myrrhę drac.i.euphorbii recentis ſcrup.iiii.maſtiches ſcrup.vi.caſſiæ ſcrup.i.moſchi ſiliquam unam. Dantur ex eo ſcrup.iiii.cum aqua mulſa, confeſtim minuit dolores. Quandoquidẽ autem huiuſcemodi medicamenta fortem euacuationem facere nõ poſſunt: & quod ex ipſis intus relinquitur,condenſatum & reſiccatum toſos in artubus generare conſueuit: conuenit uſus tempore ad ſingulos exhibitionis modos ſcammoniæ ſiliquas tres addere. In pituitoſis uero lathyridas numero v. & agarici ſcrupul.i. Si uero humoribus redundet æger, poſt dolores ſublatos

eum rursus cum hiera aut alio forti purgatiuo, tempe ramento corporis apto, purgato. Aliud purgatiuũ podagricum, ad dolore affectos præclarum. Cas siæ scrup.i. euphorbii sesquiscrupulũ, iſii, hoc est, cha mæleonis nigri scrupul.iiii. radicis alypiadis, hoc est, chamelææ scrup.iiii. radicis pæoniæ scrupul.iiii. anisi, zingiberis, cumini, mastiches, floris cnici, piperis, cu iusq; scrupul.viii. hermodactyli sextantem. Dantur ex eo scrup.iiii. cum uino mulso. Antidotus purgato ria ex betonica finiens febrem. Facit summe ad poda gricos, ter in mense data: facit ad elephanticos & hy dropicos, maxime aqua subter cutem laborantes. Est ex ualde laudatis. Comæ absinthii drachm.xxiiii. betonicæ drachm.xxiiii. seminis rutæ syluestris drac. xvi. centaureæ minoris drachm.xvi. casiæ drachm. xxiiii. corticis ueratri nigri drachmas viii. contundito, cribrato, ac cochlearis unius mensura dato ex aqua calida, animaduersione habita ne pharmacum ultra modum purget. est enim inexuperabile. Apud alios etiam laudatum reperi, si gentianæ & chamæpityos, ac aristolochiæ longæ, cuiusq; drachmæ viii. addan tur, chamædryos item drachm.xxiiii. Omnia, inquit, hæc melle excipio, indeq; ad summum cochlearium unum exhibeo.

Antidoti podagricæ. Cap.XLVII.

Pharmaca quæ podagricis & morbo articulari correptis per os exhibentur, plurima quidem sunt & uaria ac diuersa. Cognita itaq; à me ipsorum multitu dine, tum eo quod tetrapharmacũ, à quatuor rebus ipsum constituentibus appellatur, tum quod ex hype rico constat, itemq; quod ex gentiana paratur, & simi libus, quibus pro consuetudine Medici ad simpliciter podagricos utuntur: ipse sanè proprium pharmacũ composui, inquit Philagrius, quale iudicaui sufficien ter excalfacere posse, nõ tamen expers facultatis mo derate humectandi, & attenuandi crassos ac uiscosos

humores, & quod præclare omnino potest excretio num uias dilatare, unà cum hoc quod uim subducen dæ alui & mouendæ urinæ complectitur. Quin & na turales actiones excitat, & trãspirationem insensilem ac obscuram procurat. Compositio autem hæc est. Radicis pæoniæ recentis drachm.i. croci cilicii drachm.iiii. rhei pontici drach.iiii. calaminthæ mon tanæ, comæ saluiæ, cacuminum stœchadis, seminis thlaspeos, epithymi, centaureæ maioris radicis, cu iusq; drachm.iiii. centaureæ minoris succi drach.iiii. succum accipito quum in summo uigore herba est ac floribus prægnans: iridis illyricæ, seminis rutæ sylue stris, piperis longi, seminis anethi, cuiusq; drachm.iiii. ligustici, seminis apii, petroselini macedonici, seselis massiliẽsis incorrupti, origani, cacuminũ thymi, semi nis trifolii bitumẽolẽtis, seminis cardamomi medulla priuati, seminis dauci, piperis albi, cuiusq; drac.iii. mei athamantici drach.ii. asari drach.ii. spicæ nardi, adian ti, casię polypodii, thuris albi, galbani puri, terebinthi næ chiæ, bdellii scythici nigri, pinguis, acresinosi, am moniaci thymiamatis, cuiusq; drachm.vi. radicis sym phyti recentis ficcæ, sabinæ, radicis rubiæ, helenii, aga rici, herbæ scordii, seminis paliuri, saxiphragi, betoni cæ, radicis cyclamini ficcæ, seminis uiticis tosti, cuius que drachm.viii. mastiches chiæ, radicis bryoniæ re centis ficcæ, terræ lemniæ quæ sphragis appellatur, opobalsami, cuiusq; drach.xvi. succi peucedani, drac. xvi. qui si non adsit, coniiciendæ sagapeni drach.viii. & radicis peucedani recentis ficcæ drachm.xvi. pa stilli theriaci drachm.xvi. habeant autem pastilli car nium partes duas, panis partem unam: compositio autem ipsorum in Sermone de theriaca dicta est: sty racis siquidem adsit calamitæ, si uero non, flaui & pin guis drachx.xiiii. niger enim ut uitiosus reprobandus est: aristolochiæ rotundæ non rugosæ & plenæ drac. L. ossium ceruinorum aut bubulorum ex suris recen

tium,& ut probe conteri queant,ustorum drachm.L. mellis attici despumati quantum satis est,quo ad bonam eclegmatis compagem pharmacum reducatur.

Arida omnia contundito & cribrato: mastichem autem & thus unumquodq; per se sensim, ne in latas crustulas abeant,terito,& cribrato,deinde prædictum pondus ex eis expendito,& reliquis aridis tritis admisceto. Bdellium autem & ammoniacum ac galbanum & peucedani succum aut sagapeni, in mortariũ coniecta tũdito,deinde ad ignem emollito,& postea cum modico melle liquefacito,& in pila optime terito.Similiter autem & terebinthinam per se cum modico melle dissolutam ad reliqua in pilam coniicito. Styracem uero in mortario constanter tundito, opobalsamo paulatim ad eum infuso ac melle calido,deinde similiter in pila terito.Expedit etiam cum modico melle styracem liquefacere ac deinde terere. Cæterum ubi hæc sufficienter fuerint unita & dissoluta, paulatim arida trita addito:melle itidem sensim affuso.Ad finem uero centaureæ succum per se cum opobalsamo terito ac reliquis unito. His uero omnibus probe commisis,mellis despumati tantum addatur quantum suffecerit ad pharmacum delingibile futurum,& quo per dulcorẽ ægro commendetur.Quare si gustu pharmacum iudicaueris,nihil peccaris etiãsi piperis augeas modum. Noui nanq; ego ipse quendam qui eo usus plus sibi de pipere ammiscere iussit, itaq; ammiscui sæpe tantum ex ipso post reliquorum omnium mixturam, quantum quisq; pro gustus sui modo expetiuit. Satis uero manifestum est quod quandoquidem præseruare aliquem à podagrico malo uelimus, tunc sanè plurimum piperis iniicere non ab re est, & præsertim in hyeme, & si humores frigidi fuerint ac diuturni. Porrò centaureæ succus tempore ueris quum in uigore herba est ac florem fert,ex ea uiridi ac contusa exprimitur,deinde percolatus, usque ad mellis solidioris spissitudinem in sole resiccatur.Cæterum in compositione pharmaci, si is qui eo usurus est amaris delectetur, amplius quàm drachmas quatuor ex succo centaureæ ammiscere expedit, atque id maxime si distortiones dissoluere uelimus,si uero æger amara auersetur, quatuor omnino succi drachmas iniicere oportet. Ex hac uero antidoto ad eclegmatis compagem redacta ad summum cochlearium i. exhibetur. Dupliciter insuper pharmacum hoc apparatur. Vno quidem modo pastillis theriacis ut dictum est ammixtis,itemq; ossibus ustis. Alio autem modo citra pastillorum & ossium admixtionem præparatur. Licet etiã si quis uelit post sufficientem mellis mixturam, mel ipsum in duas ex æquo partes diuidere,deinde ad unam partem,dimidium præscripti ponderis,tum pastillorum theriacorum,tum ossium ustorum infarcire : est autẽ dimidia pars pastillorum theriacorum drachmarum viii.Ossium uero ustorum dimidia pars est drachm. xxv. Quandoquidem uero pastillos theriacos impossibile est per se contundi, si non cum aliis aridis tundantur,oportet eos quantum possibile est in mortario tundere,ac modico uino ueteri dulci madefacere,deinde in pila terere ac cũ largo melle dissoluere atque demum ad reliquam mixturam diligenter coaptare. Cæterum quum humectare oportet & mollire,attenuareq;, & crassa dissecare, repurgare item ac euacuare infartos humores,itemq; uias dilatare,nihil ex pastillis theriacis,neq; ex ossium cinere ammiscere oportet. Viperarum enim caro quàm celerrime ad cutem ac superficiem digeri ac distribui solet.Quapropter ubi recrementorum copia adfuerit, & uiæ fuerint obturatæ,minime tuto uiperarum caro exhibetur:sed postea quum coniectauerimus humores attenuatos esse,& dilatatas uias. Ossiũ uero substantia facultatem habet consumendi ac reficcandi,

adeo ut etiam ſola aſſidue & oportune exhibita inue
teratum articularem morbum curet. Vt uero ne quid
ex humoribus reſiccetur ac lapideſcat, incurabileq;
aut ægre medicabile reddatur, tempore præſeruatio
nis eam minime miſcebimus, ſed poſtea ſi ita uidebi
tur. Conſumit enim & reſiccat humores in ipſis arti
culorum iuncturis relictos. Forinſecus etiam quando
diſcutere animus eſt, pharmacum hoc oleo ueteri aut
ſicyonio dilutum maximopere profuit, maxime ſi ci
tra oſſium additionem eſt apparatum. Tunc enim nō
modo diſcuſſoriam, ſed etiam coactoriam facultatē
acquirit. Quare eis qui non diſcuſsione ſolum, ſed &
exterarum corporis partium corroboratione opus
habent, commodiſsime hoc modo adhibetur. Hoc
pharmaco ſi & arthriticis & podagricis medeberis,
minime pœnitueris. Hepaticos item ex obturatione
affectos, itemq; ſplenicos curabis, & à uipera morſos
& qui uenenum hauſerunt, & comitiali morbo appre
henſos, ſi eo oportune utaris: quin & aliorum mor
borum per ipſum curationem fieri reperias ſufficien
tem, de quibus ſermonem producere minime operæ
precium exiſtimo. Theriaca item ex uiperis, quæ
Andromacho inſcripta eſt, de qua plurima tradidit
Galenus, utiliter exhibetur frigidioribus & magis hu
mectis corporibus, forinſecus etiam commode illini
tur cum oleo ueteri aut ſicyonio diſſoluta, ut dictum
eſt. Sales quoq; Theriaci, & ex gentiana paſtillus,
& qui ex hyperico conſtat, & ſimilia, his qui ex mul
to & craſſo fluxu ægrotant utilia exiſtunt. Verum his
qui ex bilioſa fluxione afficiuntur, & ut ſimpliciter di
cam omnibus calidiori temperamento præditis hæc
ipſa nocentiſsima ſunt, & quod ſupra relatum eſt no
ſtrum pharmacum. Ex horum enim pharmacorum
potu non ſolum nihil opis ferunt hi qui calidiori tē
peratura præditi ſunt, ſed & reſolutionibus immedi
cabilibus apprehenduntur, ſæpe nimium reſiccati, &
in uitioſos

in uitioſos humores dilabuntur qui eos erodunt, &
in, quibus aliquando peſsime intereunt. Porrò in hu
iuſmodi pharmacorum uſu etiam raritatem & denſi
tatem curandi corporis reſpicere oportet: ampliusq;
& ætatem, & anni tempus, & regionē. Ad hæc itaque
reſpectu habito minus aut plus de eo dabis: neq; ue
ro minus & ad magnitudinem aut paruitatem corpo
ris reſpiciendum. De uiperarum eſu. Vipe
rarum eſus omnibus podagricis & arthriticis pluri
mum commoditatis affert, quem ad modum etiam
anheloſis, & elephantiaſi correptis: exigit enim per
cutem omnia redundantia recremēta, ſiue calida ſiue
frigida fuerint, quæ morbi ipſius ſunt cauſa. Oportet
autem craſſa & uiſcoſa ex ipſis prius attenuare ac eua
cuare: quod ubi factum eſt, reliqua facile per uipera
rum eſum euacuantur, nimirum ad cutem delata atq;
excluſa. Quapropter etiam in ſole ipſarum ferarum
comeſtionem facere iubet, utpote quod inde iuuen
tur, atq; ui caloris humorum delatio foras feratur: cu
randum tamen ne caput probe contegere ab æſtu ne
gligamus. Oportet autem recens captas eſſe uiperas,
& iuſtæ magnitudinis, & nō ex maritimis: tales enim
ſiticuloſæ exiſtūt. Cæterum ex uipera ipſa tum caput
tum caudam amputare oportet, itemq; interanea om
nia abiicere, ac ex tribus aquis lauare, deinde cū aqua
& anetho maxime uiridi, & modi congruentis oleo
coquere, & poſt ſufficientem coctionem congruenti
ſale condire, ac uiperam ueluti anguillam comeden
dam exhibere. Porrò quidam ex harum come
ſtione plurimum exudant, & pediculorum copiam
generant. Omnes tamen qui eas comederunt maxi
me ſe alleuatos ſentiunt. Quapropter his qui corpus
recrementis exundans habent etiam bis ac ter in an
no exhibere conducit: bis quidem ueris tempo
re, ſemel autem in autumno. Quod ſi uero ſint qui
bus corpus per inſenſibilem & obſcuram tranſpira

tionem,aut etiam per ſudores naturales euacuetur, his omnino uiperarum eſu interdicemus. Periculoſa enim fit huiuſmodi ipſarum comeſtio propter immo dicam per cutem exhalationem. Dicemus autem ex ordine & de aliis antidotis. Antidotus ex qua tuor rebus conſtans. Tetrapharmacum igitur ex quatuor rebus apparatum & à quibuſdam My ſterium appellatum, ex gentiana componitur & ariſtolochia, baccis lauri, & myrrha, æquali pon dere coniectis. Datur autem ſingulis diebus ex ea cochlearii dimidium ex aqua calida ad præſer uationem. Prodeſt pituitoſis:bilioſos autem læ dit. Antidotus ex hyperico. Antidotus ex hyperico à quibuſdam hoc modo deſcripta eſt. An tidotus ſanas podagras,coxendicum morbum, & ut in uniuerſum dicam,omnes iunturarum & articulo rum morbis implicatos per annũ potata. Firmat ſto machum,& uiſum acutiorem reddit,reliquosq; item ſenſus clariores & illuſtriores facit: euacuans leniter per urinam:unde etiam neq; aliud ullum membrum offenſionem ſenſit. Neq; enim materiam ex affectis locis ad aliam corporis regionem depellit, quem ad modum epithemata forinſecus contrahentia & cohi bentia facere ſolent:ſed cauſas morborum tum per ueſicæ tũ per alui locos expellit,atq; uniuerſum cor pus ſanius reddit. Quare etiã comitiali correptis mor bo auxiliatur in potu. Alios item à diuturnis & uehe menter grauibus capitis doloribus liberauit, qui etiã de ſanitate ua iam deſperauerant. Splenem uero & hepar in ſcirrhum indurata moderatur ac demulcet. Articularem autem morbum adeo efficaciter ſanat, ut etiam duricies inſtar toforum in articulis quibuſdã per uim morbi coactas diſſoluat. Compoſitio au tem hoc modo habet. Trixaginis,dodrantem,centau reæ beſſem,ariſtolochiæ rotundæ ſeptuncem,radicis gentianæ ſexuncem, comæ hyperici quincuncem,

petroſelini trientem, mei athamantici quadrantem, phu pontici ſextantem,agarici ſextantem. Mellis de ſpumati lib.iii. Hoc autem modo parato. Vnum quodq; per ſe contundito & cribrato:deinde ponde rata ſimul miſceto, ac rurſus cribrato quo accurata permixtio fiat. Deinde melli deſpumato ammiſceto, ac paſtillos formato pondere drachmæ i.atq; ex eis unum pro uice exhibeto. Vſus eius eſt circa tertiã horam diei ubi uenter onus ſuum pro conſuetudine depoſuit:pharmacum uero ipſum cum aquæ calidæ ſeſquicyatho liquefacito. Oportet autem eum qui bi bit:ſi nihil prohibeat,deambulare,quo ex motu eun tis pharmacum inferna cõtingat. Porrò pharmacum hoc aliàs quidem præclare efficax eſt,utpote ex for tibus ſimplicibus compoſitum:amplius autem effica cius redditur per ariſtolochiam quæ natura ſua articu laribus morbis auxiliari ſolet,& duris corporibus im primis prodeſt. Ex cancris autem pharmacum etiam mollibus corporibus conducit. Habet autem Anti doti ex cancris compoſitio hoc modo. Cancrorum magnorum uiuorum uſtorum in æreo uaſe, triẽtem, gentianæ incorruptæ quincuncem. Thuris integri & non ſecti albi unc.i. Datur inde cochlearium unum. Ad cancrorum uero exuſtionem ligna uitis adurun tur. Pharmacũ ex Huũialibus cancris uſtis. Deſcri bam porrò & aliud pharmacũ corporibus recremen tis abundantibus & mollibus cõducens:eſt autem id quod à rabido cane morſis datur,cuius compoſitio nem in Sermone de rabidi canis morſu tradidimus, huius inquam operis ſexto. Adieci autem ego,inquit Philagrius,ad huius pharmaci apparatum,etiam pe troſelini drachm.viii.ut plurimum uero x.quo urinæ ciendæ uim acquirat,& multos ſanè arthriticos iuuit, præſertim quibus tenerum & album corpus fuit, me diocris myſtri menſura ex eo data aliquando ex aqua ſola, aliquando ex aqua mulſa. Quin & melle

despumato sæpe ipsum excepi, quo ualidum & citra transpirationem adseruarem: deinde uero ueluti præ-dictum est bibendum exhibui. Antidotus ex centaureis. Antidotus podagrica ex duobus centaureæ generibus est, ex uehementer laudatis & præter opinionem auxiliantibus, quod ipsum experientia testatur. Nam multos eius usu seruatos noui. Est enim adeo salutaris podagricis ut quosdam per xv. annos podagra correptos, eius usus ad iter pedibus faciendum præparauerit. Est autem stomacho grata, aluo conferens, & urinam ciens. Habet autē hoc modo. Centaureæ minoris comæ, centaureæ maioris radicis, trixaginis, gentianæ, aristolochiæ rotundæ, singulorum æquale pondus, puta lib. i. cōtundito & cribrato, & drach. i. præbeto per dies xl. ex aqua calida. In sequentibus autem ex ordine anni diebus cccxxv. drachmæ dimidiū eodē modo præbe. Alia antidotus podagrica usu cognita. Anisi, cumini Æthiopici, piperis cōmunis, piperis longi, seminis cnici interioris, cuiusq; drach. ii. euphorbii drach. iiii. mastiches drach. vi. myrrhæ, drach. iiii. moschi, siliquam unam, caudæ scinci unius extremum. Mellis quantum satis est. Datur nucis auellanæ magnitudine ex aqua mulsa. Hac amicus quispiam usus, bis in hebdomade ex ipsa bibēdum præbuit, & affectos locos ex uiridi unguento Antho inscripto cum rosaceo aut melino singulis diebus illeuit, multosq; seruauit. Antidotus podagrica experimento constans, accipitur per annum, Anastasii. Agarici unc. i. rhei unc. i. petroselini sextantem, phu sesquunciam, gentianæ quadrantem, hyperici sextantem & unciæ dimidiū, centaureæ unc. i. Aristolochiæ longæ sesquunciam, & rotundæ quadrantem & unciæ dimidium, chamædryos triētem & unciæ dimidium, cinamomi unc. i. folii unc. i. aloes primariæ unc. i. mei sextātem, aut spicæ nardi duplum. Alia antidotus podagrica experimēto cognita, datur

per annum. Doari Episcopi. Agarici unc. i. rhei Barbarici unc. i. petroselini sextantem, phu sesquunciā, gentianæ quadrantem, hyperici sextantem & unciæ dimidium, centaureæ trientem, mei sextantem, aut spicæ nardi trientem.

Qui podagrici lauandi sint & quomodo. Cap. XLVIII.

Manifestum quidem existimo quod post inflāmationum remissionem omnibus podagricis balneum commodissimum existit, quandoq; autem & in uigore utiliter adhibetur, si æger prurigine aut uigiliis uexetur: aut aliàs labore sit fatigatus. Lauare autē oportet tempore remissionis, ita ut spongias aceto & sale permixtis madefactas locis affectis circumponamus, ut à fluxione immunes permaneant. Amplius autem linteis siccis & plurimo nitro totum corpus perfricare, & ut aeri diutius immorentur iubere, & moderate non solum calidam sed frigidam adhibere, & in ipsarum soliis desidere. Vtile autem est balneum naturā siccioribus, & gracilibus, & colore nigrioribus, & qui à tumore in totum sunt liberati. In huiusmodi enim affecta particula non intumescit adeo magno tumore excitato, uerum distrahi, uelut à cane apprehensas, in profundo sitas corporis partes aiunt, & inopinabili tensiōe distendi. Et inhorrescunt sæpe pellicula quę os ambit à fluxione salsa aut acri & tenui ualde ac erodente uellicata. Hi à balneis opem ferunt, quapropter non semel tantum, sed iterum atq; iterum eos lauare oportet, & in aere per omnia moderato, citra aliquam pinguedinem adhibitam immorari, hoc enim modo magis euacuabuntur. Deinde oleo dulci cum aqua conquassato illitos in aquam calidā demittere, & in eo aliquandiu morari præcipere. In frigidam uero minime demittantur, nisi immodici caloris sensus infestet. Vt plurimum uero tepida aut lactei temperamenti aqua perfundatur in prima balnei do-

mo. Si uero cum tumore quodam non ualde magno post euacuationes suborto aliqui dolore uexentur, conueniet in aere balnei reliquum corpus per ficca lintea usq; ad rubefactionem perfricare. Vtendum autem & exterioriis smegmatis ex adarce, nitro, pipere, euphorbio, staphide agresti, æquali pondere conjectis, apparatis. Atq; his quidem reliquum corpus contente defrictum excitetur: pedes uero eorum muria moderate perfundendi sunt, & in calida aqua nõ morandum, frigida uero ne contingenda quidem. Quod si balneum non adsit, eos qui ab acrioribus fluxionibus uellicantur, aqua dulcissima calida perfusos fouere oportet, & totum corpus ex oleo chamæmelino in ieiunio illinire: alios uero temperamento non calidos, & qui tamen tumorem habeant post euacuationes relictum, si balneum non adsit, cucurbitulis admotis curabimus, initio à lumbis facto, sursum usque ad scapulas progrediendo, fricabimus etiam per ficca linteola & per exterioria smegmata iam dicta. A talibus enim hi tum in balneo, tum citra balneum opem sentiunt: quale & hoc est ex profundo humores euocans ac transferens, quod metasyncriticon. Græci uocant. Eo itaq; in balneo utãtur, aut si balneũ non admittant, post exercitia ex eo defricentur, deinde spongiis extergatur id quod ex hac arida insperssione corporibus adhæret. Compositio eius hæc est. Nitri rubri lib.i. sinapis sicci lib.ii. sabinæ lib.ii. ueratri albi lib.i. sulphuris uiui lib.i. Aliud Andreæ comitis. Nitri, ueratri nigri, piperis æqualibus partibus utere. Præter opinionem autem eis conducit Siccum Magnũ ipsis affectis locis in balneo insperssum. Estq; hoc. Recrementi siue scoriæ ferri, spumæ nitri albæ, cuiusq; æquales partes misce, & odoris gratia parum folii & costi adde. Siccum quod psilothro podagricorum insperssitur. Mastiches, thuris, lapidis assii, pumicis assati, alcyonii, staphidis agrestis, cimoliæ,

ueratri albi, sampsuci, spumæ argenti, amyli, careophylli, spicæ nardi, cyperi, floris iunci odorati, buglossi, singulis lib.i. auripigmenti unc.x. sandarachæ unc.x. saponis quantum satis est. Prædicta omnia, excepto auripigmento, sandaracha & sapone, contundito, cribrato, & ficca in promptu habeto. Vsus uero tempore calcis uiuæ unc.x. in oryzæ aut ptisanæ succo dissoluito, & auripigmenti unc.i. sandarachæ unc.i. saponis drachm.iiii. & prædicti ficci cochlearia ii. magna, omnia quàm tenuissime trita inspergito, ac unito, eoq; pedes aut etiam alios locos fluxione infestatos illinito, Cæterum qui hoc sicco insperssimine utuntur hoc modo diætam suam instituant. Thoth, hoc est, septembri, lac & edant & bibant. Phaophi, hoc est, Octobri, allia edant. Athyr, hoc est, nouembri, in totum non lauent. Choiac, hoc est, decembri, brassicam ne edant. Tybi. i. ianuario, mane meracum bibant. Mechir, id est, februario, betam ne edant. Phamenoth, hoc est, martio, dulcia tum in cibo, tum in potu sumant. Pharmuthi, id est, aprili, raphanum ne gustent. Pachon, id est, maio, polypum ne edant. Pauni, hoc est, iunio, mane frigidam aquam sumant. Epiphi, hoc est, iulio, à uenereis abstineant. Mesori, id est, Augusto, maluam ne edant. Siccum Maloriani. Aluminis scisi sextantem, pumicis unc.i. terito & in uitro reponito. Vsu uero expetente, uino adstringente locos prælauato, & quodam modo extergito, ac siccum ipsum insperssitur, teneris q; manibus affricato, & siccari finito. Rursus q; idem per diem octies facito, & toties similiter si possibile sit in nocte, & uidebis tumores quàm celerrime discussos & resolutos. Ego utriusq; & aluminis & pumicis æquale pondus conieci, & magis sanè succesit.

DVODECIMI SERMONIS FINIS.

INDEX CAPITVM DECIMITERTII Aetii Sermonis.

De his qui ab hoíe morſi ſunt. Cap. 1
De his quos canis momordit. 2
Ad leonum pantherarum ac urſorum morſus. 3
De ſuum morſu. 4
De his qui à fele morſi ſunt. 5
De morſis à crocodilo. 6
De beſtiis uirus eiaculantibus & primum quibus artibus adhibitis ea tollantur. 7
Illitiones præſeruatiuæ. 8
Quæ appoſita uenenata animalia occidant. 9
Communia remedia ad omnes uenenum iaculantium ferarum plagas. 10
De ueſpis & apibus. 11
Ad ſtellionis morſum. 12
Ad ſalamandræ morſum & lacertæ chalcidæ. 13
De mure araneo. 14
Ad ſcolopẽdræ plagã. 15
Ad araneæ ictum. 16
De tetragnathis. 17
De percuſſis à phalangio. 18
De his quos ſcorpio percuſſit. 19
De morſis ab aſpide. 20
De uiperæ maris & fœminæ morſu. 21
De dipſade. 22
De hæmorrho & hæmorrhoide. 23
Præparatio ſanguinis teſtudinis marinę & uſus. 24
De ammodyte aut cenchria. 25
De ſepe. 26
De cenchrite ſiue Aconitio. 27
De ceraſte. 28
De dryino. 29
De amphisbena & ſcytala. 30
De parea & ſpathiuro. 31
De peliade & elape. 32
De baſiliſco. 33
De draconibus. 34
De cherſydro. 35
De rana rubeta. 36
De turture ſeu paſtinaca marina. 37
De murena. 38
De dracone marino. 39
De ſcorpio marino. 40
De culicibus. 41
De muſcis. 42
Ad pulices 43
Ad cimices. 44

De uenenis. 45
Methodus præſeruatiua ne qs à uenenoſo pharmaco lædatur. 46
Quomodo cognoſcãtur qui uenenum ſumpſerunt. 47
Communia remedia & cura omnis ueneni. 48
Ad eos qui cantharidas hauſerunt. 49
De bupreſti. 50
De eruca pini. 51
De ſalamandra. 52
De lepore marino. 53
De rana rubeta. 54
De rana paluſtri. 55
De hirudinibus. 56
De ephemero. 57
De dorycnio aut ſolano furioſo. 58
De aconito. 59
De melle quod in Heraclea Ponti naſcitur. 60
De coriandro. 61
Depſyllio. 62
De cicuta. 63
De ſmilace. 64
De ſucco carpaſi. 65
De herba ſardonia. 66
De hyoſcyamo. 67
De mandragora. 68
De ſucco papaueris. 69
De toxico. 70
De his qui ixian hauſerunt. 71
De chamæleone. 72
De fungis. 73
De ſanguine tauri. 74
De lacte in grumos cogo acto 75
De gypſo. 76
De ceruſa. 77
De argenti ſpuma. 78
De argento uiuo. 79
De calce, ſandaracha, & auripigmento. 80
De thapſia, ueratro, elaterio, & agarico. 81
De rutæ ſylueſtris & meſanthii nocumentis. 82
De aceruato frigidę aquę potu. 83
De ſtrangulatis. 84
De his qui ex alto cecidérunt. 85
De præſeruãtibus & pręſagis animalibus. 86
De theriaca ex uiperis Andromachi. 87
Paſtillorum ſcilliticorum præparatio. 88
Hedychroi confectio. 89
Paſtillorum theriacorum præparatio. 90
De reliquis quæ in antidotum coniiciuntur. 91
Modus conficiendi 92
Poſt quantum tempus ea ſit utendum. 93
Quanto tempore efficax ſit. 94

Modus probandi theriacen. 95
De exhibitionis mensura, & utēdi modo & qbus conueniat morbis. 96
Sales Theriaci ex libris Martiani, cum quibus consentit Galenus. 97
Antidotus Mithridatica. 98
Confectio Cypheas. 99
De Antidoti Mithridaticæ usu. 100
Antidotus Esdrę aut Prophetæ doctoris. 101
Antidotus pæonia. 102
Antidotus aromatica optima, Galli. 103
Antidotus ex duobus piperis generibus. 104
Antidotus Athanasia. 105
Oribasii theriaca qua Marcus Imperator usus est. 106
Oribasii theriaca ex Bryonia. 107
Antidotus Hadriani. 108
Antidotus Acharistus. 109
Philagrii antidotus ex sulphure uiuo. 110
Theriaca Democratis. 111
Antidotus Theodoretus ex anacardiis. 112
Theodoretus aliter apparata. 113
Theodoretus per acetum mulsum apparata. 114
Picra siue amara per acetum mulsum apparata, Oribasii. 115
Cyphi ex reb. xxxvi. 116
Cyphi ex rebus. xxviii. 117
Musuaphii confectio. 118
Thymiama siue suffimentum Berenices. 119
De Elephantiasi, ex libris Archigenis. 120
Cura Elephantiasi affectorum. 121
De his qui castrantur. 122
De uiperarū esu, & de pruritibus, Archigenis. 123
Illitiones ad tumētes corporis eminentias. 124
Diæta Elephantiasi correptorum. 125
De pruritu, Archigenis. 126
Ad pruriginosas papularum eruptiones. 127
Ad pustulas psydracas Græcis appellatas, & ad papulas ex feruore aut sudore obortas. 128
Oribasii ad nigras cicatrices inalbandas. 129
Ad ulcerosas papularum eruptiones, tū in tibiis, tum in toto crure obortas. 130

Ad cicatrices nigras ex ulceribus relictas. 131
De Vitiligine seu alpho. 132
De leuce uitiligine altius insidente, Galeni. 133
De lepra, Archigenis, 134

AETII SERMO DECIMVSTERTIVS.

De noxiorum animalium morsu, & de bestiis uirus eiaculātibus. Et de Elephantiasi, pruritu, scabie, alpho, lepra, leuce. Et de antidotis multæ utilitatis.

DE HIS QVI AB HOMINE MORSI SVNT. Caput. I.



DE noxiorum animaliū morsibus scribere auspicantes, initiū ab his qui ab homine morsi sunt faciemus, ut Archigenes inquit: in his igitur quos hō momordit, loco ex oleo prælito fœniculi radicem tritam cum melle cataplasmatis modo ulceri imponito usquequo repurgetur, deinde his quæ explere possunt utitor. Cuius generis & hocce est. Mellis terebinthinæ, butyri, adipis anserini, medullæ cerui, aut si non adsit, uituli, æqualibus partibus liquefactis utitor. Si uero sinus statim in principio fiat, eū aqua mulsa diligēter eluito, & spōgiā nouā Aphricanā melle cocto imbutā imponito, & ligamēto quod ad sinus referetur obligato, ac tertio die soluito. Aut myrrham terebinthina exceptā ut malagma imponito. Aut æs tritū melle cocto exceptū ueluti collyrium indito, & postquā repurgaris cōglutinato: uel ossa uitulina ad albedinem usta, & pice liquida siue cocto melle, aut utriscp ex æquo simul ex-

cepta,in ſinum indito,uel mannam, aut ipſum adeo thus cum myrrha terito,& cum uino ac oleo imponito. Emplaſtra autem cruentis uulneribus deſtinata & adglutinatoria eis conueniunt:in expaſſis quidem & planis ulceribus,uiride ex atractylide. In ſinibus uero cruentis emplaſtrum Piſcatoris,ex aceto apparatum, & Athena,& Nigrum appellatum.

De his quos canis momordit. Cap.II.

In his uero quos canis momordit ſtatim acetum irrorato,& ex paſſa palma morſum percutito. Deinde nitrum cum aceto tritū ex alto ſupra morſum deſtillato,& ſpongiam nouam poſca aut aceto imbutā imponito, & ad tres dies obligato, ligamentoq; ſupernè ex poſca aut aceto prout uiſum fuerit madefacito. Egregie enim auxiliatur. Poſt hæc uero ut commune ulcus curato. Aut perdicium herbam cum ſale tritam imponito, quotidie eam alterando donec excidat cruſta. Deinde ubi ad cicatricem perducere uolueris ipſam per ſe tritam imponito. Quod ſi magnus ſit morſus quem ad modum à magnis canibus infligi ſolet,præſcripta in ſexto Sermone methodo curato, ueluti eos qui à rabido cane ſunt ſauciati. Si uero cauus & anguſtus appareat morſus,in principio cum aceto,ut dictum eſt,irrorato. Deinde nitrum itidem cum aceto tritum ex alto ſuperſtillato,& anetho ſicco uſto morſum expleto, & linteolum conuolutū ex aceto madefactum indito,& obligato. Poſt triduū uero ſoluito & reperies morſum repurgatum. Idem facit & cuminum tritum morſui inditum. Poſtquam uero ulcera fuerint repurgata, prædicto pharmaco utere liquefacto ad hominis morſum relato. Si uero inflammatio ſuccedat,lenticulam cum malicorio coctam & tritam imponito,aut rubi folia contrita. Aut panis medullam in betæ ſucco madefactam cum modico roſaceo pro cataplaſmate adhibeto. Ad uulnera uero iam ſuppurata erui farinā cum melle ſubigito

& morſum expleto. Summe enim auxiliatur. Aut irin cum melle & linamētis indito, ac ſupernè lenticulam coctam tritam cum modico melle & roſaceo pauco imponito. Repurgatis uero iam ipſis cum prædicto liquido pharmaco expleto,ac deinde his quæ cicatricem inducere poſſunt,utitor. Emplaſtra autē ad demorſos à cane uel urſo aut ſimilibus animalibus ſtatim à principio commoda adhibentur ex ſale & cerua apparata. Etenim uenenoſum humorem in morſibus ex dentibus relictum expurgant, & calloſam ex impactis dentibus concretionem explanant.

Ad leonum,pantherarum,ac urſorum morſus. Cap.III.

Horum animalium conſimiles ſunt morſus: nam robuſta ſunt hæc & unciunguia, implicantq; quicqd contigerunt unguibus penetrantia,& corpora ipſa dilaniant. Perſeuerando autem in manducatione nō ſolum carnes dilaniant,ſed & oſſa aliquando ad polentæ ſimilitudinem confringunt,indeq; & uicini ſtimulis afficiuntur nerui. Satis uero manifeſtum eſt, quod corpora quæ in eiuſmodi ac tantas calamitates inciderunt,non effugiunt periculum abalienationis:nam etſi maneant,putrefactionem ſuſcipiunt,& ulcera ſerpentia inducunt. Huiuſmodi igitur uulnera cum aceto elota & circumraſa,ſolutis itē corporibus ac oſſibus extractis,emplaſtris integere oportet,& poſt ſuppurationem partium dilaniatarum,repurgantibus liamentis curare & cicatricem inducere,quem ad modum in communibus ulceribus ſolemus. Emplaſtra autem his conuenientia ſunt,id quod ex ſalibus conſtat,& ſimilia,cuiuſmodi etiam hoc eſt. Aſclepiadæ pharmacum,ad cruenta uulnera accommodatū, & ad interciſos neruos & ad urſorum ac leonū morſus. Æruginis raſæ drachm.viii.aluminis rotundi drachm.viii.ſquamæ æris drachm.xii.mannæ,galbani,cuiuſq; drachm.xii.ceræ unc.xvi.reſinæ pinus ari

dæ unc.xxxii.olei lib.i. Arida & galbanum aceto teri to & liquescibilia liquefacta adfundito. Aliud,em plastrum Venatorum appellatum,admirabile. Ra dicis symphyti,comæ dictamni,iridis Illyricę,atramẽ ti indici, aluminis scisi,misyos, ammoniaci thymia matis;myrrhæ, cuiusq; sextantem, salis cappadocici quincuncem,æris usti trientẽ, aristolochiæ rotundæ, iridis astragalitidis,gallarum,rosarum siccarum,squa mæ æris,singulorum unciam unam,æruginis quadrã tem,picis sesquilibram,resinæ pinus siccæ libras qua tuor,olei trientem & dimidium unciæ unius. Metalli ca in aceto terito. Habeat autẽ & ceræ sesquilibram. Quod si marcedo subsequatur & ulcus serpendo de palcẽs,optime facit subscriptum uiride emplastrum, carnem arrodens, exest usq; ad os,& squamas eilcit, ac ulcus serpens compescit, & in uniuersum utile est ad omnia inueterata eiusmodi actionis,& maxime in quibus ueneni corruptio est, & corpora sunt abalie nata: quibus etiam immixtum pharmacum adhibere oportet. In aliis uero dissolutum. Habet autem hoc modo. Spumæ argenti unc.i.squamæ æris unc.i.ni tri,atramenti sutorii,salis ammoniaci,æruginis, singu lorum sextantem,cyperi quadrantem,olei sexuncem, aceti scillitici quantum sufficit. Arida aceto terito ut strigmentitiam spissitudinem acquirant, & liquefacta adfundito,& in uitro reponito, aceto acri affuso, ut pharmaco ipsi innatet. Ad confectionem autem & præparationẽ si acetum scilliticum haberi nõ possit, scillam cum aceto coquito ac utitor.

De suum morsu. Cap.IIII.

Quandoquidem uero & in uenationibus à sylue stribus suibus læduntur quidam,operæpretium est & de his facere mentionem. Vulnera itaq; ab ipsis in cussa grauia sunt,propterea quod non solum profun da,sed & magna existant: adglutinatorio autem me dicationis ductu ea curare impossibile est. Nam unà

cum contusione labia uulnerum discindunt, imò & adurunt. Mutuo enim dentium inter se attritu, ac ue luti ad cotem affrictu utuntur,ad uindictam eorũ qui eis obueniunt currentes. Adusta itaq; corpora crustã quandam iuxta uulnerum labia inducunt. Quare sup puratorium & non adglutinatorium curationis mo dum in eis adhibere oportet.

De his qui à fele morsi sunt. Cap.V.

Omnia ferè quæ ad canis morsum dicta sunt, etiã à fele morsis conducunt,proprie autem eis cõuenit: mel,terebinthina,oleum rosaceum:simul eliquato ac utitor. Aut centauream tritam cum melle imponito. Aut galli stercus liquidum cũ adipe gallinaceo subi gito & imponito.

De morsis à crocodilo. Cap.VI.

Primum quidem eos quos crocodilus momor dit quàm tutissime custodire oportet,in domo con clusos fenestras non habente: etenim ob contrariam quandam affectionem ferè in totum sylueſtres maxi me feles ad demorsos accedere cõsueuerunt. Reme dia autem his eadem quę ad morsos à cane ac ad re liquos relata sunt conueniunt. Proprie autẽ humanũ stercus & misy simul trita & imposita ad eos faciunt. An piscium garum, aut carnium salsarum iusculum morsui infunde,aut salem & myrrham æquali ponde re in acerrimo aceto quàm tenuissime contere,& ce rato excepta impone. Aliud. Stercoris hyænæ, drach.iiii.æruginis drachm.ix. adipis anserini drach. sex,galbani drachmam unam, ceræ drachm.viii.olei drachmas xii. Æruginem & stercus aceto terito, & liquefacta affundito. Quod si hyænæ stercus non ad sit, porcino utitor. Apollonius autem inquit, de morsos locos acri muria aut piscium garo perfusos ac fotos,adipe crocodili eliquato illinito, & linamen tis inditis obligato: aut carnium salsarum pinguiores

partes tusas indito,aut melanthiũ cum aceti fece tritũ imponito. Hæc enim & ulcus serpens compescunt,& morsus euestigio ab inflammatione uindicant. Post hæc autem lenticulam coctam cum melle tritam cataplasmatis modo adhibeto. Erui uero farina cũ melle subacta,aut iride cum melle morsum expleto. De cætero uero ulcera renutrito,& per communia auxilia ad cicatricem perducito.

De bestiis uirus eiaculantibus, & primum quibus artibus adhibitis uenenata animalia tollantur. Cap. VII.

De uenenatis animalibus scripturi, primũ præsidia quædam indicabimus,quibus ea tollantur & perimãtur. Perimuntur itaq; ex syluarum ac materierum exustione,in quibus uitam degunt. Verum in his quę intra domos reperiũtur,feruentem aquam in eorum lustra ac latebras infundere expedit,& acidam muriã feruentem per instrumentum fusorium,siphona Græci uocant,immittere. Vespis uero oleum infundatur, & assiduus fumus ipsarum tentoriis ac habitaculis obfundatur. Quæ substrata ab omni uenenata bestia præseruent. Iuxta uias quidem igitur & in domibus ab omni uenenato animali,præseruant substrata:abrotonum,conyza,dictamnum,uitex,echion, calaminthe, solanum,hastula regia, saluia, peucedanum,hypericum,polium,sampsucus,gentiana, origanus,ruta syluestris,serpillũ,laurus, pulegiũ, cupressi, aut cedri coma,aut ramenta, cardamomum, lysimachion,melanthium,bitumen:his addatur & gagates lapis. Suffitiones præseruantes,quæ incensæ uapore suo uenenatas bestias abigunt. Viticis folia, bitumen,castorium,melanthium,cornu ceruinum aut caprinum,nasturtium,cardamomum, galbanum, propolis, peucedanum, panax, opopanax,conyza,cupressi,aut cedri ramenta oleo imbuta, gagates lapis, sagapenũ,polium,canchryos radix,filix,baccæ lauri, & similia

& similia graueolentia. Quum enim uenenata animalia omnia angustos habeant meatus,quàm celerrime replentur, & ab huiusmodi odoribus obturantur ac suffocantur. Refertur etiam de stercore crocodili, quod per infundibulum suffitum, feras ipsas uenenosas ex latibulis suis exigat. Archigenes autẽ, ungulæ caprarum & pili,inquit,suffitu fugant bestias uenenosas:procul enim per ipsorum odorem relegantur. Stratonis suffumigium. Galbani, radicis canchryos,cornu cerui, melanthii, cuiusq; unciam i. Omnia tere,& in pastillos cum aceto redigito, atq; ubi uti uelis,oleo madefacito,ac incensa per mediam domum suffito,aut in ipsum ferarum latibulum per infundibulum uaporem immittito. Aliud suffimentum. Scorpios deturbans,& omne reptile ex ædibus exigens:galbani,sandaracha;butyri, adipis caprini,æquales omnium partes in pilulas redigito, & ut dictum est suffito. Probe facit & pyretrum cum sulphure suffitum. Mirifice item Beronices suffimentum facit,quod in hoc ipso Sermone descriptum est, ubi ipsum cyphi etiam reperitur.

Illitiones præseruatiuæ. Cap. VIII.

Illita autem ferarum accessum prohibent, easq; fugant,altheæ semẽ & acetum cum oleo,baccæ lauri & galbanum oleo trita. Panacis semen & flos & succus cum oleo:uehementer efficax est oleum, in quo cedrina ligna uiridia incoquuntur: baccæ iuniperi cũ oleo,conyza, peucedanum, silphium, saluia,hastula regia,abrotonum,galbanum. Horum unumquodq; excellenter facit aceto & oleo dilutum,aut etiã quædam ex his, aut omnia mixta & illita. Aut castoriũ cum medulla ceruina & unguento narcissino illitum uehemẽter efficax est. Apollonius autem inquit. Qui ex syluestris rutæ succo oblinuntur,omnibus uenenatis bestiis manus admouent,& non mordentur. Draunculi item succo manibus illitis qui uiperam tenue-

rit non mordebitur. Semẽ autem dracunculi aqua tritum & latibulis ferarum iniectum, ipsas in terram fugat. Probe facit & solani succus illitus. In uniuersum autẽ omnẽ feram cuiuscũq; earum adeps illitus fugat. Quæ apposita uenenata animalia occidant, & de his quæ in edulia & potiones incidunt. Cap. IX.

Venenatas bestiis occidit galbanum cum spondylio & oleo appositũ. Cancri appositi scorpio, ipsum occidunt. Lychnis syluestris scorpios fugat: quod item facit pastinacæ semen. Cæterum & aquarũ quas in potu accipimus animaduersionem habere oportet. Non pauci enim perierunt ex quibusdam bestiis in edulia & aquas dum coquuntur collapsis, atque id maxime in peregrinationibus euenire solet. Quapropter tũc culinæ procul ab arboribus extruẽdæ sunt, propter feras in eis latibula habentes: quin & salamandræ quandoque & erucæ calefactæ obsoniis incidunt. Præcipue itaq; pinus & picea arbor fugienda: in his enim letales sunt erucæ. In obsonia quidem igitur dum coquuntur, illabi consueuerunt serpens & salamandra, & erucæ, in uinum uero uiperæ.

Communia remedia ad omnes uenenum eiaculantium ferarum plagas. Cap. X.

Per prædicta quidẽ igitur præcauere oportet, ne in malignas bestias incidamus. Si uero cõtingat ab animante quopiã uenenũ iaciente percuti, huiusmodi remediis cõmuniter utemur. Si quidem leuior sit plaga aut morsus, posca calida eũ proluemus, deinde uero locũ ipsum exugemus. Verũ qui exucturus est, prius os oleo colluat, ne inde lædatur, atq; ita ore ad morsum admoto exugat, & expuat uenenum. Cauere etiã oportet, ne exulceratam aliquam internam oris partem habeat exucturus. Post hæc uero cinis aceto subactus pro cataplasmate imponatur. Maxime autẽ ad hanc rem conducit, ex ficulneis lignis exustus, aut laurinis, aut lignis uitis, qui si non adsint, eo qui haberi

potest utendum est, diligentia ad hoc potissimum adhibita, ut inflammatio in loco excitetur, & materiæ ad morsum prouocentur. Quod si minus nobile sit membrum, & uehementior morsus, cucurbitam cum plurima flamma ad morsum adhibe, & uicinos locos circumcirca impactis uulnusculis scarificato: attrahetur enim unà cum sanguinis & flatus attractione ipsius bestiæ uenenum. Deinde à tepidæ largę hausfu uomere iube: & sic deinceps pharmaca exhibe. Vigilans etiam æger adseruandus est, ac desidens per totum curationis tempus, donec euidentem remissionem acceperint molestiæ concomitantes. Venter item adstrictus citra dilationem per infusum eluatur, & ueficæ quoque cura habeatur, quo citra impedimentum lotium excernat. Optime autem auxiliantur, si statim in principio post cucurbitas plagæ imponantur animalia parua discerpta, & adhuc intus calentia, uelut sunt gallinæ, hœdi, agni, porcelli, uenenum enim exugunt, & dolores leniunt. Apta sunt etiam his cataplasmata dilaniantia, uelut sunt allia cum melle, cepæ cum sale, ruta cum melle, silphium tritum inspersum, laser, piscis salsus maxime uetustus, allium ustum, plantago cum sale, melissophilon, uirgulta fici cum melle, suillum recrementum aceto coctum, calaminthe, stercus caprinum cum aceto. Summe autem facit ad omnem bestiæ uenenatæ plagam, præterquàm aspidis, calx uiua cum oleo & melle crassitudine cerati imposita. At uero & inurere morsus ipsos expedit usque ad crustæ productionem. Aut sinapi largum cum rumice acuto imponere, aut salem tritum liquida pice exceptum. Præter opinionem autem facit ex uiperis theriace Andromachi emplastri modo imposita. Emplastra uero ad omnem uenenosi animalis ictum conueniunt, ex dictamno apparatum, omniaq; quæ attrahendi uim habent, qualia sunt & quæ ex sale, & quæ ex chamæleonis

radice constant,& aphroditæ appellata. Egregie autem hoc auxiliatur. Spumæ argenti libram unam, ceruſæ libram i. resinæ pinus libram i. olei ueteris libras tres, ceræ sexuncem, ammoniaci thymiamatis trientem, galbani trientem. Ceruſam, argenti ſpumam, & oleum coquito, donec non inquinent manus: deinde liquefacta adiicito, unito, & utitor repoſito ad omnē morſum, & ad abſceſſus, & tubercula mamillarum, panos, ſinus, fiſtulas, parotidas: ad miraculum enim uſq; diſcutit ipſas. Vtitor & ad carbunculos. Arcet uehementer inflammationem, & raro citra magnam commoditatem & efficaciam adhibetur. Potiones communes. In potu autem citra dilationem in omni uirulenti animalis morſu, theriace Andromachi præbeatur, aut Mithridatica, & conſimiles compoſitiones. Ex ſimplicibus uero, uiticis ſemen cum uino tritum bibendum præbeto, rutæ ſylueſtris ſemen cum uino ſimiliter tritum dato, platani pilulas, polium, polemonii quod & philetærium appellatur drachm. i. leporis coagulum aut cerui, allium, trixaginem, dictamnum, ſaluiam, caſtorium, ex unoquoque drach. i. bryoniæ radicem drachmæ pondere: ſeminis trifolii bitumen olentis drachm. i. Prodeſt & conyza & chamæpitys & ſcordium, cuiuſq; drach. i. ex uino. Auxiliantur autem omnino cancri fluuiales cocti aut aſſati comeſti. Ranæ item elixæ & comeſtæ. Verum ſi qui earum eſum auerſentur, ranas donec uietæ reddantur coquito, & iuſculum ipſum igharis abſorbendum præbeto.

De ueſpis & apibus. Cap. XI.

Quod ſi quis ab apibus & ueſpis illæſus permanere uelit, eum maluæ folia cum oleo illita, & eruca ſiue bruchus cum oleo illitus adſeruabunt. Quandoquidem uero quidā ab his clanculū percuſſi, ob dolorē perturbantur, putantq; ſe à maligno aliquo animante petitos eſſe, neceſſarium exiſtimo prius oſtendere

quæ ſigna ad horum plagas comitentur. Hos itaque qui ab apibus punguntur, dolor ictus conſequitur, & rubor loci, cum tumore partium in ambitu ſitarum: ſtimulus autem omnino in percuſſo loco reperietur. Eadem etiam hos quos ueſpa pupugit concomitantur, ſed intenſiora: uerum ſtimulum ueſpa in percuſſo loco non relinquit. Auxilium autem utriq; ferunt, luto aut ſtercore bubulo eis illito cum poſca, aut maluę foliis impoſitis cum poſca, aut cimolia cum malua & poſca, aut ſeſamo cum poſca. Naturaliter autem opitulatur ueneranda & uiuifica crucis imago in ſigillo ferreo exſculpta, & plagæ appreſſa. Non enim permittit amplius inflammationē generari. In potu præterea ipſis foliorum lauri tenerorum drachm. ii. cum uino auſtero.

Ad ſtellionis morſum. Cap. XII.

Qui à ſtellione morſi ſunt, aſſidue & contente doliant, morſusq; locum liuidum habent. Iuuantur autem ueſtigio ſi cæpe & allia cataplaſmatis modo eis imponatur. Auxiliantur amplius eadem comeſta, uino meraco poſt eorum acceptionem abſorpto. Vtiliter etiam ſeſamum eis imponitur, aut melanthium aqua multa affatim affuſa.

Ad ſalamandræ morſum, & lacertæ chalcidis. Cap. XIII.

Quos ſalamandra percuſſit, eos dolor uehemens & cruſtæ productio conſequitur. Adhibeatur autem eis communis cura iam prædicta. Qui uero à lacerta chalcide appellata percuſſi ſunt, eos tumor pellucidus conſequitur, ueluti nigrore in ambitu plagæ relucente. Conſequitur autem & putrefactio. Curatio uero eadem illis accommodanda eſt, quæ ad muris aranei morſum referetur.

De mure araneo. Cap. XIIII.

Mus araneus colore quidem muſtelæ ſimilis eſt, magnitudine autē muri, unde & mygales apud Græ-

eos obtinuit nomen. Os autem ſublongum habet, & exiguam caudam. Dentes uero tenues, atq; eos dupli ci ordine ſitos in utraque maxilla, quo fit ut quatuor dentium ordines habeat. Qui igitur ab eo morſi ſunt, his uulnera manifeſta ſunt: quadrifido enim ordine uulnera conſpicientur. Et ſanguis quidem primum purus promanat, paulo poſt uero ſanioſus. Animal enim ipſum putrefactione occidit. Conſueuerunt etiã bullæ inſurgere, quas ſi quis dirumpat, carnem ſubia centem feculentam uidebit, & fiſſuris diſparatam. In flatio autem ſequitur demorſos. Cæterum hoc ani mal frequentius ad teſtes inſilire ſolet, eosq; uerbere impetere non hominis ſolum, ſed cuiuſq; etiam bru ti animantis. Auxilium autem ferunt quum ob putre factionem periclitantur, poſt prædicta communia re media adhibita, ad huiuſcemodi rebus. Lauri folio rum tenerorum drachm. i. aut ii. cum uino tritas bi bendas præbeto. Conueniunt etiam ipſis omnia præ dicta cõmunia remedia in potu accepta ex uino dul ci. In pecoribus uero & iumentis illa ipſa cum aqua trita naribus infunde. Eſt enim ipſis præſens remediũ: unde etiã hominibus ſimiliter in potu præbeto. Mor ſum porrò cum cumino integito & allio, putamine extrinſeco non abiecto, eadem etiam cum oleo trita aſſidue & diligenter locis circumſitis illinito. Si uero ruptæ fuerint bullæ, & ulcera oborta, acida muria prolue, & ordeum uſtum tritum impone: uerum non rumpentur, niſi prægnãs fuerit mus araneus, qui mor ſum inflixit. Quod ſi exulcerentur, mali punici dulcis corium coctum tritum impone ulceraq; ex eodem decocto, aut magis myrti decocto, perfuſa foue. Stra to uero inquit: in muris aranei morſu locum ſcarifica to, ac ipſum muré araneũ uſtũ cũ aceto cataplaſmatis uice imponito, aut ſinapi tritũ itidé ex aceto. In potu uero panaca exhibeto, erucã, capparis corticé, gẽtia næ radicem, & uerbenacam rectam tum cum uino bi

bendam præbe, tum pro cataplaſmate impone: ma luæ item folia impone, & antidotos magnas biben das exhibe.

Ad ſcolopendræ plagam. Cap. XV.

His qui à ſcolopendra icti ſunt, eadẽ remedia con ueniunt quæ ad muris aranei morſum ſunt prædicta, & ſales cum liquida pice impoſiti: & cedria cum mel le: & allium cum foliis fici, & cumino, eruoq; ac uino. In potu uero etiam ea commodant, quæ à mure ara neo morſis. Amplius autem & abſinthium & menta cum uino.

Ad araneæ ictum. Cap. XVI.

Eſt & araneæ genus, quod ictu continentes dolo res inducit: rubor uero circa præcordia, & urinæ emit tendæ difficultas ægros concomitatur: aliquando ue ro & ſuffocationes. Ab eo percuſſis rutam ſylueſtrẽ, & uiticis albæ ſemen aut folia bibenda præbe. Allii etiam large edendum, ac uinum inſuper meracũ ab ſorbendum exhibeto.

De tetragnathis. Cap. XVII.

Tetragnathus, ſpecies eſt phalangii ſubalbida, pe des ſcabros habens, & iuxta caput eminentias duas, unam rectam, alteram latam, ut exiſtimes eum ora quidem habere duo, maxillas autem quatuor, & li neam per os æqualem. His qui ab eo percuſſi ſunt, communiter quidem eadem accedunt quæ à ſcorpio percuſſis. Proprie autem in ipſis plaga contente do let, & percuſſus locus ſubalbicans eſt: tumor uero fa ciem & caput occupat, & percuſſæ partes uſq; ad ar ticulos gracileſcunt: cibum item ac alimentum non ſentiunt membra, & poſt adeptam ſanitatem uigiliæ intenſæ ſuccedunt. Opem autem ferunt ex calamin thæ potu, aut trifolii, rutæ, panacis, polii, & his quæ ad percuſſos à phalangio referentur.

De percuſſis à phalangio. Cap. XVIII.

Phalangiorũ genera quidem plura ſunt: quæ uero

apud eos qui de noxiis bestiis scripserunt referuntur, ut plurimum sex numero existunt: unam quidem ex eis rhagium, alterum lupus, tertium formicariũ, quartum cranocolaptes, quintum sclerocephalon, sextum scolecium appellatum. Ac primum quidem rhagiũ, id est, acineum, figura rotundum est, colore uero nigrum, acini uuæ nigræ similitudine, unde etiam appellationem accepit. Et os quidem iuxta medium uentrem habet, pedes uero ex utraq; parte quàm breuissimos. Alterum uero lupus appellatũ muscas perdit, eisq; pascitur: ac corpus quidem habet latum ac uolubile, partes uero circa collum ipsius incisæ sunt: amplius autem & os eius eminentias tres habet. Tertium autem myrmecium, hoc est, formicarium dictũ, formicę maximæ assimilatur: colore est fuliginosum, corpus uero eius uelut astris quibusdam insignitum est, maxime circa dorsum. Quartum deinde cranocolaptes, sublongum est, & uiride, stimulumq; iuxta collum habet, atq; si in quem irruat, locos circa caput petit. Quintum sclerocephalum dictum, caput habet saxeum & obduratum: lineamẽta uero per omne corpus similia animalibus illis, quæ circumuolitant noctu lucernas. Sextum autem scolecium, siue uermicarium appellatum, sublongum est & submaculosum, maxime circa caput. Atq; hæ quidem species phalangiorum enumerantur, quas sanè obseruare oportet. Quæ uero percussos ab eis concomitantur, communia sunt iuxta magnitudinem & paruitatem discreta. Morsus porrò tenuis est ut uix cõspici possit, tumor autem liuidus, quibusdam etiam rubicundus: frigiditas adest circa genua & lumbos ac scapulas, quandoq; uero totum corpus aggrauatur: amplius & dolor assiduus adest, tremor, pallor, uigiliæ: quibusdam uero pudendi tentigo, & circa caput pruritus, aliquãdo etiam circa suras, oculi humecti & lachrymantes ac cauí, & uenter inæqualiter eleuatur. Intumescit autem uniuersum corpus, facies q.,& maxime circa lineguam partes ut impeditum habeant sermonem quibusdam uero & urinæ emittendæ difficultas adest cũ pudendi tẽtigine & dolore. Si uero minxerint, aquosæ ipsorum sunt urinæ, quædam aranearum textis similia in se habentes: & uomitus quoq; consimilis est: aliquando uero per lotium, & per uentrem talia excernuntur. Cæterum in calidam aquam demissi à dolore leuati sibi uidẽtur, post uero contente dolent pudendum. Senioribus uero pudendum plurimum laxatur, ac minime intenditur. Atq; hæc quidem communiter ad omnium ictus sequuntur. Si uero cranocolaptes aliquem percusserit, caput magis dolet, & uertigines consequuntur, frigus continens, delirium, corporis iactatio, & stomachi punctura. Omnes autem à phalangiis percussi asfiduis balneis iuuantur: plaga etiam ipsa ex trifolii bituminosi decocto cum oleo proluatur, totum uero corpus ex cerato liquidissimo pinguefiat. Iuuantur etiam fomento spongiarum in calido aceto tinctarum, & sæpe ad plagam adhibitarum. Cataplasmata autem eis conueniunt, bulbi, sanguinaria, porrum, furfures aceto cocti, ordeacea farina foliis lauri cum ea in uino aut melle incoctis, ruta, grossi ficus, caprinum stercus cum uino, sampsucus cum aceto, sylueſtris ruta cum aceto, itemq; cyperus. Asclepiades autẽ hoc inquit, utere ualde laudato. Seminis rutę sylueſtris, seminis eruçę, staphidis sylueſtris, cãchryos, seminis uiticis pilularũ aut foliorũ cupressi, æquales omniũ partes aceto terito, & melle exceptas imponito. Idẽ & in potu acceptũ auxiliatur. Aliud laudatũ, quod similiter & potatum & impositum iuuat. Sulphuris uiui drachm.iiii. galbani drachm.iiii. succi cyrenaici drachm.ii. aut si non adsit, laseris drac. iiii. amygdalarum amararum repurgatarum drachm. ii. in uino diluito, & melle excepta imponito. Bibendum etiam, ut dictum est, præbeto. Amplius uero

& cupresſi folia aut pilulas tritas cum uini & olei he-
mina una à phalãgio percusſis dato. Aut aniſum, aut
daucum, aut cuminum, aut melanthium, aut piper,
aut agaricum, ſingula drachmæ pondere præbeto.
Aut ammii drachm.ii.aut iridis drachm.i. aut hype-
rici drachm.i.aut trifolii bituminoſi quantum tribus
digitis apprehendi poteſt. Conueniunt etiam lauri
baccæ,ſcorpiuron, ſerpillum, ſilphium,calamintha,
chamæpitys per ſe & cum ruta ac pipere,ſingula ue-
ro ex uino. Aut mentæ faſciculum poſca meraciore
coquito,& decocti cyathos duos præbeto. Idem &
ſampſuci,& radicis ſpinæ albæ decoctum, ac trixagi-
nis & pulegii præſtat. Lixiuium item & radicis hede-
ræ ſuccus cum aceto. Vtere etiam ad eos remediis à
ſcorpio percuſſorum,& ex uiperis theriaca, & conſi-
milibus. Aſclepiadæ,ad percuſſos à phalangio:
hac Chariton utebatur, & per hominum conuentus
oberrans à phalangiis percusſis auxilia promittebat.

Seminis ſpondylii ſicci, calaminthæ, æquale pon-
dus ſimul terito, & ex uini cyathis ii.præbeto atq; id
ſæpe per diem facito. Aliud eiuſdem. Succi
cyrenaici,ſeminis dauci,mentæ ſiccæ,ſpicæ nardi,ſin-
gulorum æquale pondus coagmentato cum aceto,
& drachm.i.cum poſcæ meracioris cyathis quatuor
præbeto,& à potu ægrum in calidam aquam demit-
tito. Quod ſi ſuccus cyrenaicus non adſit, pro eo la-
ſer purum coniicito. Aliud ualde prçclarum. Can
chryos,ſeminis rutæ,piperis,myrrhæ,ſtaphidis agre-
ſtis, ſingulorum drachm.i.radicis cyperi drachmam
i.coagmentato,& drach i.cum uini odorati cyathis
iiii.ac mellis cyatho i. exhibeto. Auxiliatur item eis
alii eſus,balneum,& uinum.

De his quos ſcorpio percuſſit. Cap.XIX.

A ſcorpio percuſſos uehementiſsimus plagæ do-
lor conſequitur,frigiditasq;, ac tenſio,& ſtupor, circa
caq; plagam & totum corpus frigidus ſudor, & his

qui iuxta infernas partes percuſſi ſunt,inguina excitã-
tur,ac intumeſcunt,qui uero circa ſupernas,locus ſub
alis,& hæc quidem leuiter percusſis adſunt. Vali-
dius autem ictis, ardor circa plagam adeſt, quem
ad modum in ambuſtis, & uerrucarum inſtar formi-
carum eruptio,circa labra & totum corpus,ut grandi
ne ſe impeti putent:facies diſtorquetur: ſordes circa
oculos adſunt glutinoſæ,& lachrymæ uiſcoſæ:duri-
ties articulorum,anusq; procidit cum egerendi cupi
ditate,ſpuma circa os eſt, & uomitus largus, ſingul-
tus,conuulſiones opiſthotonicis ſimiles. His igitur
ſerpillum,altheæ radicem,& elaphoboſcum biben-
dum præbeto. Præter opinionem autem facit ela-
phoboſcus tum uiridis comeſta, tum ſicca potata.
Paſtinacæ item ſylueſtris ſemen & nuces ponticæ:hę
enim in zona geſtatæ non permittunt aliquem à ſcor
pio lædi. Aliud. Cochleam hortulanam maxi-
me accipito,eamq; unà cum teſta tritam plagæ impo
nito,& confeſtim ſedabis dolorem. Idem etiam uer-
mes terreni facere dicuntur. Aliud. Cancrum
fluuialem cum uino & laſere terito, ac bibendum
dato. Aliud. Verbenacam rectam aut uiri
dem pro cataplaſmate impone,aut ſiccam tritam bi-
bendam præbe. Aliud. Cumini,melanthii,
ſeminis uiticis,ſingulorum par pondus tere, ac drac.
i.inde ex uino exhibe. Poteris etiam omnibus com-
munibus auxiliis prædictis uti. Aliud,hoc & ad pha
langii & ſcorpii ictum facit. Styracis drachm.vi.ſul
phuris uiui drachmas ſex,pyretri drachmas iiii.ſemi-
nis rutæ ſylueſtris drachmas iii. caſtorii drachmas
duas, ſeminis erucæ drachmas duas, cum ſanguine
marinæ maxime teſtudinis ſubige,aut ſi non adſit, ter
reſtris,& nucis ponticæ magnitudine præbe cum po
ſca aut ex aceto. Alia antidotus, excellenter ad
ſcorpii ictum conducens: qua etiam ad meipſum
ægre affectum uſus ſum,& ſeruatus. Habet autem hoc

modo. Castorii, succi cyrenaici, piperis, cuiusque drachm.iiii.costi, spicæ nardi, croci, succi centaureæ, cuiusq; drachm.ii.mellis despumati quantum sufficit. Datur nucis ponticæ magnitudine. Datur autē à scorpio ictis cum uino diluto, ab aspide morsis cum aceto diluto. Detrahendi uim habet, adeo ut digestos etiam in membra ueneni succos eruat: & ob id etiam ad uuluæ strangulationem utiliter cum hydromelite exhibetur. Aliud. Aristolochiæ longę, melanthii, radicis panacis, seminis rutæ syluestris, æquales omnium partes committe. Dantur inde drachm.ii.cum uini meraci hemina una. Optime autem ad eos facit, similiterq; ad phalangii morsum antidotus ex quatuor rebus ad podagricos descripta, ex aristolochia uidelicet, gentiana, myrrha, & baccis lauri. Dato etiā si abundes ex theriaca. Ad plagam autem scorpionem ipsum qui percussit, si inueniri queat, imponito. Aut stellionem dissectum plagæ adhibeto. Calamintheetiam quæ iuxta aquas nascitur impositā, confestim dolores remittit & tollit. Allium quoq; aut per se aut cum sale tritum imponatur, aut syluestris ruta, aut scorpiurus herba. Ego uero, syluestris rutæ drac. unam in aceto tero, & ceræ unciam unam, resinæ pinus quadrantem liquefacio, & parum olei affundo, unio, ac impono. Et est mirabile pharmacum. Quin & ouillum stercus uino coctum & impositum, confestim dolore liberat. Vtere item præscriptis communibus emplastris, & eo quod ex dictamno apparatur, & quæ ex salibus quæq; ex chamæleone constant.

De morsis ab aspide. Cap. XX.

Aspidum apud ferarum scriptores tres species reperiuntur. Quædam enim ex eis terrestres appellantur. Quædam uero Chelidoniæ & circa fluuiorum ripas, præsertim Nili, latibula habent. Aliæ uero Ptyades nominantur. Terrestres quidem igitur maiores sunt, & quandoque usq; ad quinque cubitorum longitudinem reperiuntur. Maxime uero Ptyades bicubitales sunt. Chelidoniæ autem, cubito maiores reperiuntur, & colorem hirundini similem habent. Ptyades uero cinereo sunt colore uiridiq; & ad auri colorem declinante. Terrestres uero ut plurimum & ipsæ cinerei sunt coloris, quanquam & subuirides reperiātur. Cæterum accessiones & signa communia sunt in his quos aspides momorderūt. Vulnera enim in demorso loco ueluti ab acu puncta inueniuntur. Bina quidē ex masculi morsu, ex fœmellæ uero quatuor, citra magnum dolorem à quibus nihil effluit, nisi uiolentum animal sit quod morsum inflixit. Consequitur autem stupor, pallor frontis, refrigeratio, assidui hiatus, palpebrarum nictationes, colli inclinatio, capitis grauitas, segnities, & collapsio in somnum profundum. Ad finem uero & conuulsio. Mors autem in tribus ad summum horis ex terrestris morsu sequitur. In chelidoniæ uero ictu præsentissima adest. Porrò his qui à ptyade conspuuntur, caligo oculorum succedit, & cordis dolor, faciei tumor, ac auditus corruptio. Tardius autem mors consequitur. Auxilium autem ab aspide morsi ferunt, & præsertim quos ptyas momordit, ex acerrimi aceti potu: dandum autem est quousq; aceti qualitatem circa dextram præcordiorum partē perceptent: hepar enim in morsis ab aspide primum aiunt sensu priuari. Cæterum ad prænotionem an uicturus sit percussus, centauream cum uino tritam bibendam præbeto: siquidem enim euomet pharmacum, morietur, si non, uiuet. Quo uero malignitas ueneni distributi & in corpus digesti probe euomatur, allia trita cum zytho exhibeto, donec nauseabundus reddatur. Aut opopanaca cum uino diluto dato, & confestim uomitionē operabitur. Numius autē inquit: Origanum uiridem aut aridam pro ægri uiribus cum uino dato. Post uomitum antidotis theriacis utendum & communibus remediis præ-

dictis. Vtiliter autem ad plagam imponuntur, post cucurbitarum adhibitionem & scarificationem, centaurea cum myrrha & modico opio. Rumex autem si cataplasmatis modo imponatur, nihil lædetur. Præter opinionem uero auxiliatur theriace tum plagæ imposita, tum potata. Prosunt autem & assiduæ excitationes cum eunuchionibus & plagis, & uniuersi corporis motus, & aqua marina calida pro fomento aspersa.

De uiperæ maris & fœminæ morsu. Cap. XXI.

Vipera fœmina colore quidem est subflauo, multis instar rotarum notis exornata, magnitudine cubitali, longissima uero palmos tres æquat. Caudam autem habet aceruatim in tenuitatem desinentem, non paulatim imminutam, estq; omnino carne nuda cauda & aspera. Oculi uero subrubri, & caput latius, & angustius collum. Ventrem autem sinuosiorem habet, & in gressu ad summum caudæ nititur, sensim uero inambulat, & quatuor habet caninos dentes. Vipera uero mas eiusdem est coloris: uerum caput angustius, & collum crassius habet, & uniuersum corpus tenuius, & quodam modo prolixius: gressum autem superne circa uentrem firmat, & alacrius mouetur: dentes autem caninos solum duos habet, paulatim uero cauda ei imminuta est, quem ad modum & reliquo serpentium generi, non aceruatim uelut in uipera fœmina dixi, & per hoc sanè à fœmina differt. Reperiuntur igitur in eis quos uipera mas momordit uulnera in plaga bina: in his uero qui à fœmina demorsi sunt uulnera quatuor. Primum autem ex eis excernitur sanguis, deinde sanies sanguinolenta & oleosa: adest tumor biliosus, feruidus, bullosus, subruber, deinde liuidus & denigratus & proserpens. Os adest exsiccatum, ardor, exolutio, & frigidi horroris insul-

tus, aliquando & bilis uomitus, tormina, capitis grauitas, uertigo, pallor, singultus, febris, spiritus & anhelitus celer, color plumbeus, sudor frigidus. Mors in horis septem, aut ut longissime abs tertia die, in his qui non seruantur, & maxime his qui à uipera fœmina sunt icti. Conuenit igitur priusquam cruenta prodeant lotia, aliis plurimum edere, & uinum meracum multum bibere, ac uomere. Efficacissimum enim in eis remedium est allii esus, ac meracior uini potio, inquit Archigenes: adeo ut si quis multum eius sustineat usum, itemq; meri potum, nullo alio auxilio habeat opus. Dato autem citra dilationem theriacen ex uiperis bibendam, eandemq; plagæ superponito. Quin & ipsam uiperam excoriatam & coctam, capite ac cauda & interaneis uisceribus omnibus reiectis, ueluti anguillam edendam præbeto. Caput autē amputatum diligenter per uolsellam teneto, & morsui imponito ea parte adhuc calente quæ cōtigit collum: id enim extrahet uenenum. Aut quempiam qui ore plagam exugat adhibeto, qui, ut supra dictum est in cōmunibus remediis, os prius habeat ex oleo collutum. Aut gallinam dissecato, & internè adhuc calentem morsui imponito, atq; hoc remedium frequēter ac assidue repetito. Scarificare autem per ambitum oportet demorsum locum & cucurbitas admouere. Postea uero fraxini folia tundito & exuccato, & succum quidem in potu exhibeto, quod uero ab expresso succo reliquum est ad morsum imponito. Est autem fraxinus arbor ex qua fraxinea appellata ligna cæduntur: est enim ualde efficax ad uiperarū morsus hæc arbor. Melissophylli item folia & succus cū uino potatus & uulneri impositus euidens auxilium confert, etiam si iam moriatur æger. Aiunt autem si quis melanthii drachmas iiii. edat, non moriturum. Similiter etiam melaphroditos herba efficax est, & cancri fluuiales cum lacte triti & potati & plagæ adhibiti.

Magnifice etiam prosunt ranæ coctæ comestæ, & iu-
sculum earum bibitum. Præstat & nasturtium pluri-
mum edere, ac tritum quoq; cum uino bibendum ex
hibere. Facit autem mirabiliter testudinis sanguis ex-
siccatus cum syluestri cumino potatus. Vtendum etiã
omnibus communibus remediis supra relatis: super-
uacaneum autem fuerit eadem sæpe scribendo repe-
tere. Maxime uero utendum est Anchusæ radice, &
heliotropio cum uino. Dandus & hæmatites lapis.
Auxiliãtur & raphani large in cibo accepti, deindeq;
uomitu reiecti. Statim uero à uomitu theriace Andro
machi exhibeatur. Post scarificationẽ & gallinarum
impositionem plaga ex trifolii bituminosi decocto
calido per multum tempus proluatur ac foueatur.
Nam si pauco id tempore facias, peius afficiũtur. De-
inde porrum & panem cum sale imponito, aut alliũ
cum aceto, aut cinerem ipsius exustum, aut fraxini ci-
nerem, aut alium quemuis cum aceto, aut hastulæ re-
giæ folia, aut sycomori folia cum pane, aut lauri foliis
teneris coctis & cũ oleo tritis locos intege prius quã
claudantur, aut caprinum stercus imponito cũ uino.

Asclepiadæ epithema, ad uiperæ morsum. Sa-
gapeni, piperis, laseris maxime cyrenaici, opopana-
cis, cuiusq; unciam unam, galbani sextantem, sulphu-
ris uiui sextantem. Succos aceto dissoluito, & arida
trita inspergito, & ad emplastri formam redacta pla-
gæ imponito. Forinsecus autem foliis fici aut urticæ
contegito. Aliud. Centaureæ, aristolochiæ, radi
cis peucedani, æquales partes contundito, cribrato,
& aceto subigito, adiectoq; galbano in emplastri for
mam reducito. Aliud. Canchryos, staphidis syl-
uestris, aristolochiæ, radicis bryoniæ, singulorum par
tem unam, opopanacis partes duas: aceto subige, &
utere ut dictum est. Vtendum & prædictis commu-
nibus cataplasmatis & epithematis, maxime uero An
dromachi theriaca. Aliud ualde bonum. Can-
crorum

crorum fluuialium carnes terito, & adiecta iride &
calaminthe rursus sufficiẽter terito, idemq; rursus mo
dico sale addito facito, & pastillos informato, quibus
in umbra exiccatis utitor, in potu quidem ex aqua
mulsa, aut uino: in cataplasmata uero cum lacte dis-
soluito.

De dipsade. Cap. XXII.

Dipsas à quibusdam causus appellatur, estq; uipe-
ræ species quæ in maritimis magis locis reperitur,
magnitudine cubitali, ex crassa in tenuem desinens.
Notas autem habet per omne corpus fuluas & ni-
gras: caput uero angustius. Sequitur autẽ ab ea mor-
sos, præter ea quæ de uipera dicta sunt, & sitis intole-
rabilis plane, adeo ut etiam si multus eis potus exhi-
beatur, sitis non sedetur. Et tamen neque per urinas,
neq; per uomitum, neq; per sudores quicquam excer
nitur. Duobus igitur pereunt modis, aut ob multã
sitim exusti, si potum non sumant: aut ob multam ex-
pletionem distentus rumpitur uenter, uel inferne cir-
ca inguina uel circa imum uẽtrem, quem ad modum
in hydropicis fieri consueuit. Cæterum & his ueluti
à uipera morsis auxiliamur: proprie autem in his po-
tiones magis urinam cientes exhibeantur. Aluus itẽ
per infusum eluatur, & oleo cum decoctionibus ex-
hibito ad uomitum cogantur. Ad plagæ uero locum
post exuctionem, & scarificationem, & cucurbitularũ
affixionem, & dissectas gallinas, calcem uiuam cum
oleo imponito, & emplastra adtractoria, & theriacen.

De hæmorrho & hæmorrhoide. Cap. XXIII.

Animalia hæc colore quidem sunt arenoso, magni
tudine autem tres palmos æquant, & in tenuem ac
angusta figura caudam paulatim desinunt. Sunt autẽ
igneo oculorũ fulgore, rectaq; & tarde proreptant.
Per corpus uero multis notis albis & nigris uariega-
ta sunt, & asperioribus squamis obsita, quapropter dũ
serpũt sonus auditur. Et fœmina quidẽ uẽtri incum-

bens per terram reptat, & gressum inferne circa cau-
dam firmat: mas uero circa uentrem in gressu nititur,
& collum in serpendo extendit. Consequitur horum
morsum color icti loci cruentus, mali coloris & nigri
cans: ex quo nihil in principio effluit, præterquã pau-
cum quippiam aquosum. Stomachi adest dolor, &
spirãdi difficultas. Deinde sanguis ex naribus profluit,
& ex foraminibus ipsius morsus. Et quicquid est in
toto corpore cicatricum, id rumpitur & sanguinem
profundit: atq; hæc quidem in maris hæmorrhi mor-
su contingunt. A fœminæ uero hæmorrhoidis mor-
su ad hæc & anguli oculorum sanguine manant, &
gingiuæ dentium, & unguium radices: & ut simplici-
ter dicam, per omne corpus sanguinem efferri con-
tingit. Dentes præterea excidunt, & gingiuæ putre-
fiunt. Horum porrò curam facere oportet, primum
quidem sanguinis eruptioni obluctando ac resisten-
do per ea quæ apte sanguinem sistere possunt, deinde
cataplasmata plagæ imponendo ex foliis uitis coctis
tritis cum melle, & portulacæ foliis cum poléta. An-
tea uero quàm cruenta prodeat urina, allium multum
edant, & uinum multum dilutum bibant, & ad uomi-
tum cogantur: deinde confestim theriace exhibeatur,
& postea pisces multos, alliis tritis cum oleo tinctos,
edant. Sumant item in cibo panem & uuam passam
dulcem, & deinde uino diluto large hausto uomant.
Plaga uero aqua frigida proluatur. Vesica autẽ spon-
giis calidis foueatur.

Præparatio sanguinis testudinis marinæ, & usus. Cap. XXIIII.

Testudinem super ligneum aut fictile uas supinam
reclinato, eiusq; caput statim amputato, & leuata ipsa
sanguinem suppositio uase excipito, & congelatum
deinde per harundinem in multas partes secato, atq;
operculi uice cribrum uasi superponito, & ad solem
locato, siccatum uero reponito, ac utitor ad uiperæ

morsum drachmis duabus exhibitis, ex poscę cyatho
uno: sequenti deinde die sicci sanguinis drachm. iiii.
cum aceti cyathis duobus dato: & tertia deinceps,
sanguinis drachm. viii. aceti cyathis tribus.

De ammodite, aut cenchria. Cap. XXV.

Ammodites magnitudine quidẽ cubitalis est: ma-
ior enim non pingitur: neque scribitur, colore uero
arenosus, per corpus autem maculis nigris insignitur.
Caudam autem habet præduram superne discissam.
A quibusdam uero cenchrias, hoc est, miliaris, ob cau
dæ instar milii duritiem appellatus est. Latiores au-
tem maxillas quàm uipera habet, quumq; in mul-
tis alias ei similis sit, colore magis discerni potest: ui-
pera enim subflaua est. Cæterum ab Ammodite per-
cussos festina ut plurimum mors sequitur. Qui uero
breui non pereunt, his sanguis ex uulnere promanat,
& uulnus intumescit, paulo post autem sanies effer-
tur, sequiturq; capitis grauitas, & animi deliquiũ. Qui
uero optime dispositi sunt, in triduo intereunt, quan-
quam aliqui usque septimum diem durarint. Celerius
uero mors adest his qui à fœmina sauciantur. Auxiliũ
porrò & hi ferunt, primum quidem à communibus
remediis, utpote à cucurbitularum appositione cum
scarificatione per ambitum uulneris locorum, & supe
riorum partium constrictione, & ad ipsam plagam
scalpelli admotione. Proprie autẽ eis auxiliatur men-
ta cum aqua mulsa potata, castorium, casia, & artemi
siæ succus cum aqua. Danda etiam in potu theriace,
eadem quoq; plagæ imponenda. Vtendum & em-
plastris attractoriis: postea uero cataplasmata, quæ
ad nomas siue ulcera serpentia conducunt, impo-
nenda.

De sepe. Cap. XXVI.

Serpens qui seps appellatur, longitudine quidem
duorum cubitorum reperitur, ex crasso autem in te-
nuem abit, recta uero ac tarde proserpit: caput habet

latum,os acutum: uniuersum autem corpus multis albis notis respersum. Cæterum his qui ab eo percusi sunt,ex uulneribus manifestus sanguis excernitur,paulo post uero sanies graueolens, tumor & dolor languidus est:at affectæ partes putrefactæ dealbãtur,ac totũ corpus uitiligini (quæ alphos appellatur) simili colore inficitur: defluunt capilli toto corpore, atq; intra tres aut quatuor dies pereunt. Porrò opem & hi sentiunt ex eisdem rebus quæ in uiperæ & cerastæ & ammoditæ morsu relatæ sunt. Exhibenda est præterea portulaca multa in cibo, & uinum bibendũ myrtites meracius. Conueniet item spongiam calido aceto imbutam morsui imponere, & ex butyro cum melle locum illinire,aut miliũ cum melle, aut paleas unà cum terra eis adhærente exustas illinito.

De cenchrite siue acontia. Cap.XXVII.

Cenchrites serpens est magnitudine duorum cubitorum,figura autem crassa in tenuem abeunte, colore uiridi maxime iuxta aluum,ut milium colore refert: unde & cenchrias, hoc est, miliaris appellatur. Aiunt etiam hunc seipso fortiorem fieri, quum miliũ fioret. Cæterum ubi se ad lædendum parat, extendit seipsum, ac ueluti iaculum uibratum corporibus involat, atque hoc modo uerberat. Ab huius morsu omnia quæ de uipera dicta sunt sequuntur, atque etiam grauiora,adeo ut etiam putrefactiones & carnium defluxus consequantur, ac grauior item mors succedat. Cæterum remedia similiter eadem quæ ad uiperæ morsum his conducunt.

De ceraste. Cap.XXVIII.

Ceraستes magnitudine cubitalis est, longissimus cubitorum est duorum,corpore uero arenosus est,& iuxta caudam desquamatus: eminentias habet in capite duas, cornuum similitudine. Partes uero circa uentrem ex ordine squamis obsitæ sunt, quapropter in serpendo sonum sibilo similem edit, per obliquũ

autem non recta proreptat. Cæterum percussis ab eo eleuatio ac tumor plagæ capitis claui similitudine insurgit,& sanies profluit uini colore aut nigricans, & maxime per ambitum,uelut in cruentatis ac sugillatis aliàs fieri consueuit. Reliqua itẽ quæ in uiperæ morsu dicta sunt,etiam his succedunt, cum intensione uehementiori. Vt plurimum uero usque ad nonum diẽ supersunt. Remedia autem eadem quæ morsis à uipera conferunt.

De dryino. Cap.XXIX.

Serpentes dryini appellati abundant magis iuxta Hellespontum,latibula autem habent in quercuum radicibus. Est autem dryinus fœtidus,unde & si quis eum non uideat,fœtore loci cognoscatur. Est autem cubitorum duorum longitudine,& obesus, ac asperrimis squamis circa uniuersum corpus munitus. In his ipsis squamis muscæ pennis æreis latibula sua habere dicuntur,quæ tandem ipsos serpentes occidunt. Adeo autem malignæ ac nocentis naturæ est, ut si quis eum calcet modo,illius pedes excoriet,& tumorem ingentẽ circa crura inducat. Et quod magis mirum uideri potest, aiunt etiam Medici curantis ægrũ manus excoriari. Si quis autem, inquiunt, animal ipsum occidat,omnia quæ odorat ab eius fœtore corrupta putat. Porrò qui ab eo percutiuntur, his tumor insurgit nigricans,dolor uehemens, nome, delirium, corporis siccitas,singultus,uomitus bilioſus aut omnino uomitus simplex,urinæ suppressio, tremor, interceptio uocis,stupor, scissura & mortificatio percussorum locorum. Plurimi etiam intereunt. Porrò & hi ipsi quoque ex his quæ in uiperæ morsu dicta sunt, opem sentiunt, itemq; ex communibus remediis iuxta consequentium accessionum proportionẽ adhibitis.

De amphisbæna & scytala. Cap.XXX.

Animalia hæc inter se similia sunt: non enim ex

crassis in caudam tenuem abeunt, sed æqualis crassitudinis per totum existunt, ut neq; cognoscant uidentes ea, iuxta utram partem caput aut cauda sint sita. Differt autem amphisbæna à scytala, in eo quod ex utraque parte progrediatur: unde & amphisbæna Græcis est appellata. Galenus autem amphisbænam animal biceps esse dicit. De hac bestia ferunt, quod si fœmina uterum ferens ipsam transgrediatur, conceptum male pariat ac abortiat. Cæterum ab utroque animante demorsis, contingit morsum obscurũ esse, ac uix apparere, ueluti sunt muscarum punctura: quapropter etiamsi mordeant, non enecant tamen, uerum inflammationes inducunt, ueluti contingunt etiam ab apum acuesparum stimulis. Quare transferantur ad hos quoque quæ de illis sunt relata, uerum facultate intensiore. Aiunt autem scytalam chalcidicam eiusmodi accesiones sequi, quales à uipera morsos. Vnde & iisdem remediis ad eius morsum utendum, & ut compendio dicam, ad omnem uenenatæ feræ morsum: cuius speciei hic non reperis nomenclaturam, auxilia eadem quæ ad uiperæ morsum conducunt.

De parea & spathiuro. Cap. XXXI.

Pareas serpens in Syriæ locis reperitur, colore autem alii quidem æs referunt, alii uero nigricant. Morsum autem etiam si infixerint nõ enecant: uerũ quem ad modum amphisbæna & scytala, ita & hic plagã suã tãtum inflammationem inducit. Quare ex iisdem etiam curentur, & ex his quæ de chersydro referãtur. Cæterum spathiurus in locis iuxta chalcidem magis inuenitur. Est autem animal ex crasso in caudam abiés tenuem: latum habens caput, ac mures comedens. Neq; uero hic morsu enecat, sed inflãmationes tantum inducit. Quapropter ab eis percussi itidem consimilibus remediis curentur.

De peliade & elape. Cap. XXXII.

Signa quidem horum animalium apud ueteres nõ

sunt descripta, utpote quæ omnibus sunt manifesta, Contingit à peliade morsis dolor circa locum, & putrefactio, non periculosa tamẽ, & uexatio ac obfuscatio oculorum, ex ueneni nimirum ad ipsos distributione. Curantur autem succo ptisanæ cum oleo in potu exhibito, & oxylapathi decocto, & simplicioribus remediis ad ictericos descriptis. Oculi uero lotio pueri uenerem nondum experti proluantur tum per se, tum muria ammixta. Caput item similiter ex eisdem perfundatur. Post purgationẽ deinde corporis opobalsamum cum melle illine, aut collyrium aliquod uisum acuens quod meatus rarefacere potest. Simul enim cum lachrymarum profusione & uenenũ excernetur. Si uero dolor consequatur oculorũ, eum lenibus collyriis mitigare oportet, quæ tamen non stupefactẽt. Elapis porrò morsum tormen uoluulosum cõsequitur. Aliàs cõmunibus auxiliis curantur. Maxime uero his quæ tormina leniunt, & urinam cient.

De basiliſco. Cap. XXXIII.

Hocce animal magnitudine est palmorũ triũ, subflauum & capite acuto. In capite aũt eminentias tres habet. Vim uero super alia oia reptilia maximã acquisiuit, ut nulla ex eis queant uel sibilũ saltem ipsius sustinere. Quin & si quod ex reliquis animalibus uenenum iaculantibus ad cibum aut potum capiendum properet, & basiliſci iuxta locum præsentiam persentiscat, retro cedit, necessarii etiam ad uitam nutrimenti negligens. Cæterum percussos ab eo totius corporis ardor comitatur, itemq; liuor: defluunt capilli è corpore confestim, & in instanti omnino tempore mors sequitur. Neque uero corpus ipsius mortui ullum aliquod animal carniuorũ attingit: si uero fame coactum ipsum contingat, tum & ipsi ilico eodem loci mors instat. Aiunt autem quod conspectus modo, & sibilans auditus, eos qui ipsum audierunt, tollat, similiterq; ab ipso conspectos. Quare uanum & super-

fluum duximus auxilia contra eum referre.

De draconibus. Cap.XXXIIII.

Animal quidem hoc uenenum non iacit, atractione autem & ui sua enecat. Abundant quidem igitur dracones in Æthiopia & Lycia: colore autem differunt: alii enim nigri sunt, alii rufi, alii cinerei coloris: & rursus alii quidem cubitorum v. sunt, alii uero x. sunt & qui ad xxx. cubitos se extendant: quidam etiã maiores narrantur. Squamis autem obsiti sunt per totum corpus asperrimis: magnos oculos habent, & supra oculos præeminentias quasdam similitudine pelliũ flexibilium superciliorum. In mento autem excrescẽtiam quandam habent, quam barbam appellant: maxime hiante sunt oris rictu, lingua exerta, & dentibus magnis similitudine syluestrium suum, cum quibus etiam fracturas & collisiones corporũ inferunt. Quare curationes ueluti ad mordentia animalia fiunt, nõ ut in his quæ uenenum iaciunt.

De chersydro. Cap.XXXV.

Serpens hic chersydri appellationem inde habet, quod in principio quidem in aquosis degit locis, & hydrus appellatur ab ipsis aquis, hoc est, Natrix: postea uero siccos incolit locos, & ex compositione locorum, chersydri, id est, natricis terrestris nomen inuenit. In terra itaq; degens, chersydrus appellatur, & tũ sanè seipso sæuior redditur. Equidem in humectis locis ex humido uictu exsatiatus, non purum uenenum habet: quum uero terrestris fit, maxime merum & nocentius id acquirit. Cæterum similitudine est aspidis terrestris paruæ, præterquàm quod ceruicem non ita latam habet. Hoc enim insigne solum aspides prę his habent. Qui igitur ab his morsi sunt eis communiter eadem accedunt quæ in aliorum serpentium morsu: ueluti est tumor, continuus dolor arsiuus, liuidus locus & feculentus, uertigo oculorum, exolutio, uomitus bilioſi fœtidi. Proprie autem motus totius corporis inordinatus, ut & per uentrem quædam inordinate ferantur. Mors autem intra tres dies, Porrò ex communibus remediis etiam hi opem ferunt, & ex theriacis antidotis. Priuatim uero cupressi pilularum drac. i. & myrti baccarum itidem i. drachm. terito, & cum melle rosaceo aut uino mulso in potu exhibeto. Iuxta affectum autem locum calcem uiuam & similia cũ oleo imponito.

De rana rubeta. Cap.XXXVI.

Rubeta, ranæ species est, quæ palustris uitæ conditionem in terrestrem mutauit, unde & rubeta appellatur: hac autem mutatione, similiter ut chersydrus, ægre curabilem afflictionem eis qui in eam inciderunt, inducit: est enim animal magnitudine nihilo minus testudine parua: exasperat autem & uibrat terga dum spiritu expletur, atq; ob idipsum audentius euadit. Ad lædendum itaq; & manifeste insurgit, & saltibus interpositum spatium contrahit: raro quidem morsum infligens, uerum anhelitum consueuit uehementer uirulentum inducere, adeo ut etiam si anhelitu contingat tantum, eos qui prope sunt lædat. Plura autẽ de hoc animante historiis relata relinquimus, his tantũ quæ cognitu utiliora iudicauimus, appositis. Cæterũ qui ab eis læsi sunt, his omne corpus intumescit, & diffunditur, ac cito omnino pereunt. Porrò quæ opem auxiliarem his ferre possunt, ex uniuersalibus & communibus antidotis ac epithematis huc transferantur, itẽq; & reliqs quæ ad curationẽ pertinere uidebũtur.

De turture seu pastinaca marina. Cap.XXXVII.

Qui à marina pastinaca percussi sunt, his uulneris locus manifeste apparet: sequitur autem dolor pertinax, & totius corporis stupor: acutum enim & firmũ habet aculeum, quo uehementissima ui in altum impulso nerui sauciãtur. Quapropter in aliquibus mors derepente totum conuellens corpus comitatur. Narrant quidam, si quis caudã pastinacæ quæ ictum

intulit,auferat,& in arborem, maxime quercum, ſuſpendat ac figat,ipſam quidē arborem areſcere, ægrū autem ſanari,atq; id iuxta contrariæ affectionis & remedii rationem contingere. Cæterum auxilium ferūt percuſſi ab ea,ubi ſtupor & refrigeratio totius corporis conſequatur,ex calidis illitionibus & conſimilibus cataplaſmatis. Proprie autem furfures aceto cocti & pro cataplaſmate impoſiti eis auxiliantur, & ipſum adeo acetum affuſum pro fotu ualde prodeſt. Magis autem conueniunt eis attractoria,& quæ tenuium partium ſunt,ac calida: quo nimirum per attractoriam facultatem uenenum ex profundo attrahatur,& per calorem frigiditas mitigetur: & quæ tenuium ſunt partium in altum proreptent. Ad hanc igitur rem in promptu habebis apta. Sulphur uiuum urina ueteri rigatum, marrubium, lauri folia, echium, radicem panacis,ſaluiam & ſimilia: at uero ſi his careas,fermentum acidum cum liquida pice emollitum imponito: mirabiliter enim auxiliatur. Cum his concordat emplaſtrum Piſcatoris,& ex bryonia paſtillus tum impoſitus, tum ex uino calido diluto potatus, ueſtigio autem utilitatem ſuam demonſtrat: deſcribetur autem in fine huius Sermonis. Dato item & lauri decoctum,aut ſuccum cyrenaicum erui quantitate cū myrrha magnitudine fabæ, ac modico pipere terito, ac dato cum uino: aut ſilphium,aut laſer ex uino: aut ſucci fici guttas quinque cum tribus ſerpilli granis bibendas præbe.

De murena. Cap.XXXVIII.

Morſis à murena eadem accidunt quæ morſis à uipera: quapropter etiam ſimilia remedia eis adhibenda. Dato autem & fici ſuccum cum ſerpillo,ut prædictum eſt.

De dracone marino. Cap.XXXIX.

Ad marini draconis plagam,locum percuſſum cū plumbo fricato,ipſumq; draconem dilectum plagæ

imponito. Serpillum item tritum aut lenticulam coctā pro cataplaſmate imponito. In potu uero abſinthium cum uino diluto præbeto,aut ſaluiam cum paſſo. Mire etiam his conducit ex bryonia & eruo paſtillus cū uino potatus.

De ſcorpio marino. Cap.XL.

Scorpii marini plagam ſanat mullus diſſectus & impoſitus, ſulphur uiuum cum aceto illitum. Lauri bacæ tres tritæ in potu acceptæ.

De culicibus. Cap.XLI.

Quandoquidem & hi hominum corpora lædunt, etiam de ipſis pauca dicemus. Culices fugantur cedrinorum lignorum ſcobe cum atramento ſutorio ſuffito. Idem faciunt cupreſi pilulæ,aut coma,aut ramenta: & uini fex ſicca,& conyza,& bubulū ſtercus poſtq; contraxerit nigrorem. Aut melanthium uel abſinthiū oleo coctum illine,& culices non appropinquabunt. Aut melanthium cum abſinthio,aut ceruſam cū atramento ſutorio in bubulo ſtercore ſuffito.

De muſcis. Cap.XLII.

Muſcas necat, ueratrum album tritum, lacti, aut aquæ mulſæ inſperſum. Aliud. Semen hyoſcyami,& ueratrum nigrum,& argenti ſpuma ſimul trita, & cum polenta irrigata & ſubacta,butyroq; aut adipe nidoroſa facta,& in maſſas coacta, & muſcis expoſita,ipſas occidunt.

Ad pulices. Cap.XLIII.

Pulices necat rhododaphnes, aut cumini decoctū reſperſum. Idem & aqua marina facit.

Ad cimices. Cap.XLIIII.

Vt ne cimices gignantur, chamæleonis nigri decoctum facit,ſi ex eo lectus proluatur. Deinde ſutorium atramentum cum felle tauri terito,ex eoq; lectum illinito. Aut etiam oleum per ſe,aut cum atramento ſutorio inungito.

De uenenis, Cap.XLV.

Ex animalibus exitiosa & letaliter corrumpentia, sunt cantharis, bupresti, salamandra, eruca pinorum, rana rubeta, lepus marinus, rana palustris muta, hirudines. Ex seminibus autem, hyoscyamum, coriandrum, cicuta, psyllium. Ex succis, papaueris succus, opocarpasum, succus thapsiæ, elaterium, succus mandragoræ. Ex radicibus, thapsia, aconitum, ixias, ueratrum nigrum, agaricum, ephemeron. Ex oleribus autem, taxus, solanum furiosum, herba sardonia, papauer cornutum, ruta syluestris. In his etiam fungorum genera connumerãtur. Ex animalibus uero, sanguis tauri, mel, Heraclea Ponti urbe natum, lac coagulatũ.

Ex metallicis, gypsum, cerusa, calx, auripigmentũ, sandaracha, spuma argenti, argentum uiuum. Ex his uero quæ nobis familiaria sunt, uinum multũ aceruatim à balneo potum: similiter & aqua frigida aceruatim à balneo aut cursu ingesta.

Methodus præseruatiua, ne quis à uenenoso pharmaco lædatur. Cap. XLVI.

Quod si quis uenenum habeat suspectum præcauere omnino oportet, prima cura ad hoc adhibita, ut corpus ita apparetur, quo lęsioni ac ueneni impressioni minime obnoxium reddatur: quam ad rem bona concoctio uel imprimis conducit. Cibi autem ea gratia sumendi sunt boni succi & magis carnosi: animaduersione habita, ne quod obsonium consuetum non referat colorem, aut odorem, aut gustum, aut qualitatem: multa enim uenena à prouidis & probe consyderantibus facile cognoscũtur. Qui igitur in potu aut cibo uenenum suspectum habet, is signis certis quale sit id deprehendat. Ex odore nanque & amaritudine potus & cibi, opium cognoscatur. Ex colore autẽ cerusa, gypsum, calx. Ex his uero quæ in cibo & potu innatant, lac coagulatum, & recens mactati tauri sanguis. Ex fœtore autem & qualitate ac odore, rana rubeta, & lepus marinus. Quin & reliqua ex aliis quibus-

dam signis noscũtur, de quibus sigillatim amplius dicetur. Cæterum præseruantia sunt, quæ si quis ieiunus præsumat, & post sumere uenenum contingat, minime ab ipso lædatur: suntq; huiusmodi. Calaminthe quotidie accepta ex natura sua omni letali pharmaco resistit: & si in ueneni suspicione exhibeatur, destruit iá acceptam exitiosam facultatem. Theodorus autẽ ita inquit: Antidotus quæ incorrupta manens omnia uenena uincit, hæc est. Nucum iuglandum unc. i. caricarum pinguiũ sextantem, sesami unc. i. unũquodq; per se tũdito, deinde etiam simul pistillo ex oleo optimo madefacto, & pastillos nucis Ponticæ magnitudine formato, ex eisq; unũ aut tres dato, & non continget ipsum in uniuersum ullum aliquod letale pharmacum. Quidam etiam rutæ trientem ammiscent. Strato autem commune est, inquit, hoc præsidium ab omni exitioso pharmaco præseruans. Rutæ folia xx. nuces iuglandes ii. caricas ii. salis grumũ i. Hæc ieiuno præsumenda dato, & à nullo letali pharmaco lædetur. Alia antidotus Asclepiadæ, ad exitialia uenena, quæ ante data adseruat: si uero ab accepto ueneno detur, ipsum cognobile facit. Baccarum iuniperi drach. ii. terræ lemniæ quæ sphragis dicitur drachm. ii. conterę, & melle aut oleo excipe. Vsu uero expetẽte ad nucis ponticæ magnitudinem ex aquæ mulsæ cyathis ii. à balneo bibendum præbe. Hoc quidem igitur pharmacũ si nulla letalis adsit uis sumptũ manet, neq; per uomitum reiicitur. Si uero quippiam letale hausturn sit, nauseam mouet, & uomere cogit, ut acceptum uenenum unà cum antidoto excernatur. Quidam dimidiam tantum partem lemniæ terræ, ex iuniperi baccis coniiciunt, & cum oleo omphacino subactis, similiter utuntur.

Quomodo cognoscãtur qui uenenum sumpserunt. Cap. XLVII.

Cognoscere autem & discernere oportet eos qui

tale quippiam ſumpſerunt ex ſignis quæ coincidunt & conſequuntur. Vbi enim in aliquem placidæ & bene compoſitæ prius mentis, & bonæ itidem habitudinis, accedente etiam iuſtæ ciborum concoctione, ſtatim & derepente uariæ acceſſiones irruant, præſertim ab accepto ſtatim cibo aut potu, ueluti ſi accedat tuſſis, aut fœtida ſanguinis per os reiectio, aut moleſta & ægra lotii excretio, aut dolor in alto nitens, aut ardor iuuenilis & uehemens, aut ſenſus eroſionis, aut ſtuporis perculſio, punctura item, tremor, ſingultus, contractio, eruptio bullarum, liuor, tumor, coarctatio, quarundam partium putrefactio, uomitus fœtidus & plenus, manifeſta alicuius uenenoſæ qualitatis apparitio & demonſtratio. Ex his omnibus ſi quid repente ab accepto cibo ſano homini accidat: ueneno infectum eſſe hunc ipſum exiſtimandum eſt.

Communia remedia & cura omnis ueneni. Cap. XLVIII.

In his igitur qui ignari uenenum ſumpſerunt, aut quibus circumtectum exhibitum eſt, communibus remediis eſt utẽdum. Itaq; ubi adhuc datum uenenum in uentre eſt, & ob id morſum & nauſeam infert, aut etiam alias acceſſiones, eueſtigio ad uomitum infectus cogendus eſt, aut mox inde à ueneno uidelicet accepto, ſua ſponte, aut aqua & oleo tepidis in potu datis, aut butyro, ſi oleum non adſit, cum aqua calida dato. Licebit & maluæ decoctum exhibere cũ oleo, aut fœni græci, aut ſeminis lini, aut furfurum, aut ptiſanæ ſuccum, aut ſeminis urticæ decoctum: unũquodq; ex his oleo ammixto. A uomitu autẽ raphanos multos edendos dato, aut cum aqua tepida tritos abſorbendos: aut ſi hæc non adſint, nitrum cum aqua præbeto, rurſumq; uomere iubeto. Poſt ſufficientem uero uomitum communia remedia paulo mox dicẽda in potu exhibeto. Dato etiã id quod ex iuniperi baccis & terra lemnia eſt præſcriptum. Quod ſi uenenum

antea ad inteſtina deſcenderit: & tormina circa umbilicum induxerit, clyſteri efficacisſimo aluum euacuare oportet, ex maluæ uidelicet, altheæ, fœni græci, furfurum, centaureæ, ariſtolochiæ, & ſimilium decocto, melleq; & nitro largo, itemq; oleo ammixto. In cibo uero exhibeatur raphanus, & ſalſamentũ, alliaq; & cepæ. At in potu, uinum recens mari mixtum. Si uero in ueſicam impetum fecerit uenenum, in aquam & oleum utere deſeſſu, ita ut in aqua ipſa fœnum græcum, ac lini ſemen, malua ſylueſtris & ſatiua, ammiiq; ſemen ſint decocta. In potu etiam idem ammii ſemen præbendum, aut apium, aut fœniculum, aut ſpicam nardi, & ſimilia odorata & ſimpliciora urinam cientia. Si uero ueſicam rodat uenenum, cucumeris ſemen deſquamatum & tritum cochlearii menſura ex paſſo diluto præbeto. Similiter autem & ſi uentrẽ uehementer exurat, idem ſemen dato, ab omni calidiorum rerum adhibitione abſtinendo: & his quæ ad cantharidem & bupreſtim referentur utendo. Cæterũ ad cutem iam delato ueneno, irrigationem adhibeto, & illitionem ex oleo modico calido, in oleum item aut aquam & oleum in ſolio deſeſſum. Cibos autem facile digeſtibiles & ſorbitiones cum melle exhibeto: piſcibus item recentibus teneris, & uolucribus facile concoctilibus utitor. In potu deinde uinum album & ruſum, uetus & quàm odoratiſsimum præbeto. Quod ſi ad caput decurrat uenenum, ut grauitas & ſopor conſequatur, primũ quidem aluus per infuſum ex fœni græci, ſeminis lini, altheæ & cucumeris ſylueſtris maxime radicis decocto ſubducatur. Deinde ſternutatorium ex ſtruthio & pipere adhibeatur, & cyclamini ſuccus, aut elaterii naribus infundatur: odoramenta item admoueantur caſtorium, & ſimilia cum aceto diluta. Præterea & præſeruantibus præſidiis utendum eſt, eoq; quod ex nucibus & caricis conſtat, & quod ex iuniperi baccis ac

lemnia sphragide apparatur, & theriaca Andromachi ex uiperis, & Mithridatis antidoto, & consimilibus. At uero si composita non adsint, parabilibus utaris, & communiter ad omnia ferme uenena destinatis. Communiter autē ad omnia letalia uenena facit irionis semen cum uino & oleo. Lemnia sphragis cum uino: egregie enim & quàm celerrime uomitū procurat. Aut nuces iuglandes cum caricis & ruta edat, aut hæc ipsa decoquito, & decocto accepto uomat, aut seminis lini, aut maluæ, aut fœni græci decoctum cum oleo sumat. Porrò ad accessiones quæ cum frigore incidunt, abrotonum in aceto mulso cum sale dato: item irionis semen, eryngii radicem, spicæ celticæ radicem, serpillum, bryoniæ radicem, castoriū, pori succum, laser, sagapenum, opopanaca, succum cyrenaicum, rutæ syluestris semen. Polii etiam ac scordii & betonicæ, cuiusq; drachmam unam cum uino aut aceto mulso.

Ad eos qui cantharidas hauserunt. Cap. XLIX.

Qui cantharidas acceperunt in corpus, his statim uirus eorum in nares distribuitur odore picis. Picis item aut cedriæ qualitas linguæ inferri uidetur. Sequitur autem & stomachi morsus, uentrisq; ac renū, & maxime uesicæ. Quandoq; & sanguinis excretio per urinam & aluum fortes morsus concomitatur. Vnde sanè locus circa os uentris uehementer dolet, adeo ut ipsum pectoris os, quod chondrum xiphoidea à capitis gladii figura Græci appellant, dolore affici putetur. Inflammatur autem & dextrum ilium: deinde urinæ eiiciendæ difficultas, imò & suppressio consequitur. Amplius autem & uis uisiua oculorum consumitur, delirantq;, & à loco in locum iactantur. Cęterum auxilium sentiunt, si quàm celerrime uinum dulce eis præbeatur, nucleis pineis recentibus aqua calida præmaceratis ac probe tritis ei ammixtis, aut cucumeris semine decorticato similiter ammixto.

Lac

Lac etiam assidue cum melle modico primum exhibendum, postea & per se recens mulctum. Aliquādo & adipem anserinum aut gallinaceum liquefactū potui adfundito, aut terræ samiæ drachm. i. aut rosmarini drachm. i. ex aqua mulsa dato. Danda etiam iura pinguia porcina, aut ouilla aut anserina: carnes etiam agninę, gallinarum, porcellorum recēs natorum pingues ac probe coctæ, & cerebella porcina: amplius autem de iure absorbendum præbeatur, donec affectus ad uomitum concitetur. Bibat insuper uinū dulce tepidum plurimum dilutum, ubi biberit autē unūquodque uomitu reiiciat, rursumq; bibens uomat, idemq; sæpe repetitis uicibus faciat. Post uomitum uero lac recens mulctum, aut ptisanæ succus, uel halicæ, aut oryzæ, aut maluæ, aut seminis lini succus cum adipe anserino uel gallinaceo per clysterem infundatur. Quod si exolutiones & morsus oboriantur, lac bubulum recens mulctum assidue bibendum & cito reuomendum exhibeto. Aut uitis germina contusa cum passo diluto dato. At uero contrariæ affectionis ratione quantum nihil aliud his auxiliantur cantharidum alæ & pedes cum passo potata, & scorpii radix trita ex passo potata: quæ itidem optime ad bupreſtim facit. Dandum & ex uiperarum theriaca parum qd, aut ex Mithridatis antidoto. Porrò ubi accessiones fuerint sedatæ, farina hordeacea cum aqua mulsa ilio imponatur, & uniuerso corpore ex oleo gleucino aut cyprino illito, æger in balneum deducatur, & in solio diutius moretur. Cibis autem facile concoctilibus, & acrimoniam lenientibus multo tempore utatur. Vinis item dulcibus & lactis potu.

De bupresti. Cap. L.

Bupreſtis, species quidem est cantharidis, uerum uirosi tum gustus, tum odoris. Ab eius autem haustu uehemens stomachi & alui dolor consequitur. Intumescit item os uentris, uenterq; ipse ac totum corpus

attollitur, quem ad modum in hydropicis fieri consueuit, & lotium cohibetur. Cæterum eadem remedia quæ ad cantharidas dicta sunt, etiam ad bupresti sumptionẽ exhibentur. Proprie aũt post uomitum à iusculis pinguibus & passo concitatũ, & post euacuationes per clysterẽ, ficus aridæ pingues in cibo cõueniunt, & decoctũ ipsarum in potu cũ uino. Cõmodissimum aũt tum his, tum qui cantharidas acceperunt, est muliebre lac ex ipsis mamillis assidue exuctum.

De eruca pini. Cap. LI.

Eruca pinus potata, statim dolor circa os & palatum oboritur, & linguæ inflãmatio fortis, & stomachi aluiq; ac intestinorũ adflictio uehemẽs, cũ prurigine circa interna sensu. Ardor itẽ per totũ corpus, & stomachi fastidiũ. Cęterũ eadẽ his auxiliantur quę ad cantharidas sunt relata. Proprie aũt oleum melinum pro simplici oleo exhibitum, & uomitu reiectum.

De salamandra. Cap. LII.

Salamandra animal simile est stellioni, asperius & scabrum magis quàm lacerta uenenata. Penetrat autem hoc animal per ignem ardentem, nihilq; lædit dissecta & discedente ab ipso flamma. Si uero per tempus aliquod in igne immoretur, consumpto frigido in eo humore, exuritur. Comitatur autem salamandræ acceptionem, inflammatio linguæ: mens impedita & turbata: tremorq; cum stupore quodam & exolutione. Quædam etiam corporis partes per ambitum liuescunt, adeo ut etiam decidant sæpius putrefactæ: primum equidem maculæ albæ per corpus apparent, deinde rubræ, postea nigræ cum putrefactione & defluuio capillorum. Danda uero & his quæ in cantharide sunt relata, ut inde uomant. Proprie autem resinam pinus cum melle tritam delingendam præbe: aut etiam galbanum cum melle, aut nuces pineas tritas cum chamæpityos decocto: aut urticæ folia liliis incocta cum oleo. Præter opinionem autem eis auxiliatur ranarum iusculũ, si eryngii radices in eo coquantur.

De lepore marino. Cap. LIII.

Lepus marinus reperitur ferme in totum inter loligines, animal paruum, uirosum odorẽ habens. Concomitatur autem eos qui eum in corpus ingesserũt, sapor in ore similis piscibus uirosus: paulo uero post aluum dolitant, & color corporis ad arquati similitudinem permutatur, deinde plumbeus redditur, cũ faciei tumore. Incenduntur autem pedis plantæ, & pudendum tumefactum cohibet urinæ effusionem: progrediente uero malo etiam cærulei coloris lotium emingunt, quandoque etiam sanguinolentum. Deinde nauseabundi facti bilioſa uomunt sanguine permixta, & piscium loturam olentia. Exudant item graueolẽtia, & omne piscis genus auersantur ac odio habent præter cancrum. His igitur lac asininum recens mulctum cum passo assidue præbeatur, aut si hoc non adsit, bubulum, aur maluæ decoctum. Indeq; confestim uomant: deinde radicis cyclamini tritæ drach. iiii. cum uino diluto dentur. Aut ueratri nigri drachmam unam, aut scammoniæ scrupuli duo cum bubulo lacte aut aqua mulsa. Aut mali punici acini, uel cedrides, hoc est, cedri fructus triti exuino. Aut picem liquidam, aut cedriam modicam cum passo delingẽdam dato. Anseris item sanguinem adhuc calentem cum passo bibendum præbeto. Edat & cancros assidue: piscem enim nullum admittit. Signũ porrò salutis iudicabis, si piscem edere possit.

De rana rubeta. Cap. LIIII.

Ranæ rubetæ duæ sunt species: Altera quidem surda est: altera uero non. Surda autem exitiosa censetur. Pascitur autem in arundinibus roris lictu uiuens, ex ea sanè uenenum apparatur. Quod qui acceperint febris comitatur, extremæ partes incendũtur, frequentiq; anhelatione ac difficili spiratione an-

guntur. Tumor autem sequitur corporis cum pallore buxeo intenso, fœtorq; oris & singultus. Quãdoq; etiam seminis inuoluntarium profluuium contingit.

Cæterum facile opem reperiunt, si post aquæ & olei uomitum, uinum meracum multum sumant, aut picem cum uino. Radicem etiam harũdinum in quibus ranæ rubetæ pascuntur contusam ex uino bibendam dato, aut cyperum ibidem enatam pondere drachmarum duarum ex uino. Aut marinę testudinis sanguinem cum leporis coagulo & cumino ex uino præbeto. Porrò dolium insuper aut furnum igne feruefacito, igneq; extracto laterem imponito, & ægrũ immitti, multumq; ac diu exudare iubeto. Cogatur autem & ad continentem inambulationem, cursumq; ac exercitationem, propter contentum in ipsis stuporem. Vehementer enim efficax exercitatio in ipsis existit. Quotidie etiam lauetur.

De rana palustri. Cap. LV.

Qui ranam palustrem acceperunt appetitione priuantur, sequiturq; oris humectatio, nausea, uomitus, & oris stomachi leuior morsus. Curantur autem uini multi potu cum omnibus quæ calfactoriam uim habent: uelut est cyrenaicus succus, laser, silphium, cuminum, piper & similia.

De hirudinibus. Cap. LVI.

Hirudines cum aqua deuoratæ faucibus adhærẽt, aut iuxta quempiam stomachi locum, aut ipsi ori uẽtris, & primum quidem sensim exugunt sanguinem, expletæ autem his quæ deglutimus uiam obstruunt. Superexpletæ uero etiam sanguinem quem exuxerũt foras profundunt, ut imaginationem inducant tanq; ex internis locis reiectetur. Cæterum qui affectis contingit exuctionis sensus, is signum sit tibi hirudinem deglutitam esse. Excutit autem ipsas muria continue & paulatim absorpta, atq; id eo magis si acida muria sit, & laser ei ammisceatur. Idem facit & nix aceto

dissoluta & assidue absorpta. Gargarisset insuper nitrum cum aqua, aut aquam marinam, aut atramẽtum sutorium cum aceto aut sinapi, aut hyssopum, aut origanum. Si uero inferne circa os uentris hirudo adhæreat, prædicta itidem omnia bibeuda dato, præter sutorium atramentum, utendum etiam his quæ aluum soluere possunt, aut medicamento purgatiuo. Cum excrementis enim exire consueuerunt. Nos autem per allii multi esum eiicientes, nullo ex prędictis opus habemus. Quæ postremum gutturi affixæ sunt hoc modo excutere oportet. Ægrum in solium calida expletum usque ad collum immittito, & frigidissimam aquam ore tenendam exhibeto, eamq; frequẽter permutato. Egredietur enim inde hirudo frigidæ appetentia prolecta.

De ephemero. Cap. LVII.

Qui ephemerum quod aliqui colchicum aut bubum syluestrem adpellant in corpus adsumpserunt, hos pruritus totius corporis concomitatur, non dissimilis ei qui urticæ aut scillæ irritamentis lacessitus excitatur. Circa stomachum insuper acrimoniam sentiunt & uruntur cum multa grauitate. Inualescente autem malo, per aluum cruentum quiddam ramentosam admixtionem habens effertur. His ueluti Salamandra accepta auxiliari oportet, per uomitus uidelicet assiduos & infusorum immissionem. Cæterum antequàm inualescat uenenum, querci foliorum, aut glandium, aut malicorii decoctum cum uino præbeto, aut origanum cũ lixiuio, aut uuas passas pingues tritas cum lacte exhibeto. Mirabiliter autem auxiliatur lac bubulum recens multum assidue potatum, & in ore detentum, ut alio auxilio non sit opus.

De dorycnio aut solano furioso. Cap. LVIII.

Dorycnio siue solano, ut alii appellauerunt, furioso potato, in gustu ueluti lactis quædam qualitas sentitur, singultus adest continuus, humectatio linguæ,

& sanguis aceruatim reiicitur, atq; per aluum ramenta quædam feruntur, quem ad modum in dysenterici fieri consueuit. Ante quàm uero quid tale consequatur, post uomitum & clysterem, aqua mulsa, aut lac asininum recens mulctum assidue potatum auxiliatur, passum item tepidum cum aniso potatum & amygdalis amaris tribus: pectuscula etiam gallinarum probe cocta, & omne conchyliorum genus crudum & assatum in cibo acceptum, & locustæ & gammari, & iusculum ipsorum in potu.

De aconito. Cap. LIX.

Aconitum uero quod quidam irim syluestrem appellant, statim dum potatur linguam edulcorat cum quadam adstrictione, deinde paulo post in lingua amarescit, & constrictio mandibularum concomitatur, & oris stomachi morsus, & laterum dolor, pectoris q; grauitas ac præcordiorum: materia enim quæpiam circa umbilicum innititur, & cum multis flatibus consequentibus corruptio contingit: grauatur ité caput & tempora contremiscũt, oculi uero turbatiores fiunt & subcruéti ac lachrymas profundunt. Quod si diutius perseueret malũ, etiã tremor ac concussio ac tumor totius corporis sequitur. Cæterum his post uomitus & infusa, origani potu succurrendum est, & rutæ, marrubii, absinthii, erucæ, abrotoni, chamelææ ac trixaginis cum uino. Aut coaguli ceruini, aut hœdi, aut leporis potu ex aceto. Aut ferri recrementum, aut ipsum ferrum, aut aurum siue argentum, aut lapidem molarem omnia igne candefacta in uino extinguito, ipsumq; uinum calidum bibendũ præbeto, aut lixiuium cum uino dato. Aut pullum gallinaceum tenerum & pinguissimum coquito & decoquendo eliquato, donec ossa sola relinquantur, & iusculum per se uel cum uino bibendum exhibeto: facit & uitulinũ pingue ius potatum & uomitu reiectum. Maxime uero proprie facit trixago potata & castorium, & iris

ac ruta. Quanquam aliqui à nullo horum se auxilium sensisse asserant.

De melle quod in Heraclea ponti nascitur. Cap. LX.

Hoc mel siue in potu siue in cibo acceptum easdẽ adfictiones infert quas aconitum: in Heraclea enim ponti urbe aconitum gignitur, ex quo colligitur ibidem istud mellis genus. Conueniunt igitur eadem auxilia in aconito iam relata, & magis utiq; rutæ folia ex uino mulso potata.

De coriandro. Cap. LXI.

Coriandrum potum ualidam & asperam uocem facit, & delirium furiosum, non dissimile illi quod ab ebrietate proficiscitur inducit, hoc accedente etiam quod turpia dictu infecti loquantur, & per omne corpus odor coriandri transspiret. Auxiliatur autem eis uomitus ex oleo irino, & uinum meracum cum per se, tum cum absinthio potatum. Qua item in unum uasculum euacuata conquassata & tepefacta ex muriaq; absorpta, ius itidé pingue salsum tum anserinũ, tum gallinaceum, passum etiam, & anisum in uino acido siue uappa sumptum.

De psyllio. Cap. LXII.

Psyllion potatum totius corporis frigiditatem inducit, & stuporem cum exolutione & mœrore. Auxiliantur autem his eadem quæ coriandro hausto.

De cicuta. Cap. LXIII.

Cicuta potata uertiginem & caliginem oculorum inducit, adeo ut neq; minimum cernere possint, singultum insuper ac mentis perculsionem & frigiditatem: sequitur deinde suffocatio, & segnicies ac liuor, postremum conuulsi spiritu in respiratione suppresso strangulãtur. In principio igitur per uomitum ex aqua & oleo cicutã excutere oportet: quod uero ad intestinum delapsum est, per euacuationem expurgetur. Deinde tanquam ad maximum remedium

ad pasi meraci potum perueniendum, ita ut in inter-
uallis meraci potus bubulum lac aut asininum recens
mulctum, aut absinthium cum pipere in potu exhibea
mus. Rutam item & castorium ac mẽtam cum uino.
Aut amomi drachm.i. aut styracis drachm.i. cum se-
mine urticæ ex uino. Aut lauri folia, aut silphium, aut
laser, aut succum cyrenaicum, aut apii semen, aut iri-
dis radicem, aut seseli massilienſe, omnia ex uino dul-
ci, aut nitrum cũ aqua larga. Totũ prẽterea corpus ca
lefacere conducit & præsertim præcordia. Ad uehe-
mentiorem item motum, ac cursum æger cogatur.

De smilace seu taxo. Cap. LXIIII.

Smilax quæ & Thymion, atque apud Romanos
taxus appellatur, potata frigus totius corporis suffo-
cationem inducit, & celerem omnino mortem. Cæte
rum remedia eadem quæ ad cicutæ haustum relata
sunt, eis auxiliantur.

De succo carpasi. Cap. LXV.

Carpasi succus potatus soporem grauiorem indu
cit & sensus hebetat absq; dolore, exudationem etiã
facit & repentinam suffocationem cum exitiosæ sa-
niei reiectatione. Opem uero sentiunt ex his quibus
curantur qui cicutam hauserunt, & toxicum, atq; item
ephemeron.

De herba Sardonia. Cap. LXVI.

Herba quæ Sardonia appellatur, & ranunculi spe-
cies est, potata furorem & conuulsiones inducit, ma-
lasq; contrahit, ut, risus imaginem de se præbeat qui
eam hausit, à qua dispositione etiam sardonius risus
non admodum boni nominis adagio uulgo circum-
fertur. Est enim accesio grauis omnino quæ falsi ri-
sus prætextu præsentem & insperatam mortem indu
cit. Cteerum qui eam hauserunt, post uomitum, aquę
mulsæ ac lactis potu iuuãtur, fotuq; ac irrigatione &
pinguefactione totius corporis, per calefactoria un-
guenta. Immittendi etiam sunt in aquam & oleum

calidum inungendiq; ac fricandi plurima post egres-
sum ex solio perfricatione: in uniuersum enim uelut
ad conuulsionem curam moliri oportet: castorio itẽ
cum passo & per se in potu dato, & si qua ei consimi-
lia existunt.

De Hyoscyamo. Cap. LXVII.

Hyoscyamus acceptus delirium quali ebrii obno-
xii fiunt, inducit, & iactationem corporis cum distor-
tione: his succedit exolutio animi deliquio similis, &
oculorum rubor, pruritus, deinde tremor, suntq; om
nino deliri & putãt se flagris corpore cædi. Cæterum
facile curantur aquæ mulsæ largo & lactis potu si ha-
beri possit, asinini. Id uero si non adsit caprinum aut
bubulum exhibendum. Facit autem & ad eos uinum
salsum, & urticæ semen, similiter & folia cocta ex uino
salso: sinapi prẽterea, & raphanus, nasturtium, cepe, &
allia eis conueniunt unum quodq; ex uino salso. At
uero quiescere eos conuenit ut uinum eo melius con
coquatur. Auxiliatur etiã eis muliebris lactis exuctio.

De Mandragora. Cap. LXVIII.

Mãdragoræ radicem nemo latenter exhibere po-
test: etenim trita quidem liquida grauem quendam
& nauseabundum odorem exhibet, & gustui etiam
amarulenta est & iniucunda. Certa itidem copia &
mensura ad lædendum exhibetur: de cætero uero
molestias quidem facit, interitum autem serius indu-
cit. Cæterum ex his qui radicem hanc hauserunt: alii
quidem segnes & languidi tristesq; ac exoluti fiunt,
& refrigerati in grauem ueternosum soporem dela-
buntur, & si quis eos excitet uix audiunt, & excitati ci
to rursus recidunt: Alii uero calidi quidem minime
fiunt, uerum mente perturbati tarde in obliuiosum
soporem incidunt. Cura itaq; adhuc perturbatis adhi
benda est post uomitum, coriandri semine aut pule-
gio tenuissime trito in potu cum aqua calida dato,
aut his quæ uentrem inferne exoluere possunt. Eis

uero qui graui ſopore preſſi ſunt, poſt uomitum, origanum ex aqua frigida exhibendum eſt: ualde enim inde iuuantur. Dandum etiam abſinthium in paſſo diluto. Caput uero ex aceto roſaceo irrigandum eſt ægro aſſidue excitato. Odoramenta etiam naribus admouenda, caſtorium, ruta, pulegium cum aceto. Porrò mandragoræ mala perfecte matura à quibuſdam comeduntur citra noxam, ſemine tamen reiecto: & ſi plura quàm oporteat edantur, plus ſomni quàm iuxta naturam conuenit inducunt. Immatura uero & crudiora & præſertim cum ſemine comeſta, maximũ periculum inferunt. Sequitur ab eorum acceptione ardor circa ſuperficiem corporis. Lingua uero & os exiccantur uſq; eo, ut neq; ſaliua hæ partes humectent. Hiant ſemper, ore citra intermiſſionem aerẽ attrahentes. Et ſi non ſtatim auxilium feratur, conuulſi pereunt. At uero ſi remedia afferantur, facile curabiles exiſtunt: aquam nanque cum theriaca ex uiperis Andromachi potantes ab omnibus moleſtiis liberantur. Vehementer autem iuuantur in aqua frigida natatione, maxime ſi aliquandiu in ipſa immorentur.

De ſucco papaueris. Cap. LXIX.

Quem ad modum de mandragoræ radice prædictum eſt, ita neq; papaueris ſuccum quiſpiam latenter ſano homini exhibere poſſit, propter ſaporis proprietatem & amaritudinem ac graueolentiam odoris, & quod certa copia ad interitum inferendum exhibeatur. Quando igitur aliqui uoluntarie hoc pharmacum biberint, ſiue id manifeſtare noluerint, ſiue uolentes dicere non poſſint, per huiuſmodi acceſſiones cognoſcentur. Sequitur enim eos qui eum acceperunt in ſomnum grauem collapſio, cum frigiditate & pruritu intenſo, ut aliquando ob ipſum excitentur, odorq; opii per totum corpus effertur & exhalat. Inferior maxilla laxatur, tumeſcunt labra, irruit ſingultus, diſtorquetur naſus, adeſt pallor, liuor unguium,

præcordiorum diuulſio, reſpiratio parua & frigida, & per interualla fiſſuræ ad finem etiam conuulſio. Auxiliatur autem his poſt uomitionem ex oleo, & acrioris clyſteris infuſionem, acetum mulſum potatum, & acetum calidum per ſe, & uinum uetus, ruſum, meracum, largum cum abſinthio & caſia, & nitrum cum aqua. Et origanus cum lixiuio, rutæ ſylueſtris ſemen, piper & caſtorium ex aceto mulſo, ſatureiæ & origani decoctum cum uino. Oportet autem & hos odoramentis excitare, & in calidum ſoliũ immittere & fouere ob pruritum poſt balneum autem pinguia iuſcula, & medulla ceruina exhibenda. Manifeſtum autem quod & his & omnibus qui etiã aliud uenenum ſumpſerunt dari debeat theriace tum ante tum poſt uomitum.

De toxico. Cap. LXX.

Toxicum inde appellatum uidetur, quod Barbari ſagittas, quas toxeumata græci uocant, ex eo illinirent. Concomitatur autem eos qui toxicum biberunt labiorum & linguæ inflammatio, furor adeo uehemens ut ægri uariis imaginationibus obuerſantibus coerceri non poſſint, atq; ob id adeo etiam ægre curentur, & raro aliquem ſeruari contingat. Vinculis igitur eos conſtringere oportet, & cogere ad paſſi cum roſaceo potum, & uomitum per immiſſionem pinnularum. Deinde iuſculum pulli gallinacei pinguis abſorbendum dato. Auxiliatur autem eis rapi ſemen potatum, magis proprie autem quinquefolii radix, & ſanguis hirci uel capræ, & cortex quercinus cum lacte tritus, & mala cotonea comeſta, aut decoctum ipſorum potatum, & pulegium potatum, amomumq; & carpobalſamum ex uino. Quod ſi quis periculũ effugiat, multo tamen tempore in lecto decumbet: Stupidus autem & dubiæ ac uacillantis rationis per reliquum uitæ tempus manebit.

De his qui ixiam hauſerunt. Cap. LXXI.

Ixia quæ & ulophonon appellatur potata saporẽ & odorem ocymo similem habet, linguæ autem inflammationem fortem infert & furorem: recrementorum uias omnes obstruit, murmuraq; ac rugitus intestinorum cum animi deliquio inducit, quum tamen interim nihil excernatur. Auxiliatur autẽ eis post largam uomitionem & uentris per clysterem subductionem, absinthii cremor cum uino multo aut aceto, aut aceto mulso potatus, aut sylvestris rutæ semẽ, aut silphii radix, aut tragorigani decoctum cũ aliquo ex prædictis, uel cum lacte. Aut resinæ terebinthinæ & nardi & silphii cuiusq; obol.i.ex uino. Aut castorii & rutæ & terebinthinæ singulorum drachm.i.

De Chamæleone. Cap.LXXII.

A chamæleonis potu, morsus uentris & linguæ tumor cum rugitibus intestinorum sequitur, facies distorquetur, & uomitus spumosus, & tremores, & concussiones, & totius corporis conuulsiones, ac uocis interceptio concomitantur: qui uero album chamæleonem hauserunt etiam strangulantur. Cæterum curantur ex his quæ ad fungos relata. Datur eis & thlaspios & betæ succus & triticeæ ptisanę succus ex passo, absinthii cremor, & nitrum cum aceto mulso: ubi uero uomuerint, lac recens mulctum sæpe exhibeto, & aluum cum lubricis infusis cluito, uelut est fœni græci & altheæ decoctum. Præcordiis etiam fomenta ac calfactoria adhibeto.

De fungis. Cap.LXXIII.

Fungorum aliqui genere, aliqui copia noxii sunt: inferunt autem suffocationes strangulationibus non absimiles, quibus confestim prius quàm penitus uincantur auxiliari oportet, per raphani aut rutæ foliorum largam comestionem. Dandum & nitrum bibendum ex posca tepida aut aceto mulso, ita ut his liquoribus hyssopum, origanum, thymumq; sint incocta, atq; inde ad uomitum cogatur: mirabiliter autem iuuantur lixiuii ex sarmentorum cinere excolati potu, atq; eo amplius si ex pirastri ligno lixiuium sit factũ, aceto ac nitro ad cinerem eius adiecto: sylvestria uero pira, aut arboris ipsorum pirastri uidelicet, folia cũ fungis cocta strangulandi uim ex eis tollunt, insuperq; ab eorum acceptione, comesta, auxiliantur. Bibitur & commode aristolochiæ drachm.i. aut absinthii ex uino. melissophilon cum nitro, radix panacis cum uino. Nasturtium item uiride edat aut semen bibat. Cæterum Philagrius gallinaceum stercus album inquit, tritum exhibemus ex posca aut aceto mulso, huius enim manifestum habemus experimentũ quod ad fungorum strangulationes auxilietur. Oportet autem & acri infuso aluum euacuare. Quãdo uero quidam fungi à feris uenenum iaculãtibus arrosi aut infecti, aut etiam in locis ubi eiusmodi bestiæ latibula sua habent, enati, non modo suffocationem inducũt, sed & intestina exulcerant, absinthii & ficuum decoctum large in potu exhibendum est, & origanum cũ melle, indeq; uomendum, deinde uero theriacen bibat, & in calidam aquam demittatur.

De sanguine tauri. Cap.LXXIIII.

Sangnis tauri recẽs mactati potatus in aluo in grumos cogitur, ægramq; spirationem inducit ac suffocationem: comprimit etiam os uentris & continuas conuulsiones infert. Inuenitur autem horum lingua rubra & gingiuæ corrosæ, & sanguinis grumi inter dentes: in his itaq; uomitum uitamus, etenim grumi in ore uentris coadunati uomitum impediũt. Damus autem eis quæcunque grumos dissoluere possunt: grossos igitur ex fico maxime sylvestri succi plenos cum posca & nitro dato, aut fici succum eodem modo, aut lixiuium ex cinere lignorum fici, aut ramulos fici tritos cum nitro & posca præbeto: at uero sylvestris fici fructus etiam siccus comestus uestigio grumos dissoluit. Datur & silphii radix utiliter ex aceto,

& amarantum,& brasicæ semen,& conyzæ folia cũ pipere & lixiuio. Aluus autem pinguibus & lubricis infusis eluatur.

De lacte in grumos coacto. Cap.LXXV.

Lac coagulatum aut multum & aceruatim haustũ, suffocationem aliquando infert in grumos coactum. Auxiliatur autem his coagulum omne,maxime uero leporinum ex aceto potatum. Etenim coagulum recenti lacti iniectum ipsum cogit & inspissat, id uero quod iam coactum est, ex natura sua dissoluit. Datur eis & calaminthæ uiridis succus, aut folia arida trita, & iuniperi baccæ:item ea quæ ad sanguinem in grumos densatum sunt prædicta. Vomitum uero etiam in his recusamus,neq; quicquam omnino salsum exhibemus.

De Gypso. Cap.LXXVI.

Gypsum potatum in lapidem induratur ac strangulationem inducit:quapropter eadem auxilia quæ adfungos relata sunt huc transferre oportet, ita tamen ut in his pro oleo,maluæ,aut fœni græci, aut ficuum decoctum exhibeamus,aut oleum cum aqua mulsa. His item eadem decocta per clysteres infundenda.

De Cerusa. Cap.LXXVII.

Cerusa ob colorem suum latere non potest, accepta enim palatum inalbat,linguamq;, ac gingiuas, in quibus etiam pars aliqua cerusæ reperietur. Infert autem singultus & tusses,linguæq; ac faucium ariditatẽ: frigescunt corporis extrema cum delirio & mentis perculsione,& difficili motu siue torpore. His porrò aqua mulsa exhibenda est,aut ficuum & maluæ decoctum,aut lac calidum, aut sesamum tritum ex passo, aut lixiuium ex cinere sarmentitio,aut oleum irinum. Omnibus enim oleum large ammiscere oportet, ab unoquoque uero uomant:facit & scammonia cum aqua mulsa potata.

De argenti spuma. Cap.LXXVIII.

Argenti spuma potata grauitatem stomachi inducit,aluiq; ac intestinorum, cum torminibus uoluulosis intensis, quæ citra umbilicum maxime innituntur. Lotium supprimitur, corpus intumescit, liuescit ac plumbi colorem induit,& articuli incenduntur,ac ardent. Ad finem uero & suffocatio sequitur. Cõfert igitur post uomitum à decoctionibus lubricis factum, hormini semen,& myrrhæ oboli tres ex uino,aut absinthium,aut apii semen,aut hyssopum, aut piper. Et columbinum stercus cum uino & oleo,aut cum uino mulso & oleo. Si uero nimium profiua sit aluus,lauacra calida,& carnes suillæ pingues assatę conueniunt, & aquæ potus,& oleum similiter in potu.

De Argento uiuo. Cap.LXXIX.

Argentum uiuum hydrargyros græcis appellatum potatum eadem infert quæ argenti spuma. Consimilem etiam curam expostulat: Auxiliatur autem imprimis lac asininum recens mulctum potatum ac uomitu reiectum.

De calce,sandaracha & auripigmento. Cap.LXXX.

Calx,sandaracha & auripigmentũ potata dolorẽ uentris & intestinorũ cũ uehemẽti morsu inducunt. Iuuantur autẽ succi maluæ potu,aut seminis lini, aut oryzæ,aut halicæ pinguibus iusculis potatis, aquaq; mulsa,& lacte calido,si ea assiduo uomitu reiecterit.

De thapsia,ueratro,elaterio & agarico. Cap.LXXXI.

Ex his quæ homini ob cõmoditatem in usum ueniũt,aliquãdo uero pericula inducũt,est thapsia,ueratrũ albũ & nigrũ,elateriũ,agaricũ. Quandoq; enim & hæc suffocationẽ inferũt & purgationẽ ultra q̃ oportet: Agaricũ uero in quibusdã per aluũ nõ subductũ, tremorẽ & resolutionẽ produxit. Suffocationibus igitur,ueluti in fungis dictũ est, nos opponemus,aut uelut de albo ueratro relatũ est in tertio Sermone. Pus

gationes autem ultra modum factas per ea quæ cohi bere possunt sedabimus,& per ea itidem quæ firmita tem corpori addunt,de quibus similiter in tertio Ser mone est prædictum.

De rutæ syluestris & melanthii nocumen tis. Cap.LXXXII.

Lubricorum & acrimoniam hebetantium deco ctorum potu cum largo oleo opus habent, qui ea hauserunt.

De aceruato frigidæ aquæ potu.Cap.LXXXIII.

Frigida aqua aceruatim pota,aut etiam uinum me racum,aut passum,à balneo maxime, aut cursu, aut concitatioribus exercitamentis morsus & dolores inducunt. Verum in his statim uenam secare oportet, & per clysterem euacuare.

De Strangulatis. Cap.LXXXIIII.

Strangulatis,adhuc tamen inspirantibus & aerem attrahentibus sternutatorium naribus admotum au xiliatur,& uenæ in cubito sectio. Piper autem ex ace to siue posca bibendum dato,& ad uomitum cogi to: coartatis deinde colli locis aquã & oleum calidũ adhibeto,aut anethinum calidum,aut adipem anseri num:lanis insuper mollibus collum amplectendum est ac fouendum.

De his qui ex alto ceciderunt. Cap.LXXXV.

Ex alto præcipitatis euestigio auxiliantur uitis sar menta aquæ incocta,si aqua in potu sumatur. Quod si æger potam aquam non ferat sed uomitu reiiciat, morietur.Si uero is qui cecidit,sanguinem expuit, & uenarum ruptura sit suspecta, sarmenta ipsa urito & aqua restinguito, ipsamq; aquam percolatam biben dam dato,quo inde sanguinis grumi dissoluantur:at uero sarmentis non præsentibus cinerem quemcunq; pelluito,& lixiuio inde utitor.

De præseruantibus & præsagis animali bus. Cap.LXXXVI.

Quando

Quando uero & præseruatiua quædã ac præsaga animalia descripta sunt ueteribus,quæ iuxta contrarię affectionis rationem uenena produnt, ex his etiam magis probata eligemus atq; hic apponemus, quo uniuersus sermo huius tractationis perfectior fiat. Pi so itaque in libro de animalibus ait: perdicem qui domi nostræ connutritur uociferari ac clamare cir cumplicareq;,ac lacerare cortem in qua perdices con nutriuntur, ubi cognouerit medicamentum quopiã intra ædes parari aut aliud uenenum. Menelbus autẽ, aquila inquit,intra ædes connutrita insilit & arcet eos qui talia moliuntur. Simonides uero pauonem tra dit,cognito apparato medicamento, ad locum pro dire & clamare,seq; expandere & medicamẽtum ex uasis dispergere,aut etiam effodere siquidem sit sub terram defossum. Aristodemus porrò ichneumonem domi nutritum medicamẽta sub terram defossa prę sagire scribit. Pherecydes autem narrat psittacũ marẽ obseruare & arguere ac nominatim deferre eos qui talia faciunt,aut in domum important. Cæterum post præscripta uenena,etiam antidotos multi usus & cõ moditatis,experimentoq; cognitas ex ordine subne ctemus.

De theriaca ex uiperis Andromachi. Cap.LXXXVII.

Ordiemur autem à theriaca Andromachi ex uipe ris: Cuius admiratione ductus Galenus hæc de ea scri bit. Quum multa discordia sit circa theriaces descri ptiones,nos Andromachi descriptione ut longe op tima utimur,quæ etiam in regum usus apparatur. Fit autem apparatus eius hoc modo: primum quidem scilliticos pastillos apparare oportet,propterea quod reficcatione per multos dies opus habent. Apparan tur autem hoc modo.

Pastillorum scilliticorum præpara tio. Cap.LXXXVIII.

Scillam accipere oportet recentem, probe coaltã, rufam & non ualde magnam, eamq; non, ut quidam faciunt luto, sed fermento mundo integere, & in cacabos in quibus panes assantur inditam in furnum ut assetur immittere. Deinde extractam per ambitũ purgare, & acceptis internis partibus tenerioribus eas ipsas probe terere, & farinæ eruinæ ex eruo rufo recenti factæ, duas tertias scillæ partes inspergere, ita ut erui quidem libræ sint duæ, scillæ uero tres. Quanq; aliquando ex æquo ambo commiſceantur. Hæc ipsa inquam, unire ac committere oportet, indeq; paruos orbiculos formare, rosaceo oleo in his conformandis adhibito, deinde in umbra reſiccare, atq; bis per ſingulos dies uerſare.

Hedychroi confectio. Cap. LXXXIX.

Ari, aſari, amaraci, aſpalathi, opobalſami, floris iunci odorati, calami aromatici, phu pontici, ſingulorum drachm. x. xylobalſami, cinamomi, coſti, cuiuſque drachm. xii. myrrhæ troglodyticæ, folii, ſpicæ nardi, croci, caſiæ, cuiuſque drachm. xxx. amomi drachm. vii. maſtiches drachm. v. uini ueteris odorati dulcis quantum ſatis eſt. Arida contundito & cribrato, cro cum uero cum uino in pila diligenter terito, deinde myrrha & maſtiche adiectis ac probe tritis, opobalſamum adiicito, ac arida inſpergito, ſimulq; commiſſis omnibus paſtillos tenuiores formato, uino in his cõformandis adhibito: ipſos deinde paſtillos in umbra refrigerato, ſingulisq; diebus uerſato.

Paſtillorum theriacorũ præparatio. Cap. XC.

Cæterũ paſtillos theriacos hoc modo apparato. Viperas fœminas accipito, non quocunq; tempore captas, ſed deſinente uere, nondũ uero inchoata æſtate: ſi uero uer diutius hybernum ſit, iuxta æſtatis principium, non ita diu poſt uergiliarum ortum: quæcunq; enim uiperæ prægnantes fiunt, eas uitare oportet, neq; ad confectionem paſtillorum adhibere: ma-

gis enim exaſperatæ ſeipſis redduntur prægnantes. Ipſas igitur accipito quum in latibulis ſuis deliteſcere ceſſant, & de cætero in locos ſub diuo egrediuntur, & non adeo malignum habent uenenum: intus enim deliteſcentia animalia, & calentis aeris ui minime per cutis meatus reſoluta, nocentiorem & magis exitioſam ueneni uim in ſe coaceruant. Sunt autem animalia ipſa ſubflaua, ingentia, & agilia: oculos ſubrubros habent, collum anguſtum, & latius caput, & caudam aceruatim in tenuitatem abeuntem ac carne penitus nudam, uentrem autem ſinuoſiorem habent, & greſſum circa caudæ ſummum firmant, caudam ipſam nõ circumuoluentia, ſed magis contorquentia, & lentius inambulantia. His enim ſignis fœmina à mare dinoſcitur, inſuperq; quod quatuor habet caninos dentes, quum mas tantum duos habeat, & anguſtius caput, ac craſſius collum, & totũ corpus tenuius, caudamq; paulatim in tenuem deſinẽtem, non aceruatim ut fœmina, neq; omnino carne nudatã. Cauere enim oportet ne mares uiperas in antidoti confectionem aſſumamus. Neq; uero minus etiam reliqua ſerpentium genera uiperæ ſimilia uitanda ſunt. Similis eſt autem uiperæ maxime quidem ammodytes, imõ & hæmorrhus, & cenchrias, & ſeps. Quos omnes ex prædictis in eorum tractatu ſignis dinoſcere oportet, & præcipue ex colore: flauo enim & ſubfuluo colore uipera eſt, alia uero genera arenoſi ſunt coloris, aut fuſca, aut nigricantia. Verum non oportet etiam prædicta de unoquoque ſigna alia negligere. Has ſanè uiperas prædicto tempore eadem die aut præcedente omnino captas accipito: ac primum quidem ipſarum capita ac caudas amputato, in tantum ſanè quantum uideris in eis carne nudatum. At uero non amputationis tantum reſpectum habere oportet, ſed & num ſtatim exanguia & immobilia ac omnino mortua animalia appareant: talia enim ut inutilia ad antidoti

compositionem censenda. Si uero prædictis partibus amputatis, motum quendam uideris in reliquo corpore superstitem, & animalia ipsa cruorem aliquãdiu in se conseruent, hæc ipsa ut optima in antidoti confectionem sunt ammiscenda. Post hoc uero ipsorum pellem totam diligenter excoriato, adipeq; ac omnibus pectori insitis ut inutilibus reiectis, carnes ipsas ex duabus aut tribus aquis lauato, posteaq; in ollam puram iniicito, & congruentem aquæ mensuram affundito, ac anethi uiridis fasciculum addito, subiectisq; lignis uitis coquito. Quod si efferueat olla, solet enim asfidue in decoquendo aqua ebullire & ex olla effundi, quotiescunque hoc ipsum contigerit frigidam aquam irrorato. Modum autem decoctionis sufficientem iudicabis, ubi carnes à spinis discessisse uidebis, penitusq; separatas, ut ne quid ex ipsis spinis inhærens carnibus te fallat. Ad manum deinde peluim appositam habere oportet mundam, & ex iusculo coctura aliquid continentem, atque in eam ipsam depuratas carnes iniicere: facile enim resiccantur, & proinde difficulter conteri possunt. At uero ubi carnes ipsas puras feceris ac manibus diligenter expresseris, eas ponderato, & in pilam culinariam asperiorem coniicito, ac fortiter aliquandiu terito, paulatimq; iusculum instillato. Vbi autem quàm tenuissime fuerint tritæ, panis purissimi recentis aridi non ex ueteri farina apparati contusi & cribrati, quartam carnium partem addito, aliquando autem quintam solum: & rursus paulatim iusculi quod satis est affundito, ac in conterendo quàm diligentissime unito: atq; ita pastillos mediocres tenues formato, modico opobalsamo in his formandis adhibito, eosq; deinde in umbra siccato in domus superiore cœnaculo, ad meridiem, aut omnino ad septentrionem sito. Versare autem ipsos asfidue oportet quoæqualiter reficcentur, & ne aliqua pars diutius humecta permanens, putrefactioni obnoxia fiat & periclitetur. Post quam uero sicciores fuerint facti, eos opobalsamo optimo oblinito, & in uitreo uase adseruato: ac quicquid puluerulenti & albi ex eis per situm productũ est post dies aliquot linteo extergito: perforantur enim si idipsum eis diutius adhæresçat.

De reliquis quæ in antidotum coniiciuntur. Cap. XCI.

Cæterum simplicia pharmaca quæ cum tribus antea præparatis pastillis in antidoti confectionẽ coniiciuntur hæc sunt. Pastillorum scilliticorum drachm. xlviii. pastillorum theriacorum, drachm. xxiiii. massæ hedychroi, drachm. xxiiii. piperis nigri drach. xxiiii. opii Thebaici recentis, drachm. xxiiii. rosarum siccatum repurgatarum, drachm. xii. scordii cretici, seminis buniadis agrestis, cuiusque drachm. xii. iridis illyricæ non corrosæ, drachm. xii. agarici pontici albi, drachm. xii. cinamomi, drachm. xii. aut casiæ duplum: succi glycyrrhizæ ficci drach. xii. opobalsami optimi, drac. xii. myrrhæ troglodyticæ drac. vi. croci cilicii drac. vi. zingiberis non perforati, drach. vi. rhei pontici recentis, drac. vi. radicis quinquefolii drac. vi. calaminthæ montanæ, drac. vi. comæ marrubii in uigore consistentis, drac. vi. cacuminum & foliorũ stœchadis, drac. vi. petroselini macedonici, drac. vi. costi recentis, drac. vi. piperis albi, drach. vi. aut nigri loco eius drach. ix. piperis longi non corrosi, drach. vi. dictamni cretici, drac. vi. thuris masculi integri & in partes non comminuti, drachm. vi. floris iunci odorati, drach. vi. terebinthinæ chiæ, drachm. vi. casiæ fistulæ, drachm. vi. spicæ nardi, drachm. vi. radicis gentianæ, drachm. iiii. comæ polii, drach. iiii. styracis calamitæ, drach. iiii. seselis masilienſis incorrupti, drach. iiii. seminis thlaspios, drachm. iiii. seminis ammii, drachm. iiii. comæ chamædryos drachm. iiii. chamæpityos, drac. iiii. succi hypocysthidis ficci, drac. iiii. folio& ma-

labathri,drachm.iiii. ſpicæ celticæ , drachm.iiii.aniſi helladici,drachm.iiii.mei athamantici,drachm.iiii.ſeminis fœniculi,drachm.iiii.lemniæ terræ quæ ſphragis appellatur , drachm.iiii. chalcitidis ſemiuſtatæ, drachm.iiii.amomi racemi,drachm.iiii.radicis acori, drachm.iiii.phu pontici , drachm.iiii. carpobalſami, drach.iiii.hyperici in uigore conſiſtentis, drachm.iiii. acaciæ liquidæ,drach.iiii.gummi uermiculati,drach. iiii.cardamomi drach.iiii.dauci cretici,drach.ii.galbani puri,drac.ii.opopanacis,drach.ii.ſagapeni perſici, drach.ii.bituminis iudaici,drach.ii.comæ centaureæ minoris,drac.ii.caſtorii,drach.ii.ariſtolochiæ tenuis, drac.ii.uini ueteris dulcis quantum ſufficit,mellis attici deſpumati libras x.aut quod ſatis eſt.

Modus conficiendi. Cap.XCII.

Apparatur autem antidotus hoc modo . Sex drachmas caſiæ, & alias etiam xxiiii.quæ cinamomi loco ſunt coniectæ,per ſe tundito ac cribrato : deinde crocum primum in pilam coniectum cum uino probe terito:atque ubi quàm tenuiſsimus factus fuerit ei cribratam caſiam addito, ac rurſus infuſo uino terito:ubi uero caſia ſufficienter fuerit trita lemniam terram cum uino modico in alia parua pila per ſe terito,& aſphaltum ſiue bitumen ſimiliter diſſolutum ad crocum & caſiam iniicito,ac rurſus aliquandiu terito. Reliqua uero omnia herbacei generis cũ tribus paſtillis & cum caſtoreo tundito & per tenuiſsimum cribrum excutito:ſucculenta autem omnia , acaciam inquam,myrrham,opium,thus,hypocyſthidis ſuccũ, & glycyrrhizam,opopanaca,ſagapenum, galbanum & gummi contuſa , in competenti uini menſura una die ante macerato. Styracem uero in pilam magnam ac amplam coniectum cum opobalſamo terito , & priuatim unito:deinde & præmacerata ſucculenta in pilam iniicito ac probe terito,atque ſi opus fuerit uinum paulatim affundito:poſtquam autẽ & hæc ſuffi-

cienter fuerint trita, ſtyracem antea tritum , & caſiam, & crocum & quæ cum eis ſunt adiicito & diligenter unito. Chalcitidis deinde bonæ ſexuncẽ aut amplius in ollulam paruam nouam amplioris iniicito , & ſupra carbones ardentes imponito,ac chalcitidem aſſidue cum pura rudicula agitato. Quum uero liquefieri cœperit & lutoſam ſubſidẽtiam acquiſierit , ſtatim ab igne auferto,poſitaq; in terram ollula quo uniatur diligenter agitato, coagmentatamq; pauliſper ſinito. Deinde ablato & abiecto eo quod in ſuperficie ſiccius & rufum apparet,ex medio quod uiridius eſt & molle apparet accipito, ac quatuor drachmas ponderato,easq; in mediam pilam iniicito,in qua reliqua prius trita habes,cum modicoq; uino in uno aliquo pilæ loco diſſolutas,cum reliquis committito,ac modico addito melle deſpumato unito. Poſtquam uero chalcitis ad reliqua trita fuerit admixta , omniaq; nigrum acceperint colorem,tunc addito etiam terebinthinam cum modico melle prius diſſolutã. Qua deinde ammixta,arida etiam contuſa & cribrata adiicito,& reliquum item mellis paulatim ammiſceto:poſtea cum magno piſtillo omnibus quàm diligentiſsime unitis, antidotum ipſam in mortarium transfundito,& piſtillis ligneis ex grauiſsimo ligno & politiſsimo fabrefactis,eam ad ſolem expoſitam in mortario tundito:deinde probe contectam ſinito , & rurſus poſt triduum aut quadriduum ad horas tres tundito, atq; id donec quadraginta tranſierint dies facito : deinde uaſis uitreis modico melle deſpumato prius imbutis excipito:neque uero uaſa ualde expleto,ſed locũ quendã quo tranſſpirare pharmacũ poſſit relinquito:probeq; contectũ ac obligatũ adſeruato. Hæc quidẽ igitur omnia ad pharmaci uirtutem ac conſeruationem ſunt deſcripta. Vt autem nigrum fiat , non ſcio quomodo in conſuetudinẽ uenerit,& ſanè quiſquis hunc colorem in eius apparatu non adſequi-

tur,is irridetur. Modus uero adsequendi omnibus in promptu est. Nosse tamen operæprecium est ex colore pharmaci,uim ipsius minime permutari. Quod uero circa colorem pharmaci offendamus & delinquamus,ob chalcitidem est plus iusto ustam: si enim paruum superuratur rubicundiorem antidoti colorẽ reddit. Si uero amplius,non rubicundiorẽ,sed à naturali parum immutatum facit colorem. Per mensem porro Antidotum ipsam uisitare oportet & rudicula munda agitare, ne id quod in superficie est & quod uasi contiguum adhæret exaresçat. Cæterum tempore ad concoctionem non modico opus habet, quo matura usui antidotus fiat,& iuste concoquatur. Vt plurimum uero per duodecim mensium tẽpus coadunatur,& concoquitur.

Post quantum tẽpus ea sit utẽdũ. Cap.XCIII.

Qui uero ipsa magis uigente & ualidiore uti uolunt,etiam post unum mensem ea utuntur, præsertim ad eos qui à uenenatis bestiis demorsi sunt,& à uenenosis pharmacis infecti: hi enim quum grauiore malo urgeantur, potentiore etiam ab antidoto auxilio opus habent.

Quanto tempore efficax sit. Cap.XCIIII.

Est autem pharmacum ualidum inquit Galenus, usque ad XXX.annum in his affectionibus in quibus non tanta est nocentis causa. Quod si uero per tempus siccior fiat antidotus, eam in mortarium conjectam & pistillo tritam,optimo meile despumato affuso,rursus unire ac excipere oportet, atque id quotiescunq; aridior facta fuerit faciendum est.

Modus probandi theriacen. Cap.XCV.

Multi igitur ipsius potentiæ probandæ ac cognoscendæ gratia,aliquod purgatiuum pharmacũ prius exhibent,deinde ab eius acceptione antidotum bibẽdam præbent, atq; hoc modo eis iudicationem per comparationem quandam faciunt. Si enim ualida & uigore efficax fuerit,purgationem fieri minime permittit,sua ui exuperans pharmaci purgatiui facultatẽ. Si uero æque purgetur homo ueluti si antidotũ non accepisset, manifestum fit eam inualidam & exilem esse,ut quæ retinere non potuit purgatiui medicamẽti fluxum. Quidam uero papaueris succum duorum scrupulorum põdere aqua dissoluunt,eumq; cani aut gallinæ uel columbæ bibendum præbent. Deinde etiam confestim antidotum dissoluunt, ex eaq; nucis ponticæ magnitudinem ori animalis infundunt, neq; quicquam mali inde comitatur.

De exhibitionis mensura,& utendi modo, & in quibus conueniat morbis. Cap.XCVI.

Cæterum facultatis eius mensura non eadem in omnibus hominibus existit. Sicut neque liquor idem est,in quo dissolutam ipsam exhibemus. In uenenatis nanque pharmacis,aut uenenum iaculantis animalis plaga,nucis ponticæ magnitudine in uini cyathis tribus dissolutam bibendam præbemus. In aliis autem affectionibus tum mensura,tum liquore diuersimode utimur: Secundum affectionum enim diuersitatem, etiam pharmacorum quantitatem competenter metimur,& conuenientem similiter liquorem eligimus. Non enim solum ad bestiarum morsus & uenena à natura sua auxiliatur,sed & ad alias magnas affectiones auxiliare pharmacum per usus experientiam à nobis inuentum est. Capitis igitur dolores diuturnos & uertigines sanat: Auditum grauem & uisum obtusum potu sedat,quandoque & gustus organum debilitatum emendat,& comitiali morbo auxiliari consueuit. Auxiliatur & suspiriosis & qui orthopnoici dicuntur ex aqua mulsa potata, dissecans & attenuans ac facile eductiles reddens coactos & uiscosos humores commodat ueteri ac recenti tussi, & quibus pectoris aut laterum partes dolent,magnitudine

fabæ,febre carentibus ex uino mulso, febricitantibus ex aqua mulsa. Conuenit & sanguinem per sputum reiicientibus siue ex pectore,siue è pulmone eductio fiat, siquidem recens sit elatio cum posca, inueterato autem malo ex aquæ cyathis tribus:præstiterit autem aquam ipsam radicis symphyti decoctum esse.

Datur autem fabæ ægyptiæ magnitudo ad noctem & mane. Sæpe uero & stomachi uitia curauit,& fastidium eius, ciborumq; inappetentiam in eorum desyderium & appetentiam suauiter commutauit. Quin & uentriculi difficilem concoctionem & imbecillitatem corrigit,similiterq; & stomacho inflatos, & intestinis tortos,,aut colum dolentes placat. Aliquando autem & cholericæ affectioni præclare auxiliatur, corporis miscellam corroborans & plærasque cohibens fluxiones. Maxima uero eius efficacia in his qui ex oris stomachi morsu animo linquuntur: cardiacos græci appellant,apparet:præ multis enim & assiduis sudoribus corpore diffluẽte,& uiribus exolu to,quum ex uini potu sæpe nihil opis sentiant: Antidotus ipsa potu sudores sistit, & uires concidentes uelut erigit ac fortiores reddit. Lumbricorum etiam omne genus mirabiliter ex intestinis exigit: Et hepaticas omnesq; inueteratas affectiones sæpe curat. Arquatum item morbum ex aliqua hepatis affectione obortum strennue sanat. Quandoq; & induratos lienes liquefacit,sordibus eorum & superflua substãtia paulatim consumptis,atq; hoc cum aceto mulso data præstabilius facit. Deterit & lapides renum, omneq; terrenum & sordidum ex illis repurgat cum decocto petroselini,difficilem item mictionem ueficæ compescit,& in ipsa ulcerationes quandoq; persanat. Laudatur & ob id quod omnem insultum diuturni rigoris & algorẽ tollat,bilisq; uomitum accessionis exacerbationum tempore aliquando cõcomitantem sedet: Maxime uero quartanis conducit si quis ea ingenio

se utatur. Ego igitur,inquit Galenus,multos quartanarios hoc ductu usus facillime liberaui: primum quidem eos per uomitum à cœna euacuaui: Deinde sequenti die mane absinthii cremorem exhibui, atq; ita duabus horis ante accessionem antidotũ ipsam dedi:& mirabiliter adeo sæpe successisse noui, ut confestim nulla accessione qui accepisset impeteretur. Verum utendi tempus non in principio morbi est, sed quum perfecta concoctio in urinis apparet. Etenim si in principio morborum siue ipsa, siue aliud pharmacum præbeatur,congeminat morbum. Datur & hydropicis cum sisari decocto & similibus,& eã præsertim quæ aqua inter cutẽ & Græcis leucophlegmatias appellatur,generose iuuare consueuit, per totum corpus digesta & distributa: atque undiquaq; ex carnibus exprimẽs humorem. Quapropter etiã his qui malo corporis habitu prediti sunt optimum pharmacum existit,& elephantiasim sæpe curare solet,corrupti omnẽ corporis fieri prohibens: Et rigore neruorum conuulsis plurimum auxiliatur: Et membrorum resolutiones in potu accepta sæpe persanauit. Creditа est & fœminis mẽstruas purgatiões ciere,& immortuos fœtus eiicere, quos natura propter debilitatem expellere non potest. Danda itaq; eis ex passo aut aqua mulsa magnitudine fabæ,ruta tamen aut dictãno in prædictis liquoribus decoctis. Podagra etiam affectis & articulorum omniũ fluxione infestatis opitulatur,maxime quum augmenti tempus præterierit, & status acuminis institerit: doloribus enim sedatis per ea quæ eos mitigare possunt, antidotum in potu præbere oportet. Illatos enim fluores consumit, & alios inferri impedit. Maxime autem profuerit si sani adhuc ipsam accipiant. Superfluos enim humores expendit & totam corporis miscellam permutat: Multi igitur in principio podagræ per assiduum eius potum perfecte ab affectione sunt liberati. Admira

ri porrò ſubit antidotum, quum ipſam non modo corpori medentem uidemus, ſed & ipſum animum ſæpe ab affectibus male diſpoſitum iuuare potentem: Ex atra bile enim obortos animi affectus ipſa ſedat: Etenim aſſidue exhibitum pharmacum ex uenis & uicinis partibus atram bilem uelut exhaurit & conſumit, quem ad modum etiam ex ferarum ictu illatum uenenum: Quin & aquæ formidinem peſſimum morbum quo à cane morſi laborant, ſæpe tollere cõſueuit, atq; ita mirifice tantorum malorũ concurſum impugnat. Cognita eſt præterea nobis antidotus ut quæ in peſtilentibus conſtitutionibus peſte apprehẽſis unice auxiliari poteſt: Eos uero qui eam præbiberint peſtilenti affectione apprehendi prohibet: Ipſa enim uelut temperamentum quoddam & ſanam cõſtitutionem corporibus inducit, redundantes humores conſumendo, & refrigeratas partes concalefaciẽdo, inſuper & innatam facultatem corroborans, ad naturales actiones probe obeundas. Cæterum in peregrinando maxime conſulo ut ea utaris quum frigido exiſtente aere per hyemem iter facis. Eſt enim ueluti bonum uiſcerum indumentum, quod plurimã caliditatem ipſis exhibere poteſt. De Mithridate ſanè magno illo belli duce referunt, quod theriacem quidem non biberit, neq; enim adhuc in uſu erat: uerum ex alterius antidoti, quæ poſtea Mithridatica ab illo appellata eſt, uſu, ita corpus apparauerit, ut nulla ueneni ui lædi poſſet, & quum etiam letale pharmacum accepiſſet, mori non poſſet. Quum enim ab hoſtibus uincerẽtur ſeipſum interficere urgebatur, quando plurimo ueneni hauſtu mortem ſibi conſciſcere nequiuiſſet: Quapropter uocato quopiam ex amicis ei iugulum præbuit. Quare uides multæ mixturæ pharmaca multam etiam uim habere, quo corpora ex eorum uſu corroborata, nullis ueneni affectionibus uel raro & difficulter admodum obnoxia reddantur,

atq; hac facultate uel imprimis theriacem præditam eſſe cõſtat. Porrò tempus exhibitionis commodum eſt quum probe concoxerit, ipſam acceptus, neque ciborum copia ſit oneratus. Bibat autem ieiunus, quo ſufficiẽs temporis interuallum ſuperſit ad ipſius pharmaci concoctionem. Anni præterea tempus ſimulq; regionem inſpicito, in quibus ipſum es exhibiturus. Æſtate enim neq; in totum dabis. Quapropter etiam eis qui in ætate uigoris ſunt, & plurimum habent naturalem calorem, neq; multum, neq; ſæpe pharmacũ ipſum exhibere moneo: Quem ad modum contra eis qui iam uergente & adfecta ætate ſunt, tum plurimum, tum ſæpe cum aqua, quanquam potius conſulam ut cum uino accipiatur. In pueris uero pharmaci exhibitionem omnino uitare oportet: Maior eſt enim pharmaci facultas quàm uires eorum tolerare poſſunt, & corpus ſanè facile diſſoluit, & inſitum ſpiritum cito extinguit: Quem ad modum & lucernæ flammam oleum ipſum, ſi ignem ſuperet, facile extinguit. Atq; ego uere id narrare poſſum: inquit Galenus, puerum quendam ab intempeſtiuo antidoti uſu exolutum eſſe. Omnem nanq; ipſius habitum pharmacum ipſum diſſoluit, & uentrem fluore cõmouit, atq; ita noctu puer expirauit. Quod ſi aliquando calidiorem regionem inhabites, uitare oportet andoti uſum, ſufficiẽte tibi illius loci aeris calore. Vnde neq; hominibus qui ſub primo ſolis ortũ habitantes caliſimi ſunt, & multum habent illius regionis calorem, antidotum theriacem conuenire puto.

Sales theriaci ex libris Marciani, cũ quibus conſentit Galenus. Cap. XCVII.

Sales ex uiperis hoc modo apparãtur: faciũt autẽ & ipſi ad omnia prædicta moderate, per aſſiduum uſum cõmoditatẽ exhibẽtes: quanq; ſint qui eorũ auxiliarẽ potentiã penitus negent, per exuſtionẽ diſſipari affirmãtes ferarũ facultatẽ. Ego uero dicere auſim,

eandem quidem potentiam cum theriaca ſales non tamen eorum uim per ignem perire, quum multa ſint quæ per ignis familiaritatem meliora reddita conſpiciantur, uelut eſt aurũ, & calx, & ſimilia. Viperæ enim integræ uſtæ intenſiorem & malignam uim per exuſtionem deponunt: Temperamentum autem auxiliare & ſymmetriam ab igne ſumunt. Proprie autem in affectionibus cutis curandis ſales commendãtur, cuius generis ſunt leuce, lepra, impetigo agreſtis, elephantiaſis, alphos, ſcabies agreſtis, & raritas ac defluuium capillorum: huiuſmodi enim cutis uitia confeſtim delent, & acria recrementa ſubter cutem redundantia optime diſcutiunt. Plæriſq; enim ex eorum eſu ſudor prolicitur, atq; ita per exudationem corrupta ſubſtantia euacuatur, adeo ut quidam in principio pediculos excluſerint intra xiiii. ad ſummũ dies: poſt hos enim nullus in corpore pedũculus apparet. Quidam uero pro pediculis ſputa pituitoſa reiectant à ſalium reiectione initium facientes, deinde paulo poſt etiam ſputa repurgata ſiſtuntur. Licet autem tum in prandio tum in cœna eis uti, cum quibuſcunq; eduliis eos accipere uelis, neque ultra ad eorum acceptionem prouocare oportet. Tanta enim ipſis inſita ſuauitas eſt, ut magis uoluptatis gratia eos confectos quis dicere poſſit, licet igitur uſque ad iii. cochlearia per diẽ ex eis ſumere, maxime ſi cibus prius in uentre ſit probe concoctus. Qui enim eos accipiũt concoquunt melius & cibi appetentiores fiunt, floridius etiam corpus habent, & ſenſus omnes uegetiores. Suffuſiones igitur incipientes & nondum congelatas egregie diſſoluunt, neque plane quis ſuffuſionẽ incurrat qui eos quotidie accipiat: purgationes item lunares propter obturationem aliquam aut ſanguinis coactionem ſuppreſſas ciẽt. Iidem etiam largum & impetuoſum menſium defluxum ſiſtunt. Quiſquis autem eos præſumpſerit omnes uenenorum, & uirus iaculãtium beſtiarum inſidias euincet: neq; etiam quum infectus fuerit, & poſtea ſtatim ſales acceperit, periculum incurret, maxime ſi corporis ſui temperamentum per horum ſalium uſum multo tempore apparauerit ac ueluti condierit, quem ad modum Mithridatem feciſſe dixi. Præſtat & peſtilenti conſtitutione inſtante ad auxiliare hoc & mali depulſorium pharmacum confugere, præſertim ſi ei myricæ herbam ammiſcueris. Morborum præterea omniũ medici ſales exiſtunt, maxime tamen eorum qui in renibus conſiſtunt: lapides enim in eis atterunt, & plane marcidos renes reſtituunt: uertigini uero & dolori capitis inueterato, morboq; comitiali nulla alia conſimilis medela exhiberi queat, ſi quis eos per integrũ annum ex ordine large ſumat. Noui & arquatos diuturnos, & ſplenicos, ac colicos qui frequenter hanc affectionem inciderunt per eos ſanatos, hydropem etiam maxime ſubter cutem per eorũ uſum reſiccaui & ingentem famem, bulimon græci dicunt, diſſolui. Vt quis etiam per frigidum aerẽ iter faciens minus frigore lædatur, comeſti faciunt. Rigores autem per circuitũ repetentes diuturnos cohibent, & tuſſes humectas reſiccãt. Tabidos uero iam mirabiliter ad bonam corporis habitudinẽ reduxerunt paulatim eduliis adſperſi: Exolutos autem à languore perfecte reuiuiſcere faciunt. Scio nanq; plurimos membris penitus reſolutos per ipſos ſanatos. Ad podagrã demũ maxime incipientem, & omnino ad omnes articulari morbo affectos unicum hoc eduliũ conſtructum eſſe uidetur. Adhortor igitur eos qui à podagra liberati ſunt ut eis cõtinue utãtur. Quidã uero uiperas totas extendunt & ſiccant, poſteaq; terunt ac eas in potu contra morbũ articulorũ exhibent. Cæterũ uix ſatis dignis uerbis aſſequi queas, quantũ diuturnas quartanas & deliria ex atra bile oborta dilatent & remorẽtur, ſi ante acceſſiões & in interuallis quoq; ſumãtur.

Enecant item omne lumbricorum genus: optimum
est etiam per ipsos maxime crasfiores, dentes confri-
care. Non enim albioris tãtum eos reddunt, sed neq;
dens postea laxior factus mouebitur, neq; erodetur,
neq; stuporem incurret. Extrahũt etiam per caput re-
crementorum copiam, ac caput purgant, & oculos
leuiores reddunt. Apparantur autem hoc modo. Vi-
peras accipere oportet magnas, eiusmodi qualẽ prę-
diximus specie eodemq; tẽpore captas, numero iiii.
non ultra biduum postq̃ captæ sunt adseruatas: sed si
fieri potest eadem qua captæ sunt die, eadem in ollã
figulinam puram magnã conijcere oportet, statimq;
supra ipsas pro sale ammoniaco, salem communem
lotum & exiicatum iniicere: præstiterit quidẽ ammo-
niacum salem esse, si uero haberi non possit, commu-
nis & albi italici modii dimidium, hoc est lib. xx. inii-
cito, atq; id nõ in meridie facito sed mane. Tũc enim
rigentes adhuc bestiæ ad motũ tardiores sunt. Quod
si phagi etiam arboris ramulo uiperas cædas, ad mo-
tum ipsas tardiores reddes, & mirabilem eis soporẽ
induces. Est autem phagus species quercus. Quũ igi-
tur uelut dictum est, uiperas salibus grauaris & opres-
seris, pastillos insuper ad sales adiice hoc modo ap-
paratos. Radicis gentianæ, sesquilibram, aristolochię
rotundæ, sesquilibram, comæ centaureæ minoris
lib. ii. seminis cardamomi lib. ii. marrubii, scordii,
apii, chamædryos, seminis rutæ hortensis, singu-
lorum lib. i. Hæc omnia in crassas partes contundi-
to, & cum attico melle subacta in v. aut vii. pastillos
latiores, quo probe exuri queant reducito. Hos equi
dem pastillos eo quo dixi modo præparatos habẽs
ad sales uiperis uiuis iniectos imponito. Deinde scil-
las electas, magnitudine sua manum explentes, recen
tes v. in tenues partes dissectas pastillis superindito,
aliumq; dimidium modium Italicum hoc est xx. lib.
alias salis supra scillam & pastillos iniicito, & de-
inde

inde ollam operculo tria foramina habente obtura-
to, eamq; forinsecus totum luto figulino, ut si rumpa
tur nihil pereat, oblinito. indeq; sensim igni adhibeto
paulatimq; circumlitum lutum torreto, deinde aucta
flamma per siculneorum aut uitis lignorũ ollæ subie-
ctorum exustionem, uaporem inde per foramina
elatum obseruato, primum enim fumus multus cali-
ginosus & turbatus ualde exigens apparebit, signifi-
cationem perhibens quod ignis iam feras ipsas cõtin
git. Quo tempore diligenter cauere iubeo, ne quid
ex illo fumo per respirationem haurias, aere nimirũ
per ferarum exhalationem infecto, deinde ubi cessa-
uerit uapor, & flammam quandam exilem per fora-
mina conspexeris egredientem, tunc sanè quàm op-
time assatas putato, atq; ita olla ab igne ablata, perq;
diem ac noctem refrigerata, usta per apertam ollã exi
mito, & cum subscriptis tundito. Sunt autem hæc.
Seminis rutæ syluestris, dodrantem, hyssopi dodran-
tem, nardi celticæ sexuncem, stachyos sexuncem. Est
autem marrubio similis non tamen spinosa plãta seu
frutex, seminis fœniculi montani sexuncem, petrose-
lini macedonici trientem, comæ origani dodrantem,
seminis hormini tosti dodrantẽ, racemi amomi qua-
drantem, cacuminum thymi dodrantem. Foliorum
malabathri trientem, carnium iuniperorum bacca-
rum lib. ii. seminis coriandri sexuncem, piperis longi
lib. ii. radicis silphii uncias xvii. zingiberis non corrosi
lib. ii. seminis satyrii quadrantẽ. Quidam uero radicis
satyrii coniiciunt sexuncem, pulegii montani sexun-
cem, seminis mentæ sexuncem. Aut si haberi non
possit, herbæ siccæ sexũcem, tordylii & casiæ cuiusq;
quadrantem, seselis massilienſis sexuncem, cinamo-
mi unc. i. Maximopere autem conandum est ut cras-
siora ueluti sunt lignosa omnia contundendo atte-
nuentur, neque quicquam ex eis reiiciatur. Tusa aut
per angustissimum cribrũ excutito, bis & ter per ea-

dem cribella excutiendo, quo quàm optime uniantur, atq; ita omnia in uitreis uasculis reponito, neque statim utitor sed post quadragesimum tãdem diem. Inueteratum enim pharmacum maiorem commoditatem de se præbet, maxime si extra omnem humiditatem ipsum siccum adseruaris. Cæterum colore nõ ualde nigrescit. Ego uero inquit Galenus, bestias ipsas non exuro, sed pastillos ex eis, quorum confectionem in theriaca docui, reliquis quæ cum bestiis uruntur ammisceo & simul ex ero, quo eam quam in se habẽt amaritudinem per exustionem abiiciant, tãtam autem pastillorum mensuram adiicio, quantam coniectura assequi possum quatuor numero uiperas habere, & sanè sales uere optimi euaserunt, utpote qui neq; ex ustione cinereum retulerint saporem, neq; nigrum colorem, sed & ob qualitatem usui gratissimi sint facti, & qui uim qua eos proprie præstare prædicaui efficaciorem haberent. Efficiunt autem quatuor uiperæ magnæ, pastillorum siccorum sextantẽ & unciæ dimidium. Atq; hic quidem est totius confectionis salium theriacorum modus. Oportet aut medicũ uarie ipsis uti, utpote si sanguinem spuentibus sales hos exhibiturus sit, radicis symphyti cõtusæ & cribratæ sextam partẽ ad salis modũ addet ueluti si quinq; cochleariis pharmaciunã symphyti addat. In phthisicis autem siue tabefactis & pectore suppuratis, iridis tenuissime tritæ aut dictãni sextam partem salis ponderi adiiciet. Hepaticis uero chamæpityn, spleniticis cyclamini radicem, aut capparis corticẽ, aut piperis addet sextam partem. Quod si ad podragricos apparare uelis, dimidium præscripti ponderis satyrii auferto, uitando ne rabiosas & membra exoluentes in ipsis excites uoluptates. Cæterum in renibus lapides q̃ maxime atterunt sales, si carpobalsamũ aut lithosperma appellatum habuerint ammixtũ. Si uero uim contra uenena intensiorem facere uelis, in saliũ cõfectio-

ne scordium & marrubium duplicabis, insuperq; anatum sanguinem siccum adiicies. Eis uero qui à rabido cane morsi sunt amplius conferent, si pæoniæ radicem addas aut cancros exustos. Opisthotonicis autem qui retro neruis conuelluntur, maxime profuerunt, si castorii & opopanacis parum habeant admixtum, in eis sanè qui id tolerare possunt. Visum porrò exacuit malabathri foliũ duplato pondere in confectione additum. Concoctionem uero ciborũ iuuãt si casiæ & costi eis sufficiẽs modus addatur. Ad inflationes autem cuminũ adiicito. Vrinam amplius ciet dauci semen additũ. Quartanas uero amplius soluũt si uerbenacam rectã, & eupatorium & succum cyrenaicum, aut ipsum laser adsumant. Verũ ut summatim dicam. Omne quod commodum & habile noueris affecto membro, idipsum ad sales, siue in ipsorum cõfectione, siue exhibitionis modo ammisceto. Quin & amariores scio sales apparatos. Ex his enim quæ cum uiperis urũtur aristolochiam, & scordium, & cardamomum, & dimidium centaureæ detraho, eademq; postea cum reliquis quæ tunduntur misceo, immo & stœchadis parem scordii mẽsuram addo, atq; ita gustu amariores sales euaserunt, & in usu sanè ad multa mihi commodiores sunt experti. Porrò cauendum est ne eos prægnantibus & abuere lactantibus exhibeamus. Et ne pueris, ac temperamento calidioribus, & præsertim tempore æstiuo, & regione calida, & qui acuta & sicca febre laborãt, eos quoquo modo præbeamus.

Antidotus Mithridatica. Cap. XCVIII.

Hæc ut Antipater & Cleopater tradunt, ista capit. Myrrhæ drachmas vii. obolos quatuor, spicæ nardi tantundem, croci drach. vii. obolos tres. opii drach. quatuor, obolos ii. & dimidium, styracis drachm. v. castorii drachmas vi. obol. i. cinamomi drac. xvii. polii drach. v. scordii drach. xvii. zingiberis tantundem,

costi drach.xvi.piperis albi drachm.v.obol.i.piperis longi drach.xvi.seselis incorrupti drachmas v. obol. ii.petroselini drachmas xiiii.seminis dauci drach.xvi. casiæ drach.xv.thuris drach.xvi. succi hypocisthidis drach vi.& sesquiobolum. nardi celtici drach.iiii. seminis fœniculi drach.iiii. folii malabathri drach.iiii. acori incorrupti,phu,sagapeni, carpobalsami, hypericí,iridis illiricæ,acaciæ,gummi seminis cardamomi citra medullam,seminis pelicini, singulorum drac.ii. lemniæ sphragidis,confectionis cypheos,partiũ scinci iuxta renes sitarum,singulorum drachm.ii.seminis thlaspios drach xvi.gentianæ drach.iiii. anisi drac.iii. rosarum siccarum mundatarũ drach.iiii.mei drac.iiii. florum iunci odorati drach.vi.opopanacis drach.vi. galbani drach.vi.obol.iii.opobalsami drac.vi. obol. iii.aristolochias drachmam unam, h ssopi drach.iii. marrubii drach.i. chamæpityos drach.iii. rosmarini drach.v.terebinthinæ chiæ drac.vi.obol.iii.mellis attici despumati quantum sufficit. Vinum ne addas,sed prædilsolutis melle calido succis,indeq; tritis ac adiecta terebinthina,inspergito sicca contusa & angustissimo cribro excussa. Vnitoq; & reponito omnia. Datur drachmæ pondere,aut ad summum siliquę xxiiii. ex ea exhibentur.

Confectio Cypheos. Cap. XCIX.

Cæterum Cypheos quæ in antidotum coniicitur descriptio hæc est. Vuæ passæ tenuis ac pinguissimæ detracta pellicula & uinaceis hoc est, ipsius carnis drach.xxiiii.terebinthinæ ustæ drach. xxiiii. myrrhæ drach.xii.cinamomi drachm. iiii.floris iunci odorati drach.xiiii.croci drac.i. bdellii drachm.vi. onychos, hoc est,unguis aromatici drach.i. aspalati drach.ii.& dimidiam,spicæ nardi drac.iii.casiæ drach.iii.cyperi drach.iii.& dimidiam,baccarum iuniperi magnarum drach.iii.& dimidiam,calami aromatici drac.ix. Mellis quantum satis est, uini odorati parum. Myrrham,

bdellium, & terebinthinam ustam contere cum uino ut mellis crassitudinem induãt: deinde uuam passam per se probe tritã adiice, simulq; tritis mellis sufficientem modum infunde, ac reliqua insperge, pastillisq; inde formatis utere. Vritur autem terebinthina hoc modo. Terebinthinam coniice in ollam,& triplum aut etiam amplius aquæ infunde, & ad ignem adhibe, nihilq; omnino mouendo coque. ubi uero consumpta fuerit aqua & terebinthina attenuata ac inualida reddita,ut digitis confringi possit,eam tolle atq; in antidoti confectionem assume. Si uero insumpta aqua adhuc mollior appareat terebinthina,aliã aquã superfunde rursusq; ad ignem adhibe, donec friabilis reddatur. Datur autem cyphi ipsum & per se commode his qui hepar aut pulmonem, aut rhenes, aut aliquod aliud uiscus exulceratũ uel obturatũ habẽt.

De antidoti Mithridaticæ usu. Cap. C.

Datur itaque ad summum ex præscripta antidoto Mithridatica nucis põticæ magnitudo. His uero qui ad integram ętatem peruenerunt græcæ fabæ. Augetur autem & minuitur hæc magnitudo in mediis ætatibus. Atque his quidem qui febre carent ex uino dãda est,aut uino mulso,aut condito,siquidẽ hepar habeant obturatum, febricitantibus uero ex aqua, aut aqua mulsa. Facit enim ad antiquas stomachi fluxiones itemq; thoracis, & ad omnes inueteratas in profundo corporis exulcerationes aut abscessus: facit ad tabidos,& ad uentris inflationes. Et Cœliacis medetur. Emendat & reducit obtusum appetitum, & bonum colorem corpori addit. Frangit lapides, sanat urinæ difficultatem & atram bilem congregari uetat: fœtus immortuos expellit, & ad alias item affectiones conueniens est. Acuit uisum eorum qui eam accipiunt, plurimã autem præsertim præsumpta uim habet, quod non permittat quẽpiã à letali ueneno lędi,qua gratia ẽt à Mithridate cõposita ẽ & appellata.

Antidotus Esdræ aut prophetæ Doctoris. Cap. CI.

Amomi scrup. xii. floris iunci odorati drach. ix. pyrethri drach. vi. croci scrup. xxxvi. cinamomi scrupu. vi. aut casiæ duplum, myrrhę troglodyticæ scrup. xii. styracis calamitæ scrup. xviii. petroselini scrup. iii. seminis dauci scrup. iii. tragacanthi scrup. vi. succi hypocysthidis scrup. ix. iridis illyricæ incorrosæ scrup. xv. seminis fœniculi scrup. vi. bdellii scrup. ix. thuris drac. i. sulphuris uiui scru. xxvii. seminis hyoscyami albi scru. xxvii. casiæ scrup. ix. seminis papaueris scrup. xxx. spicę nardi scrup. xii. seminis rutæ scru. iii. seminis ocymi scrup. iii. rhois culinarii scrup. lv. seminis anethi scrup. vi. asari drach. i. seminis cardamomi reiecta medulla scrup. vi. opii scrupu. xxvii. euphorbii scrup. vi. piperis scrup. xxx. rosarum siccarũ scrup. ix. folii, scru. xii. opobalsami scru. xxiiii. uentris mergi scrup. vi. laccæ scru. xii. lycii indi scru. xii. cariophylli scrup. xii. stercoris reperti in aluo mergi scru. vi. rhei pontici scrup. xii. meiatamantici scrup. vi. floris nerii scru. iiii. & dimidiũ, terræ cimoliæ scru. xii. succi artemisiæ scru. xx. foliorum feridis scrup. ix. spicæ celticæ scrup. xii. rosarũ rhodo daphnes scru. vi. Alii etiam castorii scru. xii. uerum tu castorii scrup. tres coniicito, costi scrup. xii. gentianæ scrup. xii. confectionis hedychroi scrup. ix. anisi scrup. sex, fisonis scrup. xviii. ammoniaci thymiamatis scru. duodecim. Quandoque & foliorum citri scrup. duodecim, uini ueteris odorati quantum satis est: Mellis despumati primarii libras v. uel vi. Apparatur autem hoc modo. Arida omnia cum croco & castorio ac hedychroo tundito & per angustissimum cribrum excutito. Opium uero, myrrham, hypocysthidem, bdellium, lycium, ammoniacum in uino macerato. Tragacanthum autem per se macerato. Sequenti deinde die rosas rhododaphnes & serin terito ac unito, & tragacantho similiter probe tritæ reliqua trita adiicito, & cũ succo artemisiæ unito, mel quoq; de-

spumatum & tepefactum sæpe instillato ne tragacanthus exaresçat. Deinde & arida tusa inspergito, suffi cienterq; unita probe contegito: in sequentibus uero diebus septem aut nouẽ in sole terito, & uasis uitreis excipito. Neque tamen uasa expleto, sed locum respirationi reliquum facito. Visus eius est ad uenenum iaculantium animalium plagas, datur autem fabæ magnitudine ex uini cyathis duobus mane & ante somnum eodem modo. Illinitur & plagæ eamq; à periculo uindicat. His uero qui letale uenenum hauserunt post uomitus & ante, nucis ponticæ magnitudine datur, mane, & ad somnum cum uino. Præsumpta etiã ueneno uim lædendi adimit. Ad capitis porrò dolorem eam in sapa dilutã fronti illinito. Dato & ad somnum phasioli magnitudine modica aqua & sapa dissolutam. Furiosis uero ante somnum datur fabæ magnitudine ex sapa diluta: dissoluitur etiam cum sapa, & toti fronti & inter supercilia illinitur, per omnẽ itẽ foris nasum ante somnum, maxime enim somnum inducit. Cæterum ad oculorum inueteratas fluxiones sapa liquefactam ad frontem usq; ad supercilia illinito. Ad molares dentes erosos, itemq; ad dentiũ dolores cum sapa liquefactam & calefactã ore detinendam præbe, & confestim quiescet dolor. Ad tussim uero diuturnã & spirandi difficultatẽ ac orthopnœã datur nucis ponticæ magnitudine nõ febricitantibus cum aqua frigida, febricitantibus cum aqua mulsa. Datur autem ex ordine per dies septem ante somnũ. Ad tabidos uero subcruenta expuentes & eos qui abscessum internum habent, fabæ magnitudine dato cum sapa modica frigida aqua diluta. Dato autem ad plures dies mane & ante somnum, & sanabitur affectio quantumuis sit diuturna, utere igitur neq; eam contemnito. Porrò ad diuturnos stomachi dolores ex frigiditate obortos cũ sapæ cyathis tribus, magnitudine fabæ dato ante somnũ: si uero febricitent,

uero ob repletionem aut frigiditatem datur fabæ cum aqua mulsa. Ad singultũ uero ob repletionem aut frigiditatẽ datur fabæ magnitudine ex aqua mulsa ante somnum. Ad hepatis obturationes fabæ magnitudine cum condito. Ad duricies uero cum aqua mulsa. Ad splenicos ex aceto aut aceto mulso. Arquato infectis ex uino mulso, hidropicis ex aceto mulso aut uino mulso, illinito etiã cum antidoto tumefacta partes & tumorem resiccabit. è lapide laborantibus datur cum sapa: ad urinæ difficultatem cum apii decocto, aut petroselini aut aliquo consimili. Ad profluuium uentris & cœliacis, & dysenteriæ maxime incipienti, nucis ponticæ magnitudine dato, mane & ad somnum ex uino, in febrientibus ex posca diluta confidenter utitor. Ad podagram fabæ magnitudine prębeto cum aqua mulsa. Eliquatam etiam cum sapa affectis locis illinito. Et siquidem principium fuerit affectionis, liberabitur ac euadet. Si uero diuturnum fuerit malum magnopere iuuabitur. Ad coxendices affectos & reliquos articulos corporis fluxione infestatos, eam cũ unguento aliquo, gleucino puta, aut irino, aut sicyonio eliquato, ac articulis illinito. Ad Elephantiasim in principio præsertim, immo & his qui iam malo oppressi sunt, nucis ponticæ magnitudine ex aqua mulsa bis per diem dato, eliquatam etiam cum uino toto corpori per nouem ex ordine dies in sole illinito, discedit enim paulatim à corpore cutis & ueluti squamulæ decidunt, & tota concretio, & corporis miscella renouatur. Ad ægre parientes mulierculas ipsam per se ad imum uentrem illinito, & facile partus prodibit. Ad ulcera postremum maligna & diuturna in cutis superficie oborta, uestis detritæ panniculo exceptam imponito.

Antidotus pæonia. Cap. CII.

Antidotus Pæonia uere pæonium pharmacũ multo usu iudicatum & approbatum. Amomi, scru. xviii.

croci scrupulos xl. radicis pæoniæ scrupu. xii. seminis pæoniæ scrup. xii. piperis albi scrup. ix. piperis communis scrup. xii. phylli scrup. ix. euphorbii scrupu. ix. spicæ nardi unc. i. rhei pontici scrup. xii. costi scru. xii. petroselini scrup. xlii. opii. xv. seminis hyoscyami albi scrup. xii. alii scru. xviii. habent, styracis primarii scru. ix. myrrhæ troglodyticæ scrup. xii. casiæ unc. i. pyretri scrup. xii. thuris scrup. xviii. castorii scrup. vi. calaminthæ scrup. ix. mellis despumati quod satis est, item q; uini. Opium, myrrham, thus, cum uino terito: styracẽ uero cum modico melle liquefactum similiter probe terito, atque eis unito: adiectis q; aridis tritis melle excipito ac utitor. Dantur ex ea siliquæ iii. cum aqua calida ieiunis, frequenter etiam ante somnum prout res urget. Facit autem ad destillationes è capite, & tussis, purisq; reiectationes, tabidos, peripneumonicos, pleuriticos, præter opinionem enim thoracem extra periculum fistit, tũ quod à destillationibus, tũ quod ad ulcerationibus imminet, etiam si sanguinem reiectent. Ad anginam uero uino mulso diluta utere assidue gargarissando, pinnulaq; etiam cum melle illini. Ad colicos autem & ex renum lapide affectos excellenter efficax existit. In exacerbationibus enim colicorum febre carentium exhibita euestigio dolores sedat. Si uero febriant remissiones febriles obserua to, atque ita exhibeto. Frangit enim calculos, & ab urinæ difficultate liberat ea præsertim quæ ex crassis humoribus & propter obturationem est oborta. Infunditur etiam & maxime in ipsis colicis uehementissimis urgentibus doloribus cum oleo rutaceo, & statim à periculo liberat. Longas autem febres maxime quotidianam & quartanam facile soluit duabus ante accessionem horis data. Quin & ægros ad reficienda corpora optime paratos fecit. Datur autem non in principio morborum, sed quum perfecta concoctio apparuerit in urinis. Cæterum ad pestilentes &

populariter grassantes morbos ex uitiato aere obor
tos in corporibus summe auxiliatur, & in principio
sanè data pestilentē prohibuit sæpe dispositionē. Pre
seruat etiam à dysenteriis & tormitibus intestinorū.
Inducit & somnos dolori minime obnoxios, neq; so
porem ac stuporem infert, ueluti reliqua ad leuandos
dolores apparata, uerum somnum tamdiu detinet,
quousq; pharmacum penetrarit, & causas dolorū dis
soluerit. Et sanè multi ex ægris à somno surrexerunt
adeo concoquendi facultate præstantes ut obliti sint
an unquam aliquid à principio doluerint. Plura au
tem his & ultra promissa ei confidere potes. At ue
ro si uisceris alicuius inflammatio adsit, cauere opor
tet ne exhibeamus eam priusquam inflammatio laxe
tur. Quod si tamen periculum maximum instet, id
ipsum præfatus ac prætestatus dato, quo successuræ
curationi per ipsam æger adseruetur, eaq; tandem uic
toriam obtineat morbi.

Antidotus aromatica optima, Galli. Cap. CIII.

Facit ad omnes maxime tamen inueteratas circa
os uentris, atq; ipsum adeo uentrem affectiones, &
ad hepaticos. Est stomacho uehementer grata & effi
cax. Cinamomi drac. i. aut casiæ duplū, amomi dextā
tem, spicæ nardi triētem, folii trientē, myrrhæ troglo
dyticæ drac. i. casiæ bessem, croci un. i. floris iūci odo
rati unc. i. costi unc. i. piperis sexuncē, mellis attici de
spumati quantū satis est. Ego autem inquit cinamomi
modū cōduplico, meliorq; antidotus redditur. Datur
nucis ponticæ magnitudine cum uino, aut uino mul
so, aut etiam cum aqua mulsa si adsit febris.

Antidotus ex duobus piperis ge
neribus. Cap. CIIII.

Antidotus ex duobus piperis generibus quem ad
modum eam describit Archigenes, leuans dolorem,
finiens febrem, resiccans & concoquens. Facit ad co
li cos. Hanc etiam Crito apparauit hoc modo. Cro

ci drachmas sex, casiæ drachmas iii. cinamomi drach
mas duas, costi drachmas quatuor, styracis drachm.
viii. piperis longi drach. iiii. piperis albi drach. iiii. gal
bani drac. iiii. myrrhæ drach. iiii. quidam uero decem
sumunt, opii drach. iii. castorii drachmas quinq;. Suc
culenta cum uino uetere terito, reliqua uero contun
dito & cribrato ac tritis adspergito, & mellis despu
mati quantum sufficit adiicito, unitoq; ac adseruato.
Datur quibusdam magnitudine fabæ, aliis magnitudi
ne erui. Colicis uero à cibo præbeto cum uini austeri
cyatho uno. In affectionibus autem circa hepar & ue
sicam ex passo dato. Tabidis & pectore suppuratis
fluxioneq; infestatis ex aqua mulsa. Vtitor & ad
quartanas & ad alios diuturnos & per circuitum re
petentes rigores, duabus ante accesionem horis.

Antidotus Athanasia. Cap. CV.

Athanasia ut nunc apparatur, est autem Aegyptio
rum inuentum. Croci, spicæ nardi, folii malabatri, co
sti, fœnigræci, glycyrrhizæ, radicis eupatorii, petrose
lini, styracis, casiæ, opii, singulorum æquales partes,
mellis quod satis est. Datur ad summum nucis auella
næ magnitudine, hepaticis quidem si non febriant cū
uino mulso, febrientibus uero cum aqua mulsa, datur
ad dies ex ordine septem. In angina cum melle de
lingēdam dato, in affectionibus pulmonis & pleuriti
cis cum aqua mulsa. Stomachicis, & qui non conco
quunt cibum cum posca. Influxionibus uero stoma
chi ac alui in catapotia informatam dato, quibus de
glutitis aquam frigidam præbe bibendam. Ad exul
ceratam uesicam & uuluam cū tepida aqua. In mor
bo arquato, hydrope, & rhenum morbo cum uino
mulso exhibeto. Ad febres diuturnas per circuitum
redeuntes summe auxiliatur ante accesionem acce
pta, his qui diuturna oculorum fluxione laborant ad
noctem dato, & frontem ex ea illinito. Hæmoptoicis
& dysentericis ex posca ante somnum exhibeto.

Oribasii theriaca, qua Marcus Imperator usus est, quæ ante & post infectionem sumitur. Cap. CVI.

Trifolii bitumen olentis seminis, rutæ sylvestris, farinæ erui rufi, aristolochiæ rotundæ, æquales omnium partes in pastillos redige, & ex eis drachmam unam cum uino & oleo præbe. Alia confectio ualde bona. Farinæ erui rufi, drach. xlviii. anisi, seminis fœniculi, ammii, seminis apii, singulorum drach. viii. mei drachmas quatuor, seminis trifolii, opopanacis, serpilli, cuiusque drachmas quatuor, cum uino redige in pastillos, & cum uino ter præbe bibendos.

Oribasii theriaca ex Bryonia. Cap. CVII.

Theriaca ex Bryonia ad uenenatorum animalium morsus & ueneni haustum, ad morsos à uipera & à scorpio percussos. Radicis bryoniæ, opopanacis, iridis, rosmarini, opii, myrrhæ, singulorum drachm. iiii. aristolochiæ drach. v. thuris drac. vi. seminis rutæ sylvestris drach. vi. cumini drachm. xvi. Alii tres tantum drach. habent, farinæ erui drach. xvi. Alii iiii. habent, cum uino pastillos informato, atq; ter cum uino præbeto. Philonis antidotus ad colicos præscripta est. Isotheos antidotus ad tussim relata est.

Antidotus Hadriani. Cap. CVIII.

Piperis drac. xx. seminis hyoscyami albi drac. xx. opii drach. x. croci drach. v. spicæ nardi, euphorbii, amomi pirerhri, cyperi, cardamomi, folii, rutæ siccæ, casiæ, castorii, seminis dauci, myrrhæ, petroselini, cuiusq; drach. i. rosarum siccarum sesquidrach. seminis apii sesquidrachmam, zingiberis drach. ii. opobalsami drach. ii. mellis quantum satis est. Datur ad summum nucis ponticæ magnitudine, minimum uero fabæ Aegyptiæ modo. Facit ad colicos ante somnum data ex aqua calida: Stomachicis & qui reuomunt cibum ex posca, in urinæ stillicidio ex aqua calida, hæmoptoicis ex posca, dysentericis eum in catapotia re-

digito, & ab eorum deglutitione modicam poscam absorbendam præbeto. Tabidis ad noctem cum hydromelite dato, aride uero tussientibus cũ melle delingendam exhibeto. Morsis à phalangiis & uiperis cum uino mulso. Educit & menses cum uino mulso accepta in quo pulegium, aut calaminthæ, aut ruta sint incocta. Colicis cum acqua mulsa datur.

Antidotus Acharistos, cui digna gratia referri non potest. Cap. CIX.

Casiæ, myrrhæ, piperis albi, piperis nigri, castorii, galbani, styracis, croci, costi, opii, spicæ nardi, singulorum par pondus. Mellis quantum satis est. Datur magnitudine fabæ, facit ad omnia diuturni temporis purulenta in thorace, & ad hepaticos cum aqua mulsa, & ad colicos eodem modo, ad splenicos cum aceto mulso. Reperias autem ipsam & ad alias pluriumas affectiones approbatam.

Philagrii antidotus ex sulphure uiuo. Cap. CX.

Febrem finit, hac inquit Philagrius, omnino utor ad diuturnos per circuitum repetentes rigores. Sulphuris uiui, seminis hyoscyami albi, seminis cardamomi citra medullam, styracis, opii, myrrhæ, cuiusq; drach. viii. costi drach x. rutæ drach. x. croci drac iiii. casiæ drach. xi. piperis drach. xii. excipe melle attico despumato. Dato hora una ante impetum exacerbationis ex posca dilutiore calida, & post modicum interstitium dormire iubeto. Somnum enim inducit, atque omnes diuturnos febrium insultus soluit. Verum non conuenit eam prius exhibere quàm bona concoctio manifestissime ex urinis deprehendatur. Bene prospicere etiam oportet, quo is qui acceptus est redundantibus excrementis non sit onustus, & maxime si febres quotidianæ existant. Datur ad summum, quum adhuc in uigore est pharmacum, nucis ponticæ magnitudine.

Theriaca Democratis. Cap. CXI.

Medetur hæc morsibus animantium uirus iaculantium, uiperarum, ceraſtæ, aſpidum, natricum terreſtrium plagis, & paruarum beſtiarũ puncturis itemq; ueſparum. Et marinæ turturis ſiue paſtinacæ ac draconis ictibus, phalangiorum item & ſcorpionum. Apparatur hoc modo. Iridis illyricæ, zingiberis, opopanacis, opii, herbæ roſmarini myrrhæ troglo-ditice, ſeminis trifolii bitumen olentis, cuiuſq; drac. octo, ariſtolochiæ drachm. xi. ſeminis rutæ ſylueſtris drach. xii. radicis bryoniæ aridæ albiſſimæ drac. xvi. ſerpilli, caſtorii radicis eryngii, ſeminis apii, cumini æthiopici recentis, cuiuſq; drach. vi. Alii drachm. xii. habent, farinæ erui rufi, drach. xxiiii. Omnia hæc contũdito & cribrato, opopanaca uero cum uino diſſoluito, eiq; arida inſpergito & in paſtillos reducito, & ex eis drach. i. cũ uino ueteri meraco bibendam præbeto. Statim enim ut potatur commoditatem ſuam oſtendit, facit ad coli aut uentris inflationes ex aqua ter potatum, facit & ad eos qui intrinſecus aliqua parte dolent, citra manifeſtam cauſam.

Antidotus theodoretos ex anacardiis. Cap. CXII.

Antidotus theodoretos, hoc eſt, diuinum munus, ad totum hominem utilis eſt, facit ad uertiginem & omnes capitis affectiões, omniaq; pectoris uitia emẽdat, maxime uero ſuſpiriioſis, orthopnoicis, tabidis, pleuriticis, hepaticis, ſplenicis, & quibus exacerſcit in uentre cibus, & omnibus diuturnis circa ſtomachum & uentrem affectionibus prodeſt. His itẽ qui ex longis morbis ſe ægre reficere poſſunt, & qui de colores ſunt, & quibus corpus in arquati colorẽ mutatur, & quibus aqua ſubter cutẽ effundit incipit, renũ etiã affectionibus, & eis qui aſſiduo coli dolore affligũtur, auxiliatur: omnemq; habitum corporis corroborat. Quin & febribus inordinate ueteraſcentibus, atq; etiam per certum circuitum redeuntibus ante acceſ-

ſionem data prodeſt. Mirabiliter utilis eſt mulierculis, quæ purgationis menſtruæ ſtillicidio ac ſtrangulatu uexantur, & quæ ab utero ſuffocantur. Soluit etiã uentrem citra moleſtiam. Educit enim ea quæ iã longo tempore inteſtinis inhæſerunt, & ut ſemel dicam eſt diuinum donum. Huius enim uſu in omnibus ſentities ſucceſſum. Quod ſi quis uere & autũno præſertim, ſemel aut bis ea utatur, neq; circa diætã magnopere delinquat, nullis morbis obnoxius fiet. non ſolũ enim præſentes affectiones ſedat, ſed quas etiam futuras timemus impedit. Habet autem hoc modo. Croci, caſiæ, phylli, ſpicæ nardi, mei, agarici, rhei pontici, fioris iunci odorati, acori, epithymi, pipis, ſaxiphragi, iridis illyricæ, cariophylli, carpobalſami, myrobalani interni, cuiuſq; ſcrup. ix. anacardiorum, ſcrup. x. aloes ſcrup. xxxvi. mellis deſpumati lib. tres. Datur ad ſummum drachmarum quatuor, pondere ex aqua mulſa, aut uino, aut uino mulſo, ſecundum quod cuiq; affectioni commodum fore putas. Cæterum ſi ſcammoniæ ſcrupolos ix. adſumpſerit, præter opinionem flauam bilem purgat. Si uero epithymi ſcrup. ix. acceperit & ſcammoniæ ſcrupulum dimidium, atram bilem expurgat. Id quod multo adhuc efficacius præſtat, ſi pro epithymo ueratri nigri corticis drachm. unam aſſumat in pituitoſis porrò utiliter ad eius exhibitionem colocynthidis medulla tuſa & tenuiſſime cribrata ammiſcetur.

Theodoretos aliter apparata. Cap. CXIII.

Aloes drachmas lx. & ſiliquas ix. agarici drachmas xxiiii. croci drachmas vi. rhei põtici, drachmas vi. aſari drach. quatuor, coſti drachmas octo, acori drac. vi. cinamomi drachmas vi. xylobalſami drac. quatuor, ſpicæ nardi drachmas tres, caſiæ drachmas ſex, mei drach. ii. chamædryos drachmas quatuor, maſtiches drac. vi. piperis albi drachmas quatuor, mellis deſpumati quantũ ſufficit. Dantur ex ea ad ſummũ drac. iiii.

ad emolliendum uentrem. Quod si quotidie ea ut antidoto uti uelis in aliqua ex prædictis affectionibus, nucis ponticæ aut ampliori magnitudine præbebis. Quidam uero & piperis nigri, & albi, & longi, singulorum drachmas duas addunt, item amomi, floris iunci odorati, zingiberis, cuiusq; drac. ii. gentianæ insuper drachmas duas aliqui adiiciunt.

Theodoretos per acetum mulsum apparata. Cap. CXIIII.

Facit hæc magis ad omnes capitis affectiones, & deliria, ex atra bile oborta, itemq; insaniam, facit stomachicis & colicis, hepaticis, atque amplius adhuc splenicis & hidropicis. Habet compositio hoc modo: Spicæ nardi, folii, croci, mei, casiæ, epithymi, floris iunci odorati, rhei pontici. myrobalani, cariophylli, cuiusque drachmas quatuor, aloes sextantē, carpobalsami scrupulos xvi. zingiberis scrupulos xvi. mastiches scrupulos quatuor, iridis trientem, anacardiorum, scrupulos quatuor, agarici scrupulos octo, corticis radicis fœniculi lib. i. aceti acerrimi sesquisextarium, mellis sesquisextarium. Corticem prælotum in aceto per triduum macerato, deinde ut dimidium relinquatur coquito, percolato, & ad acetum mel adiicito, rursusq; ad mellis spissitudinem coquito, atque ubi tepuerit ad arida tenuissime trita in mortarium addito & diligenter unito, reponito ac utitor uelut in prioribus dictum est.

Picra siue amara per acetum mulsum apparata, Oribasii. Cap. CXV.

Facit ad stomachicos, colicos, uuluę strangulatus, hydropicos. Corticis radicis fęniculi lib. iii. aceti acerrimi lib. vi. Radices in aceto ad tertias coquito, & percolato aceto mellis lib. iiii. adiicito, & ad mellis spissitudinem coquendo redigito, refrigerato, & paulatim ad subscripta tenuissime trita in mortarium addito. Sunt autem hęc. Aloes bessem, iridis sextantem, mastiches

mastiches unc. i. zingiberis, casiæ, nardi celticæ, helenii, singulorum unc. i. piperis drach. iiii. mei unc. i. aut si non adsit, nihil impedit. Datur cochlearii mensura cum aquæ mulsæ cyamis iiii. (Est id poculi genus & Ægyptio uocabulo ciborium appellatur) Ab acceptione etiam aquæ calidæ cyamos ii. absorbeant.

Cyphi ex rebus xxxvi. Cap. CXVI.

Thuris sexuncē, styracis pinguis lib. i. myrrhæ trientem, folii quadrantem, costi trientē, amomi quadrantem, spicæ nardi quadrantem, casiæ quadrātē, sabinæ, cardamomi, ammoniaci thymiamatis, iridis, carpobalsami, singulorum sextantem, nardi celticæ, helenii, hypni, floris iunci odorati, aspalathi, cuiusq; unciam i. mastiches, quadrantem, ladani, quadrantem, baccarū iuniperi magnarum & paruarum, bdellii, singulorum sextātem, seselis unc. i. cyperi unc. i. croci trientem, seminis cupressi unc. i. Alii drach. i. habent, calami aromatici drachm. iiii. rosas uirides numero quingentas, terebinthinæ depuratæ sesquunciam, caricarum pinguium sexuncē, palmarum pinguium quadrantem, carunculæ uuarum passarum quadrantem, nucum pinearum quadrantem, succi hastulæ regiæ unc. i. mellis sesquilibram, uini odorati quantum satis est. Arida contusa & cribrata cum liquidis excipito, palmis, caricis, uuis pasfis prius in mortario tusis, deinde mastichen tritam eis addito, & bdellium ac pineas nuces rosasq; & thus unumquodq; per se tritū: postea etiā styracem adiicito, & ladanum per se mortario contusa, deinde terebinthinam & mel adfundito, & arida infarcito. Ego uero thus bdellium, myrrham, & ladanum cum uino tero, atq; ita ad tusa in mortariū conicio, & pastillis inde formatis utor. Facit ad capitis dolorem frōti illitum cum aceto, similiter & ad oculorū lippitudinem cum uino. Ad hepatis & rhenum exulcerationes cum passo, ad obturationes eorundem cū uino mulso. Tussientibus, tabidis, orthopnoicis cum

aqua mulsa,stomachicis,splenicis,ischiadicis cũ aceto mulso. Ad tormina, lunaticos & morbum comitialem cum aqua calida. Datur drachmæ ponderæ.

Cyphi ex rebus xxviii. Cap.CXVII.

Aspalathi,bdellii,helenii,ladani, styracis, myrrhæ, cuiusq; drachmas vii.baccarum iuniperi magnarum L.paruarum itidem L.succi hastulæ regiæ, trientem. Sabinæ, trientem, croci sextantem, costi sextantem, cardamomi, quincuncem, cyperorum, quincuncem, seminis cupressi, quadrantem, nardi celtici, dextantem. Alii etiam casiæ habent sextantem, sphagni siue hypni quincuncem, amomi sextantem, spicæ nardi sextantem,rosarum siccarum quadrantem,floris iunci odorati,sextantem,nucum pinearum,quadrantem, foliorum malabathri,quadrantem, caricarum libr.ii. uuarum passarum pinguium sextantem, terebinthinæ chiæ lib.i.palmularum pinguium carũculæ lib.i.mellis lib.v.uini,sextar.ii. Apparato & utitor ut dictum est. Etenim quæ ex huiusmodi rebus adparantur ad prædicta optime faciunt.

Masuaphii confectio. Cap.CXVIII.

Croci quadrantem, styracis unc.xxx.ladani unc. xxiiii.galbani quadrantem,cariophylli sexuncem, rosarum siccarum unc.xii.sertulæ campanæ unc.xviii. hypni,canalicula id parua est ex arbore quæ damascenea dicitur, itemq; ea quæ Rhodacinea appellatur exorta,bessem,malabathri sexuncem,arnabo unc.xii. costi,unguium aromaticorum,casiæ, zacathii, singulorum sexuncem, asari quadrantem, carpobalsami unc.xxiiii.pilularum cupressi, quadrantem, foliorum lauri quadrantem,chachula quod canchryon est unc. i.amomi unc.xii.spicæ nardi,gummi, cuiusque sexuncem. Vini lib.vi.contere & ad formam quancunque uelis redige.

Thymiama siue suffimẽtũ Berenices.Cap.CXIX.

Seminis uiticis, melanthii, cornu cerui, sampsuci,

baccarum lauri,absinthii,sulphuris uiui,bituminis Iudaici,saluiæ,radicis cyclamini,artemisiæ, origani, rutæ syluestris, cumini, castorii, lapidis gagatæ, anisi, conyzæ,rosmarini, buccinorum ustorum, resinæ, singulorum unciam unam, cedriæ sextantem, picis zacynthiæ pinguis lib.i. Quidam etiam radicis pæoniæ unc.i.sed nos eam non admittimus. Omnia contusa & cribrata, cedria, resina, ac pice excipito,in pastillosq; redigito ac utitor. Facit ad anginam potatum & suffitum:ita ut hiante ore æger uaporem hauriat. Ad omnem uero uigiliarum speciem uino liquefactum fronti illinito atq; ipsi forinsecus naso : quin & intrinsecus nares sublinito, & super prunas proiectũ suffito,& somnum ægro conciliabit. Facit & ad ozænas sordidum & fœtidum narium ulcus,ipsis naribus ex eo illitis cum aceto. Fugat animalia uenenata muscasq; & culices suffitu. Et ut quidam tradunt etiã immundos spiritus arcet. Porrò de pharmacis dolorem leuãtibus scriptum est in præcedentibus quaternionibus, Sermonisnoni Cap.XXXII.& octaui Cap.LV.

De Elephãtiasi. Ex lib. Archigenis. Cap.CXX.

Elephantiasis à quibusdam leontiasis,ab aliis satyriasis appellatur. Elephantiasis quidem à magnitudine & diuturnitate affectionis nomen accepit,immo & propter cutis asperitatem quæ in quibusdam succedere consueuit. Leontiasis autem appellatur quũ frons ægrorũ cũ quodã tumore laxior redditur,ad similitudinem pellis flexilis superciliorum leonis. Satyriasis uero dicitur propterea quod malæ faciei iisdem cum rubore attollũtur,& musculis maxillaribus ueluti cõuulsionem patientibus,mentum ipsum dilatatur, quẽ ad modum etiam ridentibus euenire solet, similitudine quadam ad picturas satyrorum:quin & alacritas uehemens ad coitum ipsis adest, quem ad modum & de satyris fertur. Est autem grauis morbus & prope ex eorum numero qui incurabiles existunt,

& grauis quidem est ipsi ægro, intolerabilis autẽ conspicientibus, utpote qui ipsum omnino auersantur, adeo ut & plerique ex necessariis & domesticis ęgri ipsius conuersationem deuitent. Etenim suspitionem de se præbet malum tanquam sit cõtagiosum. Atq; ego sanè malum esse affirmo cum ipsis conuersari: inquinatur enim aer quem inspirando adtrahimus ex ulcerum fœtore, & ex uitiata spiritus exhalatione. Cæterum affectio ipsa non solum ob id grauis est, quod indissolubilem fere habeat structuram & apparatum, sed quod principia generationis eius fermè sint ignota, quum enim circa superficiem iam uestigia eius apparent, tunc non gignitur, sed perficitur, intus à uisceribus initio facto, & progressu usq; ad cutem dilatato: quare non absimile est, tumentes eminentias etiam in internis oboriri. Apprehenduntur autem hac affectione uiri magis quàm fœminæ, atq; inter illos magis qui crassum & uiscosum ac atra bile redundantem sanguinem habent, & qui pituitam multam salsam aut acidam gignunt. Amplius uero & qui uictu crasso & ægre concoctili utuntur, & qui in otio degunt. Non minus uero his & qui multis exercitiis inordinate utuntur, & per hoc sanguinem inspissant. Itemq; hi qui cibos assidue in uentre corrumpunt, quod uero ad ætatem attinet, pueri & iuuenes, maxime quo tempore pubescere incipiunt. Regio uero huius mali inductrix est tum quæ ualde calida est, tum quæ uehementer frigida est. Et altera quidem ob id quod sanguinem adasset: Altera quod frigore suo eundem congelet, & perspirationes prohibeat, ac insitum calorem suffocet. Consequitur eos qui obnoxii futuri sunt malo, segnicies, spiratio tarda, spirandi difficultas, motus difficilis, assidua constrictio alui: urinarum uelut si sunt iumentorum lotia excretio, respiratio grauis fœtida, ructus continui, qui etiã ipsis ægris aliquid molestiæ addunt, appetitus nõ

obtusi quidem neq; inflammati, impetus in uenerem intensus. Iam uero ubi ad cutem progressum fuerit malum, malæ primum crassiores fiunt & mentũ, deinde rubescunt, non florido sed liuido rubore. Et sub lingua uenulæ uaricosæ fiunt ac nigrescunt: quod signum est etiam uiscera ipsa in simili cõstitutione esse, eiusmodi plane qualis in porcis quibusdam circa interna uidetur, quæ Grandinis nomine insignitur.

Quandoq; uero & per omne corpus eminentiæ apparent, & præsertim iuxta summam frontem ac mentum. Corpus præterea ipsorum magnum esse uidetur, & cuiusdam intolerabilis grauitatis sensus eis adest, unde neq; potu neq; cibo admodum suauiter delectantur. Pusillanimes fiunt, ad omnia, neq; præ uitæ amore uitam relinquere & contemnere possunt, neq; affectionem ipsam generoso animo perferre. Verum ueluti seipsos condemnantes se occultant, & notos homines uitant. Quidam porrò ex eis, ad modũ eorum qui suffocantur aut strangulantur, maxime circa somnos afficiuntur. Quem ad modum igitur perfecte à malo eius q; diuturnitate uictis frustra manum admouemus. Ita & abstinere ab his qui iam affectione corripi & tentari uidentur, plane desperãtium hominum est & malignorum. Humanum enim & plenum beneuolentiæ signum est, in extremis etiã malis usq; ad experimentum, procedere ad difficultatem affectionis compescendam.

Cura Elephantiasi affectorum. Cap. CXXI.

Quũ igitur quædã ex prædictis signa affectiõis apparuerint, citra dilationẽ sanguis auferatur particulatim ex utroq; cubito. Reuiuiscit enim inde aliquo modo insitus calor, ut sensibiliter corpus ipsum alleuetur. Habẽdus tamẽ est modus in euacuãdo. In multo enim inutili & uitiato sanguine parũ quiddã genuini sanguinis inest. Post sanguinis aũt detractionẽ paucis diebus interpositis aluus inferne subducatur. &

primum quidem colocynthidis pulte utẽdum est, ex qua catapotia xviii. nucum ponticarum magnitudine exhibeantur. Eius autem apparatus prædictus est in coxendicum morbi tractatu. Sequenti deinde die xii. catapotia præbeantur. Si uero ea accipere recusarit, per hieram nostram purgato. Mirabiliter autem eis conducit per mensem semel data. Post dies autem aliquot sero lactis scisti utendum, ex eoq; non minus tribus heminis, neq; ultra quinq; accipiendum. Sit autem lac asininum si haberi potest, ex quo serũ ipsum sumitur. Ammiscendum est etiam ipsi ueratrũ nigrũ trium obolorum pondere, & scamoniæ scrupulus i. ita ut hæc ipsa cum modico sero ieiunis præbeamus, atq; deinde ipsum serũ paulatim per se exhibeamus. Hac enim purgatione frequenter utendum esse censeo. Omnino nanq; conandum est ut omnem corporis miscellã ab affectione occupatam liquefaciamus, aliamq; quãdam ueluti ex integro regeneremus. Id ipsum uero fiet si per interualla oportune purgationes adhibeãtur, & cibi apponantur qui facile concoqui, & per corpus distribui possint. Post quorum acceptionem uomitus à cibo fiant, deinde etiam à raphanis à ieiunis, postea ad ueratrum perueniendum: ac primum quidem decoctum ueratri exhibendum est, deinde & bulbos ipsius contusos, & ad finem uirgas optimas ex eo præbebimus. Id uero quomodo fieri debeat, iã antea diligẽtissime traditũ est in tertio huius tractationis Sermone. Post hæc aũt uiriũ refocillatrice dieta utẽdũ est. Ad os uẽtris & utrinq; ad uiscera cucurbita inanis affigatur. Et primo qdẽ circuitu auxiliorũ hoc modo pfecto, rursus ad principiũ reflectẽdũ est. Est uenę quidẽ sectio uitetur: ab hiera uero principiũ purgãdi sumatur, & reliqua consequẽter facienda uelut prędictũ est, ter & quater in anno eodem ductu repetito. Maligna enim & difficulter cedẽs affectio est, quapropter plurima cura opus est ne in peius euadat.

De his qui castrantur. Cap. CXXII.

Nouimus quosdam audaciores qui sibiipsis testes ferro resecarunt: castratis enim non in peius malum ipsum procedet. Neq; enim temere reperias, inquit Archigenes, ullum aliquem castratum elephantiasi laborantem, neq; item facile mulierem: Quare etiam quidam ex confidentioribus Medicis manum admouerunt, & quotquot sanè ex eis ex sectione periculum euaserunt, per consequentis curationis usum perfecte ab hac maligna affectione liberati sunt. Noui etiam quendam qui ualde correptus esse existimabatur, à tali quopiam pharmaco curatum. Aceti optimi & cedriç, singulorum cyamum i. succi brassicæ cyamũ i. commisceto & ieiunis mane præbeto, deinde ad uesperam ordeaceum panem modicum exhibeto cum quopiam uolucrium leuiorum, & per solum hoc maximum curationis sperato successum. Vtere autẽ ipso per annum, semel in hebdomade ex eo præbens, quandoq; tamen bis, quanquam ad usum eius adsuefactis etiam rigidius procedendum sit, nimirum ad duplam pharmaci mensuram. Quum uero & ad cõmitialẽ morbũ præclare faciat, eo sanè & ad ipsum utor, & præ omnibus aliis eius profectum laudo. Facit & brassicæ decoctum quotidie potatum quum ex cedria pharmacũ non datur. Multi etiã fideritim herbam laudant: datur autem foliorum eius aridorum drac. i. ex uino austero. Noui & trifoliũ herbã bitumẽ olentẽ probe huc facientẽ. Datur aũt & ipsa drachmę pondere trita ex uini cyatho uno, aceti uno, mellis una, Eboris etiã & cornu ceruini ramenta cochlearii mensura sępe ad prędictã mensurã ammiscẽtur: nã & per seipsum unumquodq; eorum potatũ utilissimũ existit. In regione Indorum elephantiasi affectos assidue per sedem eluere per urinæ asininæ infusionẽ heminæ mensura calefactæ consueuerunt. Crocodilum item terrestrem accipiunt, eiusq; extremas partes

amputant, ac interiora proiectant: deinde fermento obuolutum assant: deinde ablato fermento, & scabri cie eius derasa, carnis ipsius drachm. i. quotidie biben dum præbent, & magnum sanè testimonium de hoc remedio præbent. Præclare autem succus cyrenaicus facit, erui magnitudine deuoratus, simul enim ut acce ptus est per omne corpus diffusus uehitur. Aselli itē sub aquario uase stabulātes, qui & millepedæ appellā tur quinque aut sex numero cum hydromelitis cya mis iii. triti potati præter opinionem tum his, tum su spiriosis, & omnibus suffocatione apprehensis auxi liantur. Multæ commoditatis est & scillæ semen triū obolorum põdere in cyatho meliis semicocti delin ctum. Asperam enim arteriam à pituita repurgat, & coarctationem uiarum uocis probe dilatat. Similiter autem & pastillorum scilliticorum, qui in theriaces confectionem coniiciuntur drachma unā, exhibetur cum uino austero meraco trita. Ex calida autem da tur. Theriaca porrò ex uiperis Andromachi compē dium totius medicationis existit, si post purgationes per modica interualla præbeatur.

De uiperarum esu, & de pruritibus: Archi genis. Cap. CXXIII.

Mirabile elephantiasis remediū uiperarū esus exi stit, eas uero hoc modo apparatas edere oportet, pri mū quidē amputato capite & cauda, & detracta pel le, exemptisq; interioribus uisceribus omnibus caro aqua pura bis ac ter lota, in olla instar anguillarū co quitur, aqua quidē sufficiente affusa, & oleo modico cū anetho & porro: post sufficiētē deinde coctura, iu sculū moderato sale condiatur, atq; ita ægro in sole desidēti exhibeatur, capite tamē probe uelato. Neq; uero semel tantum aut bis uiperas edere satis est, sed sæpe id fiat, quum extra periculum sit, & insuper com moditatem afferat. Sint autem uiperæ recens captæ, & ex humectioribus locis accipiantur. Nam quæ

iuxta mare degunt, uehementer siticulosæ existunt. Vtimur & ad ipsos salibus theriacis eos quotidie ꝑ liquamentis ad intinctus exhibentes unà cum obso niis. Suntq; tum sapore, tum odore gratissimi. Quin & ex betonica antidotus ad podagricos præscripta utiliter purgans, etiam his commode exhibetur. Et ut in uniuersum dicam propter incidentes ipsis suffoca tiones, etiam ea quæ orthopnoicis præbentur, his utilia sunt, utpote quæ crassos humores non modo in thorace, sed & in toto corpore contentos secant & diducunt. At uero ob id quod ferinus est humor, ea quæ lumbricos enecant & expellunt etiam his dan da sunt. Forinsecus porrò cuti psilothrum assidue per modica interualla in balneo adhibendum est, oculis probe communitis ne quid ex psilothro in ipsos di lapsum eos lædat. Commode item facies ipsa ex eo illinitur, utpote quæ maxime ab affectione sit corre pta, multo etiam tempore in eius usu perseuerandum est, donec cutis ipsa rubefiat, non tamen exulceretur. Quapropter ex ptisanæ succo psilothrum apparetur. Vrsinus autem maxime aut uulpinus adeps, uel si hi haberi non possint, taurinus cum sarmentitio cinere emollitus, & cum lixiuio coctus probe attenuat emi nentes tumores, hoc enim modo etiam sapo præpa ratur, quem in usum conuertere oportet si ursinus aut uulpinus adeps non adsit. Bona est & portulaca cum aceto trita, & semperuiuum minus quod Romani illecebram uocant, & Mercurialis decoctum tum per se, tum cum aridis quibusdam mixtum, & fici syluę stris folia arida contusa & cribrata cum aceto illita, & in balneo affricta. Optime facit & decoctum ip sorum, & betæ & ocymo cum aceto tritis aut coctis dignam laudem tribues, si per eorum attritum fueris detersus. Myrobalanus item cum aceto præstat: pro be auxiliatur & alumē cum sale, & sandaracha æquis partibus in uino & oleo maxime lentiscino, aut

si non adsit,rosaceo tritis. Aridum quoque inspergi/ men ad alphos siue uitiliginem à nobis compositum liberaliter extergit & repurgat. Est autem hoc. Al/ cyonium, nitrum, sulphur uiuum, myrti folia,& fici agrestis folia ficca, singula pari mensura contundito & cribrato,deinde cum aceto trita oblinito, & in bal/ neo affricato. Conuenit & alcyonium assatum cum aceto tritum & affrictum:testæ item ostreorum om/ nium ustæ & cum pari melle ac modico aceto tritæ. Et aceti fece arida usta,cum sulphure trita in exudato rio loco commode uteris.Amygdalino autem oleo inungito,atq; hoc modo corpus forinsecus illinito.

Oribasii smegma ad elephantiasin. Pumicis, testæ sepiæ,nitri assati,gallæ, cimoliæ, cuiusq; sextan/ tem, gummi unciam unam, arida affrica. Aliud optimum smegma. Nitri assati,pumicis usti, te/ stæ sepiæ ustæ,gallæ,cimoliæ,cuiusq; sextãtem,gum/ mi unciam unam, arido utere in balneo aut lauacro & aqua marina ablue. Aliud efficax. Spumæ nitri albæ drachmas xx. cimoliæ drachmas xii.me/ lanthii drachmas ii.radicis bryoniæ drachmas duas, alcyonii drachmas vi.sulphuris uiui drachmas iiii.ra/ dicis chamæleonis albi siccæ drachmas quatuor,trita in balneo inspergito & affricato. Aliud smegma.

Ad omnem corporis pruritum & humoris atræ bilis fluxionem celebre. Veratri albi unc.i.ueratri ni/ gri unciam unam, baccarum lauri sextantem, ceruse, pumicis usti,testarum sepiæ ustarum, pompholygis, rutæ uiridis,singulorum trientem, sulphuris uiui bes/ sem,spumæ nitri albæ bessem, mellis bessem, aloes quæ in uentriculis afferri solet,bessem,aceti quantum satis est. Vtere in balneo. Remedium ad psoras. Archigenis. Magni nominis est & ad elephantiasi laborantes,id quod ad psoram feram à nobis priua/ tim est apparatum. Id ipsum hoc modo habet: Ru micis satiui,& rumicum acutorum radicum, fascicu/

los manipulares duos in aceto coquito, deinde in mortario tusis,ac postea etiam in pila tritis, acetum paulatim instillato id ipsum in quo decoctæ sunt ra/ dices aut etiam aliud,atq; deinde hæc ipsis infacito.

Nitri drachmas xlviii.sulphuris uiui dracm.xxv. thuris drachmas xv. Omnia ad strigmenti crassi/ ciem reducta unito,ac æstate quidem ad solem sæpe illinito,hyeme uero in balneo donec exudarint. Ap/ paratur autem à nobis pharmacum ad elephantiasim summe congruum, huiuscemodi. Rumicis satiui & rumicis acuti radicum fasciculos manipulares duos in aceto coquito,tundito,ac terito,ut prædictum est. Deinde hæc quàm tenuissime trita eis infarcito. Alcyonii,lib.i.sulphuris uiui lib.i.spumę nitri,bessem, testarum cochlearum ustarum trientem, radicis cha/ mæleonis nigri sextantem.Omnia simul conterũtur, donec ad strigmenticiam spissitudinem redigantur:& illinuntur æstate quidem ad solem sæpe, hyeme uero in balneo,donec exudent.

Illitiones ad tumentes corporis eminen/ tias. Cap.CXXIIII.

Illinantur autem tumores in cute efferati & inflam mati ex glaucii succo, aut polii, aut lycii,aut hypo/ cisthidis, aut aloes, & similibus succis. Aut halicæ uel erui farina cum plãtaginis,aut polygoni, aut per/ dicii,aut portulacæ,aut brassicæ succo diluta. Quod si cataplasmatis opus habeant loci inflammati, cum halica cruda polygoni, aut plantaginis, aut mar/ rubii succo ammixto, contegantur. Postquam uero inflammationes mitigatæ & laxatæ remiserint, her/ bæ serapiadis tritesticularis uiridis folia tenera aut se/ mina probe terito,& ęgrum ad solem calidum loca/ tum ad horas ii.defricato,atq; ubi prodierit sudor ui/ nũ meracum uetus odoratũ bibendum præbeto,rur/ susq; herbã ipsam affricato. Deinde ipsum in aqua marina abluito,& hoc quotidie p dies aliquot facito,

& reperies ad ſanitatem conſequendam ſucceſſum.

Optima eſt & hæc illitio Critonis. Ad tumentes eminentias, & ad faciei pruritus, ac principium elephantiaſis. Gummi albi, ſpumæ nitri, thuris, ſulphuris uiui, ſingulorum par pondus in aceto diſſoluito, & exprobe penitus contritis paſtillos formato, eosq; in umbra reſiccato. Vſus uero tempore poſtulante aceto dilutos illinito. Vbi autem exaruerint ſubſcripta confectione defricato. Eſt autem hæc. Saponis lib.i. ammoniaci thymiamatis lib.i. thuris, quadrantē, ſpumæ nitri albæ quadrantem, maſtiches quadrantem. Ammoniacum cum aqua prius tritum, & ſapone ei adiecto, in figulino uaſe coquito, duobus ſextariis aquæ affuſis, atque ubi diſſolutus fuerit, thus, maſtichen, ſpumam nitri, unumquodq; per ſe tenuiſsime tritum & unitum adiicito. Deinde in mortariū tranſlata & diligenter tuſa in uitreum uas reponito ac utitor. Optime faciunt & hæc ad tumores non inflammatos illita. Ammoniacum thymiama ex aceto, aut marrubii ſuccus & thus eodem modo, & uerbenaca recta, & fel capræ aut hirci, & flos æris cum melle, & caninum ſtercus cum aqua, & aloe cum thure ex aceto mulſo potata & illita. Vtiliter illinitur & dictāni ſuccus melle cocto & cedria permixtus, & ſulphur uiuum cum liquida pice, aut ſeſamum, aut amygdalæ amaræ, aut chamæleonis nigri radix ſimiliter cum liquida pice, & alcyonium cum cedria. Efficacisſima uero eſt cedria cum phocæ adipe aut etiam urſino illita, ita ut ſimul eliquatis ſulphur uiuum infarciatur. Valde efficax & hoc eſt. Si alumen liquidum linteolo illigatum, & uſtum, deinde cum aceto acerrimo & brasſicæ, aut ocymi ſucco tritum, illiniri præceperis. Aliud. Thuris, aluminis ſciſi, cuiuſq; ſextantem, ſulphuris uiui, ramentorū plumbi, cuiuſq; quantum ſatis eſt, unito & leuiter illinito, eminentiis ex pumice præfricatis. Aliud. Ammoniacū thymiama, & ſulphur uiuum, & columbę ſtercus, & uitrū tenuiſsime tritum, in aqua, aut uino, aut aceto terito, & prout commodum æſtimaueris illinito. Aliud ualde efficax. Cedriæ, ſeſquilibram, aceti lib.ii. foliorum cupreſſi lib.i. folia tuſa ad biduū in aceto macerato, deinde excolato aceto, cyparisſum probe terito, eiq; cedriam adiicito ac unito, & cum uulturis pennis ęgro in ſole locato illinito. Aliud. Efficacisſima eſt & hæc illitio. Auripigmenti drachmas vi. thuris drachmas viii. coſti drachmas ii. calcis drachmas iiii. baccarum lauri ſextantem, cedriæ drachmas iiii. Omnia teruntur, & cum foliorum populi albę arboris decocto in coquendo inſpiſſato illinuntur.

Aliud ad faciei eminentes tumores prȩcipue conducens. Maſtiches unc.i. myrrhæ drach.iiii. ſulphuris uiui drachm.iiii. olei omphacini quantum ſufficit, utere. Mirabiliter autem prodeſt ad faciei tumentes eminentias, ex Mileſia herba remedium. Tunduntur autem folia herbæ uiridia cum axungia ueteri & imponuntur. Et rubefiunt ſanè inde plurimū partes quibus impoſita ſunt: cōtrahuntur autem facile pane impoſito, aut cerato ex oleo amygdalino, rurſusq; in naturalem ſuum colorem reſtituuntur. Poſtquam uero exæquatæ fuerint eminentiæ illitionem talem para to. Thuris unc.i. gummi albi unc.i. cimoliæ trientem. Vino ueteri aut aceto trita illini. Emplaſtrū quod & ipſum ad maiores & liuentes eminentias facit, inquit Archigenes. Terebinthinæ drach.x. radicis ariſtolochiæ drach.iiii. radicis capparis, ueratri albi, ſulphuris uiui, lapidis pyritæ, cuiuſq; drach.ii. thuris drach.i. terebinthinā liquefacito, & ab igne ablatæ reliqua tenuiſsime trita infarcito. Optime facit & Andronis paſtillus & Muſę paſtillus ſimiliter illitus uterque. Maiores porrò tumores ĕt emplaſtro aliquo diſcuſſorio cōtegantur: efficaciter eis auxiliatur emplaſtrū ex aſellis ad meliceridas ulcera mellei humoris

& ſtrumas deſcriptum. Magis proprie autẽ hoc conuenit. Olei cicini lib.i.ſpumę argenti drac.C.picis crudæ heminam i.ad lentũ ignem asſidue agitando coquito:atq; ubi coacta fuerint,ab igne ablatis chamæleonis nigri radicem tenuisſime tritam drac.x.põdere inſpergito,& ex tithymalli ſucco parum. Aliud. Ceram & uiſcum cum modico myrteo oleo liquefacito,& diphrygis triti quod ſatis eſt inſpergito,ac utitor. Aliud. Radicis panacis drach.iiii.nitri drac. v.calcis drach.i.ceræ drach.ii.adipis urſini ſextantem. Liquefacta aridis affundito, & miſceto. Cæterum nigras eminentias,aut ualde liuidas,cum ſcalpello leuibus uulnuſculis impactis incidito, deinde ſplenio cruentis uulneribus deſtinato,& quod inflammationem arcere poteſt,integito, eius generis eſt emplaſtrum Barbarum appellatum,aut ſalem tenuisſime tritum oleo ſubactum,& lanis ſuccidis exceptum imponito,& poſtea radicem maluæ teneram cataplaſmatis uice adhibeto:aut cerato ex diphryge cicatricem inducente utitor. Audendum autem in fortioribus corporibus,præſertim ubi prius corpori robur addideris, etiam excoriatorium ad impetiginem feram deſcriptum illinere,citra tamen cantharidum ammixtionem apparatum,quod ubi factum fuerit, & bullæ eruperint,eas uiridi Epigoni emplaſtro, quod Iſis à quibuſdam appellatur,integito,& per balneas curato:& tunc lac potandum præbeto. Vlcerationes autem obortas,cerato ex diphryge cicatricẽ obducẽte, aut melino ceratoex uino apparato,ſanabis. Facit idẽ & ex pompholige ceratũ, & quod ex cadmia apparatum appellatur. Quod ſi curationem difficulter accipiant,uelut chironia ulcera tractato. Si uero paſcendo proſerpant ulcera,corace paſtillo ex aceto mulſo apparato utitor,aut paſtillo Andronis. Aliud,ad uitiligínem quæ leuce dicitur,& ad pſoras. Calx in uino aut roſaceo fermentata cum aqua illinitur,& poſt

hoc ceratum roſaceum adhibetur. Aliud celebre ad elephantiaſim. Atramenti ſutorii partes iiii.aluminis ſcisſi madefacti partes vi.luto fuſco ſubigito,& ægro nudato ac præfoto,corpus eius illinito, deinde lauato,ac rurſus eodẽ modo foueto,illinito,ac ablu ito,quod ubi terfeceris cutẽ roſaceo inũgito, ægrũq; p totã noctẽ cõtegito,& reperies ſanum. Aliud,ad elephantiaſi affectos,carcinomata,podagrã, articulárẽ morbũ ſtrumas,cõdylomata, & cõuulſiones neruorũ. Vulturis cerebrum unà cũ capitis oſſiculis & reliqs carnibus capitis accipito,& inuino dulci coquito,atq; excolata quidẽ illa proiicito:cũ iuſculo uero ipſo,euphorbii,croci,attramenti indici, piperis albi, caſtorii,myrrhæ,cuiuſq; ſextantem coquito,& foliorũ rubi,ſeminis ſatyrii,cuiuſq; quadrantẽ, picis quadrantem,ſucci mandragoræ,cedriæ, cuiuſq; unc.i.fel tauri,aut capræ integrum:uermes ex ligniis putreſcentibus & marcidis numero tres,addito. Hæc ſanè omnia in uini dulcis ſextariis nouem ſimul coquito. Hoc iuramento adſtrictus accepi, ne cuipiam reuelarem. Hic apparatus ad illitionem in nouem dies ſufficit,& eminentias ipſas exterit. Cæterum cum penna uulturis etiam illinatur. Aliud, ad elephantiaſim, abſceſſus, condylomata, ſtrumas, eminentias corporis, tubercula, pingue quiddam in ſe collectum habentia Græcis inde ſteatomata appellata,unguium abſceſſus paronychias uocatos, gutturis tumores qui bronchocelæ appellantur: ad omnes item malignas eminentias quacunque corporis parte multo experimento cognitum. Vulturem uiuum accipito,eumq; in uini dulcis aut ſapæ ſextariis nouem aut ſex ſuffocato:aut uulturinum gallum eodem modo tractato,& à ueſpere uſq; ad matutinum tempus ad uitis ligna coquito. Cæterum ægrum tenui uictu cõnutrito,ſæpe etiam inediam perferre iubeto,& per ſubſcriptum purgatiuum medicamentum purga-

to,perq; dies ſeptem ex marina aqua lauato. Poſtq; uero uultur coctus fuerit ac excolatus, oſſa ipſius contrita cum ægri ſudore, præſertim qui à ſole proiectus eſt,cani edenda proiicito: maſſas uero ſeptem inde formatas cani dato. Vulturem autem ipſum per triduum à ueſpere uſque ad matutinum tempus, ne ab aurora conſpiciatur,coquito, atq; id ſimiliter tertia die facito, probeq; contectum omni die mane in domo tenebricoſa reponito. Atq; ubi tãdem ita percoctum ac excolatum habueris, ad iuſculum in nocte,minime uero in die, ſequentia addito. Salis foſſilis algæ ſiue fuci marini, in petris condenſati triẽtem, alii unc.i.habent,galbani,opopanacis,cuiuſq; ſextantem,colophoniæ,picis,cuiuſq; quadrantem, euphorbii,caſtorii, ſanguinis capræ, cuiuſque trientem,ammoniaci thymiamatis, myrrhæ, glutinis aceto diſſoluti,picis liquidæ,ſingulorum ſexuncem, rutæ ſylueſtris ramulos ſeptem,catanancæ herbæ ſcrup.iii.amiranti ſcrupulum unum,polypathii herbæ quæ per contrariam affectionem luna deſinente auxiliatur, lapidis gagatæ,cedriæ, ſingulorum quadrantem, bituminis iudaici ſextarium unum,artemiſiæ herbæ,chamęleonis herbæ,cuiuſq; ſextantem. Hæc omnia cum iuſculo ut dictum eſt apparato,probe trita committito & unito. Cæterum uulturem primum unà cum pennis uſque ad pedes excoriato, atque ita in ſapam conditum ſuffocato. Pellem autem ipſam cũ pennis myrrha conditam, & in fumum ſuſpenſam exſiccari ſinito. Pedes uero in oleo coquito, & cum oleo podagricos,per uulturis etiã pennam,illinito. Neruos uero ad pedes podagrici pro amuleto appendito,& ab affectione eum liberabis. Porro purgatiuum cuius mentionem feci hocce eſt. Aloes unciæ dimidium, gari aceti,parem menſuram unito, & octauam ſextarii partem bibendã præbeto. Ad condylomata in facie elephantiaſi affectorũ. Thus cum uino auſtero tritum

ro tritum pinnulis illinito. Illitio alia optima ad elephantiaſi laborantes:facit & ad pruritus. Gummi, gallarum,ſingulorum drach. decem, pumicis drachmas uiginti: contundito,& cribrato, ac utitor ut optimo. Aliud,etiam ad lepram. Veratri nigri,gummi,cuiuſq; quadrantem,ſpumæ ptiſanæ quantum ſufficit:coniice in ollam,& coque donec ſucculenta fiãt, ac tritis utere.

Diæta elephantiaſi correptorum. Cap. CXXV.

Diæta elephanticorum talis ſit. A ſomno membra eorum plurimum & leniter manibus contrectentur, deinde aluus conſueta recrementa deponat, & poſt hæc ipſæ æger ſub diuo aut in porticu deambulet, mollibus calciamentis ſubligatis, conficiatq; deambulando uſq; ad ſtadia triginta. Deinde cataplaſma ei imponatur primum ex pane,aut faba cocta,aut ptiſana,aut aliquo conſimili illinatur, uerũ ad unumquodq; prædictorum citrii acidi ſuccus ammiſceatur ſi haberi poſſit,aut ſi deſit, peponum aqua, & poſt modicum interſtitium aqua pura large abluatur. Poſtea cerato roſaceo liquidiore facies ſuperne leuiter illinatur. Deinde ubi geſtationis genere aliquo fuerit uectus,rurſus deambulet concitatior greſſu. Poſtea uero potione aliqua ex prædictis accepta, quotidiano alicui & conſueto muneri uacet. Circa quartam aũt horam concitatiore gymnaſio exerceatur, & deterſo ſudore, urſino aut uulpino adipe illinatur, qui ſi non adſint,caprinus aut taurinus, aut equinus, aut aliquis ex uolucrum genere, aut butyrum recens ſumatur. Deinde cum fœnigræci aut ptiſanæ ſucco, qui parum ammoniaci cum aceto liquefacti ammixtum habent,perfundatur,atque ita lauacro quodam præſcripto utatur. Nociuũ eſt enim affectioni ſi quis non lauet. Per interualla autem pſilothro,ut dictum eſt,defricetur,& quodã ex prædictis ſmegmate quotidie expurgetur. Commoda ſunt etiam arida fo

menta, & post sufficientem ex dictorũ usu exudatio-
nem, natationes in mari, aut in sulphurulentis & alu-
minosis aquis, nõ extreme frigidis, quales sunt aquæ
Albulæ in Italia uocatæ. Quod si tales non adsint, fri-
gidæ lauacro assidue utatur, raroq; balneũ petat, nisi
psilothri gratia, aut altera aliqua urgente necessitate
cogatur. Si uero quis ad frigidę lauacrum cũctantior
sit, eum in balnei aere plurima aqua frigida perfundi
commodius erit. Præstat item solium ex decocto ali
quo eorũ quæ adstringunt apparare, plãtaginis præ
sertim, aut rumicis, aut perdicii. quanquam efficacius
omnino censeatur betæ decoctum, cui sanè & ex ace
to parum est affundendum. Extergatur etiam ueluti
prædictum est, in balneis cum quopiam prædictorũ
smegmatũ, & cũ myrobalano assidue ex aceto. Qui-
bus deinde ablutis, ad acrimoniæ & mordacitatis cu-
rationem ex oleo lentiscino cum aceto & uino auste
ro cõquassato, aut ex oleo myrteo & pari uino con-
quassatis illinatur. Licet etiam aliquando parum am-
moniaci, aut alumen rotundũ in uino conterere. Opti
mum est & butyrum recens illitum. Post lotionem &
exterstionẽ per tenera linteola, ad horæ dimidiũ quie
scat: deinde aqua tepida hausta sponte uomat: aut si
id facere nequeat, per immissionem digitorũ. Postea
modico interuallo temporis interposito, uinũ absin-
thites aut origanites bibat, non infra heminæ mensu-
ram, & paulo post cibus ei apponatur. A uino in po-
sterum omnino abstineat, passoq; & uino mulso, ab
omniq; cibo difficulter concoctili, & maxime à frigi-
dæ potu. Cæterum cibi tempore purgationũ qui fa-
cile secerni queãt, sumantur. Panis hordeaceus aut tri
ticeus recens calidus. Ex oleribus beta, & porrum ca
pitatum duabus aquis edulcatum: lactucaq; & cappa
ris ex aceto mulso. Ex mari uero herinacei recentes,
ostrea pelorides, pectunculi, tellinæ cum beta coctæ,
& salsamentum uetus ex aceto mulso. Vbi uero post

purgationes refocillare, & uires restaurare uelimus,
acria auferenda sunt, præter condimenta, quorum ut
urinam cientium usus cõmodus est. Exhibendus est
autem panis optime præparatus, oua sorbilia, halica
lota, & lac cum melle. Omnia tamen cum pane. Ex
oleribus, malua, rumex, sisarum, lactuca, seris, fœnicu
lum, ficus coctæ, à quorum acceptione parum aquæ
calidæ bibat, in qua decocta sint, quæ urinam mode-
rate cient. De cætero uero abstineat, ut ne potet usq;
ad cœnam. Bis enim cibum capere præstat, quàm se-
mel se explere: nam, ut dixi, etiam prandium ipsum
simplicissime paretur: cœnam magis uariam conce-
do. In cœnam etiã duæ tertiæ panis partes reseruen-
tur. Præbeatur item in ea piscis molli carne non gra-
ueolens, coctus, simplici iusculo apparatus & ex aui-
culis montanis, extremæ partes & uentres, ex pede-
stribus, hœdorum carnes, & leporinæ & dorcadum.
Pro condimento & embammate ad intinctus, acetũ
scilliticum, & sales scillitici commodi sunt. Ex legumi
nibus, ptisana utilissima censetur. Dãda tamen & per
interualla oryza, porrò in coctura eius addito. Ex
fructibus conueniunt, ficus electæ, uua arefacta, pirum
coctum in aqua mulsa, similiter & cotonea: unum-
quodq; certo pro coniectura modo. A reliquis fructi
bus omnino abstineant. Ex dulciariis mellitis, placen
tã dato ex amygdalis modice tostis, & paucis pineis
nucleis, & cnici semine contuso & cribrato, ac modi-
co pipere apparatam. Ex bellariis, parum ex cari-
cis aridis concedito, & uuas passas pingues, amy-
gdala tosta, pistacia, & terebinthos tostos, & cicer to-
stum, cnico cum eis torrefacto & muria adstillata. In
potu aqua calida eis omnino cõuenientior est: sed ui
ribus restaurandis, uinum album & tenue, ac non ual
de uetus in cœna post cibos detur: q̃ minimum tamẽ
potent, in sitis tantum expletionem. Reliquæ potio-
nes ex uino & melle confectæ, propomata Græce

peculiariter appellatæ, uitandæ. Acetum autem mul-
sum non incommode exhibetur tum ieiunis, tum in-
ter cibos, si stomachus tolerare possit. Somnus por-
rò diurnus nociuus elephanticis est: nocturnus autẽ
aptissimus. Post longum à cena interstitium, deam-
bulatio lenta ac sensim facta commoda est, quo cibi
eo melius descendant. Matutinarum uero excita-
tionum sint studiosi. Coitus affectioni infestissimus
est. Etenim non reperias ullum aliquem temere qui
exectus ab elephanthiasi apprehendatur, neq; etiam
facile mulierem. Forte ob id quod ab utili ac bono
humore seminis emissio prodeat, aut quod largior
generatio ipsius in seminariis locis ob materiæ spissi-
tudinem contingat. Multo itaque semine elephantia-
si correpti abundant. Non tamen absurdũ fuerit pue-
rorum gignendorũ gratia per rariora interualla coi-
re, neq; enim in totum contagiosæ successiones ipsi-
us affectionis in omnibus fiunt. præsertim si quis op-
time dispositus, ad uenerem incitetur. Quod si succe-
dat curatio, etiam ad quotidiana uitæ munia obeun-
da demittantur, & longis peregrinationibus sanitati
uberius consulant. Si uero non succedat, procul à ma
ri & urbibus segregentur.

De pruritu: Archigenis. Cap. CXXVI.

In omnibus pruritibus uenæ sectione utendum
est: si iuuenes sint, & multo sanguine redundent qui
ex eo laborant, & nihil aliud impediat eam admitte-
re: particulatim autem & paulatim eum detrahe-
re oportet, & quandoq; sequenti die sectione repeti-
ta rursus auferre: deinde restauratis uiribus, per pur-
gatiuum pharmacum aluus subducatur. Lauãdi sunt
omnino quidem ieiuni, quandoq; tamen ubi parum
quiddam cibi acceperint, à concoctione autem secun
dario lauentur, ægre enim humectari potest malum.
Radenda etiam pilis obsita, & cum maluæ syluestris
aut satiuæ, aut betæ, aut fœnigræci, aut sesami, aut fur-

furum decocto repurganda. Totum uero corpus ex
farina fabacea, aut lupinorum, aut myrobalani con-
spergatur. Quod si diutius duret affectio, fomenta
quidẽ & lotiones ex saluiæ, myricæ, mercurialis, ori-
gani, pulegii, baccarum lauri, radicũ cucumeris agre-
stis decocto adhibeantur: ex lixiuio item & muria aci
da. Corpus uero nitro tenuissime trito conspergatur, uini fece usta & arida adiecta. Aut cum hac mistu
ra. Spumæ nitri albæ, sulphuris uiui, alcyonii usti, sin-
gulorum æquales partes committe & insperge. Si ue
ro intensiorem uim eius facere uelis, etiam ueratrũ al
bum adde. Eaq; simul citra pinguium ammixtionem
corpori insperge. Aliud, bonum & mitius. Spu-
mæ nitri libram unam, thuris lib. i. cimoliæ sexun-
cem. Aliud. Atramenti sutorii, thuris, sulphuris
uiui, nitri, æquales singulorum partes in uino terito,
& in prima balnei domo illinito: deinde lauato, & cũ
uino & oleo inungito. Aliud, ad pruritum totius
corporis. Plumbaginis, spumæ argenti, nitri, cimo-
liæ, iridis, chamæleonis nigri radicis, pumicis, alumi-
nis, sulphuris uiui, sampsuci, lapidis specularis usti,
omnium æquales partes committito ac utitor in bal
neo. Aliud smegma ad pruritus. Nitri libram
unam, pumicis usti libram unam, spumæ nitri sexun-
cem, ostreorum ustorum quadrantem, baccarum lau
ri, costi, nardi celticæ, singulorum sextantẽ, cyperi un.
i. folii malabathri quantum uoles odoris conciliandi
gratia: contusis & cribratis utere in balneo. Aliud,
faciens & ad pforas. Sulphuris, nitri, spumæ argen-
ti, pumicis usti, cumini, omnium parem modum su-
me & utere. Inungendi sunt & aceto ac oleo in qui-
bus staphis syluestris sit contrita, pulegii item ac thu
ris æquis partibus cum oleo & uino tritis. Frequen-
tius uero cum cimolia in uino madefacta eos expur-
ga, aut cochleas terrestres ustas & tritas cũ melle ad-
frica. Optimum autem est & hoc in balneo. Mellis

partes duas, aluminis liquidi partem unam. Coquito ad permutationem aliquantulam, ac utitor primū in sole, deinde in prima balnei domo: atque ubi parum humectati fuerint, thus cum sulphure uiuo, & nitro, & gummi, æquali pondere trita arida corporibus eorū inspergito. Critonis, ad pruritus uehementiores. Foliorum lauri uiridium, fasciculum, salis pinguis cyamum unum, aceti sextariū unum, olei libr. iiii. Omnia simul coquito, atque ubi bis aut ter efferbuerint, ab igne auferto, & frigefieri finito, deinde oleū segregatum inungito. Aliud, ad ægre tolerabiles pruritus. Fecis uini ustæ, nitri assati, cimoliæ, cuiusq; lib. i. staphidis sylueſtris quincuncem, iridis trientem, aceti sextarios quatuor, olei lētiscini sextarios duos. Arida cōtusa & cribrata humidis excipito. Vsus eius est in sole, aut in balneo. Aliud, Critonis. Radicis rumicis, fœnigræci, gummi, singulorum drach. duodecim, sulphuris uiui, aluminis liquidi, cuiusq; drac. iiii. myrobalani, cimoliæ, fecis uini ustæ, cuiusq; drachm. sexdecim, aceti sextarios duos, olei sextarium unum. Cōmittito ac utere ut dictū est. Efficax est & id quod ex rumicis radicibus ad elephāthiasim est præscriptū. Probe facit etiam ad omnem pruritum, inquit, oleū in quo rhododaphne incocta sit illitum. Aliud, ad intolerabilem pruritum, & qui domari non potest. Cæterum quum neq; uenæ sectio, neq; defricatio aliqua quicquam profuisset, quidam ex huius remedii usu malum exuperarunt. Testudo terrestris uiua in oleo coquitur, & ex oleo corpus inungitur. Sedant & pruritus ualde egregie, mori folia arida trita affricta, & portulaca trita per se, & perdiciū, & apiū cum sulphure uiuo & sale. Quum uero caliditas multa affuerit cum pruritu, ptisanæ succus commodissimus est, tum per se, tum modico aceto ammixto. Quod si uehementer urgeat affrictio, quædam ex prædictis smegmatis ad ptisanæ succum ammisceto.

Vitandæ autem sunt insolationes, præsertim in æstiuo sole. Aqua autem marina maxime frigida conuenientissima est pruritui. Quare tentandum est ut æger bis & ter in die probe perfrictus in ea natet: bis quidē ante prandium, semel uero circa uesperam. Diæta boni succi & uentri commoda eligatur. Etsi aluus adstricta sit, catapotia ex aloe sex numero in erui magnitudinem formata post cœnam præbe. Abstineat æger ab omni acrium ciborum esu, & ab omni salso edulio, & à cunctis oleribus crudis. Ad scabiosos pruritus. Cæterum ad pruritus scabie perplexos, lac sciſsum assidue adhibitum commodum est, & smegmata omnia prædicta utiliter adhibentur. Priuatim autem hæc. Myrrham cum aceto & oleo tritam illinendam præbe donec exudent. Sinapi item & myrobalanum cum aceto & oleo eodem modo. Aliud. Spumæ nitri, alcyonii usti, sulphuris, singulorum æquales partes tritas & linteolo exceptas in oleo madefacito, & deinde ex arido accipito, locosq; donec erodantur defricato, atq; ita aqua abluito. Aliud. Ammoniaci salis, nitri assati, sulphuris uiui, singulorum unciā unam, myrti aridæ sextantem. Vtere ficco. Aliud celebre. Farina cicerum cum caprini stercoris pari modo utitor. Aliud ad psoras, pruritus, uitiligines, & impetigines. Bituminis, sulphuris uiui, thuris, buccinorum ustorum, æquales partes cum aceto & melle tritas adhibe. Optime facit & pulegium cū mannæ pulueſculo ex oleo & uino illitum. Vnguentum ad psoras. Hederæ folia tenerrima & modicum salem cum uino & oleo trita illinito. Aliud. Oleum amygdalinum uinumq; ac butyrum conquassata illinito. Aliud. Aloes, ceruſæ, spumæ argenti, syrici, plumbaginis, glaucii, recrementi argenti, saponis constantini, singulorum æquales partes, aceti & rosacei, quantum satis est. Vtere in balneo. Aliud, ualde celebre. Nuces rancidas quindecim, sulphu-

ris uiui quadrantem,gari pontici quantum usui opus fuerit:tritis utere in balneo. Aliud. Perdicium herbam cum sale & sulphure affricato. Aliud, experimento constans. Nuces rancidas quinquaginta,salis manus plenæ mensuram, sulphuris uiui un.i.tritis utere in balneo ad defricationem, oleo nō adhibito: atq; ubi exudarit, ægrum in solium calida expletū demittito, indeq; egressum rursus defricato, & statim rursus in solium demittito. Aliud præsens remedium. Panis aridi nucum iuglandiū rancidarū,æquales partes,sulphuris uiui,paulo plus q̄ pro panis mensura,optime terito uino austero affuso,donec ad strigmentorum spissitudinem redigantur, & absq; oleo in balneo affricanda præbeto. Aliud. Saponis gallici,nitri,pumicis,sulphuris uiui, perdicii herbæ, cuiusq; unc.i.adipis porcini recentis unc.xviii.carpobalsami drachmas quatuor. Vtere in balneo. Vnguentum optimum ad psoras. Picis sexuncem,ceræ quadrantem & unciæ dimidium,spumæ nitri sextantem, sulphuris uiui sextantem,olei myrtei quod satis est,ut ad strigmenti solidioris crassitudinem redigatur. Vtere in balneo. Aliud. Pyrethri drac.iiii.herbæ lanariæ drac.iiii.fœnigræci drac.viii.contusa & cribrata repone. Vsu uero expetente quantum tribus digitis apprehendi potest accipito,& cum aceto acerrimo conquassato: deinde rosaceo sufficienti addito unà cum smegmatis illinito. Aliud. Aluminis scisilis,spumæ nitri,sulphuris uiui,cuiusq; sextantem, staphidis sylvestris sexuncē. Aceto & rosaceo diluta illinito. Aliud ad inueteratas psoras. Atramētū sutoriū cum lacte & rosaceo tritū illini, quidam uero cū adipe suillo utuntur. Aliud. Chalcitidis,misyos,æquale pondus,tritis cum uino & rosaceo utitor. Aliud. Nitrū assatū, sulphur uiuū,alumen ustum, æquis partibus cū oleo circumlinito. Facit & centaurea arida trita adfricta,similiter & chamæpitys. Aliud. Raphani succū cum

ouo in balneo diligenter illinito, & in paucis diebus curabit ægrum, idem & rapi succus cum ouo probe facit. Aliud,ad psoras. Spumæ argenti trientē,oua integra quinq;,aceti lib.v.& dimidiā,olei myrteii sextarium unū:trita illini. Aliud,ad psoras sanie fluentes & fœtidas. Mali punicæ ramulos teneriores aut folia tusa terito,aqua aut posca prout melius iudicaueris affusa:illine assidue,& miraberis. Aliud,ad psoras ægre curabiles,& principium elephanthiasis. Serapiadis tritesticularis manus plenæ mensuram, radicis altheæ tantundem hyoscyami uiridis tantūdem, myrti uiridis tantundem,scillam unam mediocris magnitudinis aut paruas duas, olei sextarios tres, aceti sextarios tres,spumæ argenti dodrantē, cerusæ trientem,croci sesquiunciam,candidum ouorum decem. Spumam argenti,cerusam,& crocum cum aceto terito, herbas uero cum oleo & reliquo aceto coquito, percolato,ac tritis affundito & candida ouorum addito,unito,utitor. Ego uero & perdiciadem herbam adieci, & in magnis affectionibus etiā chamæleonē, & rosmarinum herbam. Aliud ad psoras, quo usus sum in elephantiasis principio. Nitri, aluminis, sulphuris uiui,ceræ,cuiusq; sextantem,picis trientē, olei in quo rhododaphnæ coctæ sint lib.i.Cæterum ego sulphuris uiui sexuncē conieci,& pro arida pice liquidam indidi:& corpore ex his illito usq; ad miraculū profeci. Verū ubi iam ad cicatricem perducta essent ulcera,sulphuris sextantem,& picem aridam inieci. Ceratū ad psoras,ualde celebre. Colophoniæ unc.i. ceræ unc.i.emplastri ex succis sesquunciā,myrti quadrantē. Vsu expetente, siquidem psoræ fuerint asperiores ipsum ut habet adhibe. In exulceratis uero rosaceo liquefacito ac utitor. Aliud,quo in exulceratis psoris per omnia utimur. Ceræ sextantem,picis aridę sextantem,emplastri ex succis quadrantem,rosacei trientē:liquefacito,ac utitor ueluti eo quod præ

ter opinionem auxilietur. Cæterum si diuturna sit affectio, subscriptis uteris. Epithema præclarum: facit & ad ulcera cicatricem difficulter recipientia. Ærugi nis unciam unam, atramenti sutorii unciam unam, ceræ unciam unam, adipis porcini recentis sextantem: liquefacta aridis committito & imponito, ac post triduum soluito. Facta uero exulceratione, uelut igne ambusta curato. Aliud epithema. Sandarachæ unciam unam, ammoniaci unciã i. terito, & terebinthina excipito, ut emplastri accipiant formam, & præfricto loco, pellicula excepta imponito, ac post dies quinq; soluito. Vbi uero tectorium ulceri fuerit indu ctum, eodem pharmaco donec tectoriũ excidat, utitor. Ad exulceratam autem cutem his quæ ambustis conueniunt utendũ est: & maxime emplastro ex hordeo apparato. Porrò ubi in callũ indurueri affectio, magisq; fuerit exacerbata, sequentibus utendũ erit. Epithema ad psoras in callum obduratas, & ad lepro sas dispositiones, pharmacum prospere accommodatum, nam & callos coercet, & ex profundo extirpat, & ulcerationes ad cicatricem perducit: solũ enim ea quæ præter naturam accreuerunt corpora contingit. Farinæ lupinorum tenuissime tritorũ, syluestriũ quidem malim si adsint, aut satiuorum, si illi haberi nõ possint, uncias quatuordecim, farinæ loliaceæ septuncem, nitri rubri sexuncem, picis liquidæ italicum sextarium unum, aceti acerrimi italicum sextariũ unũ, terebinthinæ bessem, picem cũ aceto coquito, & ubi unita fuerint terebinthinam adiicito, & ab igne ablata aliquo modo frigifieri finito, & insperfis ac infartis farinis, assidue agitato, deinde ad ignem lentissimũ admotum coquito indefinenterq; agitato donec pharmacum à testa in qua coquitur incipit separari. Quo facto ipsum in mortarium translatum & probe tritũ reponito. Vsu uero exigente præfricto ex nitro loco, linteolo exceptum nouo & denso imponito, ac post

tertium diem soluito, & alia noua splenia concinnata imponito, atq; id usq; ad perfectam sanationem facito. Oportet autem non modo hoc epithema, uerum etiã alia quæ ex aceto & pice cruda apparantur in loco sub diuo apparare. Facile enim dehiscunt & dispa rantur. Heraclides in æreo uase coquendum esse admonet, & terebinthinam postremam coniiciendam. Oribasii, ad ulceratas & feruidas in suris eruptiones. In balneis quidem myrobalanum & sulphur cũ liquido cerato leuiter illinito, postquã uero frigidæ aquæ solium inscenderit, ex oleo myrteo cum uino inungito, aut ex rosaceo aut lẽtiscino eodem modo. Potes & lentiscino citra uinum uti. Ad psoram, Magistriani, ualde necessarium. Rhododaphnes ramulos in oleo coquito, deinde nuces rancidas & sulphur uiuum in mortario terito, infusoq; ad ea oleo simulq; trito, loços in sole illinito, & post horam lauato, & sanabis. Aliud, præter opinionem ad psoras faciens: Ceruſæ, spumæ argẽti, sulphuris uiui, ceræ, singulorũ sextantẽ, ouа numero duo. Oua recentia in aceto per tres dies ac noctes macerato, deinde unà cum putaminibus trita, reliquis probe tritis aridis ammiſceto, & ceram cũ rosacei libris duabus & dimidia liquefactam cum eis cõmittito, ac utitor in balneo pro unguento. Aliud ex ochra, ad psoras commodum. Spumæ argenti trientem, ceruſæ unciam unam ochræ sextantem, cadmiæ unciam unam, ceræ trientem, olei myrtei libras duas arida cum uino terito, & liquefacta affundito, ac utitor.

Ad pruriginosas papularum eruptiones. Cap. CXXVII.

Diphryges cum aceto illinito, & mori radicem ex aceto, plumbaginem, rubiginem ferri, misy, cyclamini radicem, omnia ex aceto: alumen omne melle coctum, rutam cum sale & oleo, ceruſam & argenti spumam ex aceto, rutam cum cerato myrteo qua-

drupla parte. Aliud,ad pſoras,humentes lichenes: pingues q; & tumentes ac multo humore manantes, mirabile. Cadmiam uino,& oleo tritam illinito. Ad omnem pſoram ulceratam cum pruritu aut dolore,& ad ulcera capitis manantia,eryſipelata,& herpetas. Plumbi uſti,cadmiæ,plumbaginis,cuiuſque unciam unã, ſcoriæ argenti quæ & helcyſma ſeſquiunciam,ſpumæ argenti ſeſquunciam, uini & olei omphacini aut roſacei quantum ſufficit. Vtere ad omne ulcus aut papulam in toto corpore. Præter opinionem enim facit,præſertim in infantibus. Aliud, ad pſoram aſperiorem & tubercula,optimũ. Cadmiæ, ceruſæ,ſulphuris uiui,maſtiches, cuiuſq; unciam unã ceræ quincuncem,roſacei dextantem. Vtere,locos ex eo integendo. In balneo autem ex pharmaco unciam unam, & ſapone ſeſquunciam miſceto, ac illinenda dato.

Ad puſtulas pſydracas Græcis appellatas, & ad papulas ex feruore aut ſudore obortas. Cap. CXXVIII.

Fiunt in toto corpore puſtulæ,dolorem inducentes citra ſaniei collectionem. Eas eczemata, ab ebulliente feruore Græci uulgo appellant. In his plumbago conuenit cum uino aut lentiſcino oleo trita, aut ceruſa cum uino & oleo myrteo: aut minium ſinopicum cum adipe ſuillo recenti, aut miſy aſſatum cum uino & roſaceo. Ad exulceratas puſtulas. Vbi uero exulceratæ fuerint puſtulæ, ſubſcriptis utendũ erit. Scoriam plumbi,& ſpumam argenti,pari pondere uino & oleo myrteo excepta illine. Aliud. Malicorii,ſpumæ argenti,atramenti ſutorii,ſingulorũ æquas partes,cum uino & roſaceo illine. Aliud. Baccarum myrti nigrarum,malicorii, atramenti ſutorii,ſpumæ argenti lotæ,ſingulorum æquales pondus, cum uino & oleo myrteo illinito. Smegma,ad puſtularum eruptiones. Farinæ fabarum, ptiſanæ molitæ, radicis poligoni contuſæ & cribratæ, terræ cimoliæ toſtæ,ſingulorum drachmas duas, ſpumæ nitri albæ drachmam unam, thuris tenuiſſime triti tantundem. Vſus eius in balneo eſt. Ex eo autem quantũ ſufficere putaueris accipito, ac cum oui candido ſubigito: deinde corpus ex eo circumlitum exſudare ſinito. A balneo autem ex roſaceo aut myrteo corpus illinito. Aliud ſmegma. Cimoliæ drachmas duas, farinæ erui drachmas duas,quod ex myrobalano cõtuſa & expreſſa reliquum eſt tantundem, iridis tuſæ drachmas duas, nitri drach.ii. myrti ſicci tuſæ drachmæ dimidium: tritis utere ut dictum eſt. Aliud. Radicis hyoſcyami contuſæ drachmam unam, farinæ lupinorum drachmam unam, cimoliæ drachmæ dimidium, iridis drachmas tres, & dimidiam: tritis utere ut dictum eſt.

Oribaſii, ad nigras cicatrices inalbandas. Cap. CXXIX.

Spumæ argenti,mentæ, thuris, æquales omnium partes,cum melle utitor. Aliud. Stercoris crocodili drachmas decem,thuris drachmam unam, ceruſę drachmas duas,aut ex aqua,aut cerato cyprino mixta illinuntur. Aliud. Columbinũ ſtercus ex aqua illinito, ipſumq; cito abluito, ne exulcerationem inducat. Aliud. Cimoliæ,ſtercoris columbini,ſaponis,thuris ſingulorũ pares partes cũ aceto illinito. Aliud. Hirundinis ſtercus ex aqua illinito. Aliud. Saponis,ſtercoris canini albi,ceræ,olei inalbati,æquales omnium partes committe ac utere. Aliud. Nitri,ammoniaci thymiamatis,myrrhæ, ſulphuris uiui, ſingulorum æquas portiones in aceto albo terito,aut uino & aqua trita modice illinito,ne exulceratio ſuccedat. De impetigine,præſcriptum eſt Sermone octauo. De herpete,& ſimilibus,in Sermone quartodecimo. De uerrucis,tum quæ myrmeciæ,à formicis, tum quæ thymi,à ſimilitudine cacuminum thymi ap-

pellantur, item in decimoquarto Sermone scribetur. Ad papulas autem infantium, in quarto Sermone tractata sunt remedia.

Ad ulceroſas papularum eruptiones, tum in tibiis, tum in toto crure obortas. Cap. CXXX.

In balneo ex myrobalano & ſulphure cerato liquido exceptis leuiter illinantur, & in aquam leniter calidam demittantur: poſtquam uero frigidæ aquæ ſolium inſcenderint, loci ex myrteo oleo cum uino, aut roſaceo, aut lentiſcino cum uino inungantur. Lentiſcino etiam per ſe utendum. Probe faciunt ad eas & mali punici putamina uino cocta & trita, ac cerato modico liquidiore ex myrteo, aut roſaceo oleo apparato excepta, & illita. Facit & myrſinatum dictum pharmacum, & emplaſtrum ex hordeo cum largo roſaceo aut myrteo dilutum & illitum. Aliud. Valde commodum & hoc eſt, quod in adoleſcentulo quopiam ſumus experti, qui pſoram multam inueteratam iam ac aſperrimã circũ crura habebat, quæq; à genubus uſq; ad pedũ digitos procedebat. Semen lini cum aqua contuſum quàm craſsiſsime illinito, & aſsidue tanquam uehementer approbato utitor. Aliud, ualde efficax. In quodam qui aſperrimam pſoram circum crura habebat cognitum, in quo adeo affectio ipſa inualuerat, ut elephanticorum corporibus non abſimilis eſſet: qui ſanè in paucis diebus ſanatus eſt. Sulphur uiuum quàm tenuiſsime tritum, amurca & oleo exceptum, in balneo ad defricationem exhibeto, & poſt balneum ex eodem illinatur.

Ad cicatrices nigras ex ulceribus relictas. Cap. CXXXI.

Quandoquidem uero in profundorum ulcerum curationibus, cicatrices nigræ cõflantur, etiam de his dicere operæpretium fuerit. Differunt autem cicatrices à uitiligine nigra, quæ alphos appellatur, in hoc

quod leue corpus habent. Vitiligo enim tum adſpectui, tum tactui aſpera ſubiacet. Ad nigras itaq; cicatrices ſubſcriptis utendum eſt. Plumbi uſti, ſpumæ argenti, æquales partes cum uino tritas, & in cerati craſsitiem redactas, reponito. Vbi uero uſus expetit, uino & roſaceo liquefactas, & ad pinguis emplaſtri ſpiſsitudinem deductas, illinito. Aliud. Sulphuris uiui, & myrobalani, æquas partes cum aqua illine, aut terebinthina exceptas, & ueſtis detritæ panniculo infartas impone. Aliud. Myrobalani unciam unam, ſtercoris columbini unciam unã, melanthii ſextantem, tritis utere pro ſmagmate, poteris & cum aceto illinere. Aliud. Myrobalanum, ſulphur uiuum, alcyonium, cum aqua ad ſtrigmentorum ſpiſsitudinem redacta illinito. Aliud. Buccinorum uſtorum ſextantem, thuris unciam unam: illine cum aceto. Oribaſii, ad cicatrices nigras. Radicis cucumeris ſylueſtris uiridis drachmas duodecim, adipis ſuilli recentis drachmas quindecim, aluminis ſciſsi drachmas duas, ſulphuris uiui, nitri, cuiuſque drachmas duas. Aliud. Spumæ argenti, ceruſæ, æquales partes lotas terito, & cum oui candido illinito. Smegma, cicatrices inalbans. Cimoliæ, ſtercoris columbini, ſaponis, thuris, æquales omnium partes cum aceto adfricato, & rurſus ex eodem illinito. Aliud. Veratri albi drachmas duas, thuris drachmas duas, ſpumæ nitri drachmam unam, cimoliæ drachmam unam. Vtere cũ aceto. Aliud. Bryoniæ radicem conciſam, in oleo donec ſucculenta reddatur coquito, & oleum ipſum aſsidue illinito. Aliud. Erucæ ſemen cum felle bubulo, aut alio quod haberi poſsit illinito. Aliud. Spumæ argenti ſextantem, ſulphuris uiui unciam unam, erucæ ſucco trita illini, ubi uero exaruerint, laua. A balneo uero ex ſola argenti ſpuma cum erucæ ſucco illine. Aliud. Talum ouillum uſtum cum uino terito, ac

illinito. Pastillus ad cicatrices nigras in quacunque corporis parte. Cornu ceruini usti, buccinorum usto rum, spumæ argenti, cerusæ, thuris, alcyonii usti, singu lorum unciam unam, piperis sesquunciam, sulphuris uiui sesquunciam, gumi unciã unam cum uino pastil los, quem ad modum nosti, formato. Alius Pastil lus, per experientiam con colores cicatrices faciens. Lapidis pyritæ, comæ absinthii, lupinorum amaro rum, pompholygis, cimoliæ, stercoris columbini, my robalani, melanthii, æquales siugulorum partes in pa stillos cum aceto cogito, similiterq; utitor. Ad cubi torum & coxendicum nigredines ex cinctura obor tas Alcyonium ustum, siquidem tenera cute prædi tus sit cum aqua: si uero duriorem cutem habeat, cũ aceto statim à balneo illinito. Smegma idemq; illi tio, ad nigras in toto corpore cicatrices. Farinæ fa barum Italicam chœnicem unã, baccarũ lauri drach. viii. ueratri albi drac. viii. myrobalani drac. iiii. spumæ nitri, drac. iiii. cõtusa reponito. Vsu uero exigente, cũ aqua illinito. Vtere & pro smegmate in balneo. Aliud. Farinæ erui, spumæ nitri albæ, radicis bryo niæ, alcyonii asperi, myrobalani, singulorum æquales partes committito, ac utitor, ut dictum est.

De uitiligine, seu alpho. Cap. CXXXII.

Vitiliginum, quæ alphi Græcis dicuntur, genera tio eiusdem speciei est cum leuce & lepra, non tamen omnino in profundo caro in eis affecta est, sed sum ma tantum cutis, & uelut squamulæ quædam uitiligi nes ipsæ affixæ inhærent, albæ quidem ex pituita, ni græ uero ex atræ bilis humore obortæ. Dictus est au tem Græcis alphus, ex eo quod colorem cutis immu tet: immutare enim apud ueteres, alphænein dicebã tur. Ad albas igitur uitiligines & nigras communiter faciunt, folia fici, sulphur uiuum, alumen, æqualibus partibus cum aceto illita: quare eis ut præstantissimis utaris. Aliud, ad utraq;. Calcem aqua multoties lotam

lotam in æstiuo sole desiccato: usus uero tempo re cum aqua liquefactam dilutiorem illinito.

Ad nigras uitiligines. Ad nigras uero uitiligi nes priuatim subscriptis utendum est Veratri nigri, terræ cimoliæ, æquales partes aceto aut aqua dilu tas, & ad strigmentitiam spissitudinem redactas in sole illinito, præfricto antea loco. Aliud. Radi cis narcissi, seminis urticæ, cuiusque sextantem, nitri rubri unciam unam cum aceto illine. Aliud. Ve ratri nigri, nitri, æquis partibus ex aceto utere. Aliud. Cochleas terrestres ustas & cum melle tri tas, post modicum temporis interuallum affricato.

Ad inueteratas nigras uitiligines, & superficie iam in callum indurata, subscriptis utendum est. Radicis chamæleonis nigri dodrantem, sulphuris uiui sextan tem, spumæ nitri unciam unam. Vtere in aceto disso lutis illinendo ad solem. Aliud. Alcyonii sextan tem, nitri sextãtem, staphidis syluestris unciam unam, sulphuris uiui unciam unam hæc arida adseruato, pri mumq; psilothro utitor, & interiecta una die corpus in balneo humectum ex aridis conspergito, & sudo rem ab eo excludet. Aliud. Alcyonii usti, spumę nitri, sulphuris uiui, ueratri nigri, singulorum æquas partes cum aceto illinito, & cum eodem etiam in bal neo defricando repurgato. Aliud odoratum effi cacissimum. Veratri nigri drachmas viii. iridis, spu mæ nitri, costi, cuiusq; drachm. iiii. cum aceto illinito, & in balneo citra pinguitudinis ammixtionem affri cato. Optime facit & ad hæc, id quod ad albas uitili gines apparatur adiaptoton, ex eo quod citra opem non dilabatur, inscriptum. Smegma ad nigras uiti ligines. Radicem cucumeris syluestris contusam & cribratam affricandam exhibeto. Aliud. Folio rum fici in umbra desiccatorum drachm. vi. similagi nis drachm. iiii. nitri drachmas viii. alcyonii drachm. viii. contusa, cribrata, reponito. Ante usum autem

ad ſolem exudare affectum oportet, deinde inſpergere, & ſinere exiccari, deinde citra olei ammixtionem defricare. Hoc in quinque diebus uitiligines curat. Aliud. Melanthii, ueratri albi, coſti, ſingulorum drach.iiii.nitri drachmas xii. Vtere in balneo citra pinguium admixtionem. Manifeſtum eſt autem, etiam ſi nullus dicam, quod prius ex hiera Galeni corpora purgare oporteat, aut ex colocynthide & aloe catapotiis. Deinde uero ſubſcriptis uti. Bulbos cum aceto tritos illinito. Poteris item purgatiuis ex ueratro nigro, & epithymo uti. Ad uitiligines albas. Hos itidem prius cum Galeni hiera purgare oportet, aut per catapotia ex colocynthide, & aloe formata, deinde ſequentibus uti. Dracunculi radicē, aut ari radicem, cum farina ordeacea ex aceto illinito. Aliud. Bulbos tritos cum aceto illinito. Aliud. Altheæ ſemen cum aceto tritum illinito.

Aliud. Bryoniæ radicem conciſam cum oleo decoquito, donec oleum inde ſucculentum reddatur, & aſſidue illinito. Aliud. Baccarum lauri, cimoliæ, nitri, æqualibus partibus utere cum aceto. Illine autem ad ſolem, & poſt paruum interſtitium aqua ablue. Aliud. Fœnigræci trientem, ſpumæ nitri ſextantem, alcyonii uſti unc.i. cum aceto illinito. Eodem etiam pro ſmegmate in balneo utitor. Aliud ualde efficax. Alcyonii uſti, ſulphuris uiui, ueratri albi, ſpumæ nitri, æqualibus partibus in balneo ad defricandum utere: cum aceto item in ſole illine.

Aliud adiaptoton, quod citra opem non dilabatur, appellatum. Radicis chamæleonis albi drac.viii. alcyonii uſti, ſulphuris uiui, atramenti ſutorii, ſpumæ nitri, cardamomi, pyretri, foliorum fici ſylueſtris, aluminis liquidi, pulueris calcis uiuæ, qui parietibus adhæret domus, in qua calx repoſita eſt, ſingul. drach. iiii. tere, & in ſole cum aceto illine, ægro prius in balneo ex eo defricto. Facit & ad uitiligines nigras.

Aliud ad nigras ac albas uitiligines celeberrimum. Myrrhæ, ſulphuris uiui, ſpumæ nitri, ueratri albi, cuiuſque ſextantem, alcyonii uſti ſexuncem. Vtere confidenter pro ſmegmate in balneo: & in ſole item cum aceto illinito.

De leuce uitiligine altius inſidente, Galeni. Cap. CXXXIII.

Pituitoſus & lentus ac uiſcoſus ſanguis, & affectum locorū debilitas, cauſæ ſunt ob quas leuce generatur. Quum enim ex pituitoſo ſimulq; uiſcoſo ſanguine caro per multū tempus connutritur, facillime leuce omnis per profundū ipſius pituitoſa oboritur, neq; poteſt amplius delatū ad locum nutrimentū ad propriā naturā in rubedinē tranſmutare. Accedit his quod & ipſe qui ad locum influit ſanguis pituitoſus ueluti prædictū eſt, exiſtit. Qualem igitur locuſta, aut cancer fluuialis, & ferè omnia exanguia oſtrea ex natura ſua carnē habent: talem habent & ex tranſmutatione ac in aliā ſpeciē de generatione, hi q leucis corripiuntur. Etenim hanc carnis affectionē ita appellāt ab albo colore nomine accepto. Quū enim in pilo obſitis locis leuce oboritur, pilo locos ipſos non denudat, ſed canos omnino facit. Si uero loci piloſi glabri & pilis nudi reddantur, incurabilis leuce cenſetur. Ad leucas igitur ſubſcriptis remediis utendum eſt. Fici ſylueſtris nigræ uirgultorum libr.i. rutæ ſexuncem, miſyos unc.i. calcis uiuæ unc.i. aceti acerrimi quantū ſatis eſt. Contere obnixe & paſtillos informa, eosq; in umbra reſicca. Vſu uero exigente illine in ſole, loco prius confricto: & ſi bullæ oboriantur, eas acicula penetrato, & ceratum imponito. Aliud. Fici nigræ uirgulta in aceto macerato, & quam tenuiſſime terito, eisq; ſpumæ nitri, ſulphuris uiui, fructus myricæ, ſingulorum æquales partes ammiſceto, & locum cum nitro prius defricato, indeq; in ſole illinito, diligenter obſeruans ne ulceratio ex eis cōſequatur.

Aliud. Fici nigræ folia uiridia in aceto macerato: sit autem aceti tantum ut ea superet & penitus cõtegat, deinde contusa & trita cum sufficiente calce uiua misceto, & locis prius exersis in sole illinito, usquequo lentigini similem imaginem ipsa leuce induat, atque deinde fici succum recentem supra istam illitionem inducito, ipsamq; leucem solam aliquandiu confricato, & ne uicinas partes exulceres obserua to. Egregie enim auxiliatur. Aliud, ad leucen diuinum donum: facit & ad lepram. Sandaracham terito, eiq; nucum iuglandium uiridem testam adiicito, ac adfuso aceto, rursus simul probe terito, & loco prius detersо, in sole illinito. Quod si acre ægro appareat, paucum panem ammisceto, & assidue luato. Aliud, ex cuius usu sæpicule laudem adeptus sum, citra exulcerationem medetur. Vsus sum eo in muliercula quadam quæ in fronte leucen habebat, & ualde egregie uires suas declarauit. Seminis cardamomi sesquiunciam, atramenti sutorii sextantem, sulphuris uiui drachm. iiii. aluminis rotundi & scisi, cuiusq; drachm. iiii. cum aceto diligenter terito, locoq; ex nitro & aceto præfricto, in sole illinito. In quibusdam sanè bullam quotiescunque illinitur producit, qua sublata lepram ipsam item tollit. Aliud, ad leucas & lepras. Nucum iuglandium immaturarum & adhuc acerbarum exteriorem corticẽ uiridem detrahito, & fici nigræ sylueſtris ramulos amputato, & ad hæc spumam argenti coniicito, ac cum aceto coquito, terito, & ad unguenti formam reducito, idq; ipsum in sole illinito. In decoquendo etiam hordei grana septem addito. Hinc enim sufficientis decoctionis signum habebis, ubi uidelicet hordei grana cocta uideris. Aliud, Archelai. Veratri nigri, radicis bryoniæ, radicis chamæleonis nigri, sulphuris uiui, atramenti sutorii, misyos, alcyonii, foliorum fici nigræ sylueſtris, singulorum æquales partes contusas per

angustissimum cribrum excutito, deinde in mortarium coniicito, & aceto affuso diligenter terito, atque ubi ad liquidissimi cerati spissitudinem fuerint redacta, in pyxidem plumbeam recondito. Vsu autem expetente, loco prius cum nitro perfricto, ad solem liquidius pharmacum illinito. Summe etiam ad lepras conducit. Ad leucas quantumuis crassæ existant. Adarces, canchryos, sulphuris uiui, æquales partes: unumquodque per se priuatim contundito & cribrato, deinde simul cum aceto ad multos dies sufficienter in sole terito, & loco prius confricto non aceruatim illinito, sed dilutius, obseruans etiam in principio ne cutis exulceretur. In progressu uero temporis parum quid ex ueratro, tantundemq; ex gallis, ad tria prædicta ammisceto. Aliud.

Olus est in Syria folia habens seridis angusto folio præditæ. Vocatur autem lepidium, & cum lacte conditum, seruatur: cum radice uero eius lanæ tinguntur, & nigrum induunt colorem. Hoc ipsum olus uiridum & impositum, cutem liuidam reddit & attollit, ut excoriatæ similis uideatur. Est autem radix eius alba, crassitudine digitali: ex qua in sole siccata corticem detrahere oportet, & per diem unum in acerrimo aceto macerare, deinde mane probe & cõstanter terere, affussoq; aceto sufficienti ad strigmentitiam crassitudinem redigere, atque ita repositum adseruare. Vbi uero usus exegerit, locum nitro defrictum pauliſper transpirare sinito, atque ita pharmacum ipsum ad calentissimum solem illinito, & quodam modo adfricato, deinde acetum paulatim ad illitum instillato. Quum uero æger uellicationẽ ac morsum perceperit, eum ad tolerantiam inhortato. Bullæ nãq; succedent, quas acicula penetratas excoriare oportet. Vbi itaque excoriatæ fuerint, siquidem adfectus locus excoriatus concolor appareat, ipsum ut secundum naturam habentem & restitutum sinito,

si uero non, rursus ad duos & tres dies idem pharmacum illinito, donec omnino perfecte uideris locum ipsum sanatum. Aliquibus uero ex hac curatione bullæ non erumpunt, uerum locus ipse excoriatur, hos itaque uelut igne ambusta curare oportet.

Aliud. Floris mali punici drachmas viii. spumæ nitri drach. v. alcyonii drach. iii. sulphuris uiui drachm. ii. Vtere cum aceto. Est item siccum optimum ad leucas, & inspergitur postquàm exciderint crustæ ex acribus pharmacis obortæ. Cæterum ad cicatricem obducendam, & cicatrices reliquo corpori concolores reddendas, aceto excipe, & loco probe præfricto illine. Vbi uero bullæ emerserint, pharmacum ipsum cum melle cataplasmatis modo impone. Efficacius aût fit si pro sulphure, ueratrũ nigrũ cõiiciatur. Smegmatis porrò ad leucẽ itemq; lepram plurimis ex præscriptis illitionibus uti oportet. Præclarissime autem ad ipsos siccum magnum facit, quod Indum inscriptum est, quo etiam ad elephantiasim, & omnem cutis scabriciem: ad articularem item morbum, & membrorum resolutiones, & ad hydropicos uti cõuenit.

Salis ammoniaci, salis communis, salis cappadocici, salis amari, nitri assati, farinæ fabaceæ, pumicis usti, spumæ nitri, singulorum trientem, ueratri albi, ueratri nigri, radicis struthii, radicis bryoniæ, cyperorum, aluminis liquidi, aluminis scisi, floris iunci odorati, gummi, iridis, lapidis specularis usti, testarum sepiæ, seminis lini, costi, baccarum lauri, farinæ lupinorum, pulegii, thuris, seminis uiticis, singulorum sextãtem, ostreorum ustorum, radicis dracunculi, fecis uiniuitæ, pyretri, radicis chamæleonis nigri, sulphuris uiui, staphidis syluestris, sinapis, radicis pęonię, sampsuci, spicæ nardi, comæ marrubii, fœnigræci, grani, cnidii, phylli, singulorum unc. i. radicis cucumeri syluestris, cimoliæ, gallarum, singulorum scrupulos sexdecim.

De lepra Archigenis. Cap. CXXXIIII.

Ex crasso ac uiscoso, & magis atræ bilis humore lepra generatur. Differt autem lepra, a leuce, & alphoutiliginis speciebus, in eo quod lepra aspera est ad contactum, & pruritum locorum inducit. Cutis enim sola est quæ affecta est, unde & excoriata cute, caro subiecta sana reperitur. In leuce uero, uelut dictum est, subiecta cuti caro tota per profundum transmutata est ad albidiorem colorem, & superficies affecti loci leuissima est, & confricta citius rubescit, præsertim in his q facile curantur. At uero alphos in supficie hæret, & uelut squamæ cuti affixus est. Cæterũ a scabie differt lepra, qđ in scabie quidem furfuracea quædã cuti inhærentia apparent. In lepra uero quædam uelut magnorũ piscium squamæ. Differt aũt lepra ab impetigine syluestri, eo quod impetigo orbiculatius semper ad uicinos locos proserpit. Lepra uero non ita eodem modo. Ad lepram igitur faciunt plurima ex his quæ præscripta sunt ad leucen, peculiariter autem talia. Glutinis, saluiæ, lachrymæ oleæ syluestris, singulorum drachmas viii. corticis radicis capparis, gummi, singulorum drachmas xvi. Vtere cum aceto illinens præfrictis in sole. Aliud. Cardamomi, atramenti sutorii, aluminis rotundi, radicis chamæleonis nigri, nitri assati, farinæ lolii, singulorum æquales partes, loco ex nitro præparato, medicamentum hoc in sole impone. Aliud. Atramenti sutorii drachmas duas, sulphuris uiui drachm. ii. cardamomi drachmas iiii. farinæ lolii, drachmas viii. foliorum fici drach. viii. carnis caricarum pinguium drachm. viii. Aceto trita impone, & alternis solue, ac rursus lotis impone. Aliud. Veratri nigri, sulphuris uiui, radicis bryoniæ, nitri, bituminis, foliorum fici, misyos, alcyonii usti, radicis chamæleonis nigri, atramenti sutorii, singulorum æquales partes. Vtere cum aceto ad

præfrictos in sole. Aliud ad lepram experimento cognitum, tollit eam per dies quinque. Æruginis drachmas .iiii. resinæ pinus liquidæ drachm. iii. thuris recentis drachm. ii. Arida cum aceto terito, & adiecta resina liquata, præfrictis imponito, & alternis soluito, & reperies lepram splenio adhærentem. Deinde uero loco per poscam detersо ac confricto, ut cruentus fiat, rursus impone. At si exulceratio facta fuerit, per muriam & lenticulam cum melle depurga. Et postea per ceratum ad ambusta paratum curationem perfice. Aliud, ad lepras, ipsas excorians. Radicis chamæleonis nigri partem unam, succi thapsiæ partem unam, uētrium cantharidum, sulphuris, æquales singulorum partes, pice liquida excipe, & loco illine, ubi prius ipsum probe confricueris. Postquàm uero bullæ ac pustulæ excitatæ fuerint, lenticulam cum melle impone. Archigenis ad lepram, Magistriani. Arietis nigri adipem accipito, & locum ex eo assidue inungito, & in paucis omnino diebus cictra exulcerationem, eam tollit. Aliud. Seminis raphani quatuor, sandarachæ drachmas xvi. lupinorum aridorum decorticatorum, sulphuris uiui, singulorum drachmas xvi. gallarum omphacinarum, uetratri nigri, gummi, singulorum drachmas octo. Aceto excipe, & præfricto ex fici nigræ foliis loco, illine in sole. Cum eodē itē in balneo citra olei ammixtionem Sicco, per dies nouem defricato. Critonis, ad lepram, ueluti Oribasius tradit. Farinæ lolii chœnicem Italicam unam, cardamomi drachmas iiii. spumæ nitri drachmas quatuor, atramenti sutorii drachmas octo, radices hastulæ regiæ medias quatuor, terito omnia & misceto. Vsu uero expetente quantum satis uidebitur accipito, acetoq; acerrimo coquito, & ubi ad cerati spissitudinem redegeris, crassius illinito, loco tamen prius ex nitro confricto: superne uero linteolum obligato, idq; tertio quoque die soluito, frigidaq; abluito, ac rursus illinito. Aliud, ut Oribasius tradit, citra exulcerationem persanat. Radicis rumicis syluestris drachm. xxiiii. gummi drach. xii. sulphuris uiui drachmas sex, myrrhæ drachm. iiii. gallarum drachm. iiii. Rumicis radices in aceto ad tertias decoquito, eisq; tritis reliqua ammisceto, ac simul terito, ad finem uero etiam gummi addito. Vsus autem tempore loco prius ex nitro cōfricto, illinito: sequenti uero die lauato ac similiter curato. Vtere eo & ad impetigines ac psoras asperas ac scabras. Oribasii, ad leprosos. Succi radicis hastulæ regiæ sexuncem, sulphuris uiui drachmas quatuor, mannæ drach. decem, nitri drachmas octo, illine cum aceto.

TERTIIDECIMI SERMONIS FINIS.

INDEX CAPITVM DECIMIQVARTI Aetii Sermonis.

De affectiōibus sedis. Cap. 1
De inflammationibus sedis. 2
De fissuris sedis, & de tuberculis. 3
De thymis in sede ac reliquo corpore nascentibus, sycosiq; ac uerrucis formicariis appellatis, item de clauis. 4
De hæmorrhoidibus sedis. 5
De hæmorrhoidum chirurgia. 6
Ad anum aut sedem procidentem. 7
De prolabētis sedis perustione. 8
De abscessibus sedis. 9
De ulceribus sedis prosertpentibus, ac depascenti bus. 10
De fistulis ani. 11
Ad intertrigines inter fœmora ex itinere oborotas. 12
De thymis in pudendis. 13
De rimis in pudendis. 14
Medicamenta ad rimas ac reliqua pudendorū

ulcera. 15
Ad inflammationes pudendorum. 16
Ad nomas in pudẽdis. 17
Ad carbunculos pudendorum. 18
Ad interna in meatu urinę ulcera. 19
Ad scabiosum ac prurigino sum scrotum. 20
De testium ac scroti inflãmatione. 21
De hernia aquosa. 22
De hernia intestinorũ. 23
De hernia inguinis. 24
De emplastrorũ præparatione ac coctura, & quę in ea coniiciuntur. 25
De cruẽtorum uulnerum curatione. 26
De sauciatis neruis. 27
Curatio neruorũ denudatorũ ac uulneratorũ in ulceribus. 28
De neruorũ cõtusione. 29
De glandularum inguinis inflammatione. 30
De quacunq; inflãmatione. 31
De abscessibus. 32
De cauis ulceribus nõ malignis, & ratio curãdorum ulcerum. 33
Medicamenta quæ per linamenta indũtur, & ad suppurantum, repurgãdum ac incarnandũ. 34
De siccis repurgãtibus ac incarnantibus, cephalicis appellatis. 35
De ulceribus in quibus caro superexcrescit, & q̃ depressione opus habẽt, & de medicamẽtis siccantibus. 36
De ulceribus nõ malignis cicatrice indigentibus. 37
Sicca ulceribus non malignis cicatricẽ inducentia. 38
Emplastra quæ non maligna ulcera cicatrice includunt. 39
De malignis & ægre recipiẽtibus cicatricem ulceribus. 40
Simplicia medicamenta q̃ citra mordacitatẽ reficcant ulcera maligna. 41
De usu relatorum medicamentorum. 42
De ligamẽtis & curatiõis ratione. 43
De emplastrorum cõpositione ad maligna ulcera. 44
De ulceribus quę post obductam cicatricem rursus rumpuntur. 45
Ad extremitatũ ulcera. 46
Ad callos extremarũ partium. 47
Ad uermes in ulceribus. 48
Ad nomas & putredines ulcerum. 49
Sicca crustam inducentia, inter quæ etiam pastilli multi usus. 50
De sanguinis eruptione, & quæ crustã inurũt. 51
Exedẽtia & urentia medicamenta. 52
De sinibus. 53
De sinibus attritam cutem habentibus. 54
De fistulis. 55
De gangræna & sphacelo. 56
De canceratis tumoribus. 57
De carbunculis. 58
De erysipelate, hoc est, igne sacro. 59
De herpete. 60
Ad epinyctidas, hoc est, pustulas noctu erũpentes. 61
De termintho 62
De papulis siue pustulis. 63
Ad ambusta ab igne. 64
Ad flagellatos. 65
Ad desquamata. 66
Ad intertrigines. 67
Ad cõtusa & fugillata. 68
De ruptione. 69
De uulsione. 70
Ad luxatos articulos. 71
Ad laxos articulos. 72
Ad perniones. 73
Ad digitorum pterygia, siue reduuias. 74
Ad paronychias, id est, unguium abscessus. 75
Ad contusos ungues. 76
Ad subcruẽtos ungues. 77
Ad motos ungues. 78
Ad scabros ac leprosos ungues. 79
Ad reparãdos ungues. 80
De anulis digitis impactis. 81
Ad clauos. 82
Ad plantarum rimas. 83
De crurum ac reliquarum partium uaricibus. 84
De brachiorum ac crurũ dracunculis. 85

AETII SERMO DECIMVSQVARTVS.

De ſedis, pudendorum ac ſcroti affectionibus, & deſimplicibus medicamẽtis quę in emplaſtra coniiciuntur. Et de cruentis uulneribus & inflammationibus, abſceſſibusq;, ac ulceribus ueteribus.

DE AFFECTIONIBVS SEDIS. EX GALENO. Cap.I.



AFFECTIONES circa ſedẽ ob multas cauſas difficulter curantur. Nam & ualde tenero ſenſu prædita pars eſt: ſæpe uero dictum eſt tales partes facile abacrioribus ac auſterioribus medicamentis irritari. Et ipſe ſuperfluitatum alimenti tranſitus, tum per ſe mordax eſt, tum ob id maxime quod ſimul cũ ipſis pertranſit bilis, & aliquando quidam ſeroſi humores. Et ad hæc accedit, quod neq; præfinitum eſt Medicis certum tempus ad medicamenta imponenda: ſed aliquando etiam tempore non conuenienti, ægri ad recrementorum excretionem progrediuntur. Quin & humiditas ac caliditas locorum, ficcantibus ſimulq; frigefacientibus opus habens, non parũ efficit ut ulcera ægre curabilia fiant. Mordent enim adſtringentia, locus autem ferre non poteſt morſum, quum ſubtili ſenſu præditus exiſtat. Quapropter conueniunt ipſis medicamenta, quæ adſtringũt citra aſperitatem: qualia maxime ſunt ex metallicis, ea quę neq; acria, neque acerba ualde ſunt. Hæc enim lota, citra mordacitatem faciunt id quo opus eſt. Horum igi-

tur in ſumma memores, materiam experimento cognitam conſequenter ſcriptam habete.

De inflammationibus ſedis. Cap.II.

Ad inflammationes ani, ſiue ex fiſſuris, ſiue ex tuberculis, ſiue ex ulcere fuerint. Palmarum paſſarum ſextantem, panis ſiliginei unciam unam, croci drach. ii. Palmas & micas panis ſapa præmaceratas terito ac illinito. Quum autem inflammatio ceſſauerit, imminuto pane, palmulas & crocum auge, donec curetur. Curata uero inflammatione, utere ſicco hoc ad ulcus. Ceruſæ & ſyrici pares portiones ſiccas tritas inſperge. Facit hoc etiam ad tubercula condylomata appellata. Medicamentum optimum ad ſedem, curat fiſſuras, & tubercula cõſumit, & dolorem confeſtim eximit. Sanat etiam ulcera depaſcentia, ac maligna, & ægre cicatricem accipientia. Deprimit præminentia, & replet caua. Facit etiam ad tibiarum ulcera, & ea quæ dulcia appellantur ſanat. Maſtiches, ceruſſæ, ſpumæ argenti, ſucci hyoſcyami, ſingulorum unc.i. olei myrtei aut lentiſcini, quo ſtrigmentoſum pharmacum fiat. Quod ſi etiam amplius quid de hyoſcyami ſucco conieceris, prodeſt. Reponitur in plumbea pyxide. Medicamentum ad ſedem, Oribaſii. Olei myrtei, libram unam, ceruſſæ trientem, thuris ſextantem. Ceruſam cum oleo myrteo ad mellis compagem coctam, ad thus in mortario tritũ affunde, & unitis utere. Phicotyche Oribaſii emplaſtrum probatum. Thuris drachm. decem, myrrhæ drachmas vii. opii drachm. iiii butyri drach. iiii. aluminis ſciſi drachm. i. cadmiæ uſtæ ac lotæ, pompholygis, utriuſq; drachm. vi. ceræ Tyrrhenicæ drac. iiii. uitellorum ouorum aſſatorum, numero quatuor, adipis anſerini drachm. xvi. roſacei drachm. xvi. medullæ ceruinæ drachm. xiiii. ceruſæ drach. xiiii. plumbi uſti & loti drachm. octo, lapidis hæmatitæ drac. i. œſypi drac. iiii. & dimidiam. Arida teruntur cũ uino.

Ambrosia emplastrum Oribasii. Ceræ, mellis, rosacei, spumæ argenti, cerusæ, adipis caprini, butyri recentis, singulorum quadrantem, thuris unciam unam. Aliud emplastrum sedis dolorem mitigans ac adimens. Spumæ argenti, cerusæ, ceræ, singulorum unciam unam rosacei sexuncem, croci drachm. iiii. medullæ ceruinæ drachm. iiii. amyli drachm. iiii. meliloti unc. i. terebinthinæ drachmas duas. Aliquando & ouorum assatorum uitellos duos aut tres. Spuma argenti & cerussa lotæ ac siccatæ miscentur, deinde teruntur passo cum meliloto, croco & amylo. Emplastrum sedis ex cerebellis, Andreę. Adipis anserini curati, ceræ, thuris, medullæ cerui, floris rosarū, pompholygis lotæ, cadmiæ teneræ lotæ, plumbi usti loti, singulorum drach. iiii. cerusæ drach. viii. cerebellorum gruum drach. ii. opii sesquidrachmam, œsypi drach. v. succi intybi cochlearium i. rosacei sexuncem, præpara & utere uelut dictum est. Ad inflammationem ignis sacri in sede. Emplastri ex succis lib. i. panis siliginei lib. i. croci unc. i. opii drac. iiii. rosacei lib. ii. Crocus & opium passo macerantur, panis uero in aqua, & ad ipsa trita affunduntur liquida. facit etiã ad podagras, in calida intemperie ac fluxione biliosa. Ad eminentias protuberantes. De rumicis agrestis radice humida adhuc corticem detrahe, & ipsam radicem parũ contusam ut ex proprio succo madescat, statim eminentiæ ipsi affrica post factam alui exonerationem, nimirum ubi aqua ablueris, & linteo deterseris humiditatem. Hoc decrescente luna fiat. Aliud optimum ad omnem sedis inflammationem. Malicorii sesquiunciam, meliloti unc. i. fœni græci cyath. ii. Vini dulcis ueteris heminas quinque. Coquito ad tertias, & abiectis herbis, terito in uino cerusæ lotæ sextantem, pompholygis lotæ unc. i. thuris triente, plumbi usti unciam unam. Et liquefacito ceræ Tyrrheniceæ sextantem, olei myrtei quadrantem, rosacei quadrantem, butyri recentis insulsi sextãtem, œsypi unc. i. medullæ ceruinę unciam unam, adipis anserini trientem: hæc liquefacta, frigefacta ac erasa, ad trita adiicito, & intybi succum paulatim adstillato, & probe unitis utitor. Aliud Andromachi, quo utor inquit. Rosarum uiridium, drachm. vii. capitum papaueris drachmas quatuor, oua cruda integra duo, butyri recentis, œsypi, malicorii leuissime triti, singul. drachm. xvi. mellis dodrantem, rosacei aut myrtei sexuncem, ceræ bessem. Aliud, quo utor ait. Cerusæ drac. v. spumæ argenti lotæ drachm. v. thuris drachm. vi. aluminis drachm. iii. croci obolos tres, & uini & rosacei quantum satis est.

De fissuris sedis & de tuberculis. Cap. III.

Tuberculum quod condyloma appellatur in sede fit, ruga aliqua corporum in ano reduplicatorũ insurgente, ac præter naturam intumescente. Quum enim sinuosus sit anus, rugas coagmentatas habet. Vbi uero amplius intumuerit ruga, tunc sanè fit condyloma. Et aliquando quidem citra inflammationem fit, & molle est. Quandoq; uero cum inflammatione, & durum est ac doloro sum. At uero fissuræ ac rimæ in sede fiunt, quãdoq; in adstrictiori parte, siue musculo adstringente, quandoq; uero in ano. Et aliquando ex influentium acrimonia consistunt. Aliquando autem propter condylomatum inflammationem ac distentionem, partes circumsitæ rupturam sustinent. Curationes autem primum quidem fiunt per medicamenta. Dilata uero curatione, dum & indurantur & callosæ fiunt affectiones, chirurgiam adhibere oportet, ita ut in cõdylomatis quidem æger commode locetur, & ipsum condyloma uolsella distentum funditus excidatur. In fissuris autem, ut callosa rimæ labia deradantur: quo supina ac recens ulceratio fiat ad facilem curationem. Post chirurgiam consequens curatio primum est suppuratoria, deinde repurgatoria, po-

ſtea ad cicatricem perducens. Quæ uero in principio adhibentur ipſis auxilia, talia ſunt. Ad condylomata pharmacum, quod contrahit ac conſumit ipſa. Miſy aſſatum terebinthina liquida excipe, ut emplaſtri compagem habeat, & adhibito prius per aquam fomento impone. Vtere uelut admirando. Aliud.

Teſtas ouorum uſtas ac tritas lauato, & ſiccatas inſpergito. Aliud lucii. Ad inflammationes ſedis, & rimas, ac condylomata. Facit etiam ad rimas pudendorum inflammatas. Ceruſæ quincuncem, ſpumæ argenti lotæ ſextantem & unciæ dimidium, rei crementi plumbi loti, aluminis ſciſſi, thuris, ſingulorum ſextantem. Hæc cum uino albo ueteri trita, ad ceratum myrteum ac roſaceum ammiſceto ac utitor. Facit ad ſordida ulcera ſedis, maxime uero circa coronam glandis & præputium conſiſtentia, quæ neque linamentis repurgantur, & à medicamentis ad depaſcentia ulcera deſtinatis exacerbantur. In ſumma uero perfuſiones in condylomatis adſtringentes eſſe oportet, & medicamenta ipſorum adſtrictione quadam participare debent. Aliud ad rimas in ſede inflammatas, & ad condylomata. Cadmiæ teneræ ter uſtæ ac lotæ, ceruſæ lotæ, ſpumæ argenti lotæ, ſingulorum ſextantem, cerę quadrantem, ouorum duorum aſſatorum uitellos, ſapæ cyathum i. roſacei cyathum i. Vtere. Eſt ualde commodum etiam ad antiquata. Ad rimas inflammatas, morſusq; ac feruores, quo ego ſemper uſus, nullo alio opus habui. Collyria aſteris aut thuris, aut aliquod conſimile, ſucco hyoſcyami & ſapa diluito, & roſaceo ſufficienti addito, quo ſtrigmentoſum pharmacum fiat, ex hoc anum aſſidue illinere iubeto. Et primũ quidem dolores ſedat. Celerrime uero etiam ulcera ſanat. Potes & ſpecies collyrii accipere, & cum hyoſcyami ſucco terere, ac paſtillos efformare. Et uſus tempore cum ſapa ac roſaceo diluere. Aliud Andromachi, quo

utor, inquit, ad rimas ſedis, & condylomata inflammata. Lapidis hæmatitæ, ammoniaci thymiamatis, thuris, aluminis rotundi, ſingulorum drac. xii. In alio exemplari, ſextãtem, gallarum, croci, ſingulorũ drac. i. terebinthinæ drac. iiii. ceræ tyrrhenicæ drac. xii. roſacei drac. v. Vtere ad ſedem quidem cum roſaceo, ad uterum uero cum ungento Salca appellato. Aliud ad condylomata & rimas, quo melius non eſt. Aluminis ſciſſi drach. iii. croci drach. iiii. ceruſæ drach. ii. opobalſami drach. i. thuris drach. iiii. aloes drachm. i. œſypi drach. viii. ceræ drach. viii. liquabilia liquefacito, & ad arida trita affundito, ac unitis utitor. Ad rimas in ano ac pudẽdis. Reſinam pinus ſiccam cum roſaceo terito, donec ſtrigmentoſa fiat, & oui aſſati uitellum ammiſceto ac illinito. Ad rimas ſedis, inflammationesq; ac condylomata, puluis ſiccus mitigans ac eximens dolorem. Rhoidarii, Syrici, ceruſſæ, ſpumæ argenti, æquales portiones ſiccas inſperge. Aliud. Foliorum hederæ ſiccorum cinerem cum uino & roſaceo in pila plũbea tere, ac utere. Aliud.

Cineris raſuræ linteorum uſtæ, & amyli, æquales partes tere, & foliorum oleæ uiridium ſuccum miſce, ac illine. Aliud Maiæ ſiue obſtetricis ad fiſſuras & condylomata. Gallæ drach. viii. plumbaginis drach. viii. myrrhæ drach. iiii. ceruſæ drach. iiii. tritis utere. Prodeſt ad omnia. Paſtillus Aretæ Andromachi, pharmacum accommodatum ad rimas & condylomata, in maximis doloribus, cito liberat. Stibii, aciæ, plumbi uſti & loti, ſingulorum drachmas xvi. cineris ſiue ſpodii pompholygis lotæ, drach. viii. Fructus ericæ, aluminis ſciſſilis, thuris, atramenti ſutorii, myrrhæ, opii, ſingulorum drachmas viii. Vino tergito uelut collyrium, & excipe ac forma in paſtillos, quos uſus tempore paſſo diluito. Paſtillus ad ſedem & omnia ani ulcera, rimas ac condylomata. Pompholygis lotæ, terræ ſamiæ, amyli, terræ

lemniæ,aloes ustæ & lotæ, thuris, sandicis, plumbi usti & loti, radicis symphyti,centaureæ, singulorum sextantem,croci,squamæ æris,opii,tragacanthæ,singulorum sesquiunciam.Excipe uino,& utere ut uoles. Pastillus ex solano halicacabo, uelut Heras prodit,qui ad rimas parari solet in sede ac pudendo, & ad ulcera, condylomata, ad uerrucas thymos ac formicarias appellatas,& ad omnem eminentiam. Facit & ad pustulas nocturnas,papulas,reduuias circa ungues & ignem sacrum.Et ad aures purulentas, & labiorum ac plantarum fissuras. Spumæ argenti drach.xxiiii.cerussæ drachmas duodecim,corticis radicis halicacabi sicci drachmas viii.atramenti sutorii drachmas quatuor. Terito uelut collyrium cũ aqua & forma pastillos ac utere,ad ualde inflammata cum lacte muliebri,ad ea quæ cicatrice opus habent cum uino. Andromachus autem hunc pastillum sic præparat.Cerussæ libram unam,spumæ argenti,corticis halicacabi,atramenti sutorii,rubricæ sinopidis,singulorum sextantem:in alio exemplari sexuncem: terito cum aceto ac formato pastillos. Medicamentum cicatricem inducens ulceribus in sede. Cadmiæ ustæ & uino extinctæ, sextantem, cerusæ lotæ unc.i. plumbi usti ac loti unc.i.ceræ unc.i.olei myrtei lib.i. Sicca cum uino terito ad dies sufficientes,& ceratum liquefactum ac refrigeratum adiicito ac utitor unitis.

Aliud siccum,ad rimas præputii ac sedis, inducit cicatricem. Cadmiæ,cerusæ, thuris, æquales partes. Facit & ad alia ulcera mirabiliter. Aliud cicatricem inducens. Cadmiæ ter ustæ ac lotæ, plumbi usti ac loti,diphrygis,singulorum unc.i. Vino trita excipe cerato habente ceræ quincuncem, terebinthinæ drachm.xiiii.olei myrtei quincuncem. Et unita ac in massam coacta seruato. Vsus uero tempore, de pharmaco sextantem, ceræ trientem, olei myrtei quantum satis est accipe. Aliud siccum rimas ac

ulcera ad cicatricem perducens. Seminis spinæ Ægyptiæ sextantem,mastiches unc.i.Singula seorsim trita miscentur,& post sedatas inflammationes inspersa cicatricem inducunt. Aliud. Lapidis phrygii ter usti ac uino extincti,cadmiæ ustæ lotæ, cerusæ lotæ, aloes,thuris,singulorum drach.iiii.squamæ æris lotę drachm.ii.diphrygis drachm.ii.diligenter tere ac utere. Aliud. Fructus ericæ,gallarum,thuris acacię, pares portiones siccas inspergе.

De thymis in sede ac reliquo corpore nascentibus, sycosiq; ac uerrucis formicariis,itemq; clauis.C.IIII.

Thymi appellationis originatio transsumpta est, a cacuminibus eiusdem nominis herbæ in montibus nascentis.Thymi enim in corpore tuberculosæ sunt eminentiæ,asperę,subrubræ,oblongæ,præter naturã auctæ,sanguinem effundentes dum auferuntur amplius quàm pro apparente magnitudine. Abundat autem hæc affectio circa sedem & pudenda ac media fœmora. Quandoque etiam in facie consistit. Et quidam sanè parui sunt & uocantur thymi:aliqui uero magnitudine excedunt,& appellantur ficus: & aliqui mansueti sunt,aliqui uero maligni. Mansueti igitur thymi,carunculæ sunt paruæ quidem,uerum inæquales,obscuris eminentiis exasperatæ,albicantis coloris,aut subrubræ,& doloris expertes. Maligni uero thymi,duriores sunt & asperiores ac maiores,feculẽti,ac liuidi coloris,dolorosiq; ac punctorium dolorem inducentes,& exacerbantur maxime ad manuũ contactũ,& medicamentorũ adhibitionem.Sunt aũt omnes mansueti facile curabiles,maligni uero incurabiles.Curantur autem aliquando hi non locali exectione,sed cum ablatione totius partis in quo sunt. Ad thymos. Saluiam herbam siccam tusam cum pinguibus caricis præbe edendam,& disparebunt. Verum in pecoribus ordeum rori exponito,& eandem

herbam inſpergito, & edere ſinito, ac miraberis. Ad eminentias. Soleas ueteramentarias humidas urito ac terito, & uino præimbutas imponito. Aliud. Serpentis exuuium tritum carne caricarum reiectis granis excipito, & emplaſtri modo imponito. Si uero intra ſedem fuerint, glandulam inde facito, ſubdito ac miraberis. Aliud. Caninum ſtercus album uſtum ac tritum & uino madefactum imponito. Cæterum uerruca acrochordon Græcis dicta, tuberculoſa eſt eminentia. Nomen uero inde habet quod ſimilis eſt uertice ſuo reſectæ chordæ iuxta extremitatem. At uerruca formicaria, tuberculoſa ac calloſa eſt eminentia, nigricantis coloris fundamentum latum habens, & ad cutem reſidens, ad contractum dolorem exhibens eiuſmodi, qualis a morſu formicæ animalis contingit. Vnde etiam nomen habet. Verum in ablatione ſanguinem fundit, non pro apparentis magnitudinis ratione. Clauus autem calloſa eſt eminentia, capiti claui aſſimilis, frequens autem eſt circa manuum extremitates, & circa calcaneum. Appellunt porrò etiam in facie orientes magnas eminentias, ficus: a magnitudine impoſita appellatione. Proinde conandum eſt ut per pharmaca, tum manſuetos tum malignos thymos curemus, ita ut mãſuetis quidem, ea quę conſumere ac contrahere poſſunt adhibeamus. Malignis autem, ea quæ ad cancerata ulcera deſcribentur, præſertim in mammis ac utero. At ubi uicta fuerint pharmaca & curatio protrahatur. Thymos quidem qui ſunt in muſculo ani adſtrictorio, uolſella attractos radicitus excindere oportet, & ficum medicamentum ſanguinem ſiſtens inſpergere, quale eſt quod flauum appellatur. Eſt poſt chirurgiã, pharmaca reſiccantia adhibere donec perfecte curentur. Nam unctuoſa curatio affectionem refricat. Si uero in partibus magis expoſitis fuerint thymi, poſt exectionem quum magni fuerint ac multi uſtionem adhibere expedit ad ſanguinem ſiſtendum, & regenerationem in poſterum prohibendam. Adhibita igitur uſtione, curatio decernatur cõmunis ad peruſta, primum uidelicet ea quæ cruſtas amouere poteſt, deinde repurgatoria, poſtea reſiccatoria. Cruſtas autem remouere poſſunt in talibus, lac & mel per linamenta adhibita. Quod ſi ſcalpello ſolum exciſi fuerint thymi, poſt exciſionem ſiccum ſanguinem ſiſtens adhibeatur, & reliquus curationis ductus reſiccans, uelut dictum eſt. Pharmaca conſumentia ac reſiccantia thymos, & uerrucas formicarias atq; acrochordonas medicamenta quæ conſumunt ac reſiccant thymos, ſunt ea quæ communiter curant etiam reliquas uerrucas: Quale eſt hoc quod facit ad thymos in ſede ac pudendo, aut in alio corporis loco obortos. Alumnis ſciſſi, atramenti ſutorii uſti, glutinis, ſingulorum unc. i. ſquamæ æris ſextantem. Trita glutine excipito cum aceto prædiſſoluto, illinito. Ad thymos in ſede, & dura ac nõ, inflammata condylomata, & ficus. Squamæ æris drachm. i. ſandaracha drach. i. auripigmenti drac. i. aluminis ſciſſi drach. ii. Terito per ſe ſingula & cum roſaceo, & ad ſtrigmentitiam craſſitudinem redacta large illinito, & raſuram linteoli imponito, atq; bis ſingulis diebus curato. At uero in aliis corporis partibus aceto diluta illinito. Mirabiliter autem contrahit ac deprimit thymos in ſede ac condylomata, & inflammata lenit, paſtillus ſuperiore capite deſcriptus, Arete appellatus. Heraclidæ Tarentini ad uerrucas formicarias inueteratas. Sulphuris uiui, ſandaracha, atramenti ſutorii, ſingulorũ æ quales partes, terito cũ aceto, & paſtillos formato. Et uſus tẽpore aceto dilutos illine. Nos autem apposuimus his etiam elaterium pari portione, & ad formicarias atq; acutas uerrucas mirabiliter profuit. Verum in formicariis primum ſcalpello oportet, atq; ſic pharmacũ illinere.

Oribaſii ad formicarias uerrucas & acrochordones.

Chalcitidis drach.vi.ſandarachæ drach.iii. cadmiæ drach.x cum aceto aſſidue illine donec exciderint. Aliud melinum ſiccum, geminæ mixturæ, heliocaes, hoc eſt, ſole uſtum appellatũ. calcis uiuæ partes duas auripigmenti partem unam. Auripigmentum aqua prius tento & calcem adiicito, & in uaſe aqua repleto ſiccari ſinito. Hoc ubi tertio feceris, in uas fictile procul ab omni humiditate deponito. Facit ad uerrucas formicarias & inſtar chordæ apicis acutas, pterygia, callos, nonias & epulidas. Aliud. Auripigmenti drachmas viii ſandarachæ drachmas ſex, elaterii drach. viii ſulphuris uiui drachmas vi. radicis chamæleonis nigri drachmas iiii. Aceto diluta cogito in paſtillos, & utere cum aceto. Verum in formicaria uerruca baſim prius circumſcalpe, uelut dictum eſt. Aliud pharmacum accommodatum. Hoc uſus ſanauit thymos malignos. Blaterii drach. viii. auripigmenti tantundem, ſulphuris uiui drach. vi. glutinis piſcium drac iiii, trita excipe glutino aceto prædiſſoluto. Et utere in aliis quidem locis cum aceto diſſolutis. Ad ſedem uero cum roſaceo. Quomodo uero gluten piſcium diſſoluere oporteat, dictum eſt in capite De ſanguinem ſpuentibus: in paſtillo qui gluten piſcium recipit Sermone octauo. Ad Thymos ualde malignos, poſt exectionem & uſtionem exorientes, uerrucas itẽ formicarias, & inſtar apicis chordę acutas. Paſtillus paſionis. Squamæ æris drachmas xii. æris uſti drachmas viii. ſalis ammoniaci drachm. viii. aluminis rotundi drach. viii. thuris drach. xvi. Omnia terito excepto thure, ad multos dies aceto affuſo in ſole. Deinde thus adiice, ac rurſus probe tere, & paſtillos efforma, eoſq; aſſidue cũ aceto illine, donec penitus exciderint. Ad eos uero qui in ſede ſunt cum paſſo diluito. Cæterum ficus ablatos, & thymos ac condylomata curat, & rurſus generari non ſinit, & iã extantes præclare tollit, cinis lignorum uitis cum

aceto illitus, & cinis ex uinaceis uſtis, cum aceto.

De Hæmorrhoidibus ſedis. Cap. V.

Hæmorrhois appellationis originationem habet a ſanguinis fluxu. Eſt autem uelut dilatatio localis in ſede facta, uaſis quibuſdam iſthic apertis, & progreſſu temporis calloſioribus factis. Hæmorrhoidum uero aliæ ſunt cæcæ, aliæ apertæ. Cæcæ ſunt quæ omni tẽpore inflatæ ſunt, & nihil excernũt: Apertæ uero ſunt quæ per tempora ſanguinem effundũt. Hæc affectio malorũ plurimorũ cauſa hominibus exiſtit. Nã & deformitatem, & miſerã uitam hæmorrhoides inducũt. Multos uero etiam uita priuant. Et deformitatẽ quidem, propter coloris totius corporis uitiationem, ex euacuatione ſuccedentẽ. Miſeram uero uitã, propter corporis debilitatem. Quandoq; aũt & de uita periclitantur ſic affecti, quũ ob excedentem euacuationẽ perfrigeratũ hepar, aquã inter cutem operatur. Cõuenit igitur recta diæta ac uenæ ſectione præmiſſa, hæmorrhoidũ extirpationem moliri, & nullam penitus relinquere, quem ad modum quibuſdam uiſum fuit, poſſibile eſt enim incolumes euadere, optimumq; curationis finem aſſequi, poſt hæmorrhoidum extirpationem, eos qui oportuno tempore uenæ ſectione & conuenienti diæta ſemper utantur, quem ad modũ Hippocrati placet. Inquit enim. Hæmorrhoidas ſanãti inueteratas ſi non adſeruetur, periculum eſt hydropem aut tabem ſuccedere. Non enim uelut quidam opinantur, dixit, ſi non una fuerit ſeruata hæmorrhois ad ſanguinis excretionem: Sed dixit: Si non adſeruetur, hoc eſt, ſi non conuenienti diæta utatur. Quod autem ſic uelit Hippocrates, ipſa aphoriſmi diſtinctio oſtendit. Ait enim hic uir: Hæmorrhoidas inueteratas ſananti. Eſt autem Sanatio perfecta liberatio, & legitima curatio. Quare iuxta Hippocratem non oportet aliquam hæmorrhoidem relinquere, ſed omnes exſcindere, & poſt perfectam, ipſarum cura-

tionem, per conuenientem uelut dictum est diætam, ad naturalem statum corpus curatum reducere, inci-
dere q; cubiti uenam tempore oportuno, quo uidelicet coaceruatus in corpore sanguis euacuetur.

De Hæmorrhoidum chirurgia. Cap. VI.

Ægrum itaq; præparare oportet per modici ibi usum, & aquæ potum, & utplurimum etiam per clysteris infusum, tum prolectandi stercoris gratia tum ut sedes irritata promptior ad euersionem fiat. Deinde adhibeatur Chirurgia quem ad modum in tractatu De chirurgia ostensum est, ita ut singulæ hæmorrhoides uncino distendantur, & basis prius circumscalpatur, & per uncinum obtorqueantur. Deinde parua interstitio facto obligentur, & resecentur. ipsa enim obtortio adstrictioni correspondens, uasa contrahit ut considant, quo post excisionem sedes minus sanguinis effundant. Quapropter oportet unam quanq; hæmorrhoidem hamulo distendere, deinde fundamentum circumscalpere, postea per hamulum obtorquere, & porrigere hamum tenendum ministro. Postea uero etiam in aliis idem faciendum est. Postquã uero omnes hamulis distendimus, circumscalptas funiculis obligabimus, & ministro tenendas dabimus. Et tunc primum distentam primam excidimus, & reliquas consequenter ex ordine tollimus. Post excetionem uero siccum sanguinem sistens apponimus, & spongiam lino obligatam adhibemus, & fili principium foris relinquimus. Postea decernimus consequentem curationem, per linamentorum immissionem, spongiarum appositionem, obligationem sedi conuenientem. Curatio uero postea communis est. Securior itaque & compendiaria curatio hæmorrhoidum est ipsa chirurgia. Quandoquidem uero quidã melius esse putant assidue purgari per hæmorrhoidas, uelut mulieres. Quidam uero ob timiditatem, per medicamenta potius aliquas ex his aut omnes

tolli cupiunt: consequenter subiungemus auxilia ad has conuenientia. Extractoria hæmorrhoidum. Quandoquidem pleræque hæmorrhoides opus habent extractione, ad faciliorem medicamentorum impositionem, necessarium est & talia pharmaca describere. Cyclamini succus illitus, & hæmorrhoidas irritat, & non sinit ipsas contrahi in chirurgia, & sedem extrahit ac euertit. Magni pharmacum accommodatum, ad hæmorrhoidas extrahendas. Piperis ac nitri utriusque pares partes terito, & sedi adhibeto. Aliud. Succum cyclamini cum pari, mellis mensura ad compagem mellis coquito Probe facit. Aliud. Hocuix prolabentes hæmorrhoidas extrahit. Succi centaurii drach. ii. aluminis liquidæ drach. ii. misyos drac. i. staphidis agrestis drac. i. Excipe melle & illine sedẽ. Aut lanã pharmaco imbutam in sedẽ inde. Quũ autem promptitudinem induxerit, & sedes prolapsa fuerit, & hæmorrhoides apparuerint, imponito ea quæ ad hæmorrhoidum curationem describentur.

Quæ aperiant hæmorrhoidas. Aperiunt autẽ has in his quibus sanguinem per ipsas excerni uolumus, amaracinum unguentum illitum, perdicii herbæ folia uiridia assidue affricta, mercurialis trita & uelut glans immissa, fel bubulum per lanæ tomentum inditum. Sistentia sanguinis hæmorrhoidum fluxum. Sanguinem qui ex hæmorrhoidibus nimiũ euacuatur, sistũt aloe imposita, squama ferri, plumbum ustum cum posca. Aliud, sanguinem sistens confestim. Acaciæ fuluæ drac. iiii. plumbaginis drac. iiii. tragacanthi drac. ii. Singula seorsim terito & misceto & aqua subacta crassius imponito. Si uero penitiores fuerint, in massam cogacta indito. Aliud delens hæmorrhoidas & omnem sanguinis eruptionẽ. Moro⁊ crudissimorum siccorum sesquiunciã, chalcitidis sesquiunciã, lapidis molaris trientẽ, pennaꝝ corui scrupulos xxi. Extremitates pennaꝝ torreto ac terito, deinde omnia uino subacta

ad ſtrigmentitiam ſpiſſitudinẽ redigito. Et in hæmorrhoidibus quidem indito. In extrinſecis uero ſanguinis eruptionibus illinito, ac obligato. Aſclepiadæ prolutio hæmorrhoidum. Spinæ Ægyptiæ quincuncem, foliorum ſalicis, artemiſiæ, ſideritidis herbæ, ſingulorum trientem, in quatuor aquæ ſextariis coquito ad dimidias, & herbas quidẽ abiicito, ad aquã uero decocti ſiccum hoc ammiſceto. Melanteriæ ã clauis drachm. x. aluminis rotundi drach. viii. ſpumæ argenti drach. iiii. gallarum drach. iii. miſyos drach. ii. ſoreos drach. ii. Siccum in decocto diluito, & cum eo ſepties in die perfundito, atq; hoc per triduum facito. Si uero reliquiæ quædam hęmorrhoidum reſtiterint, eas quarta die acu compungito. Et ſi quidem ſenſerint, aut cruentatæ fuerint, decoctũ illud ſimiliter prodeſt, de ſicco uero dimidiam partem miſce. Prolutione uero facta, ipſum ſiccum pharmacum adhibe, ut exacte urantur, propter inflammationem autem forin ſecus panem impone. Hoc cito urit. Ex cataplaſmate uero intra ſeptimum diem excidunt cruſtæ. Mirabiliter quoque hæmorrhoidas hoc tollit. Cicutæ ſiccæ drac. ii. ſucci hyoſcyami drac. iiii. aluminis drac. ii. ęris uſti drach. ii. rubricæ drach. i. cerato roſaceo excipe & impone, faciunt & mali punici acidi' cortices ſicci cũ aceto impoſiti. Si uero penitiores fuerint, uelut glandem ſuppoſititiam indito. Aliud ualde præclarum. Sandarachæ drac. viii. auripigmenti drac. viii' cum lixiuio diluta impone. ęgro antea probe collocato. Mortificatur enim hęmorrhois, & decidit in ſemi hora reſiccata, & à fundamento deuoluta. Verum circũ hæmorrhoidas ceratum illinitur, & ſit hoc in ſole, aut apud ignem. Debet enim homo in eodem ſitu permanere donec pharmacum abluatur. Aliud, ad hæmorrhoidas quod ſedat etiam inflãmationes ani. Et ijlæ mortificatæ reſiccantur uelut uuæ paſſæ, & decidunt in ſeptem diebus citra exulcerationem. Cæterũ

ad condylomata ac fiſtulas confert eaq; curat hoc. ſeceis uini ſiccæ uſtæ quadrantem, miſyos ſextantem, aut pro miſy, ſoreos ſextantem. Vtere uelut optimo, ſex autem occultur in prunas, & uritur donec albeſcat.

Aliud. Stercus aſini ſiccum accipito, & ex eo ollulam paruam impleto, & mannæ thuris drac. viii. & thymali ſicci manipulum unum addito, & accenſo ſtercore bubulo, ad carbonum ſpeciem exurito, eaq; trita imponito, donec excidant: ſeptima enim die citra inflammationem mortificatæ decidunt. Aliud mirabiliter exſcindens hæmorrhoidas. Chalcitidis uſtæ, miſyos uſti, atramenti ſutorii uſti, diphrygis, ſoreos, ſingulorum drach. iiii. ſquamæ æris uſtæ drach. ii. Vtere ipſo ſicco, & inſtar teſtæ induratæ excident. Eſt hoc præclarum, & omnem carnis eminentiam contrahit. Aliud Hippocratis ad hæmorrhoidas admirandum. Gallarum ſextantem, myrrhæ ſextantẽ, aluminis ſciſſi quadrantem, melanteriæ quadrantem. Contundito, cribrato, terito, ac utere ſicco. Ego uero in penuria melanteriæ, ſori adieci, & fecit mirabiliter. Nam intra paucos dies citra mordacitatem ac ulcerationem, hæmorrhoidas diſſipat. Verum uino præeluere oportet, atq; ſic inſpergere.

Ad anum aut ſedem procidentem. Cap. VII.

Nos per muriam, aut marinam aquam, prius anũ fouere ſolemus prolapſum, & ſæpe nullo alio auxilio opus habuimus. Aliquando uero ſalem tritum inſpergimus, ægro commode ad hoc collocato, & ſufficientis tempus expectamus, donec deſtillantes humidates extra proceſſerint. Deinde abluta prolapſa recti inteſtini parte, illitionibus adſtringentibus utimur, nimirum acacia, aut hypocyſthide cum uino. Deinde anum retrudimus, & ſequẽti die inſeſſionem paramus, aut infuſum adſtrictoriam uim habens, quale eſt uinum nigrum auſterũ, in quo decocta eſt myrtus, aut oleæ folia, aut malicorium. Cæterum in

pueris adstringentium usum remittere oportet,& mitiora adhibere. Si uero res urgeat, etiam lumbis adstringentia imponemus cataplasmata ex palmulis ac malis cotoneis & similibus. Item sedi similia adhibebimus. Victus autem sit boni succi,& lactis potus decernatur. Et pultes ex lacte parentur, qualis est oryza cum lacte cocta,& similia. Vinũ detur aquosius. pharmaca uero huic affectioni commoda sunt eiusmodi. Gallam coquito,& cum leuigata anum integito, & si quidem fortiore auxilio opus habes in uino cocturam facito,sin leniore,in aqua. Aliud. Corticis pinus drach.viii.pilularum cupressi,drach.ii.plumbaginis drach.ii.prælauato cum uino adstringente & acerbo, & ficca trita inspergito. Aliud. Recrementi plumbi drach.viii.thuris drac.ii.prælue,& trita inspergе. Aliud. Balaustiorum drach.i.malicorii drach. ii.seminis hyoscyami drach.viii. ceruſæ drachm.viii. myrrhæ drach.ii.plumbi loti drach.ii. prælue & inspergе. Aliud nostrum ad procidentem anum. Fructus ericæ,gallarum,acaciæ,ceruſſæ,succi hypocisthidis,corticis pini,myrrhæ, thuris, æquales partes sicas inspergе,ubi uino austero sedem prius laueris. Aliud. Lentis ustæ, panis usti, farinæ erui, æquales partes imponito cum aceto & sapa. Aliud. Sedem uino prælauato,& picem aridam tritam inspergito, aut ollulas ustas tritas. Aliud. Cupressi decocto perfundito,& stercus caninum siccum inspergito,picem uero siccam,bitumen,& cyperũ suffito. Aliud. Coriandri semen,& laser, trita cum uino illinito. Et torpedinem uiuam assidue apponito,& contraher. Aliud. Bitumen & gallam æquis portionibus tritis siccis sedi inspergito. Valde præclarum hoc est.

De prolabentis sedis perustione. Leonidæ. Cap.VIII.

Quum fluxus ægre curabilis apparuerit, & diæta nihil profecerit,neq; medicamenta contulerint, stru-

ctura mali iam inueterata,ad ustionẽ peruenire oportet. Quum enim alia intestina inter partes principales connumerentur,externa extremitas intestini recti principalis non est: Sed & dum uritur & secatur, nullum periculum inducit,uelut ipsa experientia testatur. Inurere autem conuenit per cauteria nucleoformia externam sedis partem extremam, ex moderatis interuallis. Sufficiens est enim ustio ad fluxionem superandam. Cicatrix autem solida succedens,anum in ambitu constringit,post ustionem uero lac cum melle unito, & linamenta ex eo imbuta indito, ac obligato. Postquàm uero elapsæ fuerint crustę,lentem cũ melle imponito. Repurgatis autem ulceribus,utere emplastro ex ordeo,aut aliis cicatricem inducẽtibus,supra ad sedis affectiones præscriptis.

De abscesibus sedis. Leonidæ. Cap.IX.

Inflammatione prægressa aliquando circa anum abscessus oritur. Quod ubi contingit, plura corpuscula putrescunt,propter locorum humiditatem ac largam caliditatem. Vnde necessarium est in chirurgia ablatione uti,& propterea facile in fistulã trãsire. Proinde in simplicioribus quidem abscesibus facilis est curatio. Verum in magnis affectionibus,ano orbiculatim amputato, plerunq; dum cicatrix inducitur,podicis meatus cõstringitur,& obturatio cõtingit. Quapropter conducit inter curandum, primis curationis temporibus linamentum parare,idq; in tetrapharmaco,aut alio quodam ad curationẽ cõmodo,dissoluto intinctum indere in sedem. Tempore uero inducendę cicatricis,canalem stanneum rotundum sedis meatui conuenientem immittere. Qui foris quidem sit amplus,uerum appositа parte in profundo fita rotũdus ac leuis, habeatq; in medio foramen, per quod fastus reddi possunt. Illinatur autem canalis ex medicamento cicatricem inducente,aut samia terra cum uino, aut ceruſa, forinsecus autem splenium aut lana

incumbat,& commoda obligatio fiat. At uero cana-
lis ipse usq; ad perfectam curationem inditus sinatur.

De ulceribus sedis proserpentibus ac de-
pascentibus. Cap. X.

Fiunt aliquando in sede ulcera proserpentia & de-
pascentia. Siquidem igitur nome depascens in adstri-
ctorio musculo fiat, conari oportet ut p sedulam me-
dicationem ad nomas pertinentem affectio curetur.
Nam interiores ani partes, ipse inq; adstrictorius mu-
sculus, neruosus quum sit, neq; ustionem neq; sectio-
nem sustinet, exciso enim musculo illo, conuulsio se-
quitur, & nimirum etiam carũculæ imminutio ac de-
crementum: Id quod inde nobis cognoscere datur,
quod sæpe etiam non adhibita chirurgia, ab ipso de-
pascente ulcere musculus ille consumitur, & caruncu-
læ decrementum, Rœada græci uocant, cõsequitur.
Vtendum igitur est auxiliis ad nomas descriptis, ita
ut myrtorum ac malicorii & rubi decocto, ac simili-
bus, assidue irrigemus, primum quidem corporibus
à natura alienis crustã inuramus, per fausti num appel-
latum pastillum aut cõsimiles. Deinde utamur eo qui
ex usta charta constat, postea Isidem emplastrum cũ
multo rosaceo dissolutum per linamenta indamus, &
sic reliqua deinceps consequentia faciamus. Cęterum
phagedænico ulcere proserpẽdo exedente in ano exi-
stente, audere aliquid oportet, & aliena à sanis excin-
dere. Deinde ustionem adhibere. Quum enim carno-
sus sit podex, tales chirurgias facile sustinet, post chi-
rurgiam autem, consequenter curatio, uelut aliorum
ulcerum facienda. Si uero ustio adhibita fuerit, curare
conuenit uelut in prolabente sede prædictum est.

De fistulis ani. Leonidæ. Cap. XI.

Quandoquidem ex mala ulcerũ curatione, & præ-
cipue circa sedẽ, sępe fistula succedit cõsequẽter ẽt de
his dicendũ est. Proinde ægro in sella, aut alio quodã
plano loco collocato, artifex à dextris magis ipsius

ægri desidens chirurgiam perficiat. Conuenit autem
specillum accipere, & caput eius in medium fistulæ
immittere, ipsumq; propellere, quousq; per inanem
meatum progredietur. Deinde medium sinistræ ma-
nus digitũ in sedem immittens, per ipsum specilli ca-
put arripiat, postea reflectens specillum, & ambas fi-
stulæ extremitates inter se adæquatas sinistra manu
distendat, atq; sic omnia corpuscula calliosa per am-
bitum excindat, unico contactu, si id fieri potest. Si ue
ro post sectionem apparuerit callus adhuc insidens
circũscalpatur. Manifestus aũt est callus, quũ sit subal-
bidus ac renitens. Si uero etiam rugæ propinquæ ap-
paruerint, uolsella extentæ resecentur ad ulcerũ expla
nationẽ, & facilẽ deinceps curationẽ, post chirurgiã
manna thuris sectionẽ implebimus, & linamentis in-
ditis conuenienter deligabimus. Et cõsequenter cõ-
muni aliorũ ulcerũ curatione utemur. Cæterũ in his
qui ob molliciẽ aut timiditatẽ rogant nos ut p medi
camenta curentur, primũ conari oportet ut per phar
maca reficcantia ac fistulas claudentia curemus. Quę
si nihil effecerint, ad ea quæ calliosa corpuscula erode
re ac cõsumere possunt trãseũdũ est, q̃ fistularia colly-
ria appellantur: quorum præparationes in uniuersali
de fistulis tractatu paulo post in hoc Sermone dice-
mus. At uero medicamenta quæ fistularũ resiccatio-
nem promittunt, sunt emplastrum ex spuma argenti
& aceto ac oleo paratum, & emplastrum sine cera, &
fuluum Galeni, & harmonia, & ex salicibus, & ex lo-
lio constans, & consimilia: facit & hoc ad fistulas inci
pientes in sede, rimasq;, ac condylomata, pæoniæ
radicis ustæ quadrantem, bituminis Iudaici sextantẽ,
sulphuris uiui unc. i. ceræ sextantem, olei myrtei quan
tum satis est. Aliud. Mala cotonea ad cinerem ex-
urito, ac trita superne ad osculum fistulæ imponito,
& linamento indito, emplastrũ ex uino & oleo, aut si-
mile quoddã adhibeto ac deligato, & alternis diebus

soluito. Pastillus ad fistulas sedis. Chalcitidis ustæ drach.viii.æris usti drach.iiii.cadmiæ drach.iiii. cretæ terræ drach.iii.pompholygis drach.iii.Lycii drach. iii.aloes drach.ii.croci drach.gummi drach.xvi. terito cum succo senecionis,aut serapidis tres testiculos habentis,& formato pastillos,& utitor siccis, & cum aceto & cum cerato. Vtere etiam ad uniuersales fistulas describendis.

Ad intertrigines inter fœmora ex itinere obortas. Cap.XII.

Chalcitis cum aqua trita ac illita prodest. Et plumbago cum aceto aut uino. Et spuma argenti per se, & cum myrto sicca trita. Aut alumen in testa ustum tritum inspergе. Aut fici folia usta ac trita cum oleo illine. Aut rosarum capita unà cum flore trita inspergе.

Aliud quo utor ualde efficax,plumbaginis drac.viii. gallarum drac.iiii.aluminis drac.i.myrrhę drac.ii.sicę cum hoc inspergе. Aliquando uero cũ oleo myrteo illine. Ego uero uino semper prius lauo,& siccum inspergo. Aliud,facit & ad papulas feruidas in fœmoribus ac sub alis,ex sudoribus obortas , præsertim in corpulentis hominibus. Syrici unc.i.fuci tinctorii unc. i.testæ ex clibano antiquo sextantem,prælauato & inspergito,probe quidem facit,uerum lintea inficit, facit & ad ambusta cum cerato.

De Thymis in pudendis. Leonidæ. Cap.XIII.

Huius affectionis proprietatem in loco de thymis in sede diximus,fiunt autem & hic thymi, aut in glande,aut in cole,aut in præputio. Aliquando uero in omnibus relatis locis. Antea uero dictũ est, quod mansueti facile curãtur. Maligni difficulter,& per affectæ partis ablationem sanantur. Quomodo autem cognoscere oporteat & mansuetos,& malignos,etiã relatum est. Siquidem igitur mansueti fuerint thymi ac parui,per uolsellam distenti excindantur,& aliquo sanguinem sistente ac crustam inducente illinantur, quale

quale est siccum flauũ appellatum, quo per crustam, simile quiddam ustioni efficiemus. Quum uero multi fuerint & magni,tunc post excisionem ustio adhibeatur,ad sanguinem sistendum,& affectos locos ad aliũ statum transmutandos,& thymorum regenerationẽ prohibendam. Quum autem totum præputium thymis fuerit refertum,tum iuxta internam,tum circa externam partem,difficile erit ipsum conseruare . Itaq; necessarium erit quantum eius fieri potest, ad cutis præputii sectionem progredi . Quũ igitur ustio post excisionem adhibetur,curatio decernatur ad perusta, relata in tractatu de prolabente sede. Excisis autem thymis,& post excisionem ficco crustam inurẽte adhibito post crustæ discessum reliqua curatio resiccatoria fiat. Vnctuosa enim pharmaca affectionem refricant. Cæterum in his qui chirurgiam reiiciunt, utendum est talibus medicamentis. Medicamentum resiccans thymos xeraphium appellatum. Chalcitidis crudæ sesquiunciam ,misyos crudi sesquiunciã, squamæ æris sextantem , aluminis scisi unc.i. Locum cum uino prius lauato, & siccum inspergito. Aliud.Gallam & alumen trita inspergito & exaresc̃t. Vtere etiam si in alio corporis loco thymi fiunt. Aliud,egregie tollens thymos & carnem excrescentem in pudendis . Origanum & rutæ radicem,paribus partibus urito tritо ac inspergito. Vtere hoc uelut optimo.

De rimis in pudendis. Leonidæ. Cap. XIIII.

Rimæ ac fissuræ in præputii summitate fiunt,quando angusta ea existens uiolenter reducitur . Ruptis autem,corporibus,infiãmationes succedũt & dolores intenti. In principiis igitur,omnis rima dũ recens est cruentatur.antiqua uero callosa fit,& rursus quum uiolenter disparatur,rupta rursus cruentatur,proinde ad curam festinare oportet. Vbi uero antiquatæ fuerint,& callosæ factæ curationem distulerint,nihil proficientibus medicamentis, confert cutem abducere,

& calloſa rimarũ labis, ſupino ſcalpro quantum eius fieri poteſt, ſuperficiaria ſectione diducere. Reſupinatæ enim & recentes factæ rimæ ac fiſſuræ, celerrime ſanantur.

Medicamenta ad rimas & reliqua pudẽdorum ulcera. Cap. XV.

Rimas medicamentis curare conandũ eſt antea, citra chirurgiam, & utendum eſt pleriſq; ad rimas ſedis præſcriptis, & præſertim eo quod Lucio inſcribitur, facit enim & ad rimas in præputio, & ad ulcera ſordida, & præcipue quũ detrahi ac reduci nõ poteſt. Iniicitur aũt cũ oleo & uino per clyſteriolũ. Mirabiliter aũt facit ad rimas in præputio & recentes, & inueteratas, urina q̃ inter mingẽdum intra præputiũ ac glandem obiter ſuſcipitur, & celerrime ſanat, ut ne opus quidem ſit alio auxilio. Aliud ad rimas præputii. Reſinam frictam cum roſaceo terito donec ſtrigmentitiam compagem accipiat, & ammixto oui aſſati uitello utere. Aliud, ad rimas & reliqua ulcera. Colocynthidem ſiccam urito ac terito, & cũ roſarum flore utere. Idem facit & anethum uſtũ. Aliud. Ad præputii rimas, & glandis ulcera, repurgat & cicatricẽ inducit. Lapidis phrygii ter uſti & extincti, primũ butyro aut roſaceo, deinde melle, poſtea uino, ſextantẽ, florũ roſarũ unc. i. malicorii unc. i. utere. Aliud. Ad rimas præputii & ani, & pudendi mulierbris. Ceruſæ, plumbaginis, gallarum, myrrhæ, æqualibus partibus utere ſiccis, aut cũ uino & oleo. Aliud. Rimas & ulcera ad cicatricẽ perducens, & acrimonias obtũdẽs. Cadmiæ teneræ ter uſtæ ſextantẽ, roſarũ recentiũ detractis unguibus ſexuncẽ. Cadmiã tundito ac cribrato, & cum roſis terito donec exareſcat, & ſicco inſpergito, ubi prælaueris cũ uino. Aliud ad pudẽda & ſedẽ. Lapidis phrygii ter uſti ac extincti uelut dictũ eſt, ceruſſæ lotæ, cadmiæ thuris, aloes, ſingulorũ unc. i. ſquamæ æris drac. ii. diphrygis drach. iiii. utere ſicco. Aliud

ſiccũ, ad pudendorũ rimas & ulcera ſpontanea. Aloes unc. i. florũ roſarũ ſextantẽ, utere confidenter. Aliud ad eadem. Aloem ſolam tritã inſpergito. Si uero adſtrinxerit, cadmiã ter uſtã ammiſceto. Mirabiliter efficax eſt. Aliud. Paſtillum ex halicacabo lacte dilutũ exhibeto. Habetur eius præparatio capite tertio, ubi De fiſſuris & tuberculis ſedis tractatur. Verum in his qui præputium reducere non poſſunt, lacte eundem diluito & tepidum per clyſteriolum iniicito. Aliud. Ad ſpontaneas puſtulas in pudendis, & maxime in his qui præputium reducere non poſſunt. Glaucium cum uino terito, & ubi prælaueris, per fiſtulam, pus attrahentem, tepidum iniicito. Aliud lene incarnans & cicatricem inducens. Amylum per ſe tritum inſpergito. Aliud. colophoniam tritam ſolam inſpergito. Aliud. Colophoniam, thus, amylum, paribus portionibus inſpergito. Aliud. Aloes primariæ, ceruſæ, roſarum ſiccarum, æqualibus partibus tritis utere. Aliud. Collyriũ ex thure tritũ ſiccũ inſperge, aut cũ uino dilutũ p̃ linamẽta indito, aut cũ lacte iniicito, facit & quod Aſter appellatur, & quod Cleoni inſcribitur, & ſimilia. Oribaſii ad præputii ac ani rimas. Inducit cicatricẽ. Cadmiæ lotæ, ceruſæ, thuris, æqualibus portionibus, utere, facit & ad alia ulcera mirabiliter.

Ad inflammationes pudendorum. Cap. XVI.

Inflãmata pudẽda roſarũ & meliloti decocto pfundito: Aut betæ folia ſiue ſemẽ tritũ, in aqua feruefacto, & calido perfundito, facit ad eos qui præputiũ retrahere nõ poſſunt. Cataplaſma uero adhibe ex pane cum palmulis ſapa præmaceratis, cum modico roſaceo. Aut malicorium in uino coctum ac tritum cum pane ac modico roſaceo pro cataplaſmate impone.

Ad Nomas in pudendis. Cap. XVII.

Si ulcus depaſcens, nomen græci uocant, aut erosio fiat, laxa forinſecus apparet pars erodẽda. Et ſi cir cumprematur, humorẽ tenuẽ ſubeuentum excernit,

deinde feculentum. Conuenit itaq; perfusionibus ad-
stringentibus in his uti, ex decocto myrti, ruborum,
oleæ syluestris, rosarum, malicorii, plantaginis, poly-
goni, pharmaca uero ad nomas commoda sunt, pa-
stillus corax, id est coruus inscriptus. Habet autē sic.
Gallarum sextantem, squamæ æris sesquiunciam, chal
citidis crudę unc.i. thuris unc.i. terito in aceto ad suffi
cientes dies, & ad finem mellis quincuncem addito.
Et ex olei myrtei lib.i. ac semisse, adipis taurini recen
tis besse, cæræ triente, terebinthinæ unc.i. ceratum
effice, & in linamentis utere, & per fistulam puris attra
ctoriam iniice, per rosaceum dissolutum. Et superne
spongiam ex uino expressam impone, aut ceratum
habens malicorium aut gallas. Aliud ex carta usta.
Chartæ ustæ sesquiunciam, squamæ æris sesquiunciā,
auripigmenti drach.vi. sulphuris uiui drach.vi. plum-
bi usti drach.iii. Insperge siccum, aut melle & rosaceo
dilutum per linamenta inde. Si uero præputium redu
cere non potest, plurimo rosaceo dilutum, & modi-
co melle addito, iniice. Aliud siccum, quod sanauit
quosdam iam secandos. Chartæ ustæ sextantem, gal-
larum sextantem. Vtere sicco.

Ad carbunculos pudendorum. Cap. XVIII.

Spumæ argenti drach.iiii. ceruse drach.ii. thuris
drach.i. Trita insperge, & rasuras linteorum impone.

Aliud. Adipem caprinum cum uuis pasis tritum
impone uelut cataplasma. Hoc suppurat, & dolorem
eximit, postea eundem adipem cum pice liquida uni-
tum imponito. Aliud, pilulas stercoris caprini ustas
cum melle imponito.

Ad interna in meatu urinæ ulcera. Cap. XIX.

Lycii dra.ii. myrrhæ drac.ii. atramenti sutorii dra.i.
chalcitidis drac.i. omnia simul trita cum pasi hemina
una, & uini ueteris odorati cyatho uno, coqto donec
uniātur, & reponito in plūbo. Vsus uero tēpore rosa
ceo diluta iniice: facit & ad ulcera inter anū & testes

Ego autē cygnaria collyria cum lacte diluta p clyste-
riolū iniicito, & bonum testimonium ipsis præbeo.

Ad scabiosum scrotum & pruriginosum. Cap. XX.

Contingit etiam circa scrotum assidue scabies &
pruritus, ex influxu humorum acrium ulcerantiū cu-
tem. Et ubi quidem plures fuerint & acriores allati hu
mores, cutem ipsam exulcerant. Si uero pauciores ac
crassiores squamas generant, & pruritum inducunt.
Curatio horum fit per congruam uictus rationem, &
per medicamenta. Aliquādo uero & raro, per chirur
giam. Itaq; ab acrium esu abstinendum est, & præser-
tim ab oleribus malisucci. Quæ uero exhibentur bo-
no succo prædita sint. Qualis est lactis potus assiduus
ptisana, halica, gallinarum oua, porcellorum extremi
tates & uentriculi. Vinum tenue dilutius & album. Ex
localibus auxiliis præsertim ubi squamæ ulceri adhæ
rent, & dolor adest, conuenit cataplasma ex fabæ lo-
mento. nam & dolorem mitigat, & ulcera repurgat.
Sit autem ex faba Ægyptia lomentum. Idem facit se-
samum crudū, & erui farina melle subacta & imposita
Repurgatione uero ulcerum facta, prurituq; lenito,
ad cicatricē inducendā pergemus, probe aūt facit in
his partibus, misy cum sulphure uiuo tritū, & cerato
myrteo exceptū. Conducit, & plūbi recrementum, &
spuma argēti cū myrteo cerato. Et Emplastrū ex cad
mia, & emplastrū ex hordeo. Præclare auxiliatur etiā
scroto in superficie tumefacto, terra cimolia cū aqua
diluta ac illita, quā illitā exaresscere sines, & aqua tepi-
da loco abluto, myrtū siccā tritā modica myrrha ad-
dita insperges. Inducta uero cicatrice, nullaq; mole-
stia nec pruritu uexante, curatio transacta est. At si sca
bie sanata, pruritus restat, aut augetur, aut scrotum hu
more destillat, Nitrū cū staphide agresti & alumine li-
quido, rosaceo & aceto dilutū, in balneo illinere iu-
bemus. Et a balneo oui candidū cū melle imponere.
Si uero uehemens & intolerabilis est scroti pruritus,

adhibetur, eodem modo uelut præcedens medica-
mentum, illinito etiã postea oui albumine. Quod si
adhuc amplius uim ejus augere uoles, ustam fecem
accipies. Idem præstat alumen cum melle probe co-
ctum, & reliqua quæ ad pruritus retulimus.

De Testium ac scroti inflammatione,
Leonidæ. Cap. XXI.

Quandoq; testes soli per se inflãmantur, quãdoq;
testibus nihil affectis, scrotum inflammatum est. Ali-
quando uero testes unà cum scroto inflammãtur. Si-
cut autem in aliis corporis partibus, ita etiam in his,
uel ex humorum influxu, uel ictu, uel collisione inflã-
matio contingit. Proinde solo testiculo inflammato,
scrotum colorẽ naturalem habet, ipse uero testis tu-
midior, duriorq; ac amplior tactui occurrit. Adest do
lor pulsatiuus usq; ad renes pertingens. At si scrotum
inflammatum est, tumor rubicundus in superficie est,
renitens ad tactum ac dolens. Vtriscq; uero inflamma
tis, testibus uidelicet & scroto, ex signorum augmen-
to magnitudinem inflammationis iudicabimus. Pro-
inde cibi parsimonia, & aquæ potu per totum cura-
tionis tempus utendum est. Et si inflammatio uehe-
mens fuerit, præsertim in iuuene sanguinem multum
habente, uena cubiti secanda est, si id fieri potest, sin
minus, tali. Nam & hanc secare prodest, ubi sanguis
non fuerit multus. At pro localibus auxiliis, si testes
sunt inflammati, & maxime ubi nerui à quibus pen-
dent simul affecti fuerint: lanam oleo communi aut
anethino imbutã adhibebimus ac deligabimus. pro-
be facit & uerbenaca recta in oleo cocta modico ui-
no addito, & scroto imposita, atq; lana superilligata.
Cataplasmatis uero ad inflammationes soluendas
idoneis utemur. E quorum numero admirãdum est,
ad testium præsertim inflammationem, Cataplasma
ex faba Ægyptia. Decorticatur autem faba cocta, &
cum modico melle trita illinitur, præstat etiam ad tes-

tium ac scroti inflãmationes, cataplasma ex puro pa-
ne quo ego assidue utor, quandoq; cũ oleo & aqua,
quandoq; cũ mulsa. Egregie facit etiam id quod ex
uuis pasis cum cumino torrefacto ac trito, modico
melle addito paratur, prodest & asphodili radix cum
polenta in uino cocta. Et lini semen in aqua mulsa co
ctum. Et senecio cum polẽta. Et cupressi folia per se,
uelcũ panis mica. Ceratũ ad testiũ inflãmatiões effi
cax. Ceræ, resinæ pinus, olei anethini & narcisini, sin
gulorũ dextantẽ, cumini sexuncem, fimi asinini pilas
tres, fimum arefactũ terito & cribrato, & cumino am
misceto, deinde cum cerato liquefacto committito
ac imponito. Et lanam narcisino aut rosaceo oleo
imbutam superilligato. Cõfert etiam emplastrum ex
succis rosaceo dilutum, durãte uero inflammatione,
aqua marina calida affundenda est, & cerata adhiben
da inflammationes discutientia: Qualia sunt ad ma-
millas inflammatas descripta. Quod si non soluatur
inflammatio, sed transmutetur, suppurationem cum
cataplasmatis adiuuare oportet, perfectoq; iam ab-
scessu chirurgia adhibenda est, & communi curatio-
ne utendum. Si uero nome depascens accesserit, ea-
dem curatione etiam hic utendum erit quã superius
ad sedis nomas tradidimus. Oribasii ad testium tumo
res laxos ac inflãmationes. Olei lib. i. alii habent dex-
tantem, plumbaginis, cumini, passularum sine uina-
ceis, farinæ fabarũ, singulorũ trientẽ, ceræ sextantem,
plũbaginẽ cũ oleo ad cõpagẽ coquito, deinde cerã
cũ colophoniæ drach. vi. adiicito & ad perfrigerata
passulas ac farinã ammisceto, ac utitor. Aliquãdo ta-
men farinã ad liquefacta iniicio inquit, postq; feruor
ipsorum quieuit. Aliud eiusdem. Vuarũ passarum
sine uinaceis drac. xxv. cumini acetabulũ. i. resinæ pi-
nus quadrantẽ, mellis quod satis est. Sanguinis porrò
euacuatio efficacissimum auxilium est ad testes inflã-
matos, inquit Oribasius. Cæterum ad testium duri-

cias, cucumeris ſyluestris radicem terito ac cribrato, & in aqua mulſa coctam cum loliacea farina imponito. Aut lilii radicem uino coctam, & modico melle ſubactam imponito.

De Hernia aquoſa, Leonidæ. Cap. XXII.

Hernia aquoſa quandoq; ex occulta, quandoq; ex manifeſta cauſa contingit: Ex occulta quidem, quum aquoſus humor circa partes corpuſculorum, quæ ſcrotum contexunt ac implicant, ſanguini ammixtus collectus fuerit. Ex manifeſta uero, quũ ex plaga collisis, aut fractis uaſis ſanguis affluẽs ad aquoſam ſubſtantiam tranſmutatur. Vbi igitur ſponte conſiterit aquoſus humor collectus, ſubflauus aut ſubpallidus is inuenitur. Vbi uero ex plaga, cruentam ac feculentam materiam reperies. Humor autem uel intra rubicundam teſticuli pelliculam conſiſtit, uel extra ipſam, inter eam & pelliculas adiacentes. Vel in propria pellicula uelut uefica quadam continetur, atq; hoc genus herniam in tunica ſuperagnata uocamus. Aliquãdo uero duplex hernia oboritur, quum collectio & in rubicunda tunica, & in ſuperagnata conſiſtit. Siquidem igitur in pellicula rubicunda humor collectus fuerit, tumor unius coloris apparet ſine dolore, in principio dum adhuc parua eſt collectio, ad contactũ cedens. Poſtea uero aucta collectione, teſticulus humore undiq; circũdatus occultatur. At tumor in ambitu extentus ac renitens ad tactum, herniæ carnoſæ ſuſpicionem imperitis exhibet. poſſunt tamen tactu diſcerni. nam hernia carnoſa omnino renititur, ſed aquoſa digitis cedit. Si uero in ſuperagnata tunica humor colligatur, tumor ipſe ſiue magnus ſiue paruus fuerit, omnino circũſcribetur. At ſi ſimul quoq; in rubicunda tunica collectus fuerit, duo tumores deprehendentur, alter in ſuperagnata, alter in rubicũda pellicula. Quod ſi extra rubicundã pelliculã collectio fiat, teſticulus tactui occurrit. Cæterũ ab hernia aquoſa differt hernia inteſtinoꝝ. Quoniã in aquoſa tumor eiuſdem penitus magnitudinis ſemper, & in quolibet corporis ſitu perſiſtit. Neq; enim humores, uelut inteſtina transferuntur. Inguen præterea in hernia aquoſa ſecundum naturam ſe habet, qua nota uel maxime aquoſa, ob omenti hernia deſtinguitur. Nam in hernia omenti, ſemper in ſcroto omentum perſiſtit, neq; unquam transfertur, id quod etiam in aquoſa contingit. Verũ in omenti hernia inguen rarefactum deprehenditur. Tutiſſima itaq; curatio herniarũ chirurgia & uſtione perficitur, ſi peritus artifex cõtingat. Poteſt tamen etiam medicamento ſcrotum inuri, & conſumpto humore ac cicatrice inducta firmari. Ad hunc uſum efficax hoc eſt. Radicis brasſicæ uſtæ cinerem, cum adipe ſuillo inueterato liquefacto ad emplaſtri formam adigito, & impoſitum alligato, ægrumq; ſcere ſinito, & poſtridie ſoluto medicamento fomentum adhibeto, & rurſus apponito, idq; tamdiu repetito, donec uſtio peracta fuerit. Emplaſtrum autem anguſtum & oblongum eſſe oportet, neq; plus quã conuenit locus inuratur. Ita ut in magnis tumoribus quatuor digitorum longitudinem & pollicis latitudinem habeat. In paruis duorum digitorum longitudinem, & auricularis digiti latitudinem exæquet. At uero ubi tunica per uſtionem detecta eſt, ſcalpello eam diduces, excluſoq; humore fiſtulare collyriũ fiſſuræ in dies, quo uicinæ partes erodantur. Deinde ſuppurante medicamẽto uteris, poſtea dilapſa cruſta, repurgatoria ulcerũ per linamenta immittes, poſtrema adſtringentia progredieris, quale eſt emplaſtrũ barbarũ appellatum. Poteris etiam pro brasſicæ radice, medicamẽta erodentia, ſeptica Græcis appellata adhibere. De quibus ſequenti Sermone agetur. Poſt humoris excluſionem, ne rurſus collectio fiat, huiuſmodi malagmatis uteris. Ceræ ſeſquilibram, picis dodrantem, ammoniaci thymiamatis lib. i. et dodrantẽ

aluminis liquidi ſeſquiunciam aut ſextantem. Aliud Aſclepiadæ, ad herniam aquoſam accommodatum, quod peracta eroſione, & humoris excluſione adhibitum, perſanat & omnem duriciam reſoluit, picis aridæ lib.iiii. ceræ terebinthinæ, ammoniaci thymiamatis, galbani, thuris, ſingulorum lib.i. aceti ſextarios iii. olei cyprini quantum ſatis eſt. Picem tritam cum aceti ſeſquiſextario coquito: Deinde ammoniacum cum modico aceto tritum adiicito, & parum feruere ſinito, poſtea ceram iniicito, eaq; liquefacta, galbanum ac thus aceto trita ammiſceto, omniaq; unita & ab igne ablata ad reſiduum aceti in mortarium mittito, & cyprino adſtillato probe ſubigito, ac utitor. Præclare facit etiam emplaſtrum ex lolliis, quod Sermone decimo quinto inter Nigra habetur. Sunt etiam medicamenta quæ citra oſtionem ac eroſionem, humoris diſcuſſionem promittunt. Quale eſt hoc quod habet. Spumæ argenti drach.vi. ſalis foſſicii, atramenti ſutorii, ſingulorum drach.x. ceruſæ drach.xiiii. terebinthinæ drach.xi. olei libram unam. Spumam argenti, ceruſam, ſal cum oleo donec non inquinent coquito. Deinde atramentum ſutorium cum aceto tritum addito, cauendo ne efferuefat, atq; ubi parum ebullierit terebinthinam addito, & ab igne ablata in mortario ſubigito, & repoſitis utitor. Aliud, ad quæcunq; ſine ſcalpro curare uolueris. Ceræ, ſpumæ nitri, rubricæ ſinopidis, nitri, ſingulorum ſextantem, terebinthinæ, mannæ thuris, maſtiches, ſingulorum drachmas xviii. olei heminam i. auæ mar næ ſiue muriæ ſexuncem. Arida cum muria diluito, & liquefacta ammiſceto, ac unitis utitor. Aliud Naſturtii. drachmas xxx. nitri drachmas x. ſimi columbini drachmas vi. galbani, terebinthinæ ſingulorum drachmas xx. liquefacta cum aridis committito, ac utitor confidenter. Confert & pſittacium inſcriptũ, quod Sermone decimoquinto inter emplaſtra mollientia ac diſcutientia habetur.

Hoc ego ad hernias aquoſas uſus ſum, & primum tumorem emolliuit & ualde compeſcuit, ac poſt paucos dies exudantibus teſticulis plurimam aquam extraxit. Aliud ad herniam aquoſam, ualde efficax. Carnium uuarum paſſarum, ammii, terebinthinæ, ſingulorum drach.viii. nitri rubri drach.x. mellis optimi ſextãtem. Arida ſeorſim terito ac cribrato. Inde uuas paſſas probe contuſas ammiſceto ac unito, deinde mel cum terebinthina modice coctum addito, & ad emplaſtri formam adigito, & linteo excepta adhibeto, ac lata faſciola deligato, æq; grumq; quieſcere iubeto, & à balneo ac uehementi motu abſtinere. Solues autem hoc alternis diebus, & ſpõgia locum fouebis, ac rurſus impones. Vtere etiam emplaſtris diſcuſſoriis ac reficcantibus ad hydropicos ſupra deſcriptis, & præcipue eo quod Veſtæ nomine inſcribitur.

De Hernia inteſtinorum. Ex eodem. Cap. XXIII.

Hernia inteſtinorum eſt inteſtini aliquando ad inguen, aliquando ad ſcrotum delapſus, qui multarum moleſtiarum autor eſt. Nam & deformitatem, & miſeram uitam, & mortis periculum inducit, quãdo inteſtina duris recrementis diſtenta, ad ſcrotum delata condenſantur. Inde enim tormina uoluuloſa, ac ſæpe inflammationes ſuccedunt, ex quibus pernicies conſequitur. Generatur hoc malũ aut peritonæo membrana aluum ac inteſtina amplectente nimium extenta, aut eadem rupta. Si ab extenſiõe fiat, primum quidem laxitas ad inguen procumbit, & ſumma uentri incumbens pars conuellitur, ſimulq; pili pubis reuulſi conſpiciuntur. Verum poſtea tumore auctо ſcrotum uiolatur ac intumeſcit. Si uero rupta fuerit peritonæi membrana, quæ ad inguen pertingit, inteſtinum per rupturam delatum rubicundæ tunicę innititur, & hęc tandem temporis mora oppreſſa, etiam ipſa infertius prolabitur. Quod ſi plaga adeo uiolenta con-

tigerit,ut simul & peritonæi membrana,& rubicunda tunica rumpantur,tunc intestina repente nudo testiculo occurentia ad scrotum præcipitantur. Cæterũ nosse expedit,intestinorũ herniã qualiscunq; fuerit, semper aquosa esse deteriorem. Quæ uero propter extentionem peritonæi membranę fit intestinorum hernia, difficilius sanatur quàm quæ propter eiusdem ruptura. Et sanè intestinorum hernia extreme mala, sola chirurgia curari potest,eaq; graui ac periculosa.

De Hernia inguinis. Cap. XXIIII.

Inguinis hernia propter peritonæi membranæ extensionem facta,in principio adstringentibus appositis,aliquando curari potest. Tutior tamen est ustio, si peritus artifex contingat. Nunc autẽ quo pacto hoc malum medicamentis adhibitis ac ligamentis sistamus, ut ne in peius procedat ostendemus, & simul quomodo succedentibus accidentibus sit occurrendum. Proinde delapso ad scroto intestino, & uoluulosis torminibus diuexantibus, statim conabimur, decliui locato ęgro,diductis cruribus intestina sensim ad inguen reducere, ac reducta cõmodis ligamentis retinere. At si partes scroto uicinæ uehemẽtibus dolo ribus unà cũ inflammatione uexentur, tormina item ac flatus adsint,tamdiu differenda est reductio donec quieuerint. Et interim partes uicinas alternis diebus, primum lana succida oleo ac uino imbuta, deinde ẽt illitionibus rigabimus. Et dolentes partes circumsca rificabimus. Neglectæ enim sæpe mortificantur. Declinãte malo emplastra adhibebimus,quale est Mnaseæ inscriptũ,& alia huiusmodi. Et ut ne recidat ęger, asseruandi gratia perpetuis ligamentis utatur. Presbyteri Emplastrũ ad herniã inguinis. Thuris,myrrhę, glaucii,opopanacis,sarcocollæ,tragacanthæ, gũmi, glutinis taurini,glutinis piscium,cinnabaris quo fabri ferrarii utũtur,carnis cochlearũ terrestriũ, singulorũ sexuncẽ,fecis uini adstringẽtis ueteris quãtũ satis est.

gluten utrunq; & quæ macerari possunt in uini fece macerato,atq; aridis tritis ammisceto,& ad emplastri formam reducito,imponito,alligato,& quiescere iubeto,ac septima die soluito. Ad intestina prolapsa. Symphyti libr.i.mannæ thuris quadrantem, candidi ouorum recentiũ unà cum uitello,numero sex. Symphytum tritum ac cribratum in fictile uas coniicimus, eiq; thuris mannam siue pollinem unà cum ouis subactum addimus. Deinde suillo adipe ueteri adiecto ad emplastri formam redigimus, atque hoc intestino prius reducto adhibemus,& ligamento alligamus. Aliud. Folia & teneras cupressi pilulas impone & aliga. Et si ficca fuerint,in uino prius coque. Hoc auxilium inquit Galenus,omnibus corporibus nimio humore flaccidis confert. reficcat enim & corroborat. Decimo autem die id exoluere ac renouare oportet, ita ut ter repetatur,& puer interim p triginta hos dies in lecto decumbat, & cupressi decoctum bibat. Aliud celebre. Aloes,malicorii in uino nigro cocti, succi hypocisthidis,thuris, glutinis fabrilis, singulorũ æquales portiones. Gluten in passo donec dissoluatur coquito,ac probe terito, & reliqua minutissime trita ammisceto, ac utitor uelut iam sæpe dictum est. Aliud. Balaustiorum sexuncem,thuris,aloes,rhois coriarii,glutinis fabrilis,corallorum,singulorum quadrantem,malicorii,gallarum,singulorum lib.i. Gallas & malicorium in uino nigro è uinaceis expresso coquito,& postea in mortario terito,& ad trita reliqua cum polygoni succo dissoluta addito,& omnia mele cocto excipito,ac utitor uelut dictum est. Emplastrum datum cuidam adolescenti ob herniæ intestina lis turpitudinem summe anxio, ex quo sanatus est. Resinæ siccæ,ammoniaci thymiamatis,bituminis,sulphuris uiui, æquales portiones. Liquabilia liquato, eisq; ab igne ablatis sulphur adiicito,& in mortario ad emplastri formam redigito,adhibeto ac alligato.

Oportet aũt ſpleniũ in quo adhibetur calfactũ appõ-
nere,neq; frequẽter amouere,ſed ſinere donec ſpõte
decidat. Quidã pro ammoniaco picẽ, q̃dam alcyo-
nium iniiciunt. Aliud. Terebinthinæ ſeſquuncium,
ceræ,thuris,myrrhæ,glutinis piſciũ,carnis cochleaꝝ,
ſingulorꝝ unc.i.Glutẽ p triduũ aceto maceratur: De-
inde in mortario teritur, & ad prunas eliquatur, rur-
ſusq; teritur, & ad ipſum reliqua trita ammiſcentur.
Vtere præterea Iſide inſcripto emplaſtro, quod Ser-
mone xv.inter emplaſtra multi uſus habetur. Aliud
Theodori, admirandum ad herniam inteſtinorum,
quod nos experti ſumus,& cum multorꝝ admiratio-
ne ſanauimus.Curat magnas & diuturnas affectiões.
Chartam in aqua frigida ad triduũ madefacito,& ubi
humorem uelut ſpongia imbiberit, ex ea pilam facio
to,quam reducto prius inteſtino,inguini adhibeto ac
alligato,neq; ante tertium diẽ exoluito. Tertio enim
die miraberis de efficacia ipſius. At uero ægro mini-
me indicabis quid ſit id medicaminis, ſed chartã uel
panniculo inuolues,uel atro colore tinges. Neq; ue-
ro tu uilitatẽ rei deſpicias. Aliud, inteſtinorꝝ hernias
agglutinans.Chryſocollæ,glutinis piſciũ, lapidis ga-
gatæ,rhois coriarii,acaciæ,ſymphyti,carnis cochlea-
rum,ſingulorꝝ ſeſquiunciã,ammoniaci thymiamatis,
lapidis pyritæ,lapidis magnetis,aluminis ſciſſilis,thu-
ris,ſulphuris uiui,alcyonii,picis brutiæ,nitri, ſingulo-
rum unc.i.Gluten piſcium in uino nigro auſtero ma-
cerato.poſtea in pila terito,& ad prunas cum eodem
uino eliquato,& rurſus terito,& ad ipſum reliqua tri-
ta ammiſceto,quo ſolidum emplaſtrum fiat,quod in-
guini adhibebis ac deligabis, ægroq; quieſcere iuſſo
ſeptima die ſolues . Verum ante adhibitionem lo-
cũ alicuius ualde adſtringẽtis decocto rigato. Sunt q̃
prædicta myrteo cerato excipiũt. Ego uero acaciam,
thus , ammoniacum, ſeorſim in uino macero ac te-
ro,atq; ad glutẽ piſciũ recte præparatum ammiſceo.

Deinde cochleaꝝ carnibus tritis adiectis,itemq; reli-
quis tritis,ad emplaſtri cõpagẽ redigo,quod craſſiſſi-
me inguini impono, & charta impoſita deligo.
Aliud Oribaſii,picis liquidæ,terebinthinæ ſiccæ, ſin-
gulorꝝ lib.i.uiſci ſexuncm,propolis trientem. Quidã
etiam colophoniæ ſextantẽ,galbani ſextantẽ, picis &
colophoniæ liquatis,terebinthinã,deinde galbanum
& propolim in mortario prius trita ammiſceto , ſta-
timq; ubi ab igne ſuſtuleris,uiſcũ adiicito, & rudicula
agitato donec frigeſcat,facit ad ſtrumas, meliceridas
ulcera,& inflammatos ſub aliis tumores,& ad abſceſ-
ſus colii. Repurgat & agglutinat. Aiunt porrò Æti-
ten lapidem geſtatum ut inguen contingat,prohibe-
re,ne inteſtinum aſſidue delabatur.Idem etiam tritus
recte medicamentis qnæ imponuntur ammiſcetur.

De Emplaſtrorum præparatione ac coctura,&
quæ in ipſa coniiciuntur.Galeni. Cap.XXV.

Emplaſtrorum compoſitionis multæ ac uariæ par
ticulares differentiæ ſunt. Quędam enim ipſorum ad
cruenta uulnera cõmoda ſunt,itemq; uulnera agglu-
tinant,atq; fracturis conueniunt,aliqua maturant, ali-
qua diſcutiũt,aliqua attrahũt,aliqua ſinus explẽt, alia
reſiccant,alia cicatricẽ inducũt,alia leniũt.alia pinguia
ſunt.Quorꝝ omniũ uarietates uaria ſimpliciũ medica
mentorꝝ natura diſtinguit.Quapropter prius ſimpli-
cium uires cognoſcere oportet.Ita enim etiam com
poſitorum facultates & cauſas, propter quas inter ſe
differunt,dinoſcemus,ut non ſolum ſingulorum na-
turas intelligamus,ſed componendi quoq; artẽ edi-
ſcamus:quo ſi forte liber in quo pharmacorum com
poſitiones quibus utimur ſcriptas habemus , interci-
dat,ipſi conſimilia deperditis componere poſſimus.
Graue enim fuit id quod duobus medicis mihi notis
contigit: Quorum alter ob huiuſmodi ſcriptorũ am-
miſſionem mœrore contabuit, alter uero medican-
di artem deſiuit. Adeſt autem exercitatis , ad hoc

quod pharmaca componere possunt, etiam iudicãdi facultas de his quæ priores medici descripserunt, ut & his quæ abillis scripta sunt commode uti possis, & his quæ ipse iuxta rectam methodum composuisti, præstat tamen his quæ longo experimento probata sunt uti, quàm noua usurpare. Sed uelut dixi necessitas aliquando nos cogit in peregrinationibus, ut noua quędam & experimento non cognita usurpemus. At uero si omnibus præter naturã affectionibus simplici medicina mederi possemus, cõpositis non opus haberemus. frequenter enim ad certum quendã modum corpus calfacere uolẽtes, nullum simplex quod id facere possit reperimus. Nam medicamentum cuiuis randæ affectioni correspondere oportet. Quin & aliqua simplicia citra alterius mixturam in usum deduci non possunt. Velut quando medicamentum meatus obducens adhibere uolumus, nullum simplex ad hanc rem idoneum habemus. Neque enim bitumen, neq; cera, neq; resina, neq; pix, neq; propolis, nec lacanum, nec ærugo, nec cerussa, nec argenti spuma, nec alia metallica, talia sunt. Ideoq; qui primo medicamenta emplastica & meatus obducentia excogitauerunt, cum oleo metallica coxerũt, & liquabilia eliquarunt. Deinde herbas siccas tritas ammiscuerunt. Contra in aliquibus affectionibus, unico quidem simplici medicamento opus habemus, sed alia quædam illi miscemus, uel ad uirium ipsius uehementiam obtundendam, uel ad saporis asperitatem mitigandam, uelut quum ad purgantia medicamenta, quicquàm ammiscemus ex his quæ stomacho grata sunt. Et ad dolorem sedantia, quædam uim ipsorum lenientia, uelut castoreum & cætera huiusmodi, ad opium & mandragoram. Tunc autem maxima componendi pharmaca necessitas est, quum morbus contrarias facultates inter se reqrit, uelut repellentes simul & extergẽtes, aut inspissantes & simul attenuãtes, quale est quod

quod ex papaueris capitibus ac melle paratur. papauer enim tenues destillationes à capite inspissat. Mel autem humores ad pectus iam delapsos, reiectu facile facit. Necessario præterea componuntur medicamenta, ut idem medicamentum habere possimus ad plures morbos congruum, uelut ad uirus eiaculantiũ bestiarum ictus, & ad uenenosas potiones. De Antidotis ergo & epithematis satis supra tractatum est.

Cæterum eorum quæ in emplastra iniiciuntur, quædam terrea sunt, ueluti metallica, & lapidum ac terræ species, fecesq; ac cineres & testæ. quædam oleosa, quædam lachrymæ, qaædam liquores, quædam succi, quædam liquabilia, quædam semina, quædam herbæ, quædam radices, Et rursus quędam qualitatis expertia, quædam acria, quædam adstringentia, quædã calfacientia, quædam exterioria, quædam maturãtia, aliqua diffundentia, aliqua mollientia, aliqua discussoria, & innumeræ aliæ differentiæ reperiuntur. Spuma igitur argenti exsiccat, extergit, calefacit ac refrigerat moderate, ad omnia æqualiter efficax. Hæc aliquando in oleo solo, aliquando aqua aut uino, aut aceto ammixto coquitur. Primo autem seorsim exactissime terenda est, deinde rursus cum oleo ad strigmentitiam compagem redigenda, atque ita assidue agitata ad lentum ignem coquenda. Intumescit primum ac bullas emittit, quum autem sufficiẽti coctura propinqua fuerit, colorẽ fecis induit. Mensuram uero coctura iustam recipit, quum tumor contractus fuerit, neq; amplius inquinat. Similes spumæ argenti uires plumbago habet, ad frigiditatem tantũ magis progressa, nec pariter extergens. Eodem etiã modo coquitur, nisi quod in eius coctura non solum quæritur ut ne inquinet, sed ut colorẽ quoq; ex igneo rubore, ad fuluum ac ualde floridum transmutet. Æstrictionis & acrimoniæ particeps est, consuetum adstrictionis & acrimoniæ particeps est, contrahit, cicatricem inducit, & ab inflammatiõe tutatur.

Quum autem coquitur nõ ſtatim in principio immitti-
tur,ſed emplaſtro iam ſemicocto. Menſuram coctu-
ræ,niſi ualde modicum iniiciatur,color indicat,ut ui-
delicet exuberet,& fuluum emplaſtrum faciat. Squa-
ma æris carnem erodit,adſtringit,& ualidius glutinat
quàm æs,ſed minus diſcutit. Coquitur ſicut æs,& eo-
dem tempore iniicitur,eandemq; cocturæ rationem
habet. Niſi enim color eius exuberauerit & fuluum
emplaſtrum effecerit,nõdum ad iuſtam cocturam p-
uenit. Squama uero ferri,præſertim ſtomomatis,am-
pliori adſtrictione participat,quapropter ad malefica
ulcera illi præfertur. Eodem autem tempore iniicitur,
& rutilum colorem inducit. Diphryges mixtas uires
habet, adſtrictoriam cum acrimonia. Quare ad putri-
da ac maligna ulcera utilis eſt. Et hoc medio cocturæ
tempore iniicitur,bullitq; donec color eius exuberet,
neq; amplius inquinet. Chalcitis adſtrictione ſimul
ac acrimonia participat, contrahit, attenuat, diſcutit,
aperit, & amplius ſuperioribus adſtringit, ac minus
mollit. Vſta uero tenuior euadit,& adſtrictionem p-
dit. Coquitur ſicut æs,citius tamen liquefit. Menſura
cocturæ eſt,ut rubicundius: ac punicei coloris empla
ſtrũ faciat. Miſy ſimiles chalcitidi uires habet,tenuio
rũ tamen partiũ eſt, & ideo magis attenuat,diſcutit &
aperit. Sed minus mollit ac adſtringit. Ad finem ue-
ro cocturæ iniicitur, neq; ullam menſuram exhibet.
Sori quoq; ſimiles chalcitidi uires habet, niſi quod
magis terreum ac craſſum eſt,atq; ideo magis adſtrin
git. Iniicitur & ipſum medio cocturæ tempore, & tar
dius liqueſcit,& niſi quid prohibuerit, atrum colorẽ
reddit. Flos æris tenuior eſt ære uſto & ſquama æris,
participat nonnihil abſterſoria ui, ideoq; attenuat &
agglutinat. Coquitur uelut de ære diximus. Atramẽ
tum ſutorium ex mixtis facultatibus conſtat. Valde
enim adſtringit,neq; ingeneroſe calefacit. Præ omni-
bus itaq; humidas carnes ſiccare, omnemq; humidi-

tatem cõſumere cogereq; ac adſtringere poteſt. Inii-
citur medio cocturæ tẽpore,& liuidiorem emplaſtri
colorem facit. Immo niſi alia obſtiterint, atrum eius
colorem facíet. Auripigmentum & ſandaracha am-
bo urendi facultatem habent. Magis igitur prædictis
diſcutiunt,& uſta tenuioris eſſentiæ ſunt. Iniiciuntur
autem ad cocturæ finem. Plumbum uſtum ex his q
citra eroſionem ſiccãt,efficacisſimum eſt ad maligna,
chironiaq; ac cancerоſa ulcera,habetq; per ſe,& cum
aliis mixtum,facultatem inducendi cicatricem. Iniici-
tur medio cocturæ tempore. Ceruſſa meatus obdu
cit,& moderate frigida eſt. Cocta uero ſiccio ſeipſa
euadit. Hæc in emplaſtra alba,ad finẽ cocturæ iniici-
tur. Sic enim colorẽ conſeruat,& magis inalbat. In ni
gra uero,aut melina ſtatim in principio inditur. Æru-
go æris acrimoniæ particeps eſt,diſcutiendi inciden-
diq; ac conſumendi omnem carnem uim habet, plu-
rimo autem cerato ammixta exterget ac cicatricem
inducit. Hæc in emplaſtra uiridia poſt coctura iniici-
tur. In quibuſdam uero ne iniicitur quidem in ollam,
ſed cum aceto in mortario teritur,& reliqua ad ipſam
affunduntur. In melina uero emplaſtra medio coctu-
ræ tempore inditur. At in ea quæ geminam faciem ac
colorem præ ſe ferunt,ſtatim à principio iniicitur. Dũ
enim coquitur ærugo primum melina, deinde bico-
lor, poſtremum fulua efficitur. Alumen omne uehe-
mentiſsimam habet adſtringendi facultatem reſicca-
toriam & agglutinatoriam. Omnium autem tenuiſsi-
mum eſt ſciſsile. Iniicitur plerunq; poſt coctura neq;
peculiarem cocturæ menſuram habet, color eius ple-
runq; ad uiriditatem mutatur. Rubrica adſtringit,
reſiccat, agglutinat, iniicitur in fine cocturæ. Cad-
mia exterſoriam uim habet, caliditate & adſtri-
ctione temperata. Vſta lota ſine eroſione exterget
ac reſiccat, pompholyx quoque lenisſimum phar-
macum eſt,& malignis ac ulceroſis ulceribus cõgruũ.

Iniiciuntur ambo in coctura principio. Sal mixtam facultatem habet extergendi ac adstringendi, magis tamen adstringit, & ualde resiccat. Nitrum autem extergendi incidendiq; ac exsiccandi uim habet. In attractoriis emplastris sal ipsi misceri solet. Et ambo medio coctura tempore induntur. Sulphur omne attractoriã uim habet, calidęq; ac tenuis essentię est. Iniicitur in fine coctura. Nigrefacit enim emplastra. Atq; hæc quidem metallica sunt quæ in emplastra iniiciuntur. Terræ uero in ipsa induntur, samia, erethria, cimolia, ampelitis & lemnia. Ex lapidibus autẽ phrygius, asius, pyrites, hæmatites, magnes, achates, iaspis, gagates, cos. Horum uires superius exposuimus. Iniicitur & pumex, extergendi attenuandiq; ac discutiendi uim habens. Testæ præterea conchiliorum ustæ ac crudæ, tanquàm attenuantes, extergentes, ac discutientes, & resiccantes, ad sinus glutinandos ammiscentur. Idem præstant & fictilium testæ, exterforię etiam ipsę ac resiccantis facultatis. Iniicitur item calx tanquam præclare resiccans, & ad cicatricem perducens. Cinis uero præsertim sarmentorum sinus agglutinat, callosq; exterit ac resiccat. Hæc omnia terrea in fine coctura iniiciũtur. At uero in pinguia emplastra oleũ recipientia, oleum statim à principio cum metallicis iniicere oportet. Si uero cum resina quadam, aut pice liquida emplastrum paretur, & oleum statim ab initio ieceris, incohærens faciet medicamentum. Quapro pter ut compages fiat, resinas liquidas primum indere oportet, deinde in fine oleum superaddere, atq; ita rursus ad bonam compagem coquere. Reliquæ pinguedines, & præsertim adipes recentes tenerrimi, medio coctura tempore iniiciuntur. Ex unguentis irinũ quidem coctura sustinet, cyprinũ uero & rosaceũ, minus ferunt, cætera omnino non tolerant. Quapro pter hæc in fine coctura iniicies. Cera porrò calefacit & moderate mollit, minusq; glutinat uulnera

cruenta. Nunquam coquitur per se, ita enim uratur. Neq; cum resina aut pice liquida, ita enim incompacta maneret: Sed iniicitur ad oleum purum, uel aliud cum metallicis coctum, aut ad resinam uel picẽ præcoctam. Resina omnis multo magis quàm cera calefacit, discutit, mollit, extrahit & aperit, ac cruenta uulnera glutinat. Et arida quidem resina post ceram iniicitur, liquida uero seorsim præ cæteris omnibus coquitur, nisi admodum fuerit modica. Pix uires omnes resinæ habet, sed ualidiores. Iniicitur prę aliis omnibus. Mensura coctura liquidæ est, ut cogatur. Siccæ uero, præsertim si cum aceto coquitur, ut nõ amplius bullas emittat, neq; intumescat. Bitumen cruenta uulnera glutinat, & præclare calfacit ac resiccat, & sinus implet. Coquitur statim ab initio iniectum. Verũ non minute tritum id iniicere oportet, habet enim asperitates ficuum granis similes. Quare crassius contundendum est, & in aceto coquendum citra agitationẽ, donec non amplius bullas emittit. Agitatum enim in grumos cogitur. At si absq; aceto coquendum est, oleo simul additum facile liquescit. Propolis calfacit, discutit, maturat, extergit & atrahit. Hanc præmollire oportet, atq; ita coquere ab igne ablatis iniectã. Nullam enim ampliorem coctura tolerat. Ammoniacum mollit, discutit, calfacit, putredinem educit, attrahit. Iniicitur medio coctura tempore. Et si quidem conteri ac cribrari potest, leuissimum insperges. Sin minus, cum liquore quopiam leuigatum immittes. Cum aceto quidem aut uino, si ad cruenta uulnera emplastrũ paratur. Si uero ad fistulas aut strumas, penitus cum aceto. Si uero molle fuerit emplastrum, qualia sunt quæ ad sedem parantur, cum aqua, ita ut ad reliqua refrigerata infundas, ut ne effuerescant, ac rursus coquas. Opopanax magis calfacit q̃ ammoniacũ, discutit & resiccat. Iniicitur peracta coctura, qua penitus modica opus habet. Et hunc aceto aut uino prius

terere oportet. Galbanum ualde calefacit, concoquit ac discutit. Coctură aũt penitus nõ tolerat. Itaq; ablato ab igne medicamento probe mollitã iniicer oportet. Aut cum aceto uel uino ad strigmentitiam compagem dilutam reliquis ammiscere. Sagapenum uires habet galbano similes. Magis tamen discutit & attenuat. Iniicitur in fine aceto aut uino prius tritum, ita ut cum ablato ab igne emplastro emolliatur. Bdellium calfacit, discutit, attrahit, mollit. Iniicitur tritũ post peractam cocturam. Si uero pingue fuerit, ac teri non possit, in mortario tusum cum emplastro emolliatur. Thus parum calfacit, præclare maturat, modice attrahit, & sinus glutinat pollin eius, similes uires habet, magis tamen adstringit. Quare medicamentis ad cruenta uulnera commode miscetur. Iniicitur utrunq; in fine coctură. Myrrha calfacit, concoquit, attenuat, discutit, & exsiccat, facit ad uulnera cruenta. Iniicitur in fine coctură cum aliquo liquore qui emplastris miscetur contrita. Aloe ex uariis substantiis constat. Adstringit enim, calfacit, attenuat, discutit, sinus glutinat ac resiccat. Additur post omnem cocturam. Succus papaueris strenue perfrigerat, dolores ac inflammationes mitigat, & cruenta uulnera glutinat. Hic pridie in aqua modica maceratur, & in mortario teritur, atq; sic emplastrum ad ipsum diffunditur. Thapsia calefacit & rubificat cutem. Iniicitur postrema liquore quodam trita. At uero nulla herba, aut radix, aut semen, cocturam tolerat, celerrime enim torrefiunt. Teruntur igitur ac manent in mortario, & liquefacta reliqua ad ipsa diffunduntur. Aliquando tamen herbas aut radices præmaceratas, in oleo coquimus, & expressas abiicimus, & oleum ad medicamenta assumimus.

De cruentorum uulnerum curatione.

Galeni. Cap. XXVI.

Parua & superficiaria uulnera, natura sua spon-

te nullius medicamenti indigna sanare, solet, labia solum à nobis contrahantur, & ligamento circundentur, ne pilus, aut arena, aut tale quid illabatur, & ulcus penitus coalescet. At si amplum fuerit uulnus, ut labia contrahi non possint, & sanies congregetur, aut urgeat dolor, tale uulnus sola labiorum contractione agglutinari non potest, sed per medicamenta resiccantia collectam saniem consumere, & affluentem prohibere oportet, talia uero sunt agglutinatoria pharmaca inflammationem arcentia. Si uero uulnus profundius fuerit & in superficie angustius, scalpello incidatur, ut æqualis amplitudo fiat, & insinuati humores non putrescant, neque uicinas partes corrumpant, proinde qui cruenta uulnera glutinare uoluerit, hæc consideret, & præ omnibus grumos diligenter ex uulnere educat. Quantulacunque enim eorum pars in cauitate relicta in pus conuertitur, & carnes subinde putrefacit. Educemus autem grumos spongiarum mollium assi duo fotu, atq; hæ non in omnibus ex aceto exprimãtur. Sed si uulnera sine eruptione sanguinis fuerint, aqua solum foueantur, ita enim carnem nihil offendemus, quam adstringens acetum impedit ne cito coalescat. At uero profundiora uulnera penitiores & difficulter extirpabiles grumos in se habentia, aceto rigabimus, quod ex spongia usque ad fundum ipsorum exprimemus. Acetum enim ad dissoluẽdos grumos efficax est, per adstrictoriam facultatem aperta uasa occludens, allationemq; sanguinis cohibens, quibus omnibus è principio intentum esse conuenit, etiamsi aliàs acetum obturando corpora, tardiorem faciat uulneris unionem. Cæterum si in capite uulnus fuerit, supra relata membrana caluariam ambiens consideranda est, an illæsa aut simul pertusa sit: Si enim illæsa permanserit, labia futuris protinus contrahes, & agglutinatoriis uteris: Si uero perfora-

tam aut contusam repereris,ad tutiorem curationem membranam dissecabis,& os diligenter derades,linamentaq; conuulsa indes, & forinsecus splenium inflammationem arcẽs impones,& supra id lanam succidam seu spõgiam mollissimam,uino aut aceto imbutam ac expressam,sine oleo adhibebis, præcipue si sanguinis eruptio præcesit, postea fasciolam lineam aceto rigatam ac expressam obligabis, uinculi capite in uulneris loco statuto,quemadmodum in artuum fracturis fieri solet. Studio uero habendum est ut ligatura sursum uergat. Verum constrictionem eius moderatam esse conuenit. Nam uehementior dolorem excitat, laxior inutilis est, post tertiam diem uulnus fractura carens spongiis foueatur, deinde linamenta medicamento suppuratorio illita indantur, & reliqua suppuratoria curatio adhibeatur,postea ad repurgandum ac incarnandum progressus fiat, quem admodum paulo post de ulceribus indicabitur.porrò quoniam rupta caluariæ membrana, ubi uulnus negligitur,inflammatio consequitur,si in principio inflammationis uoceris,protinus siccare uulnus conare,& membranã diducere atq; os caluæ deradere.uulnere enim diducto,inflammatio antequàm excandescat supprimitur:facta dissectione linamenta indes,& ad ea retinenda linteum uino & oleo imbutum, aut splenium inflammationem arcẽs,forinsecus impones, & supra hoc lanam uino & oleo imbutam adhibebis. Et deinde ad suppuratorium ductum te conuertes. Si uero inflammationem uehementem nactus fueris, derasis capillis locum aqua moderate calida rigabis, & medicamenta adhibebis inflammationem sedantia. Inflammatione uero sedata,membrana caluam ambiẽs suppuratur,& uicinę partes abscessum patiũtur. Quapropter expedit ut dissecetur uelut dictum est,& pus excernatur,ac caluariæ os deradatur, & postea communis ulcerum curatio fiat. Si uero fractura in capite

aut alio loco unà cum uulnere fuerit,emplastrum ad fracturas accommodatum imponatur. De eo uero partem quadrangularem resecare oportet, quo loco uulnus existit,aliudq; paruum splenium uulneri imponere,quale diximus. Atq; hoc paruum splenium quotidie tollendum est,& ulcus curandum,ac deligandũ. Cæterum agglutinatoria medicamenta Sermone xv. scripta habentur.

De sauciatis neruis. Galeni. Cap. XXVII.

Neruus uulneratus aut punctus,dolorem & inflãmationem uehementissimam habet, propter sensus subtilitatem. Quapropter cutis uulnus inagglutinatum seruare oportet,quo per ipsum sanioſi humores effluant. Vbi uero uulneris os latius fuerit, conari ut resiccantibus medicamentis labia ipsius committantur ac uniantur. At si per acum aut paxillum, aut tale quiddam,uulnus inflictum fuerit, & in altũ progressum, id saltem studio habendum est, ne inflammatio sequatur. Essetq; longe tutius ut cutis circa uulneris osculum dissecaretur,quo commodius in altum procederent uires medicamentorum. At uero si uires ualidæ fuerint,& nihil impedierit, uniuersum corpus penæ sectionem euacuetur. Seruandaq; est in euacuãdo locorum affinitas,ut dextra manu sauciata,dexter malleolus siue talus,sinistra sinister incidatur: Et uice uersa dextro crure uulnerato subalaris uena dextræ manus,sinistro sinistræ,rectitudine seruata secetur. Si uero subalaris non apparuerit,mediam secabimus. Quod si corpus uitiosis humoribus repletum fuerit, purgatione per idoneum pharmacum utemur. Cęterum aqua calida quæ reliquis inflammationibus commodissima est,his infestissima existit. Ab humectantibus enim & calfacientibus putrefactio inducitur,præstat igitur neruos sauciatos oleo moderate calido tenuiq; ac nihil adstringẽte rigare,tale autem est dulcissimum,quod melius lõge fuerit,si annos duos

aut tres habuerit. Nerui enim sauciati curatio medica mentis opus habet, quę tepidam caliditatem habet, ualde uero siccant, atq; hoc citra molestiam, & quæ substantia tenuissima prædita sunt. Huiusmodi enim sola sine partium distensione ac mordacitate, saniem ex alto euocare possunt. Quapropter oleo in quo anethum & ruta decocta sunt calido perfundimus. Sæpe etiam ceratum ex Euphorbio, aut emplastrum Anicetum, aut quoddam ex his quæ ad uulneratos neruos describentur, modico oleo liquatum adhibemus. Deinde emplastro aliquo ex prædictis impositō, lanam oleo calido imbutā extrinsecus illigamus, & per singulos dies bis aut ter soluimus. Et si longiores fuerint noctes, noctu quoq;, præsertim ubi mordacitas uulnus irritet. Quod si neq; mordacitas, neq; dolor percipiatur, bis tantum in die, & circa uesperam semel soluemus. Et præterea alas ac collum oleo calido large rigabimus. Si uero neruus in crure sauciatus fuerit, inguina ac totam spinam & collum, oleo item calido ubertim perfundimus. At uero si neruorum uulnera à principio male fuerint curata, maxima inflammatio ac putrefactio sequi solet. Itaq; farinam ordeaceam, aut fabarum, aut erui in lixiuio cum aceto mulso coctā imponere oportet. Est enim hoc cataplasma efficax ad ea quæ iam putrescunt. Si uero uehemens inflammatio cum maximo dolore infesta uerit, farinam erui aut fabarum cum optima sapa, modico aceto addito coctā imponito, calido oleo prius affuso. Ceratum uero ex euphorbio ad neruos uulneratos, cuius paulo ante mentionem fecimus, hoc modo præparatur. Ceræ, terebinthinæ, olei, singulorum trientem, euphorbii recentis sextantē, aut bienalis quadrantem, aut prorsus antiqui trientem. Et si terebinthina defuerit, colophoniam pro ea accipito. Longe uero præstantius euadet medicamentum, si propolim pinguem ac recentem acceperit, ut sit tere-

binthinæ quadrans, propolis triens, ceræ unc. i. olei triens, euphorbii sextās. Deficiente uero euphorbio, sulphur, aut castorium, aut consimile quiddam calidum ac tenuium partium ammiscebis. Quodsi omnino ab exacta & media pharmacorū ad sauciatos neruos compage aberrandum sit, præstat ad molliorem compagem declinare, etiamsi ita paratum inquinet: optimum præterea ad eundem usum pharmacum est ex brutia pice & opopanace, quod etiam ad morsus canis rabidi facit, præcipue si corpora contingerint robustiora. Nam in teneris oribus per ceratum ex oleo aliquo discussorio uires eius mitigare potes, quale est irinum, aut amaracinum, aut opobalsamum, aut oleū uetus. Egregie facit & Anicetum, quod Sermone xv. inter emollientia medicamenta habetur. Quin & ex metallicis constans pharmacum, efficax est ad neruorum punctiōes. Habet id hoc modo. Chalcitidis crudæ drac. viii. misyos crudi drachm. xvi. squamæ æris drach. xxiiii. ceræ drach. xcvi. olei dulcis aut ueteris, æstate quidem drach. cviii. hyeme uero centū. xx. thuris drac. xxiiii. terebinthinæ drac. xvi. galbani drac. xii. aceti acerrimi & antiqui quantum satis est. Metallica ad solem æstium pluribus diebus terito, indeq; addito thure rursus conterito, & quæ liquari possunt liquata affundito ac subigito. Hoc medicamentū uulneri appositum inflammationem arcet, uelut sępe experti sumus. Admirandum præterea ad sauciatos neruos medicamentum est quod è senecione paratur, & habet Senecionis succi unc. xxiiii. olei antiq, olei cyprini, olei dulcis apochymatis siue picis è nauibus eraſæ, singul. trientē, galbani, ęruginis, singul. drac. iiii. terebinthinę drac. vi. adipis ueteris drac. xi. ceræ drac. viii. resinæ pinus siccæ drac. vi. Succum cum oleis coquito donec propemodum consumatur. Æruginem uero modico succo terito, & quæ liquari possunt liquato ac excolato, iniectaq; terebinthina cum de-

coctis unito, postremumq; omnia ad æruginem tritã diffundito ac subigito: facit ad maximas musculoꝝ in uulneribus inflammationes. Et duricias ac recentes puerorum strumas dissoluit. Porrò qui sauciatos neruos habent, urgente necessitate post septimam, uel ubi dolor penitus quieuit, lauari possunt. Verum lauandis medicamenta uulneri indimus, & forinsecus multiplicia lintea oleo imbuta imponimus, & fasciã ex linteo obligamus. deinde ægro in solium descensuro, ligamenta multo oleo rigamus. Et post balneũ remotis omnibus quæ applicata fuerãt, præscriptam curationem adhibemus, At si uulnus in manu fuerit, admoneatur æger, ne id calidæ siue frigidæ lauacro humectet. Oribasii ad priuatos sauciatoꝝ neruoꝝ abscessus, priuatos autem uocat, quando in proximis punctura locis abscessus parui & multi per certa interualla oriuntur. Ceræ, colophoniæ, butyri, singulorum lib. i. picis siccæ, mellis singulorum sexuncẽ, æruginis quadrantem, aceti quantum satis est ad æruginẽ conterendam ac dissoluendam.

Curatio neruorum denudatorum ac uulnerato-
rum in ulceribus. Cap. XXVIII.

Quod si neruus non fuerit punctus, sed manifesta dissectione incisus, ita ut ẽt cutis pręposita sit dissecta, & appareat nudus neruus, secũdũ rectitudinẽ & non trãsuersum dissectus: relata ex euphorbio aut metallicis medicamẽta, minime adhibẽda sunt. Abstinẽdũ ẽt ab emplastro Aniceto & cæteris tãta acrimonia prędi tis. Nudus enim neruus uehementem ipsorum uim non feret, proinde calcem assumes lotam plurimo rosaceo dilutam. Sit autem calx in diebus canicularibus ad solem aqua dulcissima sæpe elota ac resiccata. Bonum est & ex pompholyge medicamentum plurimo ac optimo rosaceo dilutum, põpholygem autem itidem lauare uelut calcem oportet. Sed & cera in huiusmodi pharmaca recipienda lauanda est. Per omnẽ

enim denudati nerui curationem, reficcare citra moradacitatem intendimus, quare nihil acre uulneri admouendum est. subtilissimo enim sensu prædituς est, neruus, & tẽperamento frigidus, ac principalissimo principio cohærens ac coniunctus. Sed nec oleo tale ulcus rigandum est, sordidum enim inde euadit. Verũ lana molli specillo obuoluta sanies detergenda, & ne arida lana uulnus contingat, sapa imbui potest, & ea expressa uulnus detergi, præterea medicamenta quæ adhibentur tepida esse oportet. Quę enim frigida apponuntur conuulsionem inducũt. Ad neruos quoq; denudatos emplastrum Ægyptium efficacissimũ est, quod è succida lana paratur, & suluum piscatoris, ambo rosaceo diluta & linamentis indita. Omnium autem præstantissimum est & nulli comparandum emplastrum Isis appellatum, optimo rosaceo dissolutũ, & cum linamento tepidum ulceri inditũ. Sedat enim dolores & sordida ulcera cito repurgat, incarnat, & ad cicatricem perducit. At ubi linamenta ulceri immiseris, forinsecus emplastrum è senecione si haberi potest, sin minus, anicetum adhibebis. Cæterum si uulnus nerui transuersum fuerit, maximum conuulsionis periculum imminet, inflammatione à dissectis fibris ad integras transeunte. Quod si integræ fibræ conuulsæ fuerint, eadem curatio & his, & ulceri adhibetur, parcius tamen hinc ægro sanguis auferendus est, & diæta tenuis constituenda, & quies imperanda, & stratum mollissimum parandum, plurimum item oleum calidũ inguinibus, spinæ, axillæ, collo, ac capiti affundendum est. Atq; hæc curatio communis ad omnia neruorum uulnera est.

De neruorum contusione. Cap. XXIX.

Contuso neruo si cutis simul contusa fuerit, & ulceratio fiat, farinam fabaceam cũ aceto mulso, aut erui farinam cum sapa & modico aceto impones. Ambæ enim sunt efficaces. Quod si cum cõtusione dolor ad-

fit picem liquidam ad fabaceæ farinæ cataplasma ad-
des, & simul cocta calida adhibebis. Si uero maiori
resiccatione opus habueris, parem mensuram farinæ
erui ammiscebis, itemq; iridem illyricam, si adhuc for
tius resiccare uolueris. Vniuersi uero corporis cura-
tio eadem est cũ ea quàm paulo antea prescripsimus.
At si neruus fuerit cõtusus citra manifestam cutis cõ-
tusionem, oleo calido discussorio, anethino aut ruta-
ceo locus assidue pfundatur, & lana oleo imbuta ad-
hibeatur. Reliqua uero curatio prædictis similis fiat.
Porrõ si totus neruus fuerit dissectus, nullum quidem
periculum imminet. Verum pars mutila fit, præsertim
si dissectus neruus magnus fuerit. Curatio uero eadẽ
uelut ad alia ulcera adhibetur.

De glandularum inguinis inflammatione.

Galeni. Cap. XXX.

Quum glandulæ inguinis uniuerso corpore ple-
no, citra aliam manifestam causam, inflammatæ intu-
muerint, humores circa glandulas constipantur. Pro-
inde nisi quid prohibeat, cubiti uenam secabimus, tan
tumq; sanguinis auferemus, quantum plenitudo ostẽ
derit. Loco uero inflammato & ante sectionem uenę,
& in ipso sectionis tempore, adstringentia ac repellen
tia medicamenta apponemus. Verum postea euacua
to corpore, discutientibus ea quæ affluxerũt utemur.
At si ulcus in crure fuerit, & per consensum glandulas
inguinis affixerit, quem ad modum in digitorum pe
dis offensa fieri solet, glandulam inflammari incipien
tem statim à principio lana oleo calido imbuta miti-
gabimus, nõ adiecto sale, uelut aliq faciũt. Sal enim te
nuiores humores confertim discutiens, reliquum cal-
losum, ægre curabile, & sæpe medicabile relinquit,
postquàm autem inflammationis feruor quieuit, mi-
tigatoria relinquemus, & discussoriis utemur, quæ ad
cerati compagem redacta glandulis imponi debent.
Nam quę duriora fuerint, eas partes distendũt, & rur-

sus inflammationes irritant. Atq; hoc quidem modo
glandulæ tractentur, ipsum uero crus statim à princi-
pio calfaciendum ac humectandũ est, ita ut ulceri in-
flammationis causæ cataplasma mitigatorium, aut ce
ratum aliquod ad sedis affectiões paratum imponas,
totumq; membrum lana oleo calido imbuta foueas,
& ægro quietem imperes. Sedato aũt ulcere, plerũq;
etiam glandulæ doloris exortes fiunt. Egregie uero
glandulis confert psyllium aqua calida madefactũ, &
pãniculo aut brassicæ folio exceptũ & impositũ. Itẽ
ceratũ ex butyro paratum, & quod ostrea usta recipit.
Confert & discussoriũ emplastrũ Dionysia appellatũ,
& quod è buccinis præparatur, quorũ omniũ præpa-
rationes Sermone xv. habentur. Vbi ẽt ceratũ è psyl-
lio est, aut emplastrum si ita appellare malueris.

De quacunq; inflãmatione, Eiusdẽ. Cap. XXXI.

Omnis inflammatio ob sanguinis affluxũ, uel à ma
nifesta, uel ab occulta causa generatur. A manifesta,
quando ab offenso pede glandulæ inflãmantur. Ab
occulta, quando aliqua parte delegante, aut toto cor-
pore transmittente, & affecta parte ob debilitatẽ reci
piente, humorũ copia affluxerit, uelut supra de poda
gra ostensum est. Sæpe uero etiã pars quæ inflãmatur
ob morbosam aliq & præter naturam caliditatẽ, ma-
teriam ad se trahit. Erit itaq; inflammatiõis principiũ,
quũ primũ pars sanguinea materia repletur. Augmẽ-
tum uero quãdo affluxus aliunde cessat, & qui in par-
te continetur putrescere incipit. Atq; eo tempore ca-
loris præter naturam incrementum, & humorũ diffu-
sio, & partis distentio longe maior est quã antea fuit.
Vbi uero iam pus conflatur, maximiq; dolores ad-
sunt, inflammatio in uigore est. Declinationem autem
dicimus, quum allapsus humor discutitur, & tumor
ac distentio minuitur, & dolores mitigantur. Incho-
ante itaque inflammatione, uictus ratio moderan-
da, cibusq; contrahendus, & aquæ potus impe-

randus. Et si inflammatiõis magnitudo sanguinis de
tractionem postulat, & ętas ac corporis habitus, & an
ni tempus non obstat, pręsertim in hominibus sangui
ne abundantibus, post præstitutam uictus rationem,
uenam secabimus, tantumq; euacuabimibus, quantũ
plenitudo & inflammationis magnitudo, & ægri ui
res indicauerint. Verum in principio, & ante uenæ se
ctionem, & ipso sectionis tempore, inflammatæ parti
cataplasmata repellentia adhibebimus. In augmento
uero ex discussoriis aliqua ad repellentia ammiscebi
mus. At in uigore dum uehementissimi sunt dolores
mitigatoria applicabimus, uelut in declinatione ea so
lum quæ discussoriam uim habent. Inchoantes itaque
inflammationes repellunt glaucium, perdicium, stra
tiotes in aquis nascens, plantago, polygonum & simi
lia. Mitigant autem & dolori in uigore inflammatio
nis commoda sunt, malua per se, & cum modico pa
ne ac rosaceo imposita, præstat & melilotum passo
coctum & cum pane impositum. Idem præstant, pal
mulæ in passo coctę, & cum pane ac rosaceo subactę
impositæ. In declinatiõe uero agrestis malua pollet,
& uuę passę uinaceis exęptis, cũ pane ac modico mel
le. Item ordei farina cum melle aut oleo adhibita.
Quod si locus affectus nimia materia turgeat, non
mox ad chirurgiam prorumpere oportet, uelut qui
dam faciunt, sed conari ut materia collecta per phar
mca discussoria digeratur. Quale est quod è buccinis
ustis constat Ariobarzanium appellatum, aut Oriba
si fuluum, aut quod Dionysias appellatur è misy para
tum, & reliqua eius generis, quæ Sermone xv. haben
tur. At si residuum ex inflammatiõe callosum factum
fuerit, uehementioribus medicamentis utendum erit,
ita ut singulis diebus bis quantum ea proficiant in
spectemus.

De abscesibus. Cap. XXXII.

Si inflammãtiones producantur, & ad suppuratio
nem

nem conuertantur, adiuuare oportet ut q̃ celerrime
transmutentur, proinde partem affectam altheæ ac fi
cuum decocto rigabimus, & farinam ordei aut panẽ
cum aqua & oleo imponemus. Quod si ægre suppu
retur inflammatio, hordeum aut panem in pinguium
caricarum & altheę decocto coctum imponemus. At
si adhuc diutius perstiterit, fimũ columbinũ, & nitrũ,
& terebinthinã adiiciemus, peracta uero transmutatio
ne in pus, locus aperiatur qua parte maxime eminet.
ibi enim tenuissima est cutis. Et si pars aliqua suppu
rati loci, putrida uidebitur, ea necessario rescindenda
est. Resectio autem ad myrtei folii formam fiat, longa
uidelicet & angusta, quod sanè in axillis ac inguinum
abscesibus faciendũ est. In capite uero & huiusmodi
locis simplici sectione utemur, qua facta thuris polli
nem tenuissimum ulceris cauitati inspergemus, & li
namenta conuulsa indemus. At uero ubi duæ aut tres
sectiones factæ fuerint, limniscos immittere oportet,
& postea linamentis conuulsis ulcus replere. Ad tutã
dum uero locum simplex linteolum uino & oleo im
butum obligabimus. Tertia deinde die ad suppurato
rium curationis ductum conuertemur, per tetraphar
macum & similia rosaceo diluta. Si uero post indita li
namenta circumsitæ partes adhuc fuerint inflãmatæ,
cataplasmata adhibebimus, & si nihil amplius urgeat,
splenium sedandis inflammationibus aptum impone
mus. Cæterę suppuratione facta repurgantibus utẽdũ
est, ex quorũ numero præstat emplastrũ Ægyptium,
quod recipit terebinthinæ liquidę & mellis ac rosacei
portiones æquales simul liquatas. Sed in robustiori
bus corporibus, ac impurioribus ulceribus, terebinthi
næ ac mellis par mensura absq; oleo liquatur, & miri
fice repurgat. Verę ad ulcera q̃ difficulter repurgãtur
cõfert Ægyptiũ quod coctũ appellatur, colore fuluũ,
cum ærugine rasa ac melle coctum, donec fuluum co
lorem susceperit. Sunt & alia huic similia, quę ad fistu

las paulo post referẽtur. Repurgatis ulceribus ad in-
carnantia transeundum est, quæ paulo inferius ad ca-
ua ulcera describemus. facta uero incarnatione, rho-
dio emplastro aut psaro committantur, & ubi expla-
nata fuerint ad cicatricem perducantur, per ficca me-
dicamenta quæ referentur ad ea quæ cicatrice opus
habent. Suppuratorium abscessuum, experimento
constans. Maluæ agrestis tritæ ac coctæ, farinæ tritici,
stercoris suilli, æquales partes in sapa coquito, ac im-
ponito, & celerrime suppuratio continget. Philoso-
phi. Ad omnes inflammationes discutiẽdas, facit pri-
uatim ad mamillas & glandulas inflammatas. Adipis
suilli sexuncem, albumina ouorum duorum, mel ad
ouorum mensuram, nitri sextantem, farinæ polentæ
quantum satis est. Adipi liquefacto oua ammisceto &
mel, deinde nitrum, postremum etiam polentæ farinã
quantum ad emplastri compagem satis erit. Sunt qui
præparent. Accipiunt oua unà cum uitellis undecim
numero, farinæ polentæ lib.i. adipis suilli lib.i. mellis
quantum sufficere putant. Nam discutere uolentes,
uberius: sedare intendentes, parcius ammiscent. Qui-
dam etiam nitrum addunt. Sed quod nitrum habet,
magis discutit, quod non habet, magis sedat. Vtere
præterea eo quod ex psyllii succo paratur. Ruptoriũ
abscessuum. Nitrum & ammoniacum aceto subacta
impone, quàm diu locum perrumpi uolueris. Qui-
dam pro ammoniaco thus adiiciunt. Abscessus autẽ
etiam permutatos discutiũt, Ariobarzanium ex buc-
cinis constans, & quod dionysias appellatur, ambo in
sequenti Sermone descripta. At quod ad Oribasium
refertur sic habet, lapidis pyritæ drac.xii. ammoniaci
thymiamatis tantundem, farinæ fabarum drachm.vi.
terito ac cribrato & resina excipito. Sitq; resina, si ha-
beri potest terebinthina, sin minus, liquida, quo em-
plastri forma fiat. Hoc uel discutiet, uel dirumpet, eua-
cuabit, ad cicatricem perducet, & sanabit. Nec uero

diutius antea præparandum est hoc pharmacum, cito
enim exarescit. In decimo quinto Sermone etiam
aliud discussorium, & aliqua ruptoria reperies. Ori-
basii Ægyptiũ repurgans. Mellis despumati lib.i. aceti
lib.ii. squamæ æris unc.i. æruginis drac.iiii. Acetum &
mel ad mellis compagem coquito, deinde reliqua
ammisceto. Aliud. Eiusdem, ulcera sordida probe
repurgans. Amurcæ coctæ, mellis despumati, alumi-
nis Phorimi appellati, æquales portiones. Aliud ad
abscessus, discutiens aut rumpens, & sine dolore eua-
cuans. Spumæ argenti, cerusæ, ammoniaci, singulo-
lib.i. olei quantũ satis est, resinæ pinus, propolis, opo
panacis, singulorum sexuncem, castorei trientem, gal-
bani, myrrhæ, thuris, singulorum sextantem. Aceti
quantum sufficit. Spumam argenti & cerusam cũ ace-
to coquito, & terenda cum aceto terito, & quæ liqua
ri possunt liquefacito, & ad cocta ammisceto, & tritis
adiicito, refrigerato, ac subigito.

De cauis ulceribus non malignis. Et ratio curando-
rum ulcerum. Galeni. Cap. XXXIII.

Cauũ ulcus humidũ ac sordidũ est, & ideo pharma
cis moderate siccãtibus ac extergẽtibus opus habet.
Sæpe uero à nobis dictũ est, nõ omni naturæ eadem
medicamẽta cõuenire, sed debiliori molliori; mol-
liora, ualidiori ualidiora esse adhibenda. Neq; enim
tolerat debilis natura potentiora, proinde quanto hu
midius fuerit corpus in quo est ulcus, tanto minus re
siccantes medicinas postulat. Quare duobus ulceri-
bus æquali humiditate præditis, alterum quod in fri-
ciori temperatura est, maiorem resiccationem postu-
lat. Alterum quod in humidiore est, minore resicca-
tione opus habet, quãto hęc natura alia humidior exi
stit. Carnẽ enim q̃ ad ulceris nutritionẽ distribuitur re
liquo corpori simile esse oportet. Vbi igitur pristina
caro siccior est, ibi noua quoq; superueniẽs siccior fie
ri debet. Merito ergo resiccãda est, & quãto prior sic-

cior fuerit, tanto ampliorem siccandi facultatem medicamentum habere debet. Et uice uersa, tanto minus reficcantia medicamenta conueniunt, quanto minus sicca prior fuerit caro. Thuris itaq; qualitas ad humani corporis naturam comparata, cum temperatis & mediis naturis consentit, humidiores autem paulo amplius reficcat, quem ad modum sanè etiam extreme siccis, aliquanto humidius existit. Si igitur diligenter obseruaris, comperies thus in humidioribus quidem naturis carnem producere. In siccioribus autem minime, sed potius suppurare. Thus ergo sicut moderate calidum est, ita ex omnibus incarnantibus appellatis minime siccat. At hordeacea & fabacea farina magis siccat quam thus, & nulla caliditate participat. Aristolochia uero & panax omnibus amplius in suo genere reficcant, & calidioris sunt naturæ. Mediũ uero inter hæc obtinent, farina erui & iris. Et huiusmodi omnia in primo ordine reficcantium ac extergẽtium locantur, & minoris ac maioris discrimine tantum inter se differunt, & quod alia uires quibus excellunt simplices habent, alia compositas. In libro uero De simplicibus medicamentis ostendimus pompholygẽ ustam & lotam, & cætera huiusmodi, uelut cadmiam & ostreorũ testas, ex eorũ esse ordine quę sine morsacitate siccant & incarnant. Præterea ad ulcera caua incarnanda emplastrum uiride cõducit, quale est quod Isis appellatur, multo rosaceo dilutum. Qui ergo recta uia medicandi procedet, ubi ægri naturam cõsiderauit, statim dinoscit quo medicamẽto ulcus indiget. Quũ aũt medicamentũ incarnans adhibuerit, & nihil profecerit, sic quodam modo ad alind transire oportet. Nam si ampliores sordes fuerint, & humidius ulcus, nosse debet quod medicamentum minus quàm oportuit reficcauit, quapropter mellis ammixtione uires eius intendet. Si uero purũ & humiditatis exors ulcus compererit, plus quàm debuit reficcauit: quare

oleum ammiscebit, & ceratum liquidum adhibebit. Atque in his summa diligentia utendũ est: contingit enim aliquando ut à fortiore medicamento ulceris caro colliquetur, & sordidum ac humidum appareat ulcus, uelut ea quæ minus quàm oportuit sunt reficcata. Verum hoc à peritis facile dinoscitur: ulcus enim eliquatum cauius seipso efficitur, & labia protuberantia habet, rubet item & inflammationem habet, & ęger sæpe manifeste mordacitatem percipit. Alterum autem ulcus quod minus reficcatum est, tale nihil consequens habet.

Medicamenta quæ per linamenta induntur, ad suppurandum, repurgandum ac incarnandum. Cap. XXXIIII.

Sunt & alia multa ad repurgandum idonea, uelut lens, iris, marrubium, singula cum melle cocta, herina cei marini, testa usta, narcisi radix cum rosaceo & melle. Basilicum uero tetrapharmacum, & quod ad Azaniten refertur, & Macedonicum, singula liquefacta suppurandi uim habent, & omnia sermone xv. describentur. Sed & hoc mirifice suppurat, omnem quoq; duritiam citra dolorem emollit, & incarnat, & cauis ulceribus eximie prodest. Ceræ, terebinthinæ, medullæ ceruinæ, adipis uitulini, anserini, bubuli, butyri recentis, mellis attici, olei rosacei, myrrhæ, singul. drac. viii. Myrrha cum melle trita ad prunas coquitur, & reliqua liquata affunduntur ac uniuntur. Aliud Ægyptium, ad ulcera repurganda mirandum. Mel cũ pari terebinthinæ mensura, aut rosaceo, aut si neruosę fuerint partes affectæ butyro ad prunas colliquamus. Verũ in robustioribus corporibus, & sordidioribus ulceribus, terebinthinam cum melle adhibemus. Vtere etiam eo quod ex melle, aceto, & liliorũ succo constat, quod Galenus ualde approbauit, cuius præparationem & utendi modũ, in simpliciũ sermone, capite De liliis habes. His omnibus efficacius est quod alia

Ægyptium uocant,sic habens.Ærugini drac.iiii.squa
mæ æris unc.i.aceti trientem,mellis dodrantem. Ari
da cum aceto terito, & adiecto melle ad prunas ad
fuluum colorem coquito. Aliud aureum uocatum,
antiqua & recentia uulnera repurgans & incarnans.
Salis communis,ceruſæ, atramenti ſutorii, ſpumæ ni
tri albæ,ſingulorum quadrantem, ariſtolochiæ lõgæ
& rotundæ,alumínis ſcisſi,ſing.unc.i. Arida cũ aceto
trita,ceræ ſextante & olei dodrante excipito:deinde
uſu expetente cum plurimo roſaceo ad olei ſpiſſitu
dinẽ diluito,& admiraberis. Idẽ capitis quoq; oſſi
bus denudatis per linamenta inditur. Aliud caua ul
cera replens. Adipis uitulini recentis,cerę terebinthi
næ,ſingul.drac.iiii.roſacei drach.xvi.para & utere.
Aliud Archigenis Nutrix appellatũ,ad cauitates ex
plendas. Roſacei,terebinthinæ,mellis, ſingul.ſextan
tem,ceruſæ,butyri,ſing.unc.i.para & utere. Quidam
& thuris unc.i.addunt. Aliud ad caua & pura ulcera
explenda,experimento conſtans. Roſacei trientem,
ceræ ſextãtem,terebinthinæ,butyri,mellis.ſing.unc.i.
Omnibus ad calidum cinerẽ colliquatis ac ſimul uni
tis ad linamenta tingenda utere. Si uero ſordida fue
rint ulcera,repurgatis antea uel ut dictũ eſt, adhibeto.
Aliud.Ceruſſæ,ſpumæ argenti,pares portiones ui
no odorato & oleo excipe, & p linamẽta uſq; ad ci
catricem inductam inde. Aliud,ad ſordida, cicatricẽ
non recipientia malignaq; ac calloſa ulcera. Marru
bii ſuccum optimo melle exceptum inde. Aliud ſic
cum maligna & profundiſsima ulcera explens. Fa
rinæ erui drac.xxx.iridis drac.xx.ſpumæ argẽti drac.
xv.ariſtolochiæ longæ tantundem,mannæ thuris,ter
ræ ſamiæ,ſing.drach.x.ſquamæ æris,cadmiæ, ſingul.
drac.xv.Hoc in ſordidis large,in puris parciſsime li
namentis illinito. Exæquatis uero ulceribus & iã cica
trice indigẽtibus aridũ ſpecilli nucleo inſperſum ulce
ri indito,& poſtea linamẽtũ uino imbuto immittito.

De ſiccis repurgantibus ac incarnantibus, cephalicis
appellatis.Galeni. Cap.XXXV.

Sicca medicamenta quæ cephalica,hoc eſt, capita
lia appellantur,omnibus quidẽ totius corporis, ma
xime tamen capitis ulceribus incarnandis conueniũt,
præſertim ubi oſſa in quacunq; parte fuerint denuda
ta. Nam ad oſſa denudata pinguium & eorum quæ
ad tingenda linamenta parãtur,uſum uitamus, & ſic
cis tantum utimur. Quin & citra oſſium denudatio
nem,pinguia non ita frequenter ulcerum curatione
adhibemus. Sunt aũt ſicca cephalica huiuſcemodi.
Aſclepiadis ſiccũ cephalicũ ad Xenocratem relatum,
quo fiſtulas ſanabat. Erui farinæ,trientem, iridis illy
ricæ ſextantẽ,ariſtolochiæ tenuis, ſquamę æris man
næ thuris,ſingul.unc.i.Miſce ac utere. Quidam etiam
radicis panaceæ unc.i.adiiciũt.Et ex melle cocto ob
longum quaſi collyrium faciunt,quod in fiſtulam im
mittunt,& poſtea ſiccum inſpergunt. Aliud ſiccum.
Erui drach.xx.ariſtolochiæ tenuis drach.x.ſquamæ
æris,radicis uitis albæ,ſing.drac.v. Vtere ad repurgã
dum cum melle,ad replẽdum ſicco inſperſo. Aliud
ſiccum optimum,tunicúlas ulcerũ relictas cõſumens,
callos reſcindens, ſordida ulcera purgans, caua re
plens.Squamæ æris,reſinæ pinus, ſingul.drac.xii.pu
micis uſti & uino extincti,iridis, ariſtolochiæ tenuis,
filphii,ſingul.drac.viii.thuris drac.iiii. Miſce ac utere
ſicco,uel cum melle. Aliud ſiccum omne profundũ
ulcus incarnans. Farinæ erui drac.xx.thuris drach.
xviii.fuci tinctorii,amyli,ſingul.drac.viii.miſce & ute
re. Aliud ad capitis ulcera replenda. Amyli,alicę,
thuris,lapidis ſpecularis translucidi uſti, ſingulorum
unc.i. Aliud. Colophonia ſeorſim trita ulcus reple
to,& cito ſanabitur. Aliud. Colophoniæ,amyli,
thuris,ceruſæ,æquales portiones para & utere ſiccis.
Aliud admirandum. Seueri ad oſſa præcipue ca
pitis denudata,deraſo oſſi inſperſum:celerrime enim

ſncarnat:pollinis tritici,colophoniæ tenuiſſime tritæ, pares portiones præpara ac utere,& linamento indito,eius retinendi gratia emplaſtrum quoddam molle cicatricem inducens impone. Aliud ad ulcera contrahenda. Miſyos drach.iiii.gallarum,chalcitidis,atramenti ſutorii,aluminis ſcisſi, ſquamæ æris, ſingul. unc.i.para & utere.

De ulceribus in qbus caro ſuperexcreſcit, & quę depreſſione opus habent,& de medicamentis ſiccantibus,Galeni Cap.XXXVI.

Carnem in ulceribus ſuperexcreſcẽtem cõſumunt medicamenta fortiter ſiccantia. Qualis eſt flos aſiæ petræ,& teſtacea omnia uſta, & uterq; herinaceus cum toto corpore exuſtus,& diphryges inſperſum,& ęris flos. Verum ærugo omnia robore ſuo uincit. Sicũ Herculis. Squamæ æris,miſyos,chalcitidis uſtæ, atramenti ſutorii,aluminis ſcisſi,æquas portiões prępara & utere. Aliud Rhodium appellatum,refertur ad Heram. Siſtit item ſanguinem. Gallarum drac.ix. ſquamæ æris drac.v.atramenti ſutorii drac.iii.aluminis ſcisſi drac.ii.Gallas ex dimidio uſtas uino auſtero extinguito,& reliquis tritis ammiſceto. Quidam atramenti ſutorii drac.v.ſquamæ drac.iii.conĳciũt,& gallas omnes comburunt. Rhodium inquit Heras, ad ſanguinẽ ſiſtendũ efficax eſt. Facit & ad ſacros ignes, & ulcera proſerpendo depaſcentia,ac nimio humore marceſcentia contrahit ac cicatrice includit. Quidã hoc modo Rhodium conficiunt, & ualde laudant. Chalcitidis crudæ, miſyos crudi, ſingul.drac.x.ſquamæ ferri drac.xvi.gallarum drac.viii. Siccum Pſarũ appellatum. Hoc large inſperſum,contrahit ac deprimit,parce adhibitũ,ad cicatricẽ ducit. Chalcitidis crudæ lib.i.miſyos crudi ſexũcẽ,atramẽti ſutorii lib.i.ęris uſti ſexuncẽ,ſquamę ęris ſexuncẽ,præpara & utere. Aliud utiliſſimũ deprimẽdi uim habẽs Squamæ æris drac.iiii.ęruginis drac.i. Aliud. Squamæ æris,calcis

uiuæ,mannæ thuris,æquales partes præpara & utere. Facit ad ulcera maligna,& carnes fungis ſimiles cũ melle repurgat,& cũ cerato replet. Aliud. Miſyos drac.iiii.chalcitidis drac.ii.gallarum drac.iiii.atramẽti ſutorii,aluminis ſcisſi,ſquamæ æris, ſingulorũ drac. ii.tento,& aperto ulcere cum ſpecillo inſpergito.

Vtere etiam ad maximas carnis ſuperexcreſcentias, his quæ ad ſedis thymos deſcripta ſunt. Aliud. Lanæ ſuccidæ uſtæ ac tritæ inſperſæ carnes marcidas ac flaccidas conſumunt. Idem faciunt balauſtia uberrima inſperſa.

De ulceribus non malignis cicatrice indigentibus. Galeni. Cap.XXXVII.

In ulceribus quæ cicatrice opus habent, caro quidem innato operimento munitur,ſed cutis enaſci nõ poteſt. Quapropter in ſumma carnis ſuperficie ſimile quiddam cutis efficiendum eſt. Quoniam uero cutis carne ſiccior eſt ac denſior, ſi carnem ſiccabimus & adſtringemus,cuti perſimilem faciemus. Neq; uero ſatis eſt hoc docere,quod reſiccantia & adſtringentia adhibere oportet:nam & quæ cruenta uulnera agglutinant,ſiccantia ſunt & adſtringentia. Verum in glutinandis uulneribus id tantum quod inſluit reſiccare conamur,quo pars affecta ſuperfluitatibus careat:in cicatricibus uero inducendis,non ſolum inſluentem,uerum etiam contentum in carnibus humorem conſumere oportet. Itaq; medicamentum quod cicatricem inducit longe ſiccius eſſe oportet,eo quod glutinat, quo non ſolum ſuperfluum conſumat,ſed naturalem quoq; humorem attingat. Hanc itaq; rem præſtant, galla omphacitis,malicoriũ,ſpinæ Ægyptiæ fructus, & quæ citra mordacitatem uehementer adſtringunt, qualis eſt myrtus. Teſtæ etiam & cadmia, & plumbũ, ſingula uſta & lota,citra mordacitatẽ ſiccant.& ad cicatricẽ ꝓducunt. Sed his ualentiora ſunt,chalcitis,miſy,alumen ſciſſum. Et his adhuc potentius eſt æs uſtũ.

Omnium autem potentissima est squama æris, q̃ usta lene medicamentum efficitur ad antiqua ulcera cicatrice includenda. Illitio Tetanica, ad extendendo ac explanando appellata, cõsumens ac deprimens. Adipis suilli, ceræ, sing. unc. i. terebinthinæ semunciam, nitri unc. i. fellis taurini semunciã, resinæ unc. i. Omnia simul decocta ac excolata ubi tepuerint manibus subige ac utere. Quidam adiiciunt atramenti sutorii drac. v. Et medicamento ab igne remoto aceti & saponis singulorum unc. i. adiiciunt, ita ut hæc prius in alio ua se simul sint contrita ac dissoluta. Obseruandum est ne pharmacum hoc in bulliendo efferuescat, & assidue agitandum donec ad compagem perueniat.

Sicca ulceribus non malignis cicatricem inducentia. Cap. XXXVIII.

Siccum quod cicatricẽ inducit. Ostreoꝝ ustoꝝ drac. xii. mannæ thuris drac. vi. cadmiæ drac. iiii. prepara & utere. Aliud. Spumæ argenti, cerussæ sing. drac. viii. recrementi plumbi myrti siccæ, gallarum omphacitidum, sing. drac. ii. para & utere. Aliud siccum cicatricem inducens. Cadmiæ, ceruſæ, mannæ thuris, amyli, æquales partes unito ac utitor. Aliud admirãdum. Ceruſæ sextantem, amyli unc. i. spumæ argenti, thuris, rosacei, singul. sextantem, unito ac utitor. Incarnat enim & ad cicatricem ducit. Aliud. Hoc ẽt diuturna ad cicatricem perducit. Corticis pinus drac. vi. cornu cerui usti drac. iiii. ceruſæ drach. iiii. æruginis drach. ii. cadmiæ drac. viii. mannæ thuris drach. vi. præpara & utere. Aliud. Aristolochiæ drac. vi. corticis pinus, pumicis usti & uino extincti, colophoniæ, sing. drac. iiii. iridis drac. ii. unito ac utere ad incarnandum & cicatricem inducendam. Aliud. Pumicis usti & uino extincti drac. viii. mannæ thuris, squamæ æris, sing. drac. iiii. præpara & utere. Aliud mirabile. Aluminis scisti drac. iiii. in aqua dissoluito, & in eo diluto linteolum tenue, uetus ac detritum, purum tingito, & in sole sicato, atq; hoc usus tempore concisum ulceri indito. Veꝝ ad sedis ulcera & diuturna alia, alumen in uino dissolues, & similiter facies: ad auriũ uero affectus, lanam pro linteo accipies. Aliud plantaginẽ cũ radicibus siccã terito & cribrato, ac utere cõfidẽter. Aliud. Ceruſæ drac. viii. gallaꝝ, myrti, recrementi plũbi, sing. drac. iiii. para & utere. Aliud. Ostrea usta, ceruſam, cadmiã, mannã thuris, paribus portionibus unito ac utitor. Aliud siccũ, ad caua & maligna ulcera replenda, expertus loquor. Farinæ erui drac. x. iridis drac. xx. spumæ argenti drac. xv. mannæ thuris drac. xv. terræ samiæ drach. x. squamæ æris, aristolochiæ tenuis, cadmiæ, sing. drac. v. præpara & ad sordida ulcera large, ad pura parce adhibe, & hapsum lanæ è uino expressum superimpone. Hoc & chironia ulcera appellata ad cicatricẽ ducit. Aliud, quod ẽt callos exterit. Chalcitidis crudæ, spumæ argẽti, ladani, sing. drac. x. bituminis drac. viii. ceræ drac. ii. olei myrtei lib. i. uini heminã. i. Vsu expetẽte spleniũ ex eo imponito, & linamẽta eo tincta indito. Aliud Andromachi. Spumę argẽti drac. xxxii. atramenti sutorii drac. viii. aluminis scisti drac. xii. ceræ drac. c. squamę æris drac. viii. bituminis, ladani, sing. drac. xxxii. olei myrtei lib. i. & quadrãtẽ. Vini ueteris adstringẽtis q̃tũ satis est: utere uelut prędicto. Aliud. Bituminis, ladani, sin. dra, viii. squamæ æris, myrti, spumę argẽti, sing. drac. iiii. ceræ drac. xxiiii. olei myrtei drac. xxx. Et si hyems fuerit drac. 36. Vini quod satis est, præpara & utere uelut dictum est.

Emplastra quæ non maligna ulcera cicatrice includunt. Cap. XXXIX.

Emplastrũ è Cadmia præparatũ, rosaceo dilutum repurgat ulcera, incarnatq; & cicatrices cõcolores cuti efficit: pnionibus item ac fissuris, & ani affectiõibus medetur: habet aũt hoc modo: Chalcitidis ustæ lib. ii. cadmiæ ustæ & uino extinctæ lib. i. ceræ trientẽ, terebinthinæ libr. ii. olei myrtei libr. iii. chalcitidem &

cadmiam cum uino sufficienti diluito ac conterito, & reliqua liquata ammisceto ac utitor. Aliud. Cadmiæ, chalcitidis ustæ, sing. drac. xxv. ceræ drac. xlviii. terebinthinæ drac. xxiiii. olei myrtei lib. i. uini quod satis est, præpara & utere. Aliud ad cicatrices inducendas efficacissimum. Facit & ad igne ambusta mirifice. Ceruſæ, ſpumæ argenti, ordei usti, ſingul. unc. i. ceræ quadrantem, rosacei aut myrtei olei bessem, ceruſam & argenti ſpumam cum uino terito, ceram uero cum oleo liquefacito, & ad medicamentum ab igne ablatum, hordeum ustum tritum ac cribratum iniicito atq; unito: & omnia frigefacta in mortarium coniecta ſubigito ac utitor. Aliud è ladano, ulcera antiqua ad cicatricem perducens. Spumæ argenti drach. c. picis drac. L. ladani drac. xxv. æruginis drach. viii. æris usti drac. viii. ſquamæ æris drac. ii. olei myrtei lib. vi. Argẽti ſpumã cũ oleo coquito, & medio coctura tempore, æruginem, ſquamam, & æs adiicito, & coquito donec non amplius inquinent. Et postea picem liquefactam ac excolatam coctis ammisceto. His uero unitis & amplius nõ inquinantibus, ac ab igne ammotis, deposito iã feruore, ladanũ cũ uino tritũ addito, & pfrigerata in mortariũ cõiecta probe ſubigito, & ad maligna ulcera ac fiſtulas utitor. Aliud. Cadmiæ, chalcitidis, ſingul. trientẽ, ceræ, colophoniæ, olei myrtei, ſingul. unc. i. uini quãtũ ſatis est. Aliud. Æris usti & crudi, ſingul. ſextantẽ, cadmiæ ſexuncem, chalcitidis ustæ ſeſquilibram, ceræ lib. i. olei myrtei lib. ii. uini quod satis est. Aliud emplaſtrum candidum, ad cicatricẽ producens experimento conſtans, faciens ad tenera corpora, uelut ſunt mulierum, eunuchorum ac puerorũ. Conuenit etiam ulceribus ſpontaneis. Spumæ argenti lib. i. & trientem, ceruſæ lib. i. ceræ lib. i. & trientem, thuris & mannæ eius, ſingul. quincuncem, terebinthinæ unc. i. aquæ lib. i. olei myrtei lib. ii. ceruſam & argẽti ſpumã in aqua coquito, & conſumpta aqua, ac medicamento non amplius inquinante, ceram primum, deinde reſinam addito, & ablato ab igne pharmaco thus ac mannam ſiue pollinem eius ammisceto.

De malignis & ægre recipientibus cicatricem ulceribus. Cap XL.

Quem ad modum antea diximus, duplex ſcopus propoſitus est in curatiõe partium quibus nullus deprauatus habitus ineſt: alter repellendi quod influit: alter diſcutiendi quod in affecta parte impactum est, atq; hæc à contrariis qualitatibus fiunt: nam quę cũq; adſtringunt, repellere poſſunt quod influit: quæ uero adtrahunt, diſcutiunt id quod in affecto loco continetur. Adſtringentia itaq; exaſperant, & ob id dolorem inducunt, attrahentia uero & diſcutientia quum acria ſint, loca ulcerata mordent. Quare contingit ut ex his quæ exaſperant, & mordent, ſuperflua humiditas ad affectas partes illabatur, quam inflammatio & eroſio ulceris conſequuntur. Cæterum eius meminiſſe oportet, quod ſæpe à nobis dictum est, quod corpora plena ſanguine, aut uitioſis humoribus referta, & mollia ac ſubtili ſenſu prædita, ex mordacitate facile inflammantur. Mulieres autem & pueri & eunuchi, itemq; uiri colore albidi & mulieroſam uitam degentes, inter molles naturas numerantur: proinde quantũ eius fieri poteſt, medicamentorum materia perueſtiganda eſt, quę citra mordacitatem ac dolorẽ ulcus reſiccet, q̃ ſanè nunq̃ inueniet medicus, niſi quid ſingula medicamenta, adhibita peregerint, recte expenderit. Itaq; cõſiderabit quantum humiditatis primũ pharmacũ ab ulcere deſiccauit, aut ſi ſordidum est, quantum ſordiũ deterſit, idq; tertiũ ac quartum experietur, donec purum ac ſiccum ulcus apparuerit: quod ubi deprehenderit ad aliud medicamentum, eiuſdem q̃dem generis cum priore, ſed debilius, ſe conuertet: fortiora enim repurgatis iam ulceribus morſum ac dolorẽ inferũt, & influxiones ac inflammationes pariunt: talia igitur

corpora exacte euacuare,& à superfluitatibus asserua re oportet. Aliis itaq; sanguis si redundet,detrahẽdus est:aliis purgatio uitiosi humoris & simul uenę sectio conuenit. Quibusdam uaricẽ excidere ex ulcere oportet:aliquibus iecur aut splenem curandã assumimus. Neq; uero malignis crurium aut surarum ulceribus, ea curatio debetur. Sed manuum quoq; ac reliquæ corporis partiũ:nã cuidã adolescenti diuturnũ ulcus ad radicẽ manus habẽti,uenã ad ulcus supernè allatã excidi,atq; intra paucos dies hominẽ sanaui, qui per quinquennium ea affectiõe laborauerat. Sunt quibus loca ulceri uicina scarificare oportet. Quibusdam uero labia ulceris callosa circũcidere. Si uero nihil ex his fecerimus,humiditatis ac sordiũ quantitatẽ considerabimus,& inde ad congruum medicamẽtũ transibimus,ita ut diligenter expendamus ,quæ siccandi quidẽ uim habent,non aũt extergẽdi:& q̃ contra extergent,non aũt fortiter siccant:suntq; in hoc ẽt qualitatis singulor̃ gradus expendendi. Medicamentũ cicatricem inducens. Plumbi usti sexuncem , cadmiæ trientem,æris sextantem,colophoniæ,olei myrtei,singul.lib.ii. Vini ueteris odorati quãtũ satis est. Aliud.

Cadmiæ,cerusæ,sing.trientem,ceræ,olei myrtei singulorũ sexuncẽ. Aliud. Cadmiæ,spumæ argenti,cerusæ,sing.unc.i.ceræ triẽtem, rosacei sexuncẽ. Aliud è Ladano. Squamæ æris unc.i.bituminis,terebinthinæ sing.drac.iiii.ceræ,ladani,singulorum quadrantẽ, olei myrtei quadrantem , at si hyems fuerit , amplius de oleo accipies. Ceram cum oleo bitumine liquefacito,& terebinthinam adiicito,deinde omnia ad squamam ac ladanum prius trita ammisceto.

Simplicia medicamenta quæ citra mordacitatẽ reficcant ulcera maligna. Cap. XLI.

Simplicia porrò medicamenta sine mordacitate & manifesta exasperatione reficcantia ulcera, hæc sunt: Lemnia terra sigillum appellata moderate reficcat.

Cadmia item sub caniculæ æstu cum uino trita ac siccata:ubi uero ulcera ualde sunt maligna, ex aceto terenda est. Vtrãq; superat chalcitidis usta,& uelut cadmia trita ac reficcata:nam cruda adeo efficax est,ut ẽt crustas inurat. Huic similis est ærugo usta : non usta enim sicut & chalcitis nimis efficax est, nisi quod chalcitis simul adstringit. Atramentum sutorium inter omnia metalla summe reficcat. Chalcitidi similia sunt misy & sori,maioris tantum ac minoris ratione differentia. Stibium magis quàm sori siccat & adstringit. Diphryges commode siccat,sed aliquantulum mordax est. Omnia aluminis genera exacte siccandi uim habent, uehementerq; adstringunt : quapropter alumen solum p̃ se ad huiusmodi usus adhibetur. Chrysocolla naturalis & artificialis eandẽ uim habẽt. Plũbum ustum sori ac stibio præstat , plumbi recrementum,& squamma ferri præsertim stomomatis , pluriumum siccant. Æris squama præter reficcandi uim ẽt exterget:quare ulcera præ omnibus repurgat,omnia tamen metalla prius lauare oportet,deinde ulceribus admouere:ita enim mirifice siccare citra mordacitatem possunt. Siccant etiam buccinorum , purpuraꝝ, ostreorumq; testæ ustæ ac lotæ. Item translucidus lapis specularis mollia corpora citra mordacitatem siccat. Idem facit nitrum ustum,& quod in æneis lebetibus balneorum adhærescens ex aquæ coctura reperitur:æque enim siccat & adstringit. Præterea galliæ & malicorium usta ac arida trita adhibita , malignis & ægre recipientibus cicatricem ulceribus commodissima sunt. Quin & capparis cortex tritus & siccus insperſus maligno ac putrido ulceri cõmodus est. Polium item tenue siccandi uim habet , & caries ligni rum unà cum exterſoria facultate. Item peucedani & pastinacæ præsertim agrestis radix & folia, scordium quoq; ac centaurea,& alia huiusce modi,uel priuatim per se,uel simul composita.

De usu relatorum medicamentoũ. Cap. XLII.

Necessario uero talia ulcera uitioso humore refer
ta, sordidissima existunt. Quare ubi aliquod ex relatis
simplex aut compositum siccũ adhibituri sumus, lin
teolo prius molli puro ac sicco ulcus extergemus, de
inde medicamento cauitatem explemus, & extrinse
cus splenium ad ulcer⁹ labia attenuanda imponimus.
Et linteolo supra spleniũ impositio ac ligato, spongiã
ex frigida aut uino expressam adhibemus, cona
murq; ut p totũ tempus spongia frigida permaneat,
quod facile continget, si assidue illi frigida instilletur,
citra uinculi linteoli siue fasciæ obligatæ solutionem.

De ligamenta & curationis ratione. Cap. XLIII.

Ligamentum ulceri conuenit quod ad fracturas
usurpamus. Quod si unum tantum fuerit ligamentũ,
principio ipsius ad superiorẽ ulceris partem locato,
obligabimus, siue sura, siue genu, siue talus, siue cubi
tus fuerit, pars ipsa affecta. At si duobus ligamẽtis uti
malueris, uelut in fracturis fieri solet, primũ ab ulcere
ad superiorem regionẽ ducatur. Secundũ uero initiũ
sumat ab ulcere, & prius infra obligetur, & postea sur
sum desinat, & ad eundem terminum cũ primo duca
tur: nam ad alia commoda etiam hoc accedet, quod
ulcera ob rotunditatem coalescere nequeuntia oblon
ga reddentur. Solutio autem non quotidie, sed alter
nis fiat, & à solutione aqua ulceri ne aspergatur, sed cũ
molli puro ac sicco linteolo sanies detergatur. Quod
si partes ulceri uicinæ inflammatæ appareant, splenio
latiore facto liquidum medicamentum illines, quale
est phœnicinum emplastrum aut aliquod simile, ita
ut hoc dissoluas uino adstringente, sitq; oleum quod
adiicitur melinũ aut myrteũ. At si duricies circa uici
nas ulceri partes apparuerit emplastrũ phœnicinum
oleo antiquo aut cicino dissolues. Tutiusq;, fuerit su
periori regiõi aliquod repellẽdi ui præditũ adhibere,
præsertim in crurũ ulceribus, & his q̃ eminẽtẽ uaricẽ
habent:

habent: uena uero quæ amplior fuerit, & atræ bilis
sanguinem habuerit excidenda est uelut diximus. Ali
quando tamen eiusmodi uena excisa, ulcus q̃dem p
tinus coalescit ac sanum euadit. Sed qua parte uena re
cisa est, nouum malignum succedit, quod cicatricem
respuit. Præstat igitur in talibus uires ægri perpende
re, & à uen⁹ sectione auspicari, deinde pharmaco atr⁹
bilis ac pituitæ humorem educente purgare: nam &
pituita aliquando ad huiusmodi uarices confluit, atq;
tunc uaricosam uenam resecare, multaq; sanguinis co
pia hinc educta, uaricis sectionem prius curare, q̃ ubi
exacte coaluit, tũc demum maligni ulceris curationẽ
aggredi, eo quem retulimus modo. Aluus porrò la
ctis sero in quo cnicus coctus est, aceti mulsi modica
mensura addita assidue emollienda est. Dabis autem
ex eo, ab hemina una usq; ad quinque mensuram au
gens, sic tamen ut æger per multos antea dies aquam
biberit. Optimum item est & lac recens mulctum per
se, uel cum aqua calida aut modico passo, ante cibum
sumptum. Nam & humores contemperat, & uentrẽ
eluit. Confert etiam aloes drach. i. per interualla deuo
rata. Balnea uero minime dulcia, sed sulphurea po
tius & bituminosa adhibenda sunt. Quod si æger illo
tus manere nõ possit citra totius corporis læsionem,
lauandus est ulcere nequaquam denudato. Postre
mum ab omnibus eduliis ac potibus acribus & ægre
concoctilibus, ac uitiosos humores generantibus pe
nitus abstinere oportet.

De emplastrorum compositione ad mali
gna ulcera. Cap. XLIIII.

Quandoquidem in malignis ulceribus quæ diffi
culter cicatricem recipiunt, is scopus nobis proposi
tus est, ut medicamento non mordaci resiccemus, &
oleum ac aqua maxime omniũ humectant, ab utrisq;
penitus cauere oportet, ipsaq;, neq; per se adhibere,
neq; cum relatis siccis permiscere: cera igitur recens

pinguis & in sole subacta ac emollita, idonea est ad sic
ca medicamenta excipienda. Quod si caloris ex sole
copia non detur, ceram prope ignem molliemus, uel
in feruentem aquam iniiciemus: neq; enim illi omni
no ammiscetur aqua: at uero proportio miscendi hu
iusmodi est, ut si moderatum pharmacum esse uolue
ris, metallicoꝝ quartam partem ceræ misceas: si uali
dius, tertiam. Neq; uero parua uarietas est pro corpo
rum ratione, an ne molliores aut duriores habeãt car
nes: quare fieri non potest, ut omnibus idem medica
mentum conueniat: itaq; his consideratis, ubi simpli
cium facultates cognoueris, facile iudicare poteris
uniuscuiusq; compositi medicamenti facultatem, aput
ab antiquis sunt descripta. Emplastrum admirandum
è sori cicatricem inducens, deploratis ulceribus opitu
lans, quæ à multis frustra fuerunt tentata, cui fidendũ
est uelut multo experimento cognito. Soreos drach.
xxiiii. gallarum drach. xxxii. aluminis scisi, calcis ui
uæ, malicorii, sing. drach. xvi. thuris drach. xxxii. ceræ
drach. cxx. adipis uitulini drach. clx. olei antiqui lib. i.
& si uitulinus adeps non affuerit, porcinus antiquus si
ne sale admisceatur: nam taurinus calidior est. arida
terito & cribrato: deinde liquata ab igne remota am
misceto: & omnibus probe unitis, alumen, thus, sori,
calcem, cum uino adstringente trita adiicito, ac utitor.
Ego, inquit Galenus, dum hoc medicamentum præ
parem, oleum & adipem quadraginta annorum adie
ci, & semper mihi præter spem succesit ad maligna
ac diuturna ulcera. Sunt autem talia ulcera, a quibus
pars affecta in deprauatum habitum perducta adeò
est, ut etiamsi probe coctus sit sanguis, qui ad ipsam
alimenti gratia affertur, ipsum transmutet ac corrum
pat, & si uitiosus sit humor qui affluit, ab ipso solo ero
datur, etiamsi pars ipsa minime esset affecta. Aliud.
splenium optimum. Plumbi usti & loti trientem,
cadmiæ sesquiunciam, æris usti unc. i. thuris sesquiun

ciam aluminis scisi unc. i. æruginis sextantẽ, ceræ sex
uncem, olei myrtei lib. i. Aliud Galeni ad maligna &
chironia. Ceræ, picis, bituminis sing. lib. i. mannæ thu
ris, cerussæ, æruginis, singulorum sexuncem, malico
rii, gallaꝝ, spinæ Ægyptiæ fructus, iridis, aristolochiæ
rotundæ, atramenti sutorii, sing. unc. i. aristolochiæ lõ
gæ, æris usti, sing. sextantem. Olei antiqui aut cicini
lib. i. arida in aceto pluribus diebus terito, & liquabi
lia liquata affundito ac utitor. Aliud Oribasii, ad effe
rata ulcera deprimenda ac contrahenda. Ochra atti
ca usta, trita, sicca, utiliter adhibetur. Ego uero inquit,
etiam cypria usus sum. Idem facit & chamæleonis ni
gri radix, & malicorium ustum. Et superne hapsus la
næ uino imbutus illigatur. Aliud Galeni fuluum. Spu
mę argenti lib. iii. olei cicini aut antiqui lib. iii. aceti a
cerrimi lib. ii. squamæ æris, chalcitidis, æruginis, singu
lorum sextantem. Spumam argenti cum oleo coqui
to, medioq; cocturæ tempore metallica ad æstiuum
solem multis diebus cum aceto trita adiicito, tãdiuq;
ad ignem sinito, donec non inquinarint. quum autem
metallica adiicis, lebes ab igne tollatur, ne efferuescãt
& superfundantur. Sed & spumam argenti cum ace
to & oleo decoquere licet, & medio cocturæ tem
pore metallica addere, & simul sinere ut ebulliant
donec non amplius inquinent. Hoc pharmacum fi
stulas glutinat, & labia ulcerum calloſa reficcans unit
ac committit, ita ut non amplius disparentur si quis
recta diæta utatur. Diuturna insuper ulcera & cica
tricem respuentia, chironia appellata per se adhibi
tum, nullo antea puris uestigio apparente, maturat,
& suppurat: at non quotidie, sed alternis hoc sol
uendum est. quod si stomomatis ferri squamam ad
dideris, longe præstantius pharmacum euadet. Ego
dum hoc præparabam, aliquando etiam diphrygis
unciam unam adieci, aliquando chrysocollæ sextan
tem. Sæpe etiam utrũq; ammiscui. Atq; ita præpara

tum magna uulnera glutinat. Hactenus Galenus. Nũc uero hoc modo conficitur. Spumæ argenti lib. iii. olei antiqui lib. vi. aceti lib. ii. æruginis, squamæ æris, chalcitidis, singulorum quadrantem, coquito sicut dictum est. Quidam diphrygis unc. i. addunt, asseruntq; efficacissime strumas discutere. Aliud Galeni, ad chironia ulcera in mollibus corporibus. Ceræ lib. i. cerusæ besem, rosacei lib. i. salis ammoniaci trientem, squamæ æris sextantem, thuris, aluminis, æruginis, malicorii, calcis uiuæ singulorum unc. i. quæ liquari possunt liquata ac frigefacta ad ficca cum uino trita misceto. Aliud ad maligna & serpẽdo depascentia ulcera, præsertim tibiarum. Spumæ argenti, mastiches, adipis caprini, rosacei, singulorum sexuncem, ouorum uitellos v. Argenti spumam cum rosaceo & adipe coquito, deinde mastichen adiicito, & ad frigefacta ouorum uitellos ammisceto. Aliud ad maligna tibiarum ulcera experimento cognitum. Lupinos aridos ustos tritos large inspergito, & hapsum lanæ ex uino expressum superligato. Hoc repurgat, incarnat, & ad cicatricem perducit.

De ulceribus quæ post obductam cicatricem rursus rumpuntur. Cap. XLV.

Quædam ulcera post receptam cicatricẽ non multo tempore interposito inflammantur ac refringuntur. Nam quum substratum os male sit affectum, uicina quidem caro cicatricem recipit, & exacte sana apparet. Verum postea sanie paulatim ex corrupto in alto osse affluente putrescit, & oborta inflammatione cicatrix rumpitur. Quæ igitur horum curatio instituenda est? nimirũ ut hactenus exiccemus, quatenus squama affecti ossis excidat: facile uero excident ossium squamæ, si papaueris syluestris & fici folia cum uino & polenta imposueris. Aut hyoscyami & atramenti sutorii pares portiones adhibueris: sed & peucedani radix trita citissime ossium squamas disparat. Vtere

etiam siccis capitalibus supra descriptis: præsertim eo quod silphium recipit. Aliud siccum, ad chironia & cicatricem respuentia ulcera mirificum. Squamę æris, thuris, singulorum sextãtem, aluminis, salis ammoniaci, singulorum trientem, malicorii, cerusæ, sing. unc. i. utere ficco, uel si malueris cum cerato. Aliud. Pumicis multifori sexuncem, sulphuris uiui unc. i. terito & cribrato ac utitor. Facit & pumex per se aridus tritus inspersus. Aliud ad cicatricem inducendam diuturnis tibiarum ac totius corporis ulceribus. Calcis uiuæ ac lotæ in aqua & siccatæ unc. i. cimoliæ tantundem, cerę, terebinthinæ liquidæ, singulorum sextantem, olei myrtei aut rosacei quadrantem: poteris & ostreorum ustorum tritorum unc. i. addere. Ad ficca in mortario cum uino trita quæ liquari possunt liquata admisceto ac unito. Hoc, itemq; reliqua omnia relata, & præcipue quod è sori fit, chironiis ac malignis ulceribus medentur. Eisdem quoq; priuatim commodant caparis radix trita inspersa, centaurea minor, scordium, caries lignorum ueterum, pastinacæ radix, peucedani radix, malicorium, oleum in quo scillæ bulbus coctus est absq; linamentis cum penna illitum. Malicorium in uino coctum et rosaceo ceratũ exceptum: omniũ uero efficacissima est theriaca Andromachi è uiperis rosaceo modico diluta, & emplastri modo appositа. Aliud. Sandaracham tenuissime tritam ursino adipe exceptam imponito: aut ammoniacum salem eodem modo præparatum, uel per se adhibeto.

Ad extremitatum ulcera. Cap. XLVI.

Myrti baccas cum uino coctas impone: uel peucedani radicem tritam: uel lignoꝝ ueterum cariem inspergę: aut brasicæ uel sabinæ folia cum fœnigræci farina & aceto subacta impone: aut sideritidem melle exceptam adhibe: aut oleum in quo scilla cocta est absq; linamentis cum penna illine: ita enim ne musca quidem ulceri appropinquabit.

Ad callos extremarũ partium. Cap. XLVII.

Brasicæ folia cum melle terito, & cerato ex fino pica rubrica præparato, excipito, & adhibeto. Aliud. Clibani antiqui testam cum uino austero terito, & cũ cerato ex ouis facto, aut cum medicamento ex pompholyge ad sedis affectiones parato, adhibeto.

Ad uermes in ulceribus. Cap. XLVIII.

Vermes in ulceribus generatos enecãt, plantago sicca, ligni ficulini cinis, calaminthæ succus assidue instillatus. Cerussæ, inquit Theodorus, & polii pares portiones cum pice liquida adhibe. Quidam pro ceruſa absinthium scribunt. Aliud. Linamentum ex saliua hominis ieiuni illitum adhibeto. Hoc etiam aurium uermes necat, & cicatrices concolores facit.

Ad nomas & putredines ulcerum. Cap. XLIX.

Nomæ, hoc est, proserpendo depascentia ac putrida ulcera appellantur, quæ uicinas partes erodunt & putrefaciunt. Et sanè uehementissimis medicamentis opus habent. Et sæpissime ustiones requirũt. Siccum optimum, faciẽs ad nomas, putredines, polypos, uerrucas, thymos & formicarias appellatas hæmorrhoidas, citra omnem mordacitatẽ. Missos crudi, chalcitidis crudæ, sing. drach. viii. ochræ drach. iii. sandarachæ drach. iiii. calcis uiuæ drach. ii. squamæ æris, aluminis, singulorum drach. ii. diphrygis drach. iiii. Vnito ac utitor.

Sicca crustam inducentia, inter quæ etiam pastilli multi usus. Cap. L.

Melinum, crustas inducens & callos exterens, inspersum, siue cum specilli nucleo adhibitũ, & leuiter saltem ulceris superficiei inductum, ut inde coloretur modo, ulcera committit ac sanat quæ ægre curantur. Chalcitidis crudæ drach. viii. cadmiæ drach. iiii. ieiuni hominis saliua excipito ac subigito, & in mortario operta mali cydonii colorem assumere sinito, & cum pastillo leuiter trita in umbra asiccato. Alii tamen aliter præparant, & à colore quem acquirit, fuscum appellant. Sumunt enim chalcitidis drachm. xii. cadmiæ drach. viii. & ad caniculæ æstum cum aceto terunt, atque ita in umbra siccant. Aliud siccum, quod item ad solis feruorem paratur, & melinum colorem habet. Calcis uiuæ sextantem, auripigmenti unc. i. Auripigmentum cum aqua terito, & calcem addito, ac simul probe conterito, deinde in mortarium aqua plenum coniicito ut subsideant, & ubi subsederint priore aqua diffusa, nouam affundito ac diu uersato, & rursus subsidere sinito, quo facto rursus priore aqua diffusa, nouam affundito, atq; idem tertio repetito. Postremum uase aqua repleto sinito, ac singulis diebus uersato donec arefiat, & consumpta aqua aliam affundito. Atq; hoc per dies xl. sub caniculæ æstu facito, & tandem pharmacum siccatum in fictili uase in superiore parte domus non humida seruato. Hoc citra mordacitatẽ crustas inducit, & ualde deprimit. Facit & ad gingiuas putridas, & epulidum eminentias deprimit, dentes inalbat. Potest quoque in mortario subactum in fictile transferri, atque insolari. Vtere Faustini quoque pastillo ac reliquis eiusmodi ad dysenteriam descriptis. Aliud. Ad totius corporis putredines & nomas. Calcis uiuæ, chalcitidis, singulorum drach. ii. auripigmenti drach. i. Hoc ad reduuias digitorum, & ad putredines adhibetur, partibus putridis ex eo insperſis. Facit & ad carbunculos splenio resinato exceptum. Confert fistulis melle exceptum cocto, & uelut collyrium inditũ. Oribasii, ad pudendorũ nomas, præsertim meliceridas dictas. Gallarũ, floris mali punici, satiui, itemq; syluestris, aristolochiæ rotundæ, squamę æris chalcitidis crudæ, sing. drach. viii. atramenti sutorii drach. vii. aluminis scisſi drach. iiii. malicorii drach. i. Adhibetur pudẽdo cum melle, quem ad modum id qđ ex charta præparatur. Facit ad nomas ualde profundas, sicut etiã pastillus Andronis. Cæterũ medica-

mentum ex charta hoc est: Squamæ æris, chartę ustę, singulorum drachmas xxiiii. auripigmenti, sulphuris uiui, singulorum drach. xii. uel ut alii habent, xiiii. plũbi usti drach. iiii. alii drach. vi. Charta primum teritur, deinde metallica leuissime trita ammiscentur. Facit ad oris ac totius corporis putredines, ad humidiores quidem siccum inspersum, ad sicciores rosaceo imbutum. Additur aliquando & mellis modicum. Ego uero plumbi drach. vi. adiicio. Siccum ad antiquas nomas, & ad gingiuas cruẽtas. Deprimit etiam carnem excrescentem. Chalcitidis ustæ drach. xl. misyos drac. xxx. æris usti drac. x. atramenti sutorii drachmas. viii. sandarachæ drach. v. auripigmenti drach. ii. unito actutitor. Aliud experimento constans. Rhois culinarii drach. x. squamæ æris, aloes, foliorum oleastri siccorum, singul. drach. viii. chalcitidis drach. v. auripigmenti, sandarachæ, aluminis scisi, salis tosti, singulorũ drach. iiii. malicorii sicci drach. vi. chrysocollæ factitiæ drach. iiii. rusci sicci drach. viii. Trita, unito ac utitor. Aliud ad nomas & putredines, Oribasii. Salis fossilis drachm. ii. aluminis in fictili usti unc. i. squamæ æris, pumicis usti, singul. unc. i. Aliud eiusdem. Auripigmenti, squamæ æris, misyos, chalcitidis, portiones æquas præpara & utere. Aliud Pasiphilum uocatũ. Atramenti sutorii, sandarachæ, misyos, chalcitidis, pares portiones committito. Siccum aureum appellatum. Aufert ossa, reprimit influxiones, fistularum calos exterit, & contrahit sinus. In fistularum autem & sinuum concauitates per specillum lana obuolutum inditur. Melantheriæ à uetustis clauis derasæ drac. v. malicorii drach. xxv. aluminis scisi drach. iii. atramenti sutorii, misyos, chalcitidis, æris usti, singul. drac. viii. squamæ æris drach. xvi. gallarum drachm. xv. Aceti quantum satis est. Oportet autem aceto in uas æneũ coniecto clauos quotidie agitare, & deinde acetum excolare: longe uero præstat quod in fundo residet.

Aliud siccum. Ad nomas, defluxus, gingiuas, columnellas & pudenda. Ochræ sesquilibram, croci lib. i. putaminum ouorum ustorum sexuncem, gallarum sexũcem, tritis utere. Gallæ autem sint omphacitides. Pastillus ad nomas commodus. Sabinæ, myrrhæ, singu. drach. iii. soreos, misyos, cyprii, atramenti sutorii, thuris, aloes, singul. drach. ii. terito cum uino & formato pastillos. Pastillus ad nomas & putredines, quo utor, inqt Oribasius, appellatur Asclepius siue Æsculapius, & Cyriacus, hoc est, dominicus. Gallarum drach. viii. florum mali punici, aristolochiæ rotundæ, chalcitidis crudæ, cadmiæ, sing. drach. vi. iridis, squamæ æris singul. drach. iiii. misyos crudi, atramenti sutorii, aluminis scisi, thuris nitri, singu. drach. iii. Terito cum aceto ad dies sufficiẽtes, & pastillos xx. formato. Eosq; usus tẽpore aceto mulso dissolutos cerato excipito, hoc modo utens. Accipe pastillorum trientem, ceræ quadrantem, olei myrtei sexuncem, galbani trientem. Et pastillis aceto dissolutis ac tritis, liquata ammiscetо. Atque hoc quidem modo præparantur ad ignem sacrum, panos & condylomata. Ad ozænas uero, carbunculos, & carnis excrescentias, pastilli sicci inspergũtur, uel aceto mulso triti ac dissoluti. Pastillus Corax, id est, Coruus appellatus. Ad putridorum ulcerũ præsertim pudendorum nomas. Gallarum sextantẽ, squamæ æris sesquiunciam, chalcitidis crudæ, thuris, singulorum quadrantem, ceræ trientem, terebinthinæ unc. i. adipis taurini bessem, olei myrtei dextantem. Arida cum aceto in sole ad sufficientes dies terito, & mellis sexuncem adiicito. Deinde cerato exceptis utitor. Hic pastillus citra ammixtionem per se adhibitus omnibus nomis præsertim siccioribus confert, & ubi nerui sunt denudati. Cum æquali uero cerati portiõe, sordida ulcera exterget, cum uberiore cerato cicatricem inducit. Ego, inquit Asclepiades, sic præparaui: Squamæ lib. i. gallarum, adipis taurini, sing. dodrantẽ,

chalcitidis,thuris, singulorum sexuncem, cum aceto uelut collyria tero,& pastillos formo. Postea uero ex pastillis drach.xxii.aceto tero, & mellis drach.x.addo,& cerato quod habet olei myrtei, adipis taurini, singulorum dodrantem,ceræ sextantem,terebinthinę trientem excipio. Pastillus è croco.Myrrhæ,malicorii,ærugínis,aluminis scisi,singulorę sextantem, crocí unc.i.aloes squamæ æris,thuris,sing.unc.i. sulphuris uiui drachm.iiii.mellis lib.i.cum uino adstringente terito.Facit ad nomas putredines oris, & cuiuscunq; loci,dentes motos firmat, ulcera marcida & flaccida repurgat & adstringit,purulentas aures,sinus,fistulas, & carbunculos curat,squamas ossium resoluit,& incarnat. Est enim ualde commodus ad ossa carne uestienda. Confert etiam dysentericis,& adhibetur uel aridus,uel hoc modo coctus. Mellis lib.iii.aceti lib.i. pastilli sextans,simul ebulliant ad mellis compagem. Si uero partibus molli sensu præditis adhibendus est, uino tantum diluitur. Pastillus ex plantis inscriptus. Malicorii,foliorum myrti siccorum, testarum nucum iuglandium siccarum,fructus spinæ,sing.drachm.viii. gallarum drach.iiii.salis fossilis drach.viii.omnia tunduntur, & cribrata aceto subiguntur, & in uas fictile mittuntur,ac assantur. Deinde cum aceto teruntur,& adiiciuntur myrrhæ drach.iiii.thuris drac.ii. & formãtur pastilli. Vsus horum est cum aceto. Pastillus ex lanis succidis quem Leonidas ualde laudat. Lanæ succidæ ustæ,ramentorum plumbi,squamæ æris, bitumínis,sing.drachm.x.aluminis scisi & rotundi, gallarii, malicorii,misyos,thuris,chalcitidis, singulorum dra. v.myrrhæ drachm.ii.amurcæ sesquiheminam.Terito cum aceto, & formato pastillos ac utitor. Pastillus Bithynus. Ad nomas, fistulas, reduuias digitorum, carnem excrescentem citra mordacitatem deprimit. Cum cerato autem facit ad ignem sacrum & alia huiusmodi.Malicorii,gallarum,aristolochię,chalcitidis,

cadmiæ,sing.drach. vi.iridis,squamæ æris, singulorũ drach.iiii.misyos,atramenti sutorii,aluminis scisi,sin. drach.iii.nitri,thuris, singu.drach.ii.Sub canis æstu cũ aceto terito, & pastillos formato. Pastillus Pasionis. Squamæ æris drachmas xii. æris usti,salis ammoniaci,aluminis,æruginis,thuris, sing. drachm.viii. Æruginem cum ære,squama & alumine sub sole terito,& ad probe trita thus addito,simulq; terito ac pastillos formato. Vsus est ex aceto. Polyidæ sphragis siue sigillum,ut habet Asclepiades. Aluminis scisi drach.iii.thuris drach.iiii.myrrhæ,aloes,fellis taurini, sing.drachm.viii.floris mali punici satiui drachm.xii. atramenti sutorii drach.iii.Excipe uino dulci & utere. Sigillum Coracinum. Facit ad tonsillarum inflammationes,luxatam columnellam, & gingiuas humore flaccidas.Facit & ad nomas, & affectiones sedis. Aristolochiæ rotundæ,florum mali punici satiui,chalcitidis tostæ,thuris,myrrhæ,atramenti sutorii, crocomagmatis,aloes,fellis taurini, æquales portiones passo excipe uelut dictum est. Pastillus Andronius. Ad ulcera fluida, inflammatas columnellas, tonsillarum fluxiones,extrinsecus sub mentum illitus. Facit & ad pterygia oculorum, & glandularum circa inguina inflammationes incipientes, & ad ruptos intestinorum abscessus,callosq; fistularum exterit. Florum mali punici satiui drach.x.gallarum,aristolochiæ,sing.drach. viii.aluminis scisi,atramenti sutorii, sing.drachm.iiii. alii.ii.tantum habent.myrrhæ,aloes,thuris,croci, singul.drach.i.singula seorsim primum,deinde simul terito,& in pastillos redigito. Infunditur per clysterem prout uires tolerarint ad ruptos intestinorum abscessus,si febris adsit cum aquæ cyathis viii.si non,cum uino. Pastillus Antonii Musæ. Aluminis scisi,aloes, myrrhæ,florum mali punici satiui,sing.drach.vi. atramenti sutorii drach.iii.croci, crocomagmatis singulorum drach.iii. Terito è uino mulso ex passo cõfecto,

& pastillos formato, quos in umbra exsiccabis. Hęras quidem & nos ita præparamus. Asclepiades autē hunc ad Aristarchum Tarsensem refert. Et cætera quidem simili modo componit. Verum atramenti sutorii drach. vi. accipit, & cum uino falerno pastillos formare iubet. Facit ad ulcera recētia ac uetera, putrida, marcida, efferata, phagedænica, ac fistulosa & quæ priuatim ceria appellantur. Ad ozænas diluitur cum uino. Ad suppuratas aures cum sapa & modico aceto. Ad condylomata item cum sapa. Ad ulcera genarum carbunculosa ac maligna cum sapa. Ad carnis excrescentias in naribus, ore, extremitatibus omnibus, uuluæ, pudendis, omnem eminentiam compescit, & digitorum reduuias tollit, ulcera caua replet, sinus & fistulas melle dilutus ac cum lixiuio instillatus glutinat. Idem ad oris uitia gargarissatur. Quod si semel in mense fiat, neque dentes dolebunt, neque aliquid incommodi ori accidet. Facit & ad testium sacrum ignē & articulorum inflammationes illitus. Et ad hæc omnia utitur eo Asclepiades. Quod si mollire discutere q; uolueris, quadruplum ammoniaci miscebis, & cum aceto ad mellis spisitudinem conteres, illinesq; & alligabis. Si uero emplastri formam malueris, quadruplum terebinthinæ ammiscebis, adiecto etiam oleo si durius pharmacum apparebit. mollit enim & cicatricem inducit, ac glutinat. Idem pastillus splenicis, hepaticis, ac dysentericis confert, & uiscerum ulcera sanat, & incipienti tabi auxiliatur. Dantur ex eo oboli tres cum familiari in singulis affectionibus potione. Per aliquot autem dies ducit urinas loturæ carnis similes. Itaque ab eius usu desistendum non est ante sanitatem restitutam. Vino quoq; mulso & mali punici dulcis succo dilutus, & cum penna illitus anginis medetur. Verum interim dum illinitur nauseam excitat, & uomitum prouocat. Cæterum crocomagma qđ in pastillum recipitur, & quo ad capitis dolores utimur, ita præparatur: Croci drachm. c. myrrhæ troglodyticæ, rosarum recentium refectis unguibus, amyli recentis, singulorum drach. cl. Cum uino ad collyrii formam terito, & pastillos formato. Porrò pastillus ex solano halicacabo, superius ad fissuras ac tubercula sedis descriptus est.

De sanguinis eruptione, & quæ crustam inuerant, Rufi. Cap. LI.

Quandoquidem pleraq; ex his quæ ad sanguinis eruptionem adhibemus, ad nomas quoq; usurpari solent, annectemus etiam de sanguinis eruptione tractationem. Ex ea enim præsens aliquando periculū incurrimus, exhibetq; ea res imperitis negotium turbationemq; ac formidinem, ut ne medico quidem parua solicitudo impendeat. Primum itaque nosse oportet, arterias ad sanguinis eruptionem magis quàm uenas paratas esse. Perpetuo enim pulsant, ampliores q; meatus ac solidiores tunicas habent, ut non facile cedant. Sanguis quoq; in ipsis contentus tenuior est & plurimo spiritu abundat. Quin & aliquando obducta cicatrice cutis, & arteriæ fissura non obturata, sanguis sub cutem exilit, & efficitur tumor, quem aneurysma, hoc est, arteriæ dilatationē græci appellant. Ab arteria igitur aut à uena sanguis manat, uel oculis ipsis apertis, uel tunica diuisa, uel per transudationem, ut ita dicam. Porrò tunica diuiditur, uel ex uulnere, uel ex contusione, uel ruptione, uel erosione. Oscula uero aperiuntur, aut ob multitudinem confertim ad oscula uasis prorumpentem, aut propter acrem qualitatem extrinsecus allabentem, aut propter uasis imbecillitatem. Transudatio uero aut persultatio fit, tunica quidem rarefacta, sanguine uero attenuato. Potest tamen aliquando etiam fieri paruarum uenularum oculis apertis. Si ergo ex uulnere, aut contusione, aut casu, aut clamore, ruptio contigit, causa iam præteriit. Si uero ex multitudine, fieri potest ut adhuc nunc etiā

uas amplius rumpatur, quum efficiens causa adhuc maneat. In huiusmodi itaque affectione, multitudo q̃ citissime euacuanda est. Deinde sanguis sistendus, postremo ulcus curandum. In quibus uero iam cessauit causa efficiens, protinus sanguis sistendus est, & deinceps ulcus curandum. At quo modo sanguinem sistemus? Nimirum ut ruptum adstringamus ac obturemus, & sanguinem alio diuertamus. Obturabuntur autem labia uel digitis nostris, si in superficie ulcus fuerit, uel per deligationem, & per refrigerantium ac adstringentium pharmacorum adhibitionem. Nonnunquam & grumis concreti sanguinis uasis oscula occludunt. Cæterum ex his quæ imponuntur, aliqua adstringunt, aliqua meatus obducunt, aliqua crustas inurunt. Quæ itaque meatus obstruunt, ad sanguinis eruptionem adhibita, cito occludunt. Quæ uero crustam inurunt, crusta excidente ulcus cauum faciunt, & sæpissime excidentibus crustis sanguinis eruptio curatu difficill ma sequitur. Quapropter eiusmodi medicamentis non nisi cogente necessitate utemur, ueluti si à putrida erosione sanguis erumpat. Tunc enim omni putrido exciso, tutius est uel cauteriis mali radicem exurere, uel crustam inurentia adhibere, præsertim in pudendorum ac sedis affectionibus. Nam tales partes ob redundantem humiditatem, & acrium recrementorum transitum facillime putrescunt. Proinde in eligendis medicamentis quæ crustam inducunt, non tantum caliditatem, sed etiam adstrictionem considerabimus. Talia uero sunt, Misy, chalcitis, atramentum sutorium. Quæ enim ex calce uiua & auripigmento fiunt, uehementiora quidem his sunt, sed crustæ inde inductæ cito excidunt, eo quod nulla adest ipsis adstrictoria facultas. Quæ uero ab adstringentib. inducuntur crustę, diutius in corporibus persistunt: quę res non modicã commoditatem affert. Priusquam enim excidant,

præuenit incarnatio, ut caro mediis partibus innata, tanquam operculum quoddam uasis fiat. Et hac de causa non festinandum est, uelut multi faciunt, ad crustarum ablationem, ubi eruptionis sanguinis periculum imminet. Sed in his tantum affectionibus in quibus ob putredinem cauterium adhibere coacti fuimus. Vocatur autem huiusmodi affectio Nome, quoniam ab affectis partibus proserpens, partes secũdum naturam se habentes depascitur, & semper aliq̃ ipsarum ulterius inuadit. Medicus itaq; his consiliis instructus ad sanguinis eruptiones curandas accedet, pro locorum natura, & uenarum magnitudine remedia adhibendo. Et statim quidem digitis osculum ulceris uasis apprehendat, leniter innitens ac citra dolorem comprimens. Simul enim & sanguinem sistet, & grumum uulneri infiget. Quod si uas unde sanguis manat in profundo etiam situm fuerit, exactius sanè hinc & situm ipsius, & magnitudinẽ didicerit, & utrũ uena sit an arteria cognoscet. Postea uero immisso uncino extendat ac moderate ipsum obtorqueat. Si uero neq; sic sanguis sistatur, si quidem uena fuerit, conandum est ut citra uinculum sanguinem supprimat, per aliquod sanguinem sistens medicamentum. Optima autem ex his sunt quæ meatus obstruunt, composita ex resina fricta, & farinæ tritici polline, ac gypso, & aliis huius generis. Si uero arteria fuerit, ex duobus alterum faciens, aut uinculum circundans, aut totum uas præcidens ac dissecans, sanguinem sistes. Cogimur tamen aliquando etiam magnis uenis uinculum obligare, atque etiam aliquando totas ipsas dissecare, transuersas uidelicet: quæ necessitas incumbet in his quæ rectæ ex alto sursum feruntur, & præsertim per angustiam aliquam aut principales partes. Sic enim utraque pars utrinque retrahitur, & ab incumbentibus corporibus uulnus tegitur & occultatur. His autem peractis incarnandum uulnus est priusquã

uinculum uasis excidat. Nisi enim producta caro cir-
cumsitum dissectæ arteriæ locum præmuniuerit, sed
uacuus locus inuentus fuerit affectio sequetur quam
Aneurisma appellant. Quapropter in his potius sua-
deo ut sanguinem sistentibus, quæ meatus obstruunt
utaris, quàm his quæ crustam inurunt. Citius enim
ac tutius post illa uulnus incarnatur. Optimum itaq;
omnium quæ ego noui medicamentorum est, quo et
ad sangninis è cerebri membranis eruptionem tutius
utemur, hoc est: Thuris partes.ii. aloes partem.i. cum
oui candido ad mellis compagem subige, & mollissi-
mis leporis pilis excepta, uasi ac toti ulceri ubertim
impone, & forinsecus fascia ex linteo deliga, ita ut pri-
mas quatuor aut quinque eius obuolutiones super
ipsum uas quod sanguinem fundit facias, & hinc ad
radicem eius procedas, deinde alternis diebus soluas,
& si quidem adhuc tuto adhæserit ulceri medicamē-
tum rursus aliud ipsi circumfundas, & linamentum
prius ex pilis leporis constans uelut madefacias, ac
rursus uelut antea deliges. Si uero prius linamentum
sua sponte exciderit, sensim per digitum uasis radicē
comprimas, & hoc quidem leniter adimas, aliud au-
tem apponas. Atq; eo curationis ductu uteris donec
uas carne impletum fuerit, ægro in multa quiete ser-
uato. At uero hoc medicamento uarie utimur, aliquā
do duplum thuris ad aloem addentes, aliquando am
bo æquali pondere miscentes. Sed & mannam quan-
doque pro thure ammiscui, ut quæ uehementius ad-
stringat. Illud porrò constat, in durioribus corporib.
ea quæ magis adstringunt, & plus aloes habent adhi
benda esse. In mollibus, ea quæ plus thuris habent.
Sed & ad sanguinis è cerebri membranis eruptionem
& ad uulnera in collo, usque ad ipsas iugulares uenas
medicamento utimur quod plurimum thuris recipit.
In his enim sanguinem citra uinculum sistit. Et quā-
uis multa sint quæ meatus obstruunt medicamenta,
nullum

nullum tamē æque incarnat. Optime etiam obstruunt
meatus pharmaca ex pice torrefacta, & colophonia,
& puluere molendini parietibus adhærente, & gum-
mi, & tragacantha ac similibus. Quandoq; etiam ex
gypso præparata. Et symphyti quoq; radix ad hanc
præstantissima est. Maxime cōuenit, ut Medicus phar-
maca sanguini sistendo idonea apud se præparata ha-
beat, quo singulis oportune opem ferat. Tale est siccū
Philagrii ad sanguinem sistendū ex aloe & thure pa-
ratum. Primum autem digitis dissectæ partes cōmit-
tantur ac comprimātur donec cohæreant: tunc enim
impactum medicamentum sanguinis impetum cohi-
bet, qui amplius adhuc supprimetur, si leporis pilos
molles sub uentre repertos ad impactū medicamen-
tum apponemus, & ex eodem sicco superinsperge-
mus. Atq; hoc ita sinendum est, donec caro excreue-
rit uelut operculum sectioni obducta. Confert ad idē
rhodium supra inter deprimentia ac contrahentia re-
latum. Cæterum quædam ex sanguinem sistentibus,
uelut diximus, crustam inducunt. Quædam cum sicci-
tate adstringunt, quædam explent & glutinant: quor-
aliqua magis parabilia referemus, quo ad singulas
causas peculiare medicamentum in promptu habea-
tur. Ex his igitur quæ crustam inurunt, citra mordaci-
tatem efficaciter sanguinem sistit, hoc. Sandarachæ,
auripigmēti, chalcitidis, calcis, sing.drac.iiii. Hoc Am
monius chirurgus utebatur. Eo uero adhuc efficacius
est quod habet chalcitidis drac.viii. atramenti sutorii
drac.x. calcis uiuæ drach.vi. æris usti drac.vi. misyos,
diphrygis sing.drac.v. Aliud celebre. Aluminis scis-
si, atramenti sutorii, gallæ, sing.drac.vi. misyos drac.
viii. soreos drac.iiii. Hoc optime facit & ad nomas.
Aliud ex erethria terra. Terræ erethriæ aut cimoliæ,
drac.viii. squamæ æris, aluminis scisi, resinæ aridæ,
thuris, myrrhæ, sing.drac.viii. Aceti quātum satis est.
Terito in sole ad compagem, & pastillos formato.

Aliud. Spongiam nouam liquida pice imbutam bitu-
mine trito inſperſo, in olla exurito. Deinde eius ſextā-
tem accipito, chalcitidis, miſyos, ſing. unc. i. At ſi mi-
tius facere uolueris: Accipe ſpongiæ ita uſtæ ſextan-
tem, plumbi uſti & loti unc. i. ſtibii unc. i. Hoc cruſtam
non inducit. Aliud confeſtim ſiſtens ſanguinis eru-
ptionem. Chalcitidis drac. viii. Thuris ſiue mānę eius
drac. xvi. reſinæ aridæ, gypſi recentis, ſingul. drac. viii.
Cætera trita ac cribrata in pyxide ærea ſeruato. Gyp-
ſum uero quo tempore medicamento miſcendū eſt,
recens terito, & ammiſceto. Aliud ſanguinem ſi-
ſtens, citra cruſtæ inuſtionem. Miſyos, ſucci polygoni
ficci, ſingul. drach. xlii. aluminis ſcisſi drach. xxi. Aridū
aceto rigatum ſpongia excipe, & ulceri appoſitū de-
liga. Aliud Oribaſii, facit ad pudēdorum & totius
corporis nomas. Callos etiam exterit, & ſtrumas ſa-
nat. Minii. cum oleo roſaceo ſubacti, ſulphuris uiui,
auripigmenti, ſandarachæ, calcis uiuæ, æquas portio-
nes unito ac utitor. Aliud. Optimum ad ſanguinis
eruptiones, Galeni. Gypſum & tritici polliné oui can-
dido excipe, & cum leporis pilis impone. Aliud.
Reſinam pinus probe tritam uel per ſe, uel cum thu-
ris polline adhibe. Qui ergo plura medicamenta ex-
petit, multa in ſimplicium medicamentorum libris, &
in tractatione de ſingularum partium morbis inue-
niet. Sed & quæ nunc recenſui ſufficere poſſunt. Om-
nia enim alia ex iiſdem præparantur, & non longe ui-
ribus inter ſe differunt: quædam fortiora, quædā de-
biliora ſunt, ut cuiq; congruum eligi poſsit. Etenim
quū Eunuchus quidam in ſummitate manus ulcus ha-
beret, idq; malignum euaderet, & circū circa erode-
ret, & ſanguis ex ipſo manaret, medicamentū ex thu-
re & aloe appoſui albumine oui exceptū, & hoc ma-
gis auxit ſanguinis eruptionem. Detracta itaq; aloe,
thus ipſum per ſe cum ouo impoſui, & neq; ſic ſan-
guis ſiſti potuit. Cognoui autē quod ex multa ſenſus

ſubtilitate hoc pateretur. Quapropter linamenta po-
ſca dilutiſsima imbuta indidi, iuſſiq; tandem aſſidue
ſuper linamenta inſtillare, atq; ita ſtatim ſanguinis eru
ptionem ſuppreſſi, neq; ab eodem medicamēto uſq;
ad exactam incarnationem deſtiti. Aliud ad arteriam
diſſectam. Sal commune & equi aut aſini ſimum ſic-
cum, pari portione cum lixiuio quercini cineris ſub-
actum impone. Aliud. Porrum cum aeto tuſum im-
pone. Aliud. Cochleas cum domibus ſuis, tum par-
uas tum magnas, uſtas tritas impone.

Exedentia & urentia medicamenta. Cap. LII.

Erodentia & uſtoria medicamēta ad columnellas
adhibemus aſſidue deſtillantes ac laxatas, & ad callo
ſas carnis excreſcentias, ulceraq; cācerata & ſtrumas,
quas erodere uolumus. Item ad coxendicum & arti-
cularem morbum, affectiones ſplenis, pro cauterio.
Præterea ad formicarias uerrucas, clauos, ficoſos tu-
mores, & alia huiuſcemodi. Præcipua uero ipſorum
uis eſt ad carbunculoſa & maligna ulcera. Adhibita
enim nomas compeſcunt, & cruſtas exterunt. Eroſiuū
citra mordacitatem. Squamæ æris drach. iiii. ſandara-
chæ drach. ii. ueratri nigri, auripigmenti ſingul. drac. i.
præſtantius hoc euadet, ſi pro auripigmento alumi-
nis ſcisſi par pondus adieceris. Aliud. Squamę æris,
ſandarachæ, auripigmenti, ueratri nigri, ſeminis urticę
toſti, æquales portiones cum roſaceo terito ac utitor.
Aliud, citra omnem mordacitatem cruſtas in altum
inducens. Squamæ æris, ſandarachæ, ſing. drac. iii. ue-
ratri nigri drac. i. Ad humida ulcera utere ſicco: ad re
liqua cum roſaceo. Oribaſii eroſiuum efficaciſsimū
quo utor: Seminis urticæ, ſquamæ æris rubræ, ſanda-
rachæ, par pondus cum roſaceo terito ac utitor.
Aliud. Sandarachæ, aluminis ſcisſi, ſingul. drach. iiii.
ſquamæ æris drach. ii. auripigmenti drach. i. Et ſi qui-
dem nome eſt, quæ adſtringi debet, ſiccum adhibeto.
Si uero ſtruma, aut canceratus tumor curandus eſt,

roſaceo excipe, & quotidie bis impone. Ceratum uſtorium, quo ad lippitudines utimur, tẽporibus adhibito donec rubefiant: facit & ad coxendices, ſtatim enim ſedat dolorem. Cantharidum, atramenti ſutorii, ſucci thapſiæ, allii, ſing. unc. i. ceræ trientem, olei quincuncem. Aridis ex aceto tritis liquabilia liquata admiſceto. Et ubi locus rubicundus factus fuerit, illinito ea quæ ad ambuſta ab igne præparantur. Aliud cauterium è uiſco. Calcis uiuæ, fecis uini uſtæ, ſing. drac. iiii. uiſci drac. ii. nitri drach. i. Mitius hoc fiet, ſi calcis drac. iii. ſolum acceperis, & ſaponis quantum ſatis eſt. At ſi deſit ſapo, lixiuii lib. i. ad tertias coqto, atq; hoc modo præparato. Arida leuiſſime trita, uiſco ad ignẽ liquato excipies, & rudicula agitabis. Deinde ad frigefacta lixiuium paulatim inſtillabis, & emollies ut medicamentum ſtrigmentitia ſpiſſitudine liquidius euadat. Quod in plumbea pyxide ſolidiore ſeruabis, & ſi reſiccetur, lixiuium ſubinde inſtillabis. Hoc admenti impetigines ad ſemihoræ ſpatium illinito, & poſtea loco perſpongiam foto, albumen oui, aut emplaſtrum ex plumbagine, aut hordeo, paratum imponito. Hoc aliqui etiam ad coxendices, & ſplenis affectiones, ac articularem morbum utuntur, hoc modo applicantes. Linteolo cuidam detrito medicamentum aliquod glutinoſum illinunt, & hoc rotundis foraminibus pertuſum adhibent, foramina uertentes eo ubi inuſtionem facere uolunt: Atque iſthic medicamentum uſtorum ubertim imponunt, quo uidelicet pars requiſita tantum inuratur. Tum brasſicæ aut betæ folia ſuperimponunt, & decem aut pluribus horis ſinunt. Et ablato poſtea medicamento ad mitigatoria tranſeunt quæ ad ambuſta parantur. Eroſiuum incomparabile. Veratri nigri drach. iii. ſquamæ æris rubræ drachm. xii. ſandarachæ, auripigmenti, ſingulorum drachm. ii. atramenti ſutorii drachm. iiii. uentrium cantharidum drachm. xii. Omnia lixiuio excipito. Cauterium ad columellas, Demoſthenis. Calcis uiuæ drachm. iiii. fecis uini uſtæ drachm. ii. Sit autem fex non uetuſta, ſed duorum menſium, nitri toſti drachm. ii. minii drachm. i. Cum lixiuio ad mellis liquidioris ſpiſſitudinem tereto, & bis aut ter ebullire ſinito, donec cogatur. Deinde in plumbeam pyxidem recondito ne exareſcat, & ea gratia ſubinde lixiuium inſtillato. Facit ad uerrucas cum alias, tum formicarias appellatas: reduuias digitorum, clauos pedum ac manuum, callos, cicatrices eminentes, & carbunculos. At uero poſt columellæ uſtionem, olcum gargariſſandum & in ore tenendum exhibeto. Tertia die trãſacta, ex aqua mulſa, aut lacte cum melle os eluatur, donec excidat cruſta. Eodem modo etiam anthero, ſiue florido, aut phrygio medicamento uteris. In aliis uero corporis partibus ad locum inuſtum repurgandum, aluminis liquidi, amurcæ, mellis cocti, æquales portiones miſce & adhibe. Et poſt repurgata ulcera mitigatoriis medicamentis utere.

De ſinibus. Galeni. Cap. LIII.

Omnia ſinuoſa ulcera modo aqua mulſa, modo uino, modo uino mulſo, modo aceto mulſo eluimus. Ad extergendam enim ſaniem aqua mulſa præſtat. Ad repurgandum uero & roborandum uinum mulſum confert. Ad glutinationem, uinum. Ad cruẽtum ac graueolẽtem humorem, acetum mulſum. At in diuturnis affectionibus incarnatione opus habentibus, medicamenta meatus obſtruentia plurimo roſaceo diluta, per fiſtulam in directum perforatam, cui uefica alligata eſt, infundemus. In quem uſum probe facit Macharionis emplaſtrum, & quod Iſis, & quod Harmonia appellatur, & pleraq; nigra. Sed & hoc quod ſubiiciemus probe facit. Primum enim ſinus repurgat, deinde incarnat, poſtea glutinat. Corticem caprifici à teneris ramulis detractum in oleo coqui-

to,& oleo excolato ceræ quantum satis est ammisce-
to,ut liquidum & infusile fiat medicamẽtum. De quo
quantum satis esse uidebitur tepidum,in sinum infun-
des,& parato ex eodẽ solidiore cerato,id ipsum im-
pones ac deligabis. Potes & forinsecus imponere
emplastrum barbarum, & quæ ex pice ac bitumine
præparantur,& quod ex salicibus conficitur,& quod
è uino mulso,& quod ex spuma argenti, & Harmo-
nia, & emplastrum Piscatoris,& melinum Pasionis.

Ad eos tamen qui uicinas partes teneriores ha-
bent,magis conueniunt emplastra ex sale parata. Su-
per emplastra uero spongia aceto mulso, aut posca,
aut uino imbuta imponatur. Deligatio uero à fundo
sinus incipiat,& ad osculum ulceris desinat. Et linteo-
rum obuolutiones citra dolorem quidem fundum
sinus adstringant, sed inde paulatim remittantur, ac
laxius ad osculum ulceris connectantur. Ita ut empla-
strum quod forinsecus sinui adhibitũ est,iuxta osculũ
forpice præcidatur,quo sanies excerni possit,& aliud
paruum recisi loco imponatur ex eodem medicamẽ-
to,sit autem laxius propter eandẽ saniei excretionẽ,
& alternis diebus auferatur, relicto illo totum sinum
ambiente. Deinde ubi sinum agglutinatum cognoue-
rimus,ad cicatricem inducentia pergemus. An autẽ
probe glutinatus sit sinus in profundo,ex pure effluẽ-
te cognoscemus,si modicum effluxerit & concoctũ:
Et si in ipso sinu neq; dolor,neq; tumor percipiatur,
sed cõtractus fuerit locus siccusq; ac doloris expers.
Illitio ad sinus antiquos. Gallas omphacitidas ad
duas horas oleo macerato,& in fictile siue æneum le-
betem cõiectas cum oleo coquito ad prunas, donec
nigrescant & uelut torrefiant. Deinde ex oleo eximi-
to,ac frigefactarum unc.i.accipito,& aluminis scissi,
aloes,sing.unc.i.addito,& radicum altheæ siccarum,
artemisiæ unicaulis siccæ, sampsuchi, sing.sextantem
adiicito, & singula seorsum terito, ac cribrato, & po-

stea mista simul seruato,& usu expetẽte,oui luteo ex-
cepta illinito. At uero in ipso ulceris osculo paruum
emplastrum impones ex pastillo qui ad Iudæum re-
fertur. Idem medicamẽtum facit ad fistulas, herniam
aquosam,& podagram.

De sinibus attritam cutem habentibus.

Eiusdem. Cap.LIIII.

Inflammationibus ad abscessum mutatis si serius
incisio fiat,contingit aliquando ut cutis sinui incum-
bens tenuis,uelut detritum uestimentum reddatur,&
propterea huiusmodi ulcera detrita appellantur,quæ
difficulter coalescunt ac glutinãtur,& præsertim si qs
cõpage siccũ medicamentum imponat. Ab his enim
magis adhuc cutis deteretur & exarescet uelut pelles
attritæ. Ad ea igitur glutinãda utendũ est medicamẽ-
to,cõpage quidem liquido,facultate uero sicco. Quale
est phœnicinũ emplastrũ Galeni,quod nos ad huiusmo-
modi affectiones præstare cognouimus, si ita paratũ
fuerit ut neq; ualde durum sit,neq; adhuc ingnare desi-
uerit,ita enim præparatũ & cruẽta uulnera glutinat,&
omnibus ulceribus cicatricẽ inducit. Ad sinus aũt de-
tritos efficacissimũ est,quod teneru est & compagem
mollẽ habet,& cũ oleo ueteri ac uino moderate an-
tiquo resolutũ est. Nam sicut duriciã ad hos usus im-
probamus: Ita molliciem minus fluidã reiicimus. Li-
quidum enim calido corpori incũbens diffluit,& lin-
teolum siccum relinquit,quod nõ solũ nihil prodest,
sed etiam glutinandæ cuti obest. Sed & mel modera-
te coctum ad hanc sinuum affectionem mirifice con-
ducit: Cui myrrhã,uel aloen,uel thus probe trita,seor-
sim singula,uel simul omnia inspergere prodest, præ-
feram si linteolo illitũ mel liquidius appareat. Exper-
tus sum & centaurium tenue mirandum pharmacum
ad hos usus: Deinde symphytũ,& plãtaginis folia cũ
radicibus siccata. Conuenit & rumicis radix, oleastri
folia: Verbenaca supina cum radicibus,uitis alba,iris,

dictamnum,saluia,polium.sabina,cupressi folia, salicis succus. Et in teneris carnibus erui farina. Quæ omnia prius tundenda ac cribranda sunt. Et ex eis tunc melli ammiscendum est quum coctum ab igne auferetur,ita ut probe cum eis agitatum mel donec tepidū fiat,imponatur linteo inductum.

De fistulis. Cap. LV.

Quandoquidem sinus male curati in fistulas mutari solent,de his quoq; ex ordine dicendum est. Appellantur autem fistulæ p translationem à fistulis harundinum,aut ex alia materia confectis. Nam in ipsis cauitas quædam est harundinum cauitatibus similis, & sinus callosus ineſt,qui citra chirurgiam aut fortius pharmacum rescindi non potest. Fistulis itaq; obligs sub cutem extensis specilli nucleum immittimus, & eleuata cute totam longitudinem una sectione incidimus. Deinde callos uelut fistularū causas, si in superficie fuerint,specillo deradimus: sin in profundum penetrauerint,scalpello rescindimus. Nisi enim rescindantur,neq; caro produci,neq; ulcus coalescere poterit. At si fistula non fuerit obliqua,sed decliuis & ad profundum uergens,fistulæ ambitum resecamus, tantum de carne circūsita auferentes, quo calli cōmode resecari possint. Si uero fistula in os desinat, ab osse denudato,squamam deradimus. Cæterum fistulæ in os definentes ampliores quidem nucleo specilli immisso ex renitentia deprehendūtur. In angustioribus uero apice specilli pertentamus,& durum ac osseum corpus occurrens continguimus ac sonum quēdam percipimus,uelut asis ære percussi,qua arte non solum fistulam ossi contiguā esse, sed ēt an corruptum aut illæsum sit dinoscimus. Inducto enim undiquaq; specillo,si tanq; à leui corpore ipsum semp lapsare percipimus,os incorruptū est, Si uero specillū aliquibus partibus inhæserit,inę qualitates ac asperitates subesse indiciū est,& ex eo os corruptū esse cōiectamus. At

in fistulis quę amplissima habent,oscula,sæpe uisu os deprehendimus,ut coniectura non sit opus. Si uero obliquæ fuerint flexumq; aliquem uel plures habuerint,ut specilli apex progredi non possit,uirgulā plūbeam aut stanneam parabimus,qua iter pertentemus. Quum enim flexilis ualde sit,ad fistulæ figuram facile se accommodabit. Si uero propter nimiam obliquitatem,fistula nihil tale admiserit,ex humoris allati natura fistulæ terminum cognoscemus. Quod si fistula neruum attigerit, ex dolore indicabitur, punctionis enim sensum exhibebit, aut stuporis. Deinde motus qui ab illo neruo perfici solet,deterior apparebit. Sed & in specilli contactu molestus sensus perceptus, indicationem faciet. Humor autē inde allatus tenuior est,similis ei q ab ossibus defluit,non quidem oleosus aut pinguis,sed sanioſus & glutinosus. Eadem uero accidentia concomitantur fistulas ad musculos penetrantes. In his autem quæ carnes tantum penetrant, crassiorem ac humectiorem saniem reperies. Quę uero uenas occupant,eadem accidentia habent quæ ad neruos sunt relata,sed imbecilliora, dolores item ac puncturas. Verum nullus motus impedietur. Idē uero ēt de his dicendū est quæ ad arteriam ptingūt. At uero si fistula locum erodente uena suberit, plurimus ac crassus sanguis effunditur: Si uero arteria, tenuis & flauus cum multo spiritu ac stridore exilit. Atq; hactenus de fistularum signis ac differentiis,deinceps autem de medicamentis ad easdem conferentibus tractandum est. Post callosarum igitur partium resectionem,carnosis quidem partibus suppurandi ductū adhibebimus, & desquamata ossa siccare conabimur. Basilicum itaq; emplastrum & reliqua huiusmodi inter suppurantia medicamenta habentur,sicut ēt q capitalia appellantur desiccandi uim habent. Linamenta quoq; melle illita commode induntur. Ad fistulas uero inchoantes, nec adeo profundas, quas chirurgiā

ægri penitus recuſant, medicamenta callos exterentia adhibebimus. Deinde remoto callo, curatione reliqs ulceribus cõmuni utemur. Collyriũ fiſtulare, ab antiquis fiſtulis callos exterens. Atramenti ſutorii, miſyos, chalcitidis crudæ, æruginis, aluminis ſcisſilis, rubricæ ſinopicæ, gummi æquales portiones aceto excipito. Quod ſi pro gummi, thus adieceris, & duodecuplum mellis ammiſcueris, calloſos ſinus repurgat. At ſi uni eiuſdem parti, octuplũ mellis adieceris, incarnat & ad cicatricẽ perducit. Aliud, faciens ad fiſtulas antiquas. Miſyos, atramenti ſutorii, aluminis ſcisſi, ammoniaci thymiamatis, æquales portiones excipe aceto. Aliud ficcũ, callos fiſtularum exterens. Cadmiæ, chalcitidis crudæ, ſandarachæ, gummi, ſing. quadrantem, ęris uſti, miſyos crudi, ſing. ſeſquiunciam. Aliud xyraphiũ, hoc eſt, callos deradens: Ad capitis ac menti ficoſas papulas faciens. Miſyos, chalcitidis crudæ, ſing. drac. ii. aluminis ſcisſi drach. i. præpara, & eloto prius loco, medicamentum ubertim inſperge, & poſtridie rurſus eloto loco & calli ramento ſpongia deterſo, nouum medicamentum adhibeto, tamdiu hoc repetens donec totus callus fuerit deraſus. Et cauendum interim eſt ne olei contactu pars curanda inquinetur. Quod ſi ita uiſum fuerit, poteris ammoniaci thymiamatis drac. i. aceto reſolutam ad ſeptem huius medicamenti drachmas ammiſcere, & collyria efformare. Aliud Collyrium fiſtulare. Chalcitidis crudę, myſios crudi, æruginis, ſoreos, atramenti ſutorii, ammoniaci thymiamatis, æquales portiones aceto excipito. Aliud philoſophi: Brasſicæ radicem, cucurbitam ſiccatam, os canini capitis, cerui cornu, ſimul exurito, & ad cinerem ipſorum origanum, & ſtercus gallinaceum, utrunq; ſiccum ac tritum ammiſceto, & arida ſeruato. Vſu uero expetente fiſtulæ oſculum uino humectato, & ſiccum large inſpergito, & linteolo impoſito deligato. Hoc abſceſſus rumpit, & ſanat fiſtulas chirurgia nondum attactas. Aliud eiuſdem. Conchas cum teſtis exuſtas & tritas adhibe: Vel carnes cochlearum cum myrrha, thure & aloe, in fiſtulã inde, externisq; impone. Aliud fiſtulas mirifice reſiccans. Facit & ad ſeminis fluxum, capitis deſtillationem, aures contuſas, ac dyſenterias. Conſumit omnẽ humiditatẽ. Idem pubi & lumbis impoſitum, mulierem fluxum & hæmorrhoidas ſiſtit. Cochlearum carnes cum domibus ſuis, bulbum paruum, bitumen, aloen, thus, cum aceto terito ac utitor. Aliud ad fiſtulas optimum. Polygoni folia à ieiuno commanſa apponito, & uuas paſſas unà cum uinaceis tritas ſuperligato. Et ne contempſeris medicamenti uilitatem. Aliud ſiccum Magiſtriani, fiſtulas incarnans. Chamæleonis nigri radicẽ, corticem pinus, thus maſculum, ariſtolochiam longam, ſingula paribus portionibus terito, & fiſtulæ aqua mulſa elotæ ficca inſpergito. Aliud. Aloes ſextãtem, radicis anchuſæ unc. i. Replet & incarnat. Aliud. Scillam in olla uſtam ac tritam indito. Aliud præſentaneum, quod Hercules appellatur. Idem etiam ægilopas radicitus tollit. Pridie uero papyrus in fiſtulam indatur, deinde collyrium ad fiſtulæ ſiue papyri menſuram immittatur, & p triduũ ſinatur, & in quarta fiſtulam prorſus ſanatam comperies. Cadmiæ oſtracitidis drach. vi. æris uſti drach. v. miſyos toſti drach. ix. chalcitidis crudæ drac. viii. cantharidas numero ſeptem, libanotidis ficcæ drac. i. hermodactyli radicem integram, gummi drach. x. excipe aceto & collyria formato. Sunt qui atramenti ſutorii & æruginis ſingul. drachm. vi. adiiciunt. Aliud ad fiſtulas uſque ad os pertingentes. Squamæ æris, æruginis, ammoniaci thymiamatis, ſingulorum æquas partes aceto ſubige & paſtillos efforma. Vſu expetente quantum ſatis eſt accipito, & ad ignem emollito, & collyria formato fiſtulę æqualia, eaq; indito. Aliud Oribaſii, Ad fiſtulas & uibices, à Dionyſio acce-

ptum. Foliorum lepidii herbæ in umbra ſiccatorum, floris cnici, mellis deſpumati, terebinthinæ, æquales portiones. Arida cum aceto terito, & adiecto modico roſaceo omnia, ſimul ad emplaſtri formam ſubigito. Poſtea fiſtulæ ex aceto præfrictæ, lepidii folia ſicca trita inſpergito, & ſplenium ex medicamento illitum ſuperimponito. Aliud experimento conſtans.

Radicum liliorum uſtorum cinere fiſtulam expleto, & callus exteretur, quo ſublato ſmilacem herbam arundinibus ſe implicantem, flore candido, foliis hortenſi phaſelo ſimilibus accipito, eamq; ſiccam uſtam tritam fiſtulæ indito, & incarnabitur.

Aliud. Oleaſtri radicem uſtam terito, & ſiccam fiſtulæ uino calido auſtero elotæ inſpergito, & callus excidet. Aliud fiſtulas incarnans. Lapidem translucidum ſpecularem appellatum urito, ac tritum fiſtulæ inſpergito. Cæterum poſt uſum eorum quæ callos exterunt, collyriis repurgantibus utendum eſt ex ærugine & melle cocto. Medicamentum ſinus repurgans & incarnans. Myrrhæ, croci, ariſtolochiæ, rubricæ ſinopicæ, ſing. unc. i. Fel taurinum integrũ, mellis quadrantem. Fel cum melle coquito: deinde reliqua tenuiſsime trita ammiſceto, & rurſus coquito, & collyria formato. Aliud. Muſcii herbæ quã & dorcadiadem uocant, miſyos torrefacti, ſingul. drac. viii. ſalis communis, aluminis ſciſsi, ærugĩnis, ſingul. drac. ii. chalcitidis drach. x. nitri, terebinthinæ, ſingul. drac. iiii. mellis lib. iii. aceti libr. i. Quæ teri poſſunt terito, & omnia melle excepta coquito, & collyria formato, quæ in ſinus ac cauitates indes. Emplaſtrum Oribaſii ad ſinus & fiſtulas, è cedria præparatum: diſcutit enim ſtrumas, & ad elephãtiaſis tumores prodeſt. Ceræ, picis ſiccæ, ſingul. libr. i. colophoniæ beſſem, cedriæ ſexuncem, propolis triẽtem, uel ut alii habent ſexuncem. Reliqua omnia donec non inquinent coquito, deinde propolim adiicito, unito ac utitor.

Aliud. Picis, ceræ, ſingul. lib i. colophoniæ, cedriæ, ſingulorum ſexuncem, coquito ſimul donec non amplius inquinẽt, & propolis ſexuncem adiicito, & ſublatis ab igne thuris, aloes, & aliquando myrrhæ, ſing. unc. i. ammiſceto. Emplaſtrũ magus uel Hephæſtias nuncupatum. Glutinat ſinus & fiſtulas, & alia huiuſmodi. Spumæ argenti libr. i. ſcoriæ argenti quæ helcyſma græcis appellatur, lib. ii. teſtæ clibani antiqui, ceræ, ſing. lib. iii. olei lib. vi. ſucci coriandri ſextar. i. Simul coquito donec non amplius inquinẽt, deinde ceram adiicito, unito ac utitor. Idem hydropicis confert. Quidam ceræ nihil, quidam quadrantem ſaltem iniiciunt. Alii uero ita præparant. Teſtę fictilium lib. ii. plumbaginis lib. ii. olei ſextar. i. Sed hoc modo compagem non acquirit. Commodum eſt fiſtulis etiam nigrum è lolio præparatum, & reliqua eius generis. Tuto etiam adhibetur quod ex argenti ſpuma paratur, & quod ex aceto & oleo. Vtrũq; in proximo ſermone habetur: cõmodat quoq; fuluũ Galeni quod ad maligna ulcera paulo ante deſcriptum eſt.

De Gangræna & ſphacelo. Galeni. Cap. LVI.

Gangrænam appellant quando ob inflammationis magnitudinem, mortificatio partis imminet, & niſi celerrime ſuccurratur, pars ita affecta facile mortificatur, & malum ad contiguas partes proſerpens ſingulis perniciem impertit. At ubi iam pars mortificata penitus ſenſum amiſit, non amplius Gangræna, ſed ſphacelus, ideſt, Caries, malum appellatur. Accidit autem hæc affectio etiam oſsibus, quum circumſita caro uitioſos humores generans, per hos illa perrigauerit ac putrefecerit. Proinde partem mortificatam celerrime reſecare oportet, quatenus contingit uicinam ſanam, ita ut nihil prorſus putridi ac carioſi relinquatur: Deinde locum inurere, & poſtea ſeſamum cum melle, uel ſiccum capitale item cum melle adhibere, deinde panem exterius, uel farinam ordeaceã aqua & oleo ſub-

actam imponere: Sed & iris & panacis radix, & aristo
lochia ac eruum crustas tollunt, singula cum melle.
Item Macharionis emplastrum, & Isis, cum rosaceo
& melle diluta. Vbi uero crustæ exciderint, curationē
reliquis ulceribus communem adhibeto. Cæterum
priusquàm pars mortificatur, & affectio adhuc gan
græna appellatur, sanguinem in loco affecto impa
ctum, quantum eius fieri potest plurimum euacuabi
mus: propter quem sanè mortificatio contingit, quū
arteriæ ob locoꝝ angustiam distendi nō possint: atq;
sic reliquo perspirationem exhibebimus. Aut igitur si
uena magna fuerit in loco affecto, hac dissecta corru
ptum sanguinem euacuare oportet, & sæpe uelut ua
ricem uolsella correptum excindere: Aut totam cutē
affectæ partis profundis sectionibus diuidere, aut uul
nusculis altioribus incusfis scarificare, & sanguinem
effluere sinere, & postea imponere pharmacum ad
putrescentia commodum. Talia uero sunt, farina eruī
aut lolii cum aceto mulso, uel si hæ non sunt, fabacea.
Quarum uires si intēdere uolumus salem adiicimus,
aut aliquem pastillum leuissime tritum ad nomas su
pra descriptum, qualis est Andronis, Pasionis, & Mu
sæ, & noster Asclepius appellatus, quibus omnibus p
ægroti corporis habitu uteris. Rusticana enim & du
riora natura, fortioribus medicamentis opus habent,
molliora debilioribus. Prosunt etiam gangrænis nu
ces ueteres, farina lolii cum raphano & sale, & aliquā
do aceto. Vuæ passæ demptis uinaceis cum raphani
cortice, urticæ folia, raphani semen cum aceto, quæ
etiam crustas tollūt. Item lupinorum amarorum de
coctum affusum. Aliud ad Gangrenas Sordes matu
læ adhærentes illinito, & postea urina abluito. Non
nulli cedriam sordibus ammiscent. Aliud. Plurimas
lactucas exemptis fibris cum loliacea farina impони
to. Aliqui iridis farinam accipiunt. Aliud: hoc & uiti
ligines & alia huiusmodi sanat, & inflāmatiões mitiꝝ

gat. Herbam catanancen urito, eiusq; drach. viii cum
gūmi drac. xvi. cum aceto terito & imponito. Aliud.
Æruginem, rubricam, alumen scisile, paribus portio
nibus ex aceto trita adhibeto.

De canceratis tumoribus. Eiusdem. Cap. LVII.

Cancerati tumores ex atra bile crassiore efferuente
generātur, q̄ si ēt acrior fuerit, ulceratos tumores effi
cit. Quapropter huiusmodi tumores inflāmatiōibus
acriores sunt, citra tantā caliditatē, habētq; uenas ple
nas & circū circa extentas, ad similitudinē pedū cācri
animātis. Quandoquidē uero è profundo inutilis san
guinis multitudo attrahitur, ideo uaricosæ reddūtur
uenæ, & insanabilis morbus efficitur, quum ob nimiā
crassitudinem, humor neq; repelli, neq; discuti, neque
per totius corporis purgationem leuari possit: & le
niora quidem medicamenta adhibita contemnit, ab
acrioribus autem irritatur. Fieri tamen potest ut inci
pientes cancros, prius quàm in affecta parte confir
mentur, augeri prohibeamus, atræ bilis humore eua
cuato. Primum itaq; mitioribus ad hoc utemur, qua
le est Epithymum cum sero lactis, deinde Hiera Ru
fi, quæ ueratrum pro uirium robore ammixtum ha
bet. At solani succus forinsecus illitus, ulceratū can
crum mirifice mitigat. Ex eo autem linteolum molle
duplicatum madefactum imponendum est, & supra
ipsum quoq; lana tenera imponenda eodem succo
imbuta, sed & ipse succus assidue his superfunden
dus est, ut ne hæc exarescant. Vtendum est & medi
camento è pompholyge ad cancros ulceratos. Sed
& hoc quod subiungam, ad cancerata ac maligna pu
dendorum, scroti, sedis, mamillarumq; affectiones, &
ad ani ac muliebrium locoꝝ rimas & tubercula effi
cax est. Oleū rosaceū & hyoscyami, aut solani, aut sem
peruiuæ, aut umbilici ueneris, aut psylii, aut uuæ acer
bæ succum, in plumbeo mortario, cum plumbeo pi
stillo ad strigmentitiam compagem terito. Confert

& cancri usti cinis cum cadmia lota insperſus, uel cum cerato adhibitus. Idem etiam gangrænis conducit.

Aliud. Irionis ſemen cum melle ad emplaſtri formam terendo redactum adhibeto, & maligna ulcera in quacunq; corporis parte cito ad cicatricem perducet. Idem facit & malicorium uſtum tritum inſperſum. Aliud ad cancerata & maligna. Teſtudinem tereſtrẽ donec inalbeſcat urito, & cinerem ad alia cũ butyro, ad cancros uero ulceratos cum oleo dulci ad emplaſtri formam ſubactum, ſplenio illinito ac impo nito. Repurgat enim, conſtringit, & ad cicatricem pro ducit. Et prohibet ne malum reuertatur. Adhibetur idem utiliter & gangrænis. Nec incommoda eſt Theriace Andromachi cũ modico roſaceo diluta. Æger porrò ptiſanæ ſucco uberrime alatur, & lactis ſero. Et ex oleribus malua, atriplice, blito, & cucurbita. Piſcibus uero petroſis, & uolucribus omnibus præterquàm paluſtribus.

De carbunculis. Ex eodem. Cap. LVIII.

Carbunculi à ſanguine atrabiliario efferuente, & ad partem aliquam irruente generantur, & ſunt ſanè ulcera cruſtoſa, plerunq; à puſtula incipientia, aliquando etiam citra hanc. Pruritus certe in principio in parte affecta adeſt, deinde modo una puſtula, modo plures tenues, uelut milii grana, inſurgunt, quibus ruptis ſimiliter cruſtoſum ulcus ſuccedit. Quod ſi etiam citra puſtulas cutis excoriatur, ſemper tamen cruſtoſum apparet ulcus, uelut ea quæ à cauteriis fiunt, cruſta iam cinereum, iam nigrum colorem habente, & fundo adhærente, & uelut clauo affixa, comitante ẽt noma depaſcente. At reliqua caro circumſita uehementer inflammatur, & nigra fit ac ſplendida inſtar bituminis & picis. Talis autẽ eſt exquiſite atra bilis. Febris autem ęgrotos longe uehementior q̃ igne ſacro correptos inuadit. At uero carbũculi qui iuxta carnẽ conſiſtunt cito abolentur. Qui uero in membranis aut

aut neruis fiunt diutius permanent, & ſubiectos locos per conſenſum afficiunt. Nam qui caput occupant, ad collum aut ceruicem, aut pectus, aut brachia, aut ſub alas, conſenſum diſtribuunt. Qui uero pudenda inuadunt, crura & inguina ſimul afficiunt. Aliquæ uero partes etiam ad ſuppurationem ueniunt, quæ uidelicet magis expoſitæ ſunt iniuriæ. Dolores inſuper accedunt longe maiores quàm pro paruitatis ratione. Sæpe etiam in repurgando ulcere, membrana aut neruus putrefactus, medullæ ſpeciem præ ſe ferens exi mitur. Carbunculum igitur ubi primum eruperit, ſtatim curare oportet, ſanguine uſq; ad animi deliquium euacuato. Niſi enim uenę ſectionem quid prohibeat, à nullo auxilio maius emolumentum conſequitur. Poſt ſectam uenam non inconueniens eſt locum ſcarificare, uulnuſculis profundioribus impactis, ob humoris crasſitudinem. Deinde aluus eluenda eſt, tenuiſſimaq; uictus ratio cum quiete & tranquillitate inſperanda. Ad locum uero nihil uehementer repellens aut refrigerans adhibendum eſt. hinc enim maius diſpendium quàm compendium ſequetur. Non tamen affluxus negligendus eſt, ſed medicamenta adhibenda quæ cum moderata repulſione etiam diſcutiunt. Tale autem eſt ex planragine & lenticula cocta catapłaſma, cui addita eſt panis clibano cocti, neque nimis puri, neq; ſordidi medulla. In ipſo uero carbunculi ambitu emplaſtra imponantur ad ambuſta deſcripta. Super ipſum uero ulcus fortiora pharmaca imponemus, quale eſt, Andronis, aut Paſionis, aut Polyidæ paſtillus, & reliqui huiuſmodi ad nomas parati, cum paſſo ad mellis compagem diluti. Carbunculorum autem cruſtas mirifice eximunt, & fluxionem ad locum ſiſtunt, uerbenacæ rectæ folia cum adipe trita & appoſita. Idem faciunt & cupreſſi folia ac tenera germina, & pilulæ teneræ cum polenta. Aliud. Gallinaceum ſtercus ſiccum cum axungia ſubactum ipſi ſolũ

carbunculo imponito,& bene ſperato. Aliud. Nitri & rutæ pares portiones cum aceto adhibeto. Aliud. Fimi columbini,& ſeminis lini,æquales portiones cũ melle imponito. Aliud. Silphium,rutam & nitrum, æquis portionibus cum melle ſoli carbunculo impo nito. Sæpe etiam erodentia aliqua ſupra deſcripta ul ceri imponimus,& per linamenta indimus. In ambi tu uero carbunculi lenticulam coctam circumponi mus. Aliud ad carbunculos mirabile. Liliorum radi cem recentem & humidam ad emplaſtri formam tri tam imponito, & brasicæ folium ne exareſcat ſuper imponito,& admiraberis. Circumſcarificat enim & cruſtas eximit,repurgat, replet, ad cicatricem perdu cit,ut ne ueſtigium quidem eius appareat. Aliud Ori baſii,minime contemnẽdum. Saponis partem unam, axungiæ tantundem,ſalis,cineris ſarmentorum uitis, aut lignorum fici,ſingulorum dimidiam partem,præ para & adhibe,& forinſecus panem illine. Aliud ſic cum,ad carbunculos & nomas. Chalcitidis crudæ, miſyos crudi,atramenti ſutorii,æris uſti,æquales por tiones ſub ſole in aceto terito donec ſiccentur,& ute reſicco. Miſy uero non uratur, ſed tantum torreatur. Siccum Oribaſii,ad carbunculos,nomas,gangrænas, ulcera antiqua & chironia. Et ad ſtrumas ac poda gras. Spumæ argẽti lib.i.olei antiqui ſeſquilibram, au ripigmenti unc.i. Spumam argenti cum oleo coqui to donec non inquinet,& ablatis ab igne auripigmen tum adiicito,ac rurſus coquito donec nigreſcat. De inde manibus refrigeratum ſubigito, & utitor,ad ſtru mas quidem,tali quale eſt,ad alia uero cum oleo di luto, quo linamentis illini poſſit. Aliud Maſſilienſis. Quod ſuæ ciuitati compoſuit,quum in ipſa carbuncu li ſæuirent,& multos occiderent. Bouis armentarii fimum ſiccum ac tritum ſeruato, uſu uero expetente aqua madefactum ſoli carbunculo imponito, & lin teum aqua humectum, aut cataplaſma è lenticula ſuo

perponito. Aliud. Chryſocollæ,nitri toſti,lapidis aſii,auripigmenti,ſandarachæ,miſyos torrefacti, chal citidis,aluminis ſcisſi, diphrygis, ſingulorum drach. iiii. Terito & in æreo uaſe ſeruato. Vſus uero tempo re,cum ſpecilli nucleo in ipſum carbunculi ulcus indi to,& uiride ſubſcriptum ſuperimponito. Emplaſtrum uiride. Thuris,æruginis,ſingulorum drach.i. ſquamæ æris,aluminis ſcisſi,ſalis ammoniaci, ſingulo. obol. iiii. ceræ drach. viii. reſinæ pinus ſiccæ drach. xvi. olei lib.i. Arida ad ſolem in aceto terito,& reliqua liquata adiicito ac utitor. Aliud Aſclepiadæ. Nitri torrefa cti,ſucci cyrenenſis,ſingulorum drach iii. laſeris drac. iiii.s. ceræ,colophoniæ,olei,ſingulorum ſeſquiunciã, præpara & adhibe. Carbunculi humorem reſiccat,& circumſitas partes ſcarificat. His autem ſcarificatis ute re hoc quod mox deſcribam: Nam poſt ſcarificatio nem carbunculos à uicinis partibus radicitus euellit. Mali punici acidi recentis ac maturi corticem, exem ptis interioribus in aceto coquito, & flaccidum factũ tritum & ſuper linteolum ad emplaſtri formam extẽ ſum adhibeto,aſſidueq; acetum ſuperſtillato ne exa reſcat. Idem etiã in paſtillos formari poteſt,& in um bra ſiccari,qui deinde uſu expetente aceto diluti adhi bentur. Hoc ego frequenter in principio uſus ſanitatẽ reſtitui. Cæterum pudendorum carbunculos eodem modo curabis, quem in oculorum carbunculis retu limus. Confert & mel ammixta ſapa cocta & cum ſpecilli nucleo ſæpe præputio impoſitum. Aliud Oribaſii ad carbunculos. Chalcitidis,atramenti ſuto rii, ſingulorum drachm. viii. ſpumæ nitri drachmam unam cum aqua tere & utere. Probe facit & ouillum ſtercus torrefactum cum melle. Aliud. Ad carbun culos,nomas,putredines oris, ſuppuratas aures,& di gitorum reduuias. Aluminis ſcisſi drach.viii. chalciti dis drach.vi. ſandarachæ drach.iii. malicorii,miſyos, atramenti ſutorii,nitri,omphacii ſicci,ſingul. drach.ii.

præpara & utere arido uel cum melle, & lenticulam coctam cum pane superimpone.

De erysipelate, hoc est, igne sacro. Galeni. Cap. LIX.

Flaua bilis tenuior & acrior facta, unà cum sanguine ad aliquam corporis partem irruens, erysipelas efficit, qđ aut exulceratur, aut sine ulcere existit. Si itaq; sanguis dominium habuerit, inflammatio ad erysipelatis naturam uergens exoritur. Si contra bilis dominatur, erysipelas ad inflammationem tendens appellatur. Quod si neuter humor excesserit, affectio inter erysipelas & inflammationẽ media uocatur. At uero erysipelatis tumor feruentior ac flauior q̃ inflãmationis ꝓcipitur, non tamẽ dolorẽ, neq; pulsum, neq; pressionem, neque tensionem inflammationi æqualem inducit. Sæpe enim per cutem tantum diffunditur, carnem nulla iniuria afficiens, atque hoc est quod exacte Erysipelas nominatur. Grauiora uero sunt erysipelata circa caput, quare nisi efficacibus auxiliis opem feramus, partes tonsillarum per consensum afficiunt, inflammantq; ac suffocant. Ea igitur uenæ sectione curabimus si sanguis redundarit: Sin bilis, per medicamentum bilem flauam expurgans. Vtemur & infusis efficacioribus. Et quod influit repellemus, & feruorẽ refrigerabimus, per ea quæ humectant simulq; refrigeraciunt. Sit autem terminus refrigerandi, mutatio coloris. At uero id quod non exacte erysipelas est, sed quodam modo ad inflammationis naturam uergit, liuidam cutem facit, si plus æquo refrigeretur. Et nisi medicus destiterit à refrigerando, etiam denigrabit, præsertim si senile fuerit corpus quod curatur, ita ut erysipelata sic refrigerata, ne discussoriis quidem medicamentis discuti possint, sed induratum quendam tumorem in parte relinquant, proinde præstat ab humectantibus ac refrigerantibus ad discussoria progredi, postq̃ mutatus fuerit color, ante q̃ niger aut liuidus appareat. Sunt autem humectantia ac refrigerantia, citra manifestam adstrictionem erysipelatis commoda, solanum, semperuiuum, portulaca, umbilicus ueneris, psyllium, lenticula palustris, hyoscyamus, & glaucium: Et cerata ex frigida aqua præparata. Cera enim cum oleo optimo, præsertim rosaceo uel omphacino liquatur, & ceratum liquidum sit, quod frigefactum in mortario aqua frigida paulatim instillata quantum imbibere potest, cum pistillo teritur. Sit autem oleum duplum, aut quadruplum ceræ respectu. Si uero tenuis & albi ac pellucidi aceti modicum affuderis, medicamentum refrigeratorium magis efficies, potest & succus aliquis herbarum relatarum admisceri: pastilli quoque ad erysipelata præparati, non affectis modo partibus, sed sanis quoq; uicinis adhibendi sunt, & assidue permutandi, citissime enim refrigerantur ac uires amittunt, prioribus itaq; per spongias ex tepida aqua expressas elotis, recentes adhibeantur. Pastillus Andromachi. Quo utor inquit ad erysipelata. Spumæ argenti lib.ii. cerussæ lib.i. opii, sulphuris uiui, croci, singulorum quadrantem. Excipe passo & utere cum passo. Oribasius autem pastillus inquit, ad erysipelata admirandus ita præparatur. Spumæ argenti, ceruſæ, croci, sulphuris uiui, opii, singulorũ quadrantem, passo excipito. Alius. Acaciæ drach.viii. misyos drach.iiii. thuris drach.iiii. opii drach.ii. præpara & utere uelut dictum est. Ad ignes autem sacros aceto dilue. Quidam etiam aloes drach.ii. adiiciunt. Cæterum ad erysipelata faciei præsertim, hirundinis nidum tritum ac cribratum melle excipito, & cum penna illinito, cito enim discuties. At sedata inflammatione, priusquam pars liuescat, discussoria adhibenda sunt, & aqua calida affundenda, item q̃ marina ac muria. Cataplasmatis etiam eædem ammisceantur. confert & brassica per se uel cum polenta adhibita. aut mandragoræ radix cum pane & aceto. Aut terra figu

laris cum coriandri ſucco. Aut ceratum roſaceum paulo ante deſcriptum cum calce. Quod ſi liuor aut duricies partem affectam præoccuparit, ſcarificatio profundior fiat, & marina aqua aut muria affundatur, deinde uero cataplaſmata adhibeantur.

De Herpete. Ex eodem. Cap. LX.

Si flaua bilis citra alterius humoris mixturam ſecreta iuxta partem aliquam conſtiterit, Herpes appellatur affectio. Si quidem igitur craſſa fuerit compage, & magis acris, omnem cutem uſq; ad ſubiectam carnem exulcerat, & uocatur Herpes exedens. Si uero tenuior fuerit, & minus acris, ſuperficiem ſolum uelut inurit. Atq; hæc ſpecies generis appellationem tulit, ſimpliciterq; ac citra appoſitionem, Herpes uocatur. Eſt enim adhuc tertia herpetis ſpecies quæ Miliaris appellatur, eo quod puſtulas paruas & multas in ſuperficie cutis excitat, milio ſimiles. Oritur autem etiam ipſe à bile, uerum minus acri & calida q̃ priores. Alii uero hunc pituitę ad bilem flauam ammixtione fieri putant, proinde herpetem curabimus recte, ſi prę euacuato uniuerſo corpore, localia deinde medicaméta adhibuerimus. Qui uero cuti ſolidandæ ſtatim à principio intentus eſt, hanc quidem ſanabit, uerum humorem affluentem non prohibebit, ſed ſemper prioribus ulceribus ſolidatis, contigua cutis rurſus uelut prior in ſuperficie erodetur. Itaque in herpetibus erodentibus, ſero lactis cum ſcammonia exhibito, totum corpus euacuabimus. In miliaribus uero pharmacum exhibebimus, quod bilem ſimul ac pituitam educit. At uero partibus affectis non eadem quæ eryſipelatis adhibentur. Tametſi enim refrigeratione uelut eryſipelata opus habent, non tamen item humectatione indigent. His itaque medicamenta refrigerantia ac ſimul reſiccantia cum adſtrictione conueniunt, ita ut erodentibus quidem, & in ſuperficie hærentib. mitiſſima adhibeamus, miliarib. uero magis diſcuſſoria. Quare neq;

lactucam, neq; ſemper uiuũ, neq; quicq̃ aliud refrigerans ac humectans adhibebimus. Sed in principio facta purgatione, pampinos uitis, rubiq́; aut polygoni, aut plantaginis folia imponemus, poſtea uero his & lenticulam, & mel, & polentam miſcebimus. Illitiões uero ad herpetas cõmodę ſunt, acacia cũ aceto plantaginis ſuccus, glaucium paſſo dilutum. Ad puſtuloſum uero herpetem plumbi recrementum è uino auſtero tritum illinitur, & folia betæ in uino cocta imponuntur. Aliud. Olei myrtei ſexuncem, recrementi plũbi trientem ceræ trientẽ. Recrementũ dilue cum uino & liquata cera excipe, & illine. Aliud ad herpetas uehementer erodentes. Lanæ ſuccidæ mollis tædæ obuolutæ & uſtæ dra. iii. malicorii è punico malo dulci, ſpumæ argenti, ſing. drac. vi. ceræ, adipis caprini, ſing. ſeſquiunciam, olei myrtei, trientem aut quincuncem. Præpara & utere. Ad herpetem uero ſub cute extantem, plumbi recrementum cum ſucco polygoni tritũ illine. Aliud ad herpetas. Lanæ mollis ſuccidæ tædæ obuolutæ & uſtæ drac. xii. s. recremẽti plumbi ſeſquiunciam, ceræ drach. xxv. adipis caprini depurati & frigida loti drach. xxv. olei myrtei quincũcem, præpara & utere. Aliud ad herpetas puſtulaſq́; ſupficiarias inſigne medicamentũ. Cornu caprinum uſtũ cum aceto tritum illinito. Cornu uero urendũ ſuper flamma detineto, exurgentesq́; bullas excutito, & poſtea in mortario terito. Idem præſtat etiam cornu ouillũ & præcipue arietinũ. Poteſt idem cinis etiam cerato excipi. Paſtillus ad herpetas. Terræ cimoliæ, rubricæ ſinopicæ, ſing. drach. iii. miſyos torrefacti, aluminis rotundi, corticis thuris, ſing. drach. vi. terito ex aqua, & formato paſtillos: Vtere uero cum aceto aut uino myrteo. Alius paſtillus. Miſyos drac. viii. ſalis foſſilis drac. iiii. gũmi drach. ii. Terito cũ uino & formato paſtillos, & utitor cũ uino. Alius aluminis ſciſi, atramenti ſutorii, ſalis foſſitii, ſing. drach. ii. Excipe aceto & utere cum

passo. Alius præclarus. Aluminis rotundi, chalcitidis, melanteriæ, soreos, sing. drach. ii. misyos, malicorii, acaciæ, sing. drach. iiii. calcis uiuæ drach. xvi. aceti sext. i. Tere & forma pastillos, & utere cum aqua. Ego uero his omnib. fortioribus, & Andronio ac Musæ pastillo, & reliquis huiusmodi, ad affectiones diuturnas utor. Quum enim fortissimi sint ualde resiccant. quapropter in principio lenioribus utendū est. Est & hoc medicamentum ad diuturnas affectiones mirabile. Nitri, chalcitidis, atramenti sutorii, misyos, calcis, acaciæ, partes æquales aceto excipe, & utere cum aqua. Ceratum ad herpetas excoriatos. Ceruſæ, spumæ argenti, radicis anchusæ ustæ sing. drach. ii. pollinis thuris, aluminis scisi, singulorum drach. i. ceræ drachm. xvi. adipis uituli drach. c. olei sexuncem, ouorum cādidum duor. Arida cum uino tere, & liquatis reliqs ammisce. Aliud ad excoriatos herpetas. Ceruſſæ, spumæ argenti, radicis anchusæ crematæ, sing. drach. iiii. aluminis scisi, misyos torrefacti, sing. drach. i. resinæ pinus drach. vi. ceræ trientem, olei myrtei lib. i. & trientem, uini heminam. i. Arida cum uino tere, donec fuerit consumptum, deinde cum liquatis committe, & paratum medicamentum linteolo inductum adhibe. Conuenit quoq; Emplastrum ex hordeo oleo dilutū ad eosdem herpetas, foueatur item ac rigetur locus assidue per spongiam ex uino, uel si id non liceat, ex aqua expressam. Et humiditas tenui linteo exterga tur, & postea relata medicamenta adhibeantur. Neq; interim squamæ ab ulceribus detrahantur donec spōte excidant aut discedant: Neq; splenium durum imponatur. Si uero depascendo proserpentia fuerint ulcera, cataplasma ex lenticula cum melle adhibeto. At si pura & nuda fuerint, & nome sedata, spumam argēti aut plumbaginem, cum uino tritam impone.

Ad Epinyctidas, hoc est, pustulas noctu erumpentes. Cap. LXI.

Epinyctides ulcuscula sunt sponte erumpentia, pustulosa, subrubra, quibus ruptis sanies subcruenta effluit. Hæc interdiu non ualde infestant, noctu uero maiorem dolorem excitant q̄ pro ulceris magnitudine. His itaq; medentur brasicæ, uel solani, uel hyoscyami, uel rhamni folia, cum melle imposita, & plantago trita, & centaurium uiride, & uua passa cum ruta, & cucumeris satiui folia cum aqua, & sesamum cū aceto tritum. Egregie facit & calx cum oleo ad mellis compagem subacta, imposita, & laser cum aqua, deficcat enim absque mordacitate. Aut sulphuris uiui, & spumæ argenti pares portiones, cum aceto & oleo myrteo ad strigmentitiam formam tritas adhibe. Ego uero inquit Oribasius, oleum non admitto, & p. aceto potius cum uino tero. Lenticula item cocta, & emplastrum ex polline tritici, utiliter imponitur, postq; uero epinyctis excoriata fuerit, emplastris liquidis utere, & caue ne acria, & acida, ac salsa adhibeas. Vitanda sunt item fomenta, balnea, & sol.

De Termintho. Cap. LXII.

Terminthus tuberculi species est. Incumbit aūt ipsius pustula nigra superne ac inferne, qua rupta inferne desquamato similis apparet, hoc aūt dissecto pus inuenitur. At uero curatio huius similis medelæ pustularū nocturnarum iam relatæ.

De papulis siue pustulis. Cap. LXIII.

Papulæ quibusdam exoriuntur similes his quæ à feruida aqua ambustis emergunt, non tamen multum dolorem inducentes. Quibus ruptis subflaui humoris copia paulatim effluit, ad biduum aliquando ac triduum durans. Hæ fœminis quibus menstrua defecerunt, aut aliàs non recte profluunt, sæpe in cruribus oriri solent. Infantibus uero aliquando in toto corpore. Verum uiris rarissime accidunt. Quomodo uero infantium ulcera curare oporteat, iam antea sermone quarto ostensum est. In fœminis autem mēses opor

tunc ciere oportet. Virorum uero corpora congruo medicamento purgare. Vtrisq; uero alimenta aluum emollientia exhibebimus,& urinas proliciemus. Acriaq; ac salsa prohibemus. Ipsas autem pustulas acu perforare oportet,& humorem excludere,& emplastrum è tritici polline adhibere. Euacuato uero humore, & non amplius effluente,id quod ex hordeo præparatur apponendum est.

Ad ambusta ab igne. Cap. LXIIII.

Corpora ab igne aut feruida aqua ambusta,moderate extergentibus pharmacis opus habent,citra manifestam calfactionem aut refrigerationem, protinus itaq; ad pustulas& bullas prohibendas, terra quæcũq; occurrerit,modo leuis sit,in teneris carnib.cum aqua: in durioribus cum posca illinatur,præstat tamen terra cimolia,si haberi potest. Ouum item crudum molli lana exceptum refrigerat & siccat citra mordacitatem: & thus cum aqua tritum,& betæ folia contusa & cocta ac cum uino imposita. Et alumen omne cum aqua & oui candido. Facit & hoc mirifice, Æruginis & spumæ argenti pares portiones cum uino & oleo tritas, cum penna illine. A manuum enim contactu prorsus abstinere oportet, & tenue linteolum superimponere. Quod si bullæ emerserint,eas in principio nepas,si uero durauerint,rumpe &ceratum impone. potest autem pastillus præparari ac in hunc usum seruari. Aluminis drac.iiii.thuris drach.ii.cum aqua terito, & pastillos formato,ac utitor,cum posca. Alius. Cimoliæ sextantem,corticis thuris,misyos usti sing.drac. vi.rubricæ drac.iii.cum aqua formato pastillos,& utere cum posca. Cęteru cunctari non oportet,sed statim terram quæcũq; ad manum fuerit cum aqua illinere, eamq; postea tepida posca abluere,& quę relata sunt adhibere, porrò ad ambusta iam pustulosa, Rhoem & polentam aceto trita impone. Aut fel porci cocti. Aut hyoscyami uiridis succum assidue illine, & bullæ

marcescent. Ex foliis quoq; hyoscyami uiridib. pastillos forma,& in umbra exicca,& in hyemem reserua, quos usu expetente aqua dilue. Aut calcem uiuam cerato liquido exceptam,& linteo inductam impone. Aut myrrhã uino tritã adhibe. Excoriatis uero & ulceratis,betæ folia in uino cocta ac trita illine. Aut ad ceratũ rosaceum liquidum,betæ succũ paulatim instilla,quantum imbibere potest. Sint aũt olei partes tres, ceræ una,succi quantum satis est. Vtere & miraberis. Aliud,fimum columbinum pãniculo lineo illigatum exurito,cineremq; cum uino tritum,aut cerato exceptum adhibeto. Aliud. Lupinoru madefactoru,& coctorum,quales quotidie comedũtur, cortices in mortario tritos,unciæ pondere accipito,& cum ceræ sextante,ac olei quincunce colliquatis commisceto ac utitor. Sed & hoc ambusta cito ad cicatricem perducit. Cerussæ,spumæ argenti,hordei usti ac triti, singulorũ unc.i.ceræ quadrantem,rosacei aut myrtei dodrantẽ. Hordeum ad ceratum liquidum ammisce, & postea spumam argenti ac cerussam in mortario cum uino tritas adiice.

Ad flagellatos. Cap. LXV.

Pellem ouillam recens detractam & adhuc calentem flagellatis circũda,omninoq; intra unius diei ac noctis spacium sanabit. Cõfert & brassicæ succus affusus. Est & irrigatio inflammationi arcendæ commodissima. Olei partes.iii. aceti partem.i. furculorũ anethi fasciculum.i. Acetum & oleum assidue per anethi fasciculum agitata coquuntur, ad aceti consumptionem. Deinde adiicitur cera, quanta satis est ad strigmentitiam compagem, potest autem ex hac irrigatione, etiam solidius præparari. Sed & Sphærium ad irrigationem efficax est, & reliqua quæ sequenti Sermone habentur emplastra,diluta uelut ibi ostendimus. At uero aurigæ ad ictus flagrorum utuntur calce trita cum ouis crudis soluta adiecto rosaceo

cerato. Accipiunt autem calcis quadrantem, cerę quadrantem, rosacei sextantem, oua cruda tria. Hoc medicamentum illinunt, & assidue renouant. Ad uibices uero flagellorum facit hoc, cerę, terebinthinæ, spumę argenti, butyri, thuris, mellis, æquales portiones loco prius foto impone, & quotidie permuta. Aliud. Calcis uiuæ lotæ, succi solani, olei rosacei, pares portiões committe, illine, & linteolum superimpone.

Ad desquamata. Cap. LXVI.

Desquamata appellantur, quando ex lapsu aut uiolenta aliqua offensa, cutis auulsa est. Hæc ab inflammatione tutatur: Rhus ruber cum melle illitus, sideritidis folia trita, stratiotes herba in aquis nascens cum aceto. Vtere & cerato ad intertrigines subscripto, & cæteris huiusmodi.

Ad Intertrigines. Cap. LXVII.

Intertrigines ex calceamentorum attritu obortæ, dum dolorem excitãt, pulmone suillo aut agnino calido appositio mitigantur, & ab inflammatione asseruantur. Item calceamẽto ueteri usto trito insperso. Aut succida lana, aut mali punici satiui flore, singulis ustis tritis insperses. Aut acacia cum aceto illita. His uero quę teneras carnes habent, emplastrum ex hordeo ad ambusta descriptum, & alia huiusmodi adhibeto. Sed & ad papularum eruptiones, intertrigines q; ac ambusta, efficacissimum est hoc. Recrementi plumbi quadrantem, ceræ trientem, adipis suilli recẽtis unc. i. olei myrtei lib. i. Ad cicatricem uero inducendam absque adipe præpara. Vtere etiam emplastro è psyllii succo, quod sequenti Sermone habetur, ex spuma argenti, ceruſa, & amylo paratum.

Ad contusa & sugillata. Cap. LXVIII.

Carne ab aliquo graui illapso contusa, & paruis in ea uenulis disparatis, sanguis per persultationem profunditur, qui sub cute collectus sugillationem appellatam efficit. Scopus igitur est curationis, ut sanguis sub

cute contentus discutiatur, & hoc cito antequam locus nigrescat. In principio autem aliquid ex adstringentibus ad discussoria ammiscendum est, quem admodum Sermone octauo ad faciei sugillationes docuimus. Tunicæ enim uenarum contusæ, opus habẽt ut densentur ac firmentur, ne noua materia attracta ad locũ allabatur, postea uero solis discussoriis utemur. Sed & in principio scarificamus sugillata, atq; sic reliquam curationem facimus. Optime autem facit ad contusa, citrii mali pars interna cum oleo illita. Aut linteum oleo cicino imbutũ imponito, & miraberis.

De ruptione. Cap. LXIX.

Ruptio non in fibrosis, sed carnosis musculorum partibus soluta continuitas existit, nunquam citra sanguinis effusionem contingens. Quæ à sinu differt, eo quod nullum osculum ad humorum effluxum uelut sinus habet, proinde & in hac discussoriis utemur, ad ea quæ in rupto corpore continentur discutienda. Ad hoc autem idonea sunt medicamenta lassitudinẽ eximentia. Acopa græcis appellata. Tale autem est quod ex populo nigra paratur, itemq; quod ex abiete, ac reliqua huiusce modi. Omnino uero ubi in profundioribus partibus ruptiones fuerint, acriora ac magis incidentia pharmaca adhibere oportet. Atq; ea de causa cucurbitæ quoq; adhiberi debent. Siquidẽ igitur statim totus sanguis effusus fuerit discussus, facile caro diducta coalescit. Si uero diutius perseuerauerit, & sordes subnutrita fuerit, ruptio de cætero coalescere non potest, labia solum inter se componuntur, ut ex leui occasione facile disparentur, & intermedius locus humore quodam repleatur, fiatq; quodammodo assidue sanguinis effusio, similis ei quæ ab initio contigit.

De Vulsione. Cap. LXX.

Vulsio fit fibris quibusdã distractis, quę in membranis ac musculis cõtinentur. Et sola mitigatione opus

habet,ut doloris exors maneat. Neq; enim fieri po/
test ut huiusmodi fibræ glutinentur, quum è sinuum
genere sint,uelut etiam ruptiões. Est & huius affectio
nis similis uelut ruptionum prædictarum curatio, ex
discussoriis & citra molestiam siccantibus constans.
Verum ad ruptiones ac uulsiões in profundo factas,
in pectore uidelicet aut intestinis. Aristolochia rotun/
da utiliter potatur, & si quicquam aliud commoda
existit. Similiter etiam centaureæ magnæ radix & suc
cus. Item rheon, costus, bdellium, singula cum aceto
mulso pota.

Ad luxatos articulos. Cap. LXXI.

Luxationes ex lubrica præsertim emotione factas,
mitigat lana succida, aut spongia noua aceto & oleo
imbuta ac imposita, ita ut quies imperetur, & deliga/
tiones fiant ad ossium fracturas fieri solitæ, facit etiam
ad easdem bulbus coctus cum melle, aut cerato liqui/
do exceptus, & folia uiticis, & sal, ac nitrum assatum
cum cerato, aut symphytum cum cerato, & urticæ fo/
lia cum sale, & heliotropium, scorpiurum appellati,
& cinis sarmentorum cum axungia ueteri. Sed nihil
præstantius est q̄ emplastrum quoddam apponere
ex his quæ ad ossium fracturas parantur, si eius co/
pia detur.

Ad laxos articulos. Cap. LXXII.

Laxos articulos contrahit ac firmat acaciæ succus
aqua dilutus ac affusus. Et spinæ Ægyptiæ fructus, ru/
bi item ac myrti, & malicorii, ac foliorum quercus de
coctum, & myrteum ac lentiscinum oleum assidue il/
litum. Et malicorium coctum & cerato myrteo exce
ptum, aut per se uino coctum tritum ac impositum.

Ad perniones. Cap. LXXIII.

A pernionibus præseruat sal cum melle tritum, ma
nibus ac pedibus assidue inde perfrictis. Aliud, non
modo præseruans, sed genitos etiam perniones cu/
rans. Citriorum magnorum internam partem acidã,

reiectis seminibus diligenter terito, & cum adipe suil/
lo uetusto ad cerati cõpagem redigito, & ad hyemis
initium quotidie illinens ex eo digitos, utitor. Aliud
Oribasii. Sulphur uiuum cum melle cocto imponi/
to. Aliud, facit etiam ad omnes feruidas eruptiones.
Myrrhæ trientem, aluminis liquidi sextantem, aceti
quantum satis est, præpara & pernionibus non ulcera
tis, ac pruriginosis feruidis eruptionibus imponito.
Aliud. Succi uuæ acerbæ lib. i. thuris drachm. iii. ceræ
drachm. xvi. coquito simul ad succi ferme consum/
ptionem, deinde in mortario subige ac utere.
Aliud, ualde insigne ad reliquas quoq; inflammatio/
nes commodum. Cerussæ, spumæ argenti, aluminis
liquidi, singulorum lib. i. myrrhæ, thuris, singulorum
quadrantem, ouorum assatorum uitellos xvi. adipis
suilli ueteris lib. i. Arida cum aceto terito in quo mali/
corium decoctum est, & ubi strigmentitiam compagẽ
habuerint adipem adiicito, ac simul probe subigito,
& in plumbeo uase seruato. Usu uero postulante, ro/
saceo aut myrteo oleo diluito ac illinito. Aliud. Hyo/
scyami succus assidue illitus, eodem die inflammatio
nem ac dolorem sedat. Aliud. Allium in oleo torre/
to, eoq; abiecto, & cera ad oleum addita, ceratũ faci/
to ac imponito: probe facit ẽt amurca illita, & rhus
coriarius. Cæterum irrigationes circum perniones cõ
ueniunt. Radicis cyclamini decoctum item rhois co/
riarii, betæ, ac lupinorum amarorum, marina aqua ca
lida per se. Verumrapi decoctum reliquis omnibus
præstat. Aliud, ad ulceratos perniones efficacissimũ.
Ceratum rosaceum in magno rapo ad ollæ similitu/
dinem excauato, ad feruentem cinerem liquefacito, &
adhibeto. Idem ceratũ etiam in raphani radice lique
fieri potest, faciunt & cancri fluuiatiles usti melle aut
cerato excepti. Aliud. Umbilicum ueneris & malico
riũ in uino coqto, & cerato rosaceo excipito. Aliud.
Rutæ, medullæ taurinæ, rosacei, æquas portiões unito,

Hoc etiam ad ulcera antiqua facit,& articulorum oſ
ſa denudata. Aliud, perniones imminentes arcens.
Atramenti ſutorii,florum mali punici ſatiui ſing. dra.
iiii.aluminis ſcisſi drach.iiii.myrrhæ,thuris,ſing. dra.
ii.ceræ drach.iiii. adipis ſuilli drachm.viii.olei myrtei
quantum ſatis eſt. Aliud. Aluminis ſcisſi drach.x.ſpu
mæ argenti drach.iiii.myrrhæ drach.i.ouorum albu
mina duo. Vino & oleo myrteo excipe ac utere.
Aliud. Aluminis rotundi drach.iiii.calcis uiuæ dra.
ii.ceræ unc.i.roſacei aut myrtei olei trientem,præpa
ra ac utere. Idem & ad attritus facit. Aliud. Spu
mæ argenti drach.x.ceruſæ drach.iii.ceræ drach.xii.
adipis ſuilli recentis drach.xx. ouorum aſſatorum ui
tellos duos,pollinis thuris drach.i. Spumam argenti,
ceruſſam,& oua cum aceto terito,deinde ceratũ adii
cito,ac præparatum ſeruato. Vſus autem tempore cũ
roſaceo dilutum adhibeto. Aliud perniones ac cica
tricem ducens. Confert etiam ad papularum eruptio
nes,excoriatas intertrigines,& deſquamata. Ceræ adi
pis ſuilli,ſin.drach.viii.ſpumæ argenti,corticis pinus,
ſing.drach.xvi.mannæ thuris drach.viii.roſacei quan
tum ſatis eſt. Quidam plumbaginem pro argenti ſpu
ma ſumunt. Oribaſii Hexapharmacum. Ad pernio
nes ulceratos. olei omphacini, taurini adipis, ſucci
hyoſcyami,ſing.lib.i.ſpumæ argenti ſexuncem,colo
phoniæ,trientem,mellis ſexuncem.

Ad digitorum pterygia ſiue reduuias.
Cap. LXXIIII.

Ferruginem cum aceto illine. Aut aluminis,ſanda
rachæ,calcis uiuæ,diphrygis,æquales portiones im
pone,& linteolum uino imbutum ac mollem ſpon
giam ſuperimpone. Aliud. Squamæ æris,malicorii,
caricarum leniter aſſatarum, æquales partes melle ex
cipe,& loco prius exſpiſſamentorum adſtringẽtium
decocto rigato impone. Et quod de pterygio exare
ſcit depurga. Aliud cito reſiccans ac curans. Soreos

uſti,

uſti,thuris,ſing.drac.ii.æruginis raſæ drac.i.cum mel
le tere,& ſuper ipſum pterygium impone, facit & ad
reliqua horum locorum ulcera maligna, nigredines
& putredines. Oribaſii zopyrios ad pterygia. Alumi
nis rotundi acetabulum in fictili exurito, & ad tritum
aceti cyathum,hoc eſt,ſextantem ammiſceto, & mel
lis quadrantem, & hæc ſimul pterygiis imponito.
Aliud bonum,cimoliæ toſtæ drach.viii. pumicis uſti
drac.iiii.æris uſti, gallarum, ſing.drach.ii.præpara &
utere. Aliud ad pterygia putrefacta,& ulcera puden
dorum. Thuris drac.iiii.ſquamæ æris drach.ii.ærugi
nis raſæ drac.iiii. Mellis quadrantem, terito ad ſolem
donec flaueſcant,& loco ex uino prærigato impone,
& linteolum ex aqua expreſſum,ac ſpongiam ſuper
impone. Ex huius uſu magnum ſucceſſum habui.
Aliud. Hoc per triduũ citra mordacitatem ſanat. Ca
ricarum pinguium toſtarũ ut probe teri poſſint drac.
ii.miſyos cyprii drach.ii.ſquamæ æris drach.ii.mellis
quantum ſatis eſt,præpara & utere,ac miraberis. Ego
uero ſquamam æris per ſe tritam adhibui, & linteolũ
è uino expreſſum ſuperimpoſui. Oribaſii ad pterygia,
Gallarũ,auripigmenti,atramenti ſutorii,æquales por
tiones unito ac utitor. Aliud. Æruginis drac.iiii.man
næ ſiue pollinis thuris,ſulphuris uiui, ſingul.drach.ii.
Vtere etiã paſtillo Muſæ uelut admirãdo, linteumq;
è uino expreſſum ſuperimpone. Aliud ad pterygia
experimento conſtans. Gallam non perforatam cum
carie ligni quercini tritam inſperge.

Ad paronychias,id eſt,unguium abſceſ
ſus. Cap. LXXV.

Ad paronychias incipientes priusq̃ ſuppurẽtur,ſi
ue in manuum ſiue pedũ digitis fuerint lanã ex aqua
frigida imbutam imponito, aut per linteolũ ex aqua
expreſſum aſsidue refrigerato. Aliud, thus & gallã
cũ melle trita,ſimul aut ſeorſim imponito. Aliud, fo
lia myrti trita inſpergito, aut ceratũ myrteum impo

nito. Aut sordes aurium assidue illinito & sanabis. At si fuerint inflammatæ, panē aqua madefactum cum rosaceo adhibeto. Aliud. Oliuæ folia tenera impo nito. Aliud. Cadmiam tritam inspergito. Oportet autem carnem undiquaq; ab ungue disparare, lina mentis conuulsis, è linteo interpositis, & probe adhi bita medicamenta alligare, potest etiam Spodium si mili modo inspergi. Aliud ad paronychias exul ceratas. Æruginis, spumæ argenti, singul. drac. iiii. sar cocollę drac. i. terito & large inspergito. Aut farinam erui adhibeto. Carnem item eodem modo uelut di ctum est disparato, & linteum ex uino expressum, itemq; spongiā uino imbutam. superimponito. Hoc ego sæpe uti soleo Aliud quo utor. Nitri, squamæ æris, pumicis usti, singul. unc. i. cimoliæ quadrantem. Omnia cum aceto & modico melle terito, & pastil los formato. Vsus autem tempore aqua diluito, & adhibeto linteo exceptum. Vtor etiam pastillo insi gni, quem Iridem uocant, cū uino diluto, qui sic præ paratur. Aluminis liquidi drach. centum, croci, myr rhæ, singulorum drac. viii. Quidam etiam aloes drac. viii. adiiciunt. Subigito ac formato pastillos, ac utitor cum uino, & linteū ex uino superliga, prodest & Mu sæ pastillus ac reliqui eius generis. At uero depasceń do iam proserpentes fistes, auripigmento usto trito ubertim insperso, & linteo è uino expresso superim posito. Ego uero sandaracham & auripigmentum, æquis portionibus simul trita adhibeo. Et si cicatri cem inducere oportet, eadem terebinthina liquida excipio ac adhibeo. Quod si suppuratæ fuerint pa ronychiæ, primum ipsas perforabis, & humorem ex primes, & deinde lenticulam cum melle impones. Aut rosas uirides, aut siccas aqua medefactas, tritas adhibebis.

Ad contusos ungues. Cap. LXXVI.

Myrti & mali punicæ folia tenera impone. Aut felle

tauri euacuato, in ipsam fellis uesicam unguē indito, ac sinito donec perfecte sanetur. Aliud. Sal fos sile cum aqua & oleo tritum illinito. Est enim effica cissimum.

Ad subcruentos ungues. Cap. LXXVII.

Picem siccam liquefacito, & cum farina mixtā ap ponito, præstat tamen subcruētatum unguem in me dio perforare, ac cruorem subterlapsum exprimere. Si enim perstiterit, putrescet, & ulceris difficulter cura bilis causam exhibebit.

Ad motos ungues. Cap. LXXVIII.

Vngues ex aliqua offensa motos, & pungitiuo do lore affectos, caricæ cum melle tritæ mitigant. Quod si dimidium unguis exciderit: Nitrum aut salem cum pari fellis uitulini mensura mise, adhibe, & sanabis.

Ad scabros ac leprosos ungues. Cap. LXXIX.

Adipem ouillum emollitum, & super linteum ex tensum adhibeto, a tertia die soluito, & si mollem un guem repereris, deradito, & eundem rursus imponi to, & tertia die solutum similiter deradito. Atque hoc tandiu facito, donec integra sanitas accedat. Aliud, thus tritum adipe ouillo excipe, ac utere uelut dictū est. Aliud ualde bonū. Alumen scissum anserino adi pe excipe ac utere uelut dictū est. Aliud, ex cuius usu successum sentio. Mastichen chiā in aquā feruentem coniectam ac emollitam, ungui impone ac obliga, & tertia die solue: & deraso ungue rursus impone, atq; hoc facito usq; ad perfectam restitutionem. Aliud. Hordei farinam cum pice ad emplastri formam co quito ac imponito, uelut dictum est. Aliud. Gum mi drachmas sex, lachrymæ oleastri drachmas qua tuor, atramenti sutorii drach. tres: Gummi & lachry mā aceto diluito, & adiecto atramento sutorio in olla ad prunas cōpagē coquito, & derasis unguib. apponi to, & alligato, ac tertia die soluito, & ungue deraso rur sus imponito, idq; tādiu facito donec unguis excidat.

Aliud. Auripigmentum colore aureo, & ſandara cham, æquis portionibus probe terito, & terebinthi na ad emplaſtri formam excipito, & imponito, ubi prius per unum atq; alterum diem, farinam ordeaceã cum aceto & ſylueſtris cucumeris radice tritam adhi bueris. Tertia uero die ſimiliter ſoluito, ac tandiu re petito, donec unguis excidat. Cauendum eſt autẽ ne locus oleo attingatur. Aliud. Sandarachæ, auripig menti, chalcitidis, myrrhæ, thuris, ſing. drac. ii. farinæ lolii drac. vi. terebinthina excipito & adhibeto. Aliud auferens ungues citra exulcerationẽ. Bituminis drac. ii. ſulphuris uiui, ſandarachæ, auripigmenti, ſinguloꝝ drach. i. Excipe terebinthina & utere, ac per ſeptimũ diem ſolue, deraſoq; ungue, rurſus nouum impone, atq; ubi unguis exciderit, ceratum myrteum, cui aliquid eiuſdem medicamenti admixtum eſt applica.

Aliud. Calcem uiuam cum oleo, aut maſtichen cum opobalſamo imponito. Poſtquam autẽ morbus occalluit, & præſcripta medicamenta nihil proficiunt, excoriatoria nunc referenda ſtatim adhibeantur. Excoriatorium leproſi unguis, callos, uerrucas & clauos auferens. Cantharidas numero xv. ſulphuris uiui, chalcitidis, ſingulorum drac. i. allii depurgati nucleos ix. omnia probe trita terebinthina excipito. Vſus autem tempore partes ungui uicinas miti aliquo medicamento munito, & excoriatorium hoc pelliculæ ueſicæ bubulę illitum adhibeto, & poſtridie ſoluito, bullasq; exortas rumpito, & ſi ſubiacentibus locis ſordes inhæſerint, panem cum aqua mulſa aut lenticulã cum melle illinito. Et deinde ulcera repurgata, ceratо ex anſerino adipe, thureq; ac cerato parato, curato. Aliud excoriatorium. Naſturtii, ſinapis, ſulphuris uiui, nigellæ, cantharidum, atramenti ſutorii, ęqualęs portiones ex aceto probe tritas terebinthina excipito, & uelut diximus utitor. Aliud Oribaſii leproſos ungues exterẽs: Propolis, ceræ, bituminis, ſing. drac.

ii. ſulphuris uiui drach. i. præpara, & oleo ne inquinetur. Vſus autem expetente, calefactũ unguibus impo nitur. Aliud eiuſdem. Atramentum ſutorium & ſulphur uiuum ſufficiente uiſco excipe, & corio inductũ admbe. Aliud. Picem liquidam, ceram, colophoniã, ammoniacum thymiama æqualiter miſceto ac impo nito. Aliud. Ceræ, colophoniæ, terebinthinæ, ſulphuris uiui, ſtaphidis agreſtis, nitri, ſingulorum drac. ii. ſandarachæ cantharidum, ſingulorum drac. i. cedriq; quantum ſatis eſt.

Ad reparandos ungues. Cap. LXXX.

Myrrhę drac. viii. aluminis ſciſi drac. iiii. panis hordeacei ſicci drac. i. excipe melle & impone. Aliud, ad ungues ægre orientes. Betæ agreſtis ſemen cũ aceto tritum imponito. Aliud, polium cum adipe uitulino & terebinthina tritum adhibeto.

De anulis digitis impactis. Cap. LXXXI.

Anuli aliquando digitis impinguntur, quum circulus ipſorum anguſtior, uiolenter illorum partibus craſſioribus fuerit adactus, atq; hoc tum maxime contingit, quum homo cibo ac potu diſtentus, prona ac pendula manu ſopitus decubuerit. Ita enim manuum extremitates longe magis intumeſcunt, quàm ſi erigantur. Aqua igitur & oleo, aut maluæ decocto, manus large perfundatur. Nam parca perfuſio tumorẽ magis auget. Deinde anulus leuiter uerſatus detrahatur. Quod ſi perfuſio nihil effecerit, filum craſſius contortum accipito, & alterum eius caput ſub anulum ponito, & reliquum totum digito laxe circumligato, & poſtea caput fili anulo ſuppoſitum ſurſum trahito, filo enim attracto, anulus deorſum procedet. Quod ſi neq; ſic ſucceſſerit, ſpecilli partem latiorem ſub anulum ſubmittito, & anulum utrinq; prope ſigillum p ſpatham incidito, & filo lineo utrinq; circundato anulum attrahito. Et conſequenter lanam uino & oleo imbutã mitigandi gratia adhibeto.

Ad Clauos. Cap.LXXXII.

Clauus rotundum est tuberculum,album,clauicapiti simile,plerunq; in calcaneis ac plantis pedum enascens,& in gradiendo dolorem inducens, ad durioris alicuius rei occursum. Sed & in summis manuum digitis sæpissime oriri solet. Huius itaq; tollendi gratia sectionem & ustionem recusamus, quoniam hæ partes neruosæ sunt ac subtili sensu præditæ. Vtimur autē ustoriis medicamētis huiusmodi. Cātharidū pectusculæ.xv.sulphuris uiui, chalcitidis crudæ, ammii, sing.obol.iii. Singul.seorsim terito, & pice liquida siue terebinthina ad emplastri formam excipito, atque utitor hoc modo. Caput clauī & circūsitum eius ambitum deradito,& splenium inflammationi arcendæ idoneū,glutinosum,in medio excisum, quantū clauī totius ambitus patet,abhibeto,& tunc spleniū ex relato medicamento,superipsum clauū,ad glutinosi spleniī cæsurā imponito,& forinsecus charta integito, ac rursus aliud linteolū custodiæ gratia superligato,atq; ita per biduum aut triduū, ægrū quietum dimittito, idemq; sæpe repetito, donec clauus à subiecta carne prorsus discesserit. Clauo uero sublato deraditur plāta,& rursus adhibetur emplastrū, donec ulcus fuerit explanatum. Aliud. Deraso prius ac repurgato loco sicut diximus,succū cyrenaicū,uel si is desit,laser cū nitro ficus pinguissimæ carne uel terebinthina excipito ac imponito. Aliud. Lupinos crudos ustos melle excipe, & circūraso ac depurgato clauo impone. Aut gallinaceū stercus ustum melle exceptum. Aut nigellam cum aceto tritam,eodem modo adhibe. Aliud. Clauum circumcirca repurgato,& succum cyrenaicū probe tritum, aut laser ubertim adhibeto, & deinde spleniū è melle eodemq; succo illitū apponito. Hoc etiam ad strumas facit. Aliud. Repurgato clauo fabam fresam, aut lomentum fabaceum aceto coctum apponito. Idem ad cicatricem perducit. Aliud.

Clauo repurgato atramentum sutorium leuissime tritum inspergito, & linteo alligato. Aliud, clauos è manibus ac pedibus tollens, fimum columbinum in acerrimo aceto ad cerati compagem coquito, & clauo repurgato imponito. Et per biduum aut triduum funditus tollet. Aut circumraso ac repurgato clauo, ex erodentibus medicamentis supra relatis aliquod adhibeto. Aliud, clauos digitorum citra molestiam auferens. Mastichen nigram Ægyptiam in aceto coquito,atq; ita calidam adhibeto.

Ad plantarum rimas. Cap.LXXXIII.

In plantis quoq; rimæ oriuntur, gradientes magis infestantes. Planta igitur assidue scalpi debet, & hæc medicamenta adhiberi,picem liquidam ammixta cera,ita ut ceræ pars una sit,picis uero liquidæ duæ,illinito. Aliud. Scillæ medullam in oleo coquito,& cum terebinthina tritam imponito, aut etiam abiecta scilla,terebinthinam in oleo liquato ac utitor. Aliud. Cancrorū fluuiatilium ustorū cinerem cū melle subacta impone,uel oleo dissolutum rimis præscalptis instilla. Aliud. Malicorium aceto coctum p dies quinq; imponito, indeq; purgatis calcem cum oleo adhibeto. Aliud. Cornu caprini usti cinerem liquida pice aut terebinthina excipito ac utitor. Aliud. Amurcæ in æneo uase ad mellis compagem coctæ cyathum i. aceti cyathum unum,squamæ æris, pollinis thuris singul.drac.ii.lanæ succidæ teneræ manipulum unum. Lanam tædæ obuolutam urito,ac reliquis aridis ammisceto. Amurcā uero cum aceto ad mellis cōpagem coquito,& illis adiicito. Vtere hoc ad uulnera quidem cū uino dissoluto,ad plantarū uero ac pudendorū affectiones cū passo. Aliud ad pedum rimas,porcinum adipem sale inueteratum calidum assidue instilla. Aliud. Spumam argenti,colophoniā,mel,oleū,æquis portiōibus præparato. Hoc etiā ad reliqua caua ulcera facit. Aliud ad pedū ri-

mas, quod labiorum quoq; duriciam emollit. Ceruſæ drac.ii. ſpumæ argenti drac.x. myrrhę drac.i. ouorum candida ii. Vino odorato paulatim inſtillato terito ac utitor. Mihi uero etiam oleum adiiciendum uidetur, ut pinguis compages fiat. Et ualde probo cõmune illud quod è melle paratur, & mellis, cerę, olei, ſpumæ argenti, æquales portiones recipit. Nam hoc ad omnes pedum ac manuum exulcerationes facit, ſiue in uola, ſiue intra digitos fuerint, & præſertim ſi prope ungues extiterint. Ad calcaneorum præterea intertrigines ex calceamentorum attritu obortas, & ad attritus ex longo decubitu factos, quales ſæpe in cubitis ac coxis uiſuntur eorum qui diutino morbo laborauerunt. Hoc medicaméto ſæpe proſpere uſus ſum. Neq; enim ſimile habet, præſertim ad oſſacrum & fœmora ex longo decubitu attrita ac ulcerata.

Aliud floridum, ad rimas. Calcis uiuæ drac.x. ceruſſę drac.xx, ceræ drach.xxx, adipis ſuilli recentis ſeptuncem, colophoniæ dodrantem, ſuccí ſeminis lini cyathum unum, olei dulcis quincuncem. Ceruſam & calcem cum ſucco terito, & ad ceratum frigefactum admiſceto & loco prius repurgato adhibeto. Hoc præ omnibus teneram plantam efficit. Ad reliqua uero ulcera ob fœtorẽ improbatur. Aliud. Amurcę, mellis deſpumati, ſing. drac.ii. aluminis phorimi drac.i. Hoc etiam gingiuas purgat ac firmat.

De crurum ac reliquarum partium uaricibus. Cap. LXXXIIII.

Varices appellantur uenæ dilatatæ, quæ aliquando circa teſtes, aliquando circa crura ampliantur. Sed qui in teſtibus fiunt, chirurgiam difficulter admittunt. Qui uero alibi conſiſtunt, hoc modo curari ſolent: primum ſimplex ſectio fit cutis uaſi adiacentis, deinde uas ab ambientibus corpuſculis ſeparatum cęco uncino attrahitur, ac lineo funiculo ſuperne deligatur, & non aliter quàm in uenæ ſectione fieri ſolet uas incidi-

ditur, & euacuato ſanguine quantum opus eſſe uidetur, ſuperior pars conſtringitur, & poſtea totũ quod ampliatũ fuerat amputatur, peracto opera ſectio polline thuris impletur, & ſplenio ac linteo impoſito deligatur. Æger autem quieſcere iubetur, ſeruato accliui partis ſitu, ne ſi decliuis iaceat, humores ad ipſam cõfluant, poſtea curationis ductus ad puris generationẽ dirigitur, & reliqua cura ulceribus communis adhibetur. Atq; hæc compẽdiaria ac ſecura curatio eſt. Quidam uero uſtionem malunt, & per lati digiti ſpacium cauteria uaſis adhibẽt. Et ubi cruſta exciderit, ulcuſq; incarnatum ac cicatrix inducta fuerit, locum roborãt. Alii uarices incipientes talibus medicamentis prohibere conantur. Emplaſtrum citra moleſtiã reſiccãs, etiamſi ulcera manantia in ipſo uarice fuerint. Bitumínis iudaici ſeſquilibram, olei uetuſtiſſimi beſſem, terebinthinæ liquidæ ſeptuncem, ſulphuris uiui trientem.

Bitumen ad cicerum magnitudinem craſſius contuſum, in oleo donec liqueſcat coquito, deinde adiecta terebinthina ſimul coquito, donec nõ amplius inquinent, & ſublato ab igne medicamento ſulphur tritum inſpergito, atq; ſimul omnia in mortarium frigida aqua plenum iniicito, & probe ſubactis utitor.

De brachiorum ac crurum dracunculis. Leonidæ. Cap. LXXXV.

Qui appellantur dracunculi lumbricis ſimiles ſunt, & aliquando magni, aliquando parui reperiuntur, frequentius quidem in cruribus quãdoq; uero & in muſculoſis brachiorum partibus conſiſtentes. Naſcuntur aũt hi in Æthiopia ac India in pueris præcipue, eſtq; ipſorum generatio non diſſimilis lumbricis latis uentris. Sub cute enim mouentur nihil moleſtiæ afferentes, uerum temporis progreſſu circa dracunculi extremitatem locus ſuppuratur, & cutis aperitur, ac dracunculi caput exeritur. Quod ſi dracunculus attrahatur, uehementem dolorem inducit, præſertim ſi ni-

mia tractus uiolentia fuerit ruptus. Nam quod relinquitur, molestissimos dolores infert, proinde ut ne recurrat animal, ualido filo brachiũ constringere oportet, & quotidie hoc moliri, ut dracunculus paulatim progrediens constrictione quidem intercludatur, nequaquam autem abrumpatur. Locus item aqua mulsa, & oleo in quo absinthium aut abrotonum coctum est, aut alio quodã ex his quæ ad alui lumbricos descripsimus, irrigandus est. Omnia tamen acria uitãda, propter periculum inflãmatiõis. Cataplasmata quoq; laxatoria ac suppuratoria è farinis cum aqua mulsa & oleo præparata adhibeantur. Quod si dracunculus sponte progrediens facile extrahi poterit, nihil amplius faciendum est. Sin ad suppurationem uertetur, à cataplasmatis, & aquæ mulsæ ac olei rigatione non est discedendum. Nos uero emplastrum è baccis lauri, post cataplasmatum ablationem, imponere solemus, facta uero suppuratione, cutis per longitudinem dissecetur, & dracunculus denudatus auferatur, & cutis linamentis inditis disparetur, & reliqua curatio suppuratoria adhibeatur, ita ut animali suppurato & extracto, ulcus incarnetur & ad cicatricem perducatur.

QVARTIDECIMI SERMONIS AETII FINIS.

INDEX EORVM QVÆ IN DECIMO quinto Aetii Sermone habentur.

De tumoribus laxis. Cap. 1
De inflatione. 2
De tumoribus induratis. 3
Tendinum ac ligamentorum induratorũ curatio. 4
De strumis. 5
De brochocela, hoc est, gutturis tumore. 6
De pultacei ac mellei humoris tumoribus. 7
De steatomatibus, hoc est, tumoribus adiposis. 8
De Ganglio. 9
De uasorum dilatatione. 10
De ceriis, hoc est, fauis. 11
Emplastra ad cruenta uulnera glutinanda, & ad multos usus commoda. 12
Emplastra cephalica, & ad fracturas, & ad multa commoda. Et de iusto eorum usu. 13
Emplastra emollientia ac discussoria, ad multa commoda. 14
De emplastro ex aspidibus. 15
De emplastro Aniceto. 16
Emplastra ruptoria. 17
Emplastra discussoria & attractoria. 18
Emplastrum Nechepsonis è cupresso. 19
Apochymatis præparatio 20
Cerata utilissima. 21
Heptapharmacum laxãs, suppurans, incarnans. 22
Enneapharmacum. Horimendesii. 23
Emplastrum philosophi. 24
Oesypi præparatio. 25
Emplastrum Manus appellatum. 26
Emplastrum Bromiũ appellatum. 27
Emplastrum ex ouis. 28
Parhygrum Galeni. 29
Emplastrum ex ouis. Oribasii. 30
Parhygrum Oribasii. 31
Emplastrum Rosaceũ inscriptum. 32
Emplastrum phycotyche appellatum. 33
Emplastrum Sphæriũ ap

pellatum. 34
Emplastrum pētatheton. 35
Emplastrum ex Ochra. 36
Emplastrum telamoniū. 37
Pilarium ex recremento argenti. 38
Emplastrum ex pompholyge. 39
Emplastrum rutaceum. 40
Ceratum è perdicio. 41
Ceratum è succo betæ. 42
Ceratum ex sandyce, homo appellatum. 43
Emplastrum ex alliis. 44
Emplastrum è scilla. 45
Emplastrum ex pompholyge, Heræ Cappadocis. 46
Emplastrum nigrū Essentia appellatum. 47

AETII SERMO DECIMVSQVINTVS.

De tumoribus laxis itemq; duris, & de strumis, & emplastrorum multi usus compositione.

DE TVMORIBVS LAXIS. CAP. I.



QVEM AD MODVM ab influxu bilioso erysipelas, hoc est, ignis sacer, ita à pituitoso tumor laxus, quem œdema Græci uocant, generatur. Est autem tumore his citra dolorē, fiatuosum spiritum continens, uelut à uaporoso humore prognatus. Solent etiam aliter tumores laxi fieri, circa pedes præcipue, in hydrope, ac tabe, & malo corporis habitu, qui si digitis premantur, cauus locus fit. Et hi quibusdam etiam faciem occupant. Verum hi tumores accessiones sunt aliarum affectionum, & nullam propriam ac principuam curam requirunt. Sufficit enim ipsis frictio, aliquando per acetum ac oleum rosaceum permixta, aliquando per oleum & salem, potest etiā sal ad acetum oleo rosaceo permixtum adiici. At si ob pituitosi humoris influxum in parte aliqua laxus tumor cōsistit spongia posca imbuta ac imposita, & leui adstrictione alligata, quæ ex infernis partibus initiū sumat, & in supernas desinat, affectionem quandoq; sedauit. Oportet autem spongiam esse nouā, si uero talis non adsit, expurganda est nitro uel spuma nitri, & lixiuio. Quod si neq; sic tumor deprimatur, parum aluminis ad poscā adiicies. Aptum est & Tarsicum Ellichyniū, aut aliud mollissimum, eodem humore imbutum ac impositum. Confert & glaucium, & collyrium ex eo paratum. Sordes item lucernarum aqua mulsa dilutæ utiliter adhibentur. Cæterum diuturnos tumores laxos oleo præillitos, & spongia noua lixiuio superimposita uiolentius constrictos sanabis. Discutit item ac compescit laxos tumores terra omnis illita, & præsertim quæ in lentibus reperitur ad salem adhibita, uelut Sermone secundo retulimus. Item isatis hortensis ac satiua.

De inflatione. Cap. II.

Flatuosus spiritus aliquando sub cute, aliquando sub pelliculis ossa, aut musculos ambientibus, colligitur, & inflationem parit. Aliquando etiam circa uiscera uentrem q; ac intestina coaceruatur. Si itaq; uiscera inflata fuerint, satis cōstat ex uitioso uictu malum esse obortum. In musculis autem contingit præcedente plerunq; contusione. Sunt huiusmodi musculorum affectiones curatu difficiles, quoniam in omnes ferme musculi partes flatuosus spiritus dispergitur, constringiturq; ac intercluditur ab ambientibus pelliculis, & plurimis aliis corpusculis usq; ad cutem prætēsis. Ad uentris ergo ac intestinorum & uiscerum inflationes, oleum tenue efficax est, in quo ruta aut cyminum, aut apii semen, & alia attenuantia ac calefacientia coctum est, si aut irrigetur, aut per clysterem infundatur. Magna etiam cucurbita circa umbilicum absq; scarifica-

tione appoſita, tam cito hominem à moleſtia liberat, ut admirabilis ſit ea celeritas, & incantationi ſimilis. At uero muſculis ex contuſione inflatis, ex calidorū & acrium uſu partes exacerbantur, & auctis inde inflammationibus muſculi magis læduntur, ac dolores intenduntur. Mixtas itaq; facultates habere oportet ea quæ inflatis muſculis adhibentur, præſertim ſi contuſio fuerit aliquantulum inflammata. Quapropter in principio mitigatoria augenda ſunt. In declinatione uero diſcuſſoria. Neq; repēte ab alteris ad altera tranſeundum eſt. Sed paulatim mitigatoriis detractis, diſcuſſoria augebimus. Mitigatoria uero in huiuſmodi affectionibus ſunt, ſapa, & œſypus, modico oleo adiecto. Diſcuſſoria autem acetum, nitrum, ſpuma nitri, & lixiuium. Et in principio quidem ſolam ſapam cū modico oleo, & aliquādo uino adhibemus, ut ne omnino repellendi ui careat, & hæc omnia ſuccida lana excepta. Quæ ſi non adſit, œſypum reliquis quacunque lana exceptis ammiſcemus, præ omnibus uero curandum eſt ut hæc calida permaneant, neq; ſinantur donec frigefiant, forinſecus itaq; calida lana adhibeatur, & ubi calorem eius æger amplius non percipit, noua ſtatim applicetur. Mitigato autem ægroto, acetum ac nitrum ammiſcebimus, copia ipſorum paulatim aucta. At uero neglectas & antiquatas inflationes, primū lixiuio fouebimus, deinde emplaſtrū quoddam moliēs ac diſcutiēs imponemus. Quale eſt hoc. Strigmēta feruefacta excolato ut pura fiant & rurſus in ollam mittito, & calcē uiuā uelut farinā tritā infarcito, ut luto ſa cōpages medicamenti euadat, & utitor. Hoc uero adhuc efficacius eſt pharmacūex ſycomoris cōpoſitū.

De tumoribus induratis. Cap. III.

Indurati tumores laxis opponuntur. Laxor& enim nota eſt ut appreſſis digitis cedāt & cauus locus fiat. Duror& uero tumor ptinax eſt, & ad tactū renitēs, & ad ſenſus difficultatē inclinat, ut tandē hi loci in qbus

eſt, ſenſus exortes fiant, & ad oſſis duriciā perueniāt, & nullam omnino curationē admittant. Sed & pili in ipſis oriri ſoliti, minime nutriuntur, & exacte glabri fiunt. Duri itaq; tumores aliquando ſtatim ab initio cōſiſtunt ac augentur. Aliquando uero à medicis inducūtur, qui inflāmationes ac eryſipelata uehemēter perfrigerarunt ac adſtrinxerunt, quū tamen tranſacto principio diſcuſſoria adhiberi debeant. At uero qui ex eryſipelatis fiunt, cutis duriciā ſaltem præ ſe ferūt. Qui uero ex inflāmationibus ſuccedunt, ſubiectas ēt carnes inuadunt, tanto profundius quanto inflammationes eryſipelatis ſunt profundiores. Inchoantibus ergo duriciis, & debilem aliquē ſenſum adhuc habentibus, medicamenta emollientia adhibebimus, quæ ſimul moderate etiam diſcutiunt, & talia ſanè ſunt q̄ & molliēdi ac diffundēdi uim habēt. Nā q̄ uehementer diſcutiūt, & ſine mollitione ſtatim euacuāt, manifeſte qdē tumorē imminuūt, reliquias uero affectiōis incurabiles efficiūt. Diſcuſſis enim tenuiorib. humoribus quod exacte terreū ac ſolidū eſt pertinaciter reſtitat, quapropter in hūc uſum medicamēta adhibēda ſunt, quæ molliēdi ſimulq; diſcutiēdi uires habent: primū igitur mollientibus utemur, deinde ad diſcuſſoria procedemus, eaq; mollientibus paulatim miſcebimus. Conſiderandus tamen eſt & curandi corporis habitus, & affectionis ſtatus quantum proceſſerit. Hæc uero ſi recte conſideraueris, coniecturalem quidem, nō tamen penitus arte carentem, peritiam acquires, prima enim die ſtatim mollientia adhibebis, altera deinde aut tertia tranſacta, facile intelliges an augere aut remittere medicamenti uim oporteat, præſtat autem tum ad hos uſus, tum ad reliquos, ſi rectam curationem peragere uelimus, oppoſita medicamenta, ualidiſſima uidelicet ac mitiſſima, præparata adſeruare, quo pro affectionum diuerſitate diuerſæ mixturæ fieri poſſint. Ad duros itaq; tumores

molliendos caprinus bubulusq; adeps commodus est. At sicut taurinus ac hircinus ualidiores sunt, ita hœdinus ac uitulinus imbecilliores, & suillus debiliſimus. Sed his omnibus præstant ad discutiendũ, non autem molliendum, leoninus, pantherinus, hyænæq; ac anseris. Gallinaceus autem inter suillum ac anserinum medius est. At inter medullas prima est ceruina, deinde uitulina: Cæterum resinæ odoris nõ acris, his medicamentis ammixtæ uiscositatem exhibent, nec tamen molliendi uim auferunt. Commodissima uero omnium resinarum est terebinthina, quæ chia appellatur, & laricis resina, liquoris compage nihil abhorrens differens. Deinceps uero pinea & abietina. Verum ficciores, qualis est resina pinus arida, physema priuatim appellata, nimium ficcant. Et propterea ad emollientium medicamentorum compositionem inutiles sunt, sed terebinthina ac laricina eligendæ. Pix quoq; Brutia quum eiusdem facultatis sit, in eosdem usus recipi potest, sed aridiorem reprobamus, sicut etiam bitumen. Habet & mastiche chia uim emolliẽdi, Ægyptia uero mastiche nigra emollit quidem, sed magis siccat ac discutit. Thus insuper non expers est facultatis molliendi, itemq; fœni græci semen: hoc enim coctum mollire potest, quanquam thus quoq; in molliторiis medicamentis paululum est coquendum. Eiusdem ordinis sunt & balneorum strigmẽta, butyrum, altheę decoctũ. Media uero inter lenia & ualidissima propolis est. Validissima autem appello, ammoniacum thymiama, bdellium, præsertim Scythicum resinosum, & colore nigricans: styracem maxime pallidũ qui calamites uocatur, flauum item ac pinguem. Galbanum enim & opopanax supra uim discussoriam, etiam molliunt. Verum galbanum molliendo, opopanax discutiendo præstat. Atq; huiusmodi sanè molientium medicamentorũ materia est. Tu uero libros adeptus medicamentarios, singulorum compositorũ uires

uires ex simplicibus expendes, quo uarias pro maioris ac minoris ratione ipsorũ differentias cognoscas, & corporum simul ac affectionum differentias considereres, atq; ita fortia fortibus, & mitia debilibus adhibeas. Inter curãdũ aũt affecta pars oleo calido fouetur, & glutinosa medicamenta apposita anteq; sponte decidant, ne remoueantur: Immo etiamsi lauandus sit æger, omnino permittenda sunt. A balneis tamen medicatis abstinentiam consulo, præsertim quæ aluminis, aut sulphuris, aut æris qualitatem ammixtam habent. Hæc enim huiusmodi affectibus aduersantur. Et hæc profecto sufficere possent ingeniosis & in artis operibus aliquatenus exercitatis uiris. Verum quum non omnes tales sint, medicamenta quoq; usu & experimentis cognita explicare oportet, initio sumpto ab his quæ summam molliendi uim obtinent, & paruis etiam inflammationibus commoda sunt, quæ aliqua duricia participant. Horum autem simplicissimũ est parhygrum appellatũ, ex ceræ, butyri, & colophoniæ æquis portionibus cõstans. Deinde quod Mnasææ inscribitur, & reliqua eiusmodi. Item helladicum mollitorium, & quod ex perna præparatur, & quod Lucio inscribitur ad anchilopas & reliqua quę paulo inferius in hoc Sermone habentur.

Tendinum ac ligamentorum induratorum curatio. Cap. IIII.

Tumorum equidem induratorum emollitio ac discussio prædictis medicamentis perficitur, quæ emollientia appellantur. Quum uero partes quædam natura rariores, quædã densiores sint, consequẽs est ut singula propriis medicamentis priuatim opus habeant. Quapropter ad tendines ac ligamenta præstabilius esse iudico, ut mollientibus medicamẽtis aliquid adiungatur, quod incidendi uires habeat, inter q̃ præcipuũ est acetũ. Affecta itaq; parte cõmodis medicamẽtis præmollita, huiusmodi fomentũ sæpe habuit suc-

ceſſum. Acerrimo aceto ignitũ lapidẽ pyritẽ, ſi habe-
ri poteſt, aut molarẽ ex quo molas faciunt, reſtinguo.
Deinde ad excipiendum ſubſtrati lapidis calidum ua
porem ab aſperſo aceto emergentem, ligamentũ ſiue
tendinem induratum adhibere iubeo ac commoue-
re. Hinc enim mirifice opem ſentit. Et poſtea rurſus
medicamentum mollitoriũ impono, & paucis inter-
poſitis diebus idem fomentum rurſus repeto. Sæpe
enim in hac ligamenti aut tendinis admotione ac cõ-
motione, ita ab eleuato uapore duricia reſoluta eſt, ut
res incantationi ſimilis uideretur. In principio tamen
affectam partem non aqua, ſed oleo plurimo quoti-
die large perfundo: accipio autem oleum dulciſſimũ
adſtrictione penitus carens, in quo interdum fœnum
græcum, & altheæ ac cucumeris ſylueſtris radicẽ, uel
alicuius cõſimilis coquo. Vtor præterea aceto etiam
ad alias partes, quæ iam diu medicamenta alia exper
tæ ſunt. Scio enim eſſe quædã medicamenta ex aceto
parata, quæ poſt mollientium uſum p integrum diẽ
imponere ſoleo, deinde rurſus molliẽtia adhibere, &
paucis interpoſitis diebus rurſus ex aceto præparata
imponere: uis enim aceti p interualla locis iam præ-
mollitis admota, craſſos ac uiſcoſos humores incidit
ac diſſoluit, & hinc tales affectiones non leuiter iuuat.
Verum ſi quis adeo fortiter diſcutientibus plus ꝙ uſus
fuerit, præſertim in principio, tenuiores quidem
humores diſcutiet, reſiduum uero ad lapideam natu-
ram mutatũ, loco impactũ perſiſtet, ſupra hoc quod
nimius etiam eorum pharmacorum uſus, neruorum
eſſentiam lædit. Quapropter neq; frequenter, neq; ab
initio, neq; duobus conſequenter diebus, medicamen
tis cum aceto præparatis, ad ligamentorum ac tendi-
num duricias utendum eſt. Lienis tamen partibus in-
duratis, tutus & commodus ipſoꝝ uſus eſt. Et multi
ſanè indurato lienis tumori, ammoniacum thymiama
cum aceto ſubactũ adhibẽt, & hoc ſolũ ſæpe ad ſple-

nis indurati curationẽ ſufficit. Ego uero etiam carnoſaꝝ partiũ muſculis induratis, inter mollientia medica
menta, ammoniacum cum aceto adhibere ſoleo, &
ſummã eius commoditatem deprehendo. At hoc ẽt
hic una tantum aut altera die adhibendum eſt, & de-
inde ad mollientia reuertendum: Et pluribus diebus
iuteriectis rurſus ad medicamentum ex aceto tranſeũ
dum, ſiue ammoniacum id ſit, ſiue aliud quoddam
emolliens cum aceto præparatum: Molliens aũt eſſe
oportet, quod cum aceto paratur: Siccantia enim pri
mum quidem prodeſſe uidẽtur, ſed reſiduum poſtea
incurabile efficiunt. Proinde inter emollientia frequẽ
ter hoc cataplaſmate uti ſoleo. Altheæ radicem tritã
ac anguſtiſſimo cribro excretam, adipe excipio ac ap
pono, eſt enim medicamentum ad huiuſmodi affe-
ctiões efficax. Sit autem adeps anſerinus, ſi haberi po-
terit: Sin minus, gallinaceus. At ſi hic quoq; defuerit,
ſuillo utemur. Sed & maluæ agreſtis ubiq; naſcẽtis fo
lia aliquo relato adipe ſubacta utiliter apponuntur, q̃
ſi moderate fuerint cocta, crudis erunt præſtantiora.
Talia enim pharmaca locis iam prẽmollitis adhibita,
citra mordacitatem ac tuto diſcutiunt.

De Strumis. Leonidæ. Cap. V.

Strumas appellant græci chœradas, à porcis, in
quorum gutture adenoſi quidam tumores reperiun-
tur ſtrumis ſimiles. Alii à multiplici partu porcoꝝ no
men deſumptum putant. Sunt aũt ſtrumæ carnes ſub-
candidæ, facile augeſcentes, in mẽbrana contentæ, &
in ſumma, glãdulæ induratæ, q̃ in collo, ſub alis, ac in-
guinibus oriuntur, ubi glandulæ uaſis ſubſtratæ ſunt.
Aliquando etiã, ſed tamẽ raro, ex carne eorundẽ lo-
corum fiunt, quæ affinitate quadam ad ſtrumaꝝ natu
ram uertitur, & materiæ acceſſione augetur. Differũt
ſtrumæ inter ſe, magnitudine, natura, loco, ortu, mul-
titudine, & uaſoꝝ cõplicatione. Magnitudine, quia
aliæ paruæ, aliæ mediæ, aliæ magnæ, aliæ ingẽtes ſunt.

Natura, quoniam aliquæ manſuetæ, aliquæ malignæ cõperiuntur: Manſuetæ citra inflãmationẽ, citra dolorẽ, moderatã duriciã habẽt. Neq; enim molles ſunt uelut tubercula adipoſa Steatomata appellata, neque duræ, ſicut tumores indurati, ſed mediã quãdã tactus proprietatẽ habẽt, & tumorẽ circũſcriptũ rotundũ ac æqualẽ. Malignæ uero ſtrumæ inflãmatiões ac dolores pulſantes inducũt, & tumorẽ inæqualẽ præ ſe ferunt, in quo uaſa prominent, & ad manuũ contactum ac medicamentoꝝ impoſitionẽ efferantur. Loco aũt, differunt, quoniam quædam in anteriore colli parte quædam ab altera ipſius parte, quædã ab utraq; oriũtur. Quædam item ſtatim ſub cute ſuperficiem habẽt, quædam circa magna ac nobilia uaſa penitus inſidẽt. Ortu, quod quædam uelut eleuatæ, quædam inſertæ oriuntur. Et eleuatę quidem facile huc & illuc mouentur: Inſertæ uero ad contactum renituntur. Multitudine, quia & una, & plures generantur. Vaſorum complicatione. Quædam enim uenas ac arterias implicatas habent, quædam omnino non habent, paruę igitur ſtrumæ facilius curantur quàm magnæ, & manſuetæ citius quàm inflammatæ. At uero malignæ incurabiles ſunt. Quum enim omnes huiuſmodi ſtrumæ canceratæ ac uaſis refertę ſint, ſi eas per chirurgiã aggrediaris, ſanguinis eruptionis periculum immine t, ſupra hoc quod penitius inſidentes, reſcindi non poſſunt. Vaſa enim nobilia, uenas uidelicet iugulares & arterias carotidas appellatas, maligna ſtruma uelut radices habet. Verum pro loci ratione ſuperficiariæ facilius curantur quàm profundæ, & deinde & quę in collo oriuntur facilius curantur q̃ reliquę. Vocales tamen neruos in his diligenter uitare oportet. Multi enim ſtrumas circa alperam arteriam ſecantes, uocalibus neruis ſimul reciſis, hominem de cætero uoce priuarũt. Nam ſupra nerui reciſionem, uocalia inſtrumenta denudata, & inter curandum p̃frigerata, uocis

actionẽ amiſerũt, pro multitudine uero, certũ eſt unã facilius quàm plures curari poſſe. Sicut quãtũ ad ortũ attinet, longe citius curantur eleuatæ, quàm inſertæ. Optima porrò ac compendioſiſſima ſanabilium ſtrumaꝝ curatio fit per chirurgiam. Ægrũ igitur proſtratum decũbere oportet. Sedens enim facile animi deliquium incurret: poſtq̃ igitur decubuerit, cruribus inter ſe compoſitis caput à miniſtro detineatur. Deinde cutis tumori incũbẽs recta uel obliqua ſectione inciditur. Sectio enim trãſuerſa collo incõmoda eſt, quũ uaſa & nerui recta porrigantur. Neq; uno impetu tota cutis craſſitudo diſſecetur, nihil enim uiolente fieri debet. Et in paruis q̃dẽ tumoribꝫ ſimplex ſectio fiat, in maioribus aũt ad myrtei folii figurã cutim reſcindes, tũ uaſa paulatim denudata ſepones, quæ quũ naturali carne ſint candidiora facile diſcernes, poſtea ſectionis labia hamulis diſtendes, & pelliculas de ſtruma tum manu, tũ ſcalpello detrahes. Quod ſi inſerta fuerit, attente res peragenda eſt, ne per incuriã ſanguinis eruptio fiat, atq; ea gratia unum tantũ ſectionis labium hamulis diſtendatur, & ita ſenſim à connexis corporibus p̃ ſcalpellum ſeparetur. Et ubi ex una parte connexa fuerint diſperata, in altera idem fiat. Deinde tota baſis diligenter, propter neruos & uaſa ſubſtrata reſecetur. At in ſtrumis circa alas ac inguina ortis, ſectio trãſuerſa fit ob cutis reduplicationem, peracto opere ſi ſanguis erumpat, medicamenta ſanguinem ſiſtentia ſupra relata adhibeantur. Sin minus, ſectio thuris pol line expleatur, & linamenta indantur, & lana uino imbuta adalligetur, poſtridie permiſſis ligamentis, locus uino & oleo profundatur, & hoc uſq; ad tertiam aut quartã diem fiat. Deinde ſoluatur, & ſuppuratio p̃curetur, & curatio reliquis ulceribus cõmunis fiat. Ad repurgandũ aũt, & incarnandũ, ac cicatricẽ inducendã, theriaca efficaciſſima eſt. Cæterum inchoantes ſtrumas, tum in pueris, tum his qui chirurgiam nõ

admittunt, medicamentis dissoluere ac discutere co-
nabimur, & sanè curatio ipsarum similis est ei quàm
ad induratos tumores paulo ante retulimus. Primũ
enim mollire, postea discutere oportet. Emplastrũ
ad strumas. Strigmenta à palæstræ parietibus derasa
ac probe subacta, super linteolo extendito ac imponi
to. Aliud. Laser aut calcem uiuam cerato cyprino
aut irino exceptam imponito. Aliud. Sulphuris &
galbani æquales portiones resina excipito. Aut clíba
ni testam cum aceto terito, & uelut ceratum efficito.
Aut corticem radicis mandragoræ cyprino aut irino
cerato excipito. Hoc equidem efficacissimum est.
Aliud. Strumas erodens: Sandaracham cum adipe
caprino aut bubulo, aut calcem cum eodem imponi-
to. Aut nasturtium cum cerato. Aliud. Succum cy-
renaicum, aut si haberi nõ potest, laser cum melle atti
co ad cerati compagem illinito. Aliud rumpens stru
mas. Pumex cum aceto tritus strumas rumpit ac resic
cat. Aliud. Semen nasturtii & lomentum aqua subi
gito, & quotidie bis imponito. Et post eruptionẽ eo-
dem usq; ad exactam sanitatem utitor. Aliud. Vrti-
cæ semẽ cum uino tritum, rumpit, repurgat, incarnat,
& cicatricem inducit. Aliud. Grossos præsertim ca-
prifici cum axungia imponito. Omnem enim tumo-
rem discutiunt. Aliud. Recrementum ferri cũ oleo,
aut bdellium cum melle, linteolo inducito, ac adhibe
to. Et quinq; diebus transactis soluito, & spongiis lo-
cum foueto, cauens ne oleo inquinetur. Oportet aũt
bdellium ad prunas cum melle subactum optime di-
stendi. atq; ita applicari. Aliud. Psyllii, lomenti, semi
nis urticæ, pares portiones, pice liquida excipe ac ute
re. Aliud. Ostreorum testas ustas ac minutissime tri-
tas inspergito, loco prius uino ex ore consputo. Atq;
hoc frequenter facito. Emplastra etiam adhibeantur,
quæ paulo inferius describentur. At quod ex achate
lapide præparatur, ad suppurandum, rumpendum, ac

persanandum commodissimum est. Item quod par-
dalis appellatur, superius ad hydropicos relatũ. Stru-
mis insuper laborantes uiperarum esu magnopere iu
uantur, quem ad modum de elephantiacis diximus.
Item si laser quotidie ieiuni ciceris magnitudine uo-
rauerint. Aluum etiam facile solubilem habere opor-
tet, & tenui uictu uti, uomitumq; frequenter ciere, &
pituitam p os detrahere, ac caput reficcare. Cataplas-
mata quoq; sincipiti adhibenda sunt, q̃ mediocres pu
stulas excitare possunt, uelut est capparis radix cum
polenta, ac reliqua huiusmodi. Smegmatis item ac
puluillis eiusdem facultatis utendum est.

De Bronchocela, hoc est gutturis tumo-re. Cap. VI.

Bronchocele appellatur tumor in gutture oriens.
Omnis enim tumor apud antiquos cele nuncupatur.
Nomen igitur commune est, sed species tumorum
differunt. Quidam enim meliceris à melleo humo-
re, quidam adiposus, quidam pultaceus, quidam
canceratus appellatur. Aliquando etiam propter
localem uasorum dilatationem oritur, quomodo
frequentissime ex partu contingit, quum in uehe-
mentissimis doloribus puerpera spiritum uiolenter
detinuerit, constatq; uasorum huius loci dilatatio-
nem incurabilem esse, quem ad modum etiam tu-
morem in scirrhum induratum, malignumq; ac ma-
gnitudine ingentem. Verum reliqui omnes chi-
rurgiæ ac medicamentis cedentes facile sanantur.
Chirurgia uero præsenti tumori conueniens fit, si
ue meliceris, siue adiposus, siue pultaceus tumor
fuerit. At uero quæ gutturis tumores discutiunt,
sunt bdellium cum melle tritum, calx cum axungia,
laser cum sulphure, lixiuium cum melle, stercus ca-
prinum cum aceto. Aliud. Calcem uiuam, ammo-
niacum, bdellium, testam clibani ustam, æruginem,
sulphur uiuum, paribus portiõibus cum aceto terito,

& axungia aut terebinthina excipito ac imponito. Aliud Adamantii. Gallarũ unc.i.lapidis pyritæ drac. iii.pyrethri drac.ii.nitri drac.i.ſilphii ſeſquidrachmã, ſandarachæ drac.ii.terebinthinæ drach.ii.ceræ, picis, ſingulorum drach.tres,axungiæ ueteris drach.duas, aluminis liquidi unc.i. Arida è uino ac ſapa terito, & liquabilia liquefacta ammiſceto,ac utitor. Aliud. Spumæ argenti,ȝris uſti,ſingulorum drachmas octo, olei antiqui drachm.centum, reſinæ pinus drach.xl. galbani, ammoniaci thymiamatis,ſingulorum unc.i. aluminis ſcisſilis,mannæ thuris, ſingulorum drachm. quatuor,oleum cum ſpuma argenti coquito, & medio coctura tempore æs tritum inſpergito, & bullire ſinito donec non amplius inquinent. Deinde liquabilia liquata adiicito,& ab igne ſublatis pollinem thuris ac alumen ammiſceto,ac utitor. Aliud. Silphii, ſimilaginis,ſingulorum drach.octo,calcis uiuæ drac. ſexdecim,ſandarachæ drachm.xii.mellis quantum ſatis eſt,præpara ac utere. Ad laxos autem tumores ȝ ſub mento oriuntur,iridem illyricam cum aqua tritã, adiecta modica rubrica, ter ſingulis diebus illinito. Eſt enim medicamentum inſigne.

De pultacei ac mellei humoris tumoribus. Leonidæ. Cap. VII.

Atheroma eſt tumor concolor,citra dolorem, in tunica neruoſa,humorem pulticulæ ſimilem, quæ ex farina cocta fit,& athera græcis appellatur, cõtinens. Aliquando autem unà cum pultaceo humore, lapidoſa quædam duraq; corpuſcula,& alia tanquam ſulphuris ramenta reperiuntur. Aliquando uelut manſa gallinarum oſſicula. Inuenimus etiam aliquando uelut pilos craſſiſſimo humori complicatos. Philoxenus autem dicit ſe aliquando reperiſſe animalia in humore, culicibus aut muſcis paruis ſimilia. Eſt autem atheromatis tumor ſpecie & figura oblongus,ſublatus q; & ad compreſſionem digitorum, ob humoris

craſſitudinem, tarde cedens, & amotis digitis tarde reuertens. Meliceris autem eſt pellicula neruoſa tenui humore inſtar mellis referta, ſimiliter citra dolorem conſiſtens,differens ab Atheromate figura & humoris eſſentia. Nam & figura rotundior eſt,& humoris eſſentia tenuior. Et huius tumor magis extenditur, & ad digitorum compreſſionem celerius cedit, & amotis digitis pari celeritate reurtitur. Cæterum pro chirurgiæ ratione nihil refert,ſiue pultaceus, ſiue melleus, ſiue feculentus humor, aut cuiuſcunque eſſentiæ fuerit contentus. Vnus enim ſcopus propoſitus eſt,ut tunica ſiue pellicula humorem continens auferatur. Sed id conſiderandum eſt quod tumores quidam ſunt eleuati, & ad motum ac contactum expoſiti, facileq; curabiles. Quidam contra inſerti, & ad motum non expoſiti,& in chirurgiæ agreſſione ſummam diligentiam expetentes,propter imminẽtes ſanguinis eruptiones ac neruorum puncturas. Plericp enim chirurgi ob imperitiam etiam neruos ſubſtratos cum huiuſmodi tumoribus recidunt. Chirurgiam itaque aggreſſuri, ægrum in ſella locabimus. Et ſi paruus fuerit tumor, ſimplicem ſectionem faciemus, uelut in ſtrumis diximus. Si uero maior,ad myrtei folii figuram ꝓ tumoris ratione cutem incumbentem reſcindemus. Sed neq; hic uno impetu tota ſectio fiat,ne pellicula humorem continens diffecetur,& humor euacuetur. Si enim euacuatus fuerit,& tumor conciderit,tunica difficulter excoriari ac curari poterit. Summa itaq; diligentia pellicula paulatim excoriãda eſt,nihilq; de ipſa circa baſim relinquẽdum,ne malum regeneretur. Poſt ablatam pellicũlã, labia ſectionis committimus,& ſi plus æquo laxa fuerint,redundantem cutem reſecamus,deinde futuris labia connectimus. Illud porrò animaduerſione dignũ eſt,ut ſi in capite huiuſmodi tumor fuerit, poſt ablatã pellicũlã,mẽbranã os ambiẽtẽ ſecemus,& caluariam

diligenter deradamus. Peracto opere in paruis tumoribus, quum paruam sectionem fecerimus, nulla difficultas imminet, & statim post futuram, splenium glutinatorium inflammationibus arcendis idoneum adhibemus. Qui uero adhuc cruenti sunt, & glutinari nō possunt, in his ex maioribus interuallis futuras fieri oportet, ut ob longa sectionis figura fiat: deinde linamenta indere, & puri generationi studere, quē ad modum superius de abscesibus docuimus. At uero ad eos qui chirurgiam recusant, medicamētis tumorem discutientibus utemur. Emplastrum ad Meliceridas, passarum uuarum uinaceis exemptis lib.i. cumini leuissime triti sexuncem, nitri quadrātem. Omnia simul in mortario subacta adhibeto ac adalligato. At si tensiones ex constrictione remittere oportet, cerato excipito, ex oleo sicyonio & pauca mastiche præparato.

Aliud ad meliceridas, & ceria, id est, fauos appellatos tumores, commodum: Squamam æris & pollinem paribus portionibus ad malagmatis formā subigito ac adhibeto. Aliud ad meliceridas & steatomata. Ceræ, terebinthinæ, squamę æris, sing. sextantem, sulphuris uiui, nitri, sing. unc. i. radicum siccarum cannabis syluestris drach. xxxv. Et si defuerint, Aristolochiæ tantūdem, olei antiqui lib. i. Radices p triduum aqua madefactas & contusas in oleo coquito, donec torrefiāt. Deinde ipsis abiectis, cætera quæ liquari debent liquata ammisceto, & arida ex aceto trita adiicito, ac utitor. Aliud discussorium ad Meliceridas. Salis ammoniaci, spumæ argēti, cerussæ, sing. lib. i. ceræ, terebinthinæ, galbani, opopanacis, sing. unc. i. rubricæ sinopicæ sexuncē, aceti heminam, olei antiqui libr. iii. Spumā argenti, cerussam, & sal leuissime trita in oleo coquito, deinde rubricam aceto tritam adiicito, & liquabilia liquata affundito, omnibusq; simul subactis ac perfrigeratis opopanacē ac galbanum aceto dissoluta ammisceto ac utitor. Aliud ex asellis paratū ad

strumas, & meliceridas, quod etiam cicatricem inducit: Asellos sub hydriis stabulantes ducentos, ostreorum ustor. drac. iiii. rubricæ sinopicę drac. viii. terebinthinæ lib. i. ostrea & rubricam primum seorsim, deinde simul terito, & tum asellos adhuc uiuos adiicito, ac simul terito, & postea cum terebinthina ad calidū cinerem lente coquito, donec non amplius inquinet. Sublatumq; ab igne medicamentum in mortario subigito, ac adhibeto, & quinta die exoluito, potest tamen locus subinde prolui ac rigari aceto.

De steatomatibus hoc est, tumoribus adiposis. Cap. VIII.

Steatoma est tumor præter naturam, adipem in se continens, mole concolor, & tactu lenis, & in principio quidem pusillus, sed temporis progressu ampliatur, pleraq; uero steatomata basim habēt ampliorem, raroq; contingit ut basis angustior, & apex amplior reperiatur. Differt à struma, tactus mollitudine, qua nota etiam à meliceride & atheromate discerniitur. Curatur & hic per chirurgiam, sectione pro tumoris magnitudine fiente, simplici aut ad myrtei folii similitudinem, atque hic libere cutim incidimus. Non enim sicut in atheromate ac meliceridæ tunicæ sectionem formidamus. Nam pinguedo adiposa etiamsi secetur non effluet. Verum illud negligendum non est, quod in strumis quoq; prædiximus: Si steatoma eleuatum fuerit, in circuitu & subter excoriari oportere. In circuitu per scalpellum, subter uero digitis. Insertum uero in ambitu & subter incidendum esse, peracto opere uulneris labia futuris cōstringantur, ut melius glutinentur. Aut linamenta profunda indantur, & curatio ad puris generationem adhibeatur. At uero si steatomata apicem amplum, & basim angustam habuerint, omissis superuacuis, tota à basi rescindemus. Hic enim chirurgiæ modus expeditissimus est, & ulcus paruum ac planum fiet, & cu-

ratio compendio transigetur. Cęterum steatomata dissecutiuntur, floribus buphthalmi cera & oleo antiquo exceptis. Idem facit & cyclamini radix axungia uetęri excepta, possunt & emplastra ad meliceridas præscripta ad hiberi, præsertim quod ex sulphure & nitro paratur, & similia inferius referenda.

De ganglio. Philagrii. Cap. IX.

Ganglium est nerui nodosa coactio ac tumor, ex plaga aut labore obortus, raroq; sponte proueniens, manuum iuncturas, ac talos frequentius occupans, rarius cubitum & caput. Fit & in aliis partibus. Quantũ ad notas attinet, tumor est inęqualis, paruus, dum cõprimitur stupidum sensum exhibens. Differtq; à meliceride & atheromate tumoris inæqualitate & renisu, & quod non orbiculatim uelut illa transfertur, sed dextrorsum solum ac sinistrorsum pro nerui situ flectitur. Cęterum à gangliorum chirurgia abstinemus, præsertim si in manibus fuerint ac pedibus, & medicamentis tantum curamus. Ad hanc rem ammoniacum iuxta ignem ad emplastri compagem emollitũ imponitur, & lamina plumbea tumori æqualis superponitur, & ne hinc & inde labet, arctis uinculis media constringitur. Trãsactis aliquot diebus ubi ganglium fuerit emollitũ, nulla rei mentione ad ægrum facta, statim dum adhuc calet locus, uincula tollimus, & pollicem dextræ manus ganglio immittimus, ac reliquos quatuor digitos ipsi parti iniectos comprimimus, & ganglium confestim dissoluitur. Vtere etiam molliitoriis emplastris, præsertim eo quod ex psyllio pice, masticha nigra, stercore colũbino, & malua syluestri præparatur. Vtere & Lucii malagmatis ad cõtractos articulos descriptis. Commodum est etiam hoc. Cerussæ, olei antiqui, resinæ pinus, sing. lib. i. ceræ sextarium, ammoniaci thymiamatis, galbani, sing. unc. i. Cerusam cum oleo coquito, donec non amplius inquinet: Deinde ammoniacum tritum, postea resinam &

ceram: Postremum galbanum pręmollitum adiicito. Alii resinæ quincuncem, ceræ aũt trientem coniiciunt.

De uasorum dilatatione. Cap. X.

Vasorũ dilatatio, quàm aneurysma græci uocãt, in qualibet corporis parte fit, sed in gutture frequentius, ubi tumorẽ brachocelã appellatum producit. Accidit sæpissime mulieribus in partu, propter uiolentam spiritus detentionem. Sed & in capite circa arteriarũ locos & in reliquo corpore, ubi arteriæ uulnerantur. Sicut quãdo imperiti medici uená cubiti secturi, simul subiectã arteriã dissecãt. Oritur aut omnino uasorum dilatatio, aut dum sanguis & spiritus ex arteriis per sultant, aut dum oscula ipsarum aperiuntur, aut dum rumpuntur. Sanguis autem & spiritus paulatim excreti sub cute colliguntur. Notæ aneurysmatis sunt, tumor paruus aut magnus, concolor, citra dolorẽ, ad tactũ mollis, spongiosam laxitatẽ præ se ferẽs: Et ita ad digitorũ cõpressionẽ cedẽs, ut propemodũ euanescere uideatur, uelut amotis digitis citissime reuertens, id quod in menti aneurysmate & reliquis q̃ fine uulnere fiũt, præcipue uidere datur. At ubi arterię uulnus præcesserit & deinde coalescẽte cute uasorũ dilatatio accesserit, tumor non similiter mollis occurrit. Sanguis enim copiosior spiritu est, qui in grumos coit, & tumorem extendit. Atq; hæ quidẽ sunt notæ. Quãtũ uero ad curationẽ attinet, sciẽdũ deplorata esse aneurysmata apud chirurgos, quę gutturi aut capiti accidũt. Simul enim cũ aneurysmatis sectione, abundãtissima sanguinis eruptio contingit, cũ qua ẽt uitalis spiritus simul erũpit, ut homo sæpe in medicorũ manibus deficiat. At uero quod in cubiti cauitate fit aneurysma, hoc modo p chirurgiã aggredimur. Primũ arteriã superne ab ala ad cubitũ per internam brachii partẽ delatã signamus: Deinde in eadem interna brachii parte simplicẽ sectionẽ, tribus aut quatuor digitis infra alam, per longitudinem facimus, ubi maxime

ad tactū arteria occurrit, atq; ea paulatim denudata, deinceps incumbētia corpuſcula ſenſim excoriamus ac ſeparamus, & ipſam arteriam cæco uncino attractā duobus filiuinculis probe adſtringimus, mediāq; inter duo uincula diſſecamus, & ſectionē polline thuris explemus, ac linamētis inditis congruas deligationes adhibemus. Poſtea uero tumorē in cubiti cauitate ſiue flexura ſecuri ſecamus, nihil amplius uerentes ſanguinis eruptionē. Tunc grumis euacuatis, arteriam unde ſanguis prodiit perquirimus, & repertam uncino attractam ſicut priorem cōſtringimus ac diſſecamus, rurſusq; thuris polline ſectiōe expleta, puris generationem procuramus. Cæterum ad gutturis aneuryſmata, emplaſtrum è cupreſſo inferius inter diſcuſſoria medicamenta deſcribendum commode adhibetur.

De ceriis, hoc eſt fauis. Cap. XI.

Cerium tumor eſt ulceratus, incumbentem cutem perrodens, ita ut ex foraminibus melleus humor excernatur, quapropter tum ob foraminum figuram, tū propter excreti humoris ſpeciem, ceriū, hoc eſt, fauus appellatur, frequenter autem in muſculoſis locis, in articulis, & plantis pedum oritur. Sæpe etiam ſextam colli uertebram occupat, & aliquādo etiam coſtas inuadit. Si uero in capite generatur, primū reliquis partibus, deinde caluæ etiam putredinē tranſmittit. Proinde in principio ſubſcriptis medicamentis curationē tentabimus. Quibus ſuperatis partes corruptas præſertim in capite reſecare oportet, deinde membrana caluam ambiente diſſecta, os caluæ deradere, tum ferreis cauteriis labia ſectionis exurere, ita ut caluam ne attingamus, id quod etiam in aliis diuturnis affectionibus fieri debet. Poſtea medicamenta ad nomas deſcripta adhibenda ſunt. Quale eſt ſiccū ex charta uſta præparatum, & paſtillus è lana ſuccida, ac reliqua huiuſmodi. Lenticulam quoq; coctam, cū malicorio aut oliuę foliis imponemus. Sedata autem noma, curatio

reliquis ulceribus communis fiat. At uero incipientibus fauis commoda hęc ſunt Sulphur & ordei farinā aqua mulſa coctam imponito. Aut adipis ſuilli, terebinthinæ, & mellis pares portiones ad congruā compagem coctas adhibeto. At ubi aperti fuerint, ſulphure uiuo cum pice liquida utitor. Aut erui farinam cū melle impone. Aut ſquamæ æris, pollinis thuris, paſſarum uuarum, pares portiones ſimul tritas adhibe. Ad ampliores autem fauos ficus probe tritas apponito. Ego uero lenticulam coctam, cum malicorio ac melle ſubactam imponere ſoleo, & ſi inflammatio adſit, modicum panis adiicio. Sedata uero inflammatione, malagma Helladicum, aut emplaſtrum melinū Serapionis, aut Paſionis, aut Venus appellatum, adhibeo. Molliora autem adhibenda medicamenta eſſe oportet, propter moleſtias ex duris oborientes: Si itaq; durius fuerit, cum oleo emolliendum erit.

Emplaſtra ad cruenta uulnera glutinanda, & ad multos uſus commoda. Cap. XII.

Atractylis quam aliqui Androſæmon uocant, herba eſt aculeata, humorem ſanguineum reddens, ſi folia eius comprimantur. Hanc radicitus euulſam & in umbra ſiccatam terito, & anguſtiſsimo cribro excernito, & de ea accipito trientem, colophoniæ ſeſquilibram, olei dulcis trientem, æruginis ſextantem, ceræ beſſem. Oleum ceram & colophoniā liquefacito & excolato, deinde æruginem, & poſtea herbam tritam ac cribratam adiicito tum omnia ſimul in frigidam aquam coniecta manibus ſubigito, & in eadem frigida per totam noctem ſinito, ac deinceps ad cruenta uulnera in quacunq; corporis parte reponito, ſiue in infantibus, ſiue in adultis fuerint. Facit & ad ulcera antiqua, ſectiones, ictus, ſugillata, & ex frigore dolores. Exterit cruſtas & cætera quæ in ulceribus difficulter repurgantur. Lepras item ac uitiligines curat. Etenim fœmur cuiuſdam enſe diſſectum, ita ut uulnus uſq;

ad inguem penitisſime progrederetur, quum p quatuor menſes æger decubuiſſet, neque glutinationis initium appareret, hoc ego medicamento agglutinaui. Tibiam præterea alterius à poplite uſque ad talum uulneratam, inflammatione prius mitigata, cum cataplaſmate ex lomento paſſo, uino mulſo, & roſaceo, intra paucos dies perſanaui. Ego uero inquit Philagrius, cum Iſide emplaſtro antiquos ſinus, nõ inflãmatos, & repurgatos, ac uino mulſo elotos, ad uires uidelicet excitandas, feliciter curaui. Illud uero conſtat fiſtularum ſinuumq; ligamenta, à ſuperioribus partibus ad inferiores moderata cõſtrictiõe ducenda eſſe, quo humores in cauitatibus delitescentes ad oſculum ulceris exprimantur. Viride Andromachi hecatontodrachmõ uocatũ. Ammoniaci thymiamatis drachm.viii. ſquamæ æris drachm.xii. polinis thuris drach.xvi. reſinæ pinus drach.xii. adipis uituli drac.xiiii. terebinthinæ drac.viii. ceræ drac.xxx. olei drach.viii. Aceti quantum ſatis eſt. Hoc magna uulnera glutinat, ſordida ulcera exterget, craſſaq; ipſorum labia deterit, ſinus contrahit, diſcuſſoriũ ac repulſoriam uim habet. Et cũ cerato linamentis illitũ ac inditũ caua ulcera incarnat. Viride quod Iſis appellatur. A quibuſdã Hermoni ſacerdoti inſcriptũ. Hoc ad multos uſus commodat, & ad omnia uulnera præcipue capitis unà cũ oſſibus diſſectis. Sanat enim citra deſtructionem ac perforationem: facit etiam ad puncturas, aculeos infixos, hominum ac canum morſus. Ad uiperæ item ac ſcorpionis, draconisq; marini ac paſtinacæ uenena. Et ad artuum fracturas cum uulnere. Citius enim ac ſecurius callum obducit, facit ad fiſtulas omnes recentes, & antiquos ipſarum receſſus, ſinus, tubercula, parotidas, mammarumq; ac alarum abſceſſus, aut ut ne fiant, aut ut facti curentur, commodum ſaniei effluxum nobis procurantibus. Idem ſtrumas aufert cum tunicis celerrime ſuppurans: ſtrũti uero

uero impoſitum fluxiones oculorum ſiſtit. Liuores delet, gangrænas obliterat, putredines repurgat. Et in ſumma efficax eſt medicamentum ad omnia.

Ceræ drachm.centum, colophoniæ drachm.ducentas, alii centum. ſquamæ æris rubri, æruginis raſæ, ariſtolochiæ rotundæ, thuris, ſalis ammoniaci, ammoniaci thymiamatis, æris uſti, ſingulorum drachm.viii. aluminis uſti drachm.vi. aloes, myrrhæ, galbani, ſingulorum drachmas xii. olei antiqui libr.i. uel ſexuncem. Aceti quantum ſatis eſt. Atque hoc quidem emplaſtrum abſolute Iſis appellatur. Verum Iſis quę Epigono inſcribitur, etiam radicis dracunculi drach. viii. recipit: qua Galenus ſe uti dicit. Sola enim dracunculi radix per ſe tuſa ac probe trita ad puluilli formam, maligna ulcera curat. Metallica igitur cum aceto in mortario terito, & deinde reliqua trita ac cribrata adiicito, & liquabilia liquata ad ipſa in mortarium affundito, ſubigito ac unito, & utitor aliquando puro, aliquando mixto ac diſſoluto. Ad ulcera enim ſordida adhibetur medicamenti pars una, cerati uero roſacei liquidi partes duæ. Verum ad ea quæ modica exterſione opus habent, medicamenti pars una, cerati partibus tribus ammiſcetur. Emplaſtrum Machærionis celebre, & ad multa commodum. Cõgruit ad relata omnia. Sed & recẽtia uulnera glutinat, & ab inflãmatione tutatur, & præſertim quę contuſa ſunt, facit & ad canis rabidi morſum ſpatioſiore loco impoſitum, & aſſidue permutatum, facit ad omnem nomen ac ulcera depaſcentia, & ad aurium ac pudendorum ulcera. In oſſibus autem denudatis carnem auget. Competit & narium ulceribus. Diluitur autẽ roſaceo. Ariſtolochiæ rotundæ, galbani, æruginis raſæ, opopanacis, iridis illyricæ, ammoniaci thymiamatis, myrrhæ, ſingul.drac.viii. terebinthinæ, ceræ, olei omphacini, ſingulorum ſeptuncem & unciæ dimidium. Olei dimidium cum æruginę terito, & reliquũ cũ cera

ac terebinthina coquito, opopanacē autem cum aceto diſſoluito, & ſimul ſubigito, omnia ac unito. Emplaſtrū Cephalicū ex herbis, ſine pforatione, ſquamas diſparat, & oſſa corrupta educit. Veꝝ oſſib. præraſis adhibere oportet. Idem ad recētia uulnera facit, & nomas linamentis indita repurgat. Cū roſaceo uero cerato replet, una eius parte, ad duas cerati ammixta, facit & ad carcinomata ac putrida ulcera. Exterit lepras, furunculos diſſoluit, ſtrumas ſuppurat, & expurgat, conuenit podagricis, & tophaceas ipſorum duricias, diſſoluit. Anagallidis cæruleum florem habentis, papaueris corniculati, foliorum tenerorum hyoſcyami, marrubii uiridis, ſingulorum drachm. lvi. ſquamæ æris rubri drachmas xxv. mannæ thuris drachmas xx. reſinæ pinus ſiccæ drachmas xvi. aloes drachmas ſex, aluminis ſciſſi, & rotundi, ammoniaci thymiamatis, ſalis ammoniaci, ſingulorum drachmas quatuor, ceræ drachm. centum, olei ueteris heminas duas ſiue uncias xxiiii. Aceti quantum ſatis eſt. Herbarum folia in pila leuiter tundito, ut ſuccus non exprimatur, deinde in mortarium conīecta minutiſſime terito. Et in alio mortario, ſquamā, pollinem thuris, reſinam pinus, alumen, aloen, ſalem, & ammoniacum thymiama, ad ſolem ad ſtrigmentiam ſpiſſitudinem cum aceto terito, & ammixtis herbis omnia ſimul terito. Liquabilia deinde liquata frigefactaq; ac eraſa adiicito, ſubigitoq; ſimul ac utitor.

Emplaſtrum Heſtia, id eſt, Veſta appellatum, quod etiam ex græci nominis ἑστία literarū calculo, drachmaꝝ ccccxvi. inſcribitur, & ad Nechepſonē regem refertur. Conducit ad omne uulnerum genus. Ad neruorum puncturas per ſe ſufficit omnem, oculorum deſtillationem pro glutinamēto appoſitum reprimit. Venenum uirus eiaculantium beſtiarum exugit, ita ut emplaſtro adhærens comperiatur. Nomas item & fiſtulas ac ulcera maligna repurgat & ad cicatricem

perducit. Narium ozænas ſanat cum aceto, facit & ad ſtrumas, & tumores induratos. Aut enim diſcutit ipſos, aut rumpit, ut admireris. Varices ſanat, ſagittas & aculeos extrahit. Spumæ argenti, ceræ, ſingulorum drachm. lxxiiii. terebinthinæ drach. xvi. Ariſtolochiæ, propolis, galbani, ſingulorum drac. xx. cruginis drac. x. gallarum, radicis chamæleonis nigri, ſingul. drach. xxiiii. olei ſextar. iiii. adipis uitulini drach. xlviii. aceti drach. xxiiii. ſucci braſſicæ drach. viii. ſerapiadis triticularis drach. xvi. ſucci medullæ arundinum drach. xii. oleum, ſpumam argenti, & adipem ſimul coquito donec probe uniantur. Deinde ceram, reſinam, galbanum, propolim prius cum modica cera in mortario tuſam adiicito, & ab igne ablatis, ariſtolochiam, galbam, radicem chamæleonis addito. Æruginem uero cum ſuccis & aceto tritam reliquis, ubi iam tepuerint, poſtremum ammiſceto, omniaq; ſimul in mortarium conīecta ſubigito ac manibus emollito. Et utere tanq; admirando. Aliud ad cruenta uulnera glutinanda, purpura inſcriptum. Spumæ argenti, olei dulcis, ſing. lib. ii. picis, cerę, colophonię, ſing. unc. xvi. radicis ſymphyti minutiſſime tritæ ac cribratæ ſextantem, ſanguinis draconis ſextantem, aquæ marinæ unc. xx. oleum, ſpumam argenti, & aquam marinam ſimul coquito, donec non amplius inquināt. Deinde liquabilia liquefacta adiicito, & ab igne ablatis draconis ſanguinem ac ſymphytū addito, & pfrigerata manibus ſubigito, ac in maſſas efformato. Cæterum ſanguis draconis in India ex herba dracunculo appellata colligitur. Phœnicinum. Galeni. Spumæ argenti leuiſſime tritæ libras tres, adipis ſuilli inſulſi antiqui libras duas, olei antiquiſſimi libras tres, chalcitidis crudæ trientē. Spumam argenti tritam ac cribratam, rurſus cum chalcitide in mortario exquiſitiſſime conteres. Deinde oleum in ſole ammiſcebis, ut liquidum medicamentum permaneat. Tum adipem exemptis fibris in

mortario tusum, quo facile liquescat, ad ignem liquefacito, & excolato donec purissimus euadat. Atque eius ita præparati lib. ii. in mortario diligenter cū cæteris permisceto. Deinde omnia simul in cacabum transfusa coquito, ac palmæ ligno agitato. Sufficiet autem tibi ramus unus magnus, ut crassiore eius parte ad agitationem spathulæ uice utaris. Adhærentes autem, crassæ eius parti ramulos utrinq; exortos resecabis, & corticē detrahes, & in tenues partes cōcisos in medicamētū coniicies, ut ibi succus ipsorū excoquatur. Hæc uero segmenta palmæ, tū demū iniicies, ubi medicamentū cerato similē cōpagē habuerit. Si enim à principio inieceris, succus p decoctionē cōsumetur, quē ob uim adstrictoriā permanere uolumus. Sed & ipsius spathæ qua pharmacū uersatur pars infima in coctura arefacta, resecāda ac abiicienda est, ac residua utēdū, atq; hoc sæpe faciendū est, ubi fuerit resiccata. Vbi uero pharmacū non amplius inquinarit, priusq; exaresc at ab igne tollatur, & exemptis omnibus rami segmentis agitetur donec frigefiat. Deinde in mortarium translatum, ac manibus subactum, in massam redigatur. Hoc ad cruenta uulnera, & ulcera ægre cicatricem accipiētia utimur, & oleo dilutum in sinus fundimus. Conuenit partibus omnibus inflammatis & podagris, quo tempore dolores non uehementer urgent, & irrigationibus ac fomētis mitigantibus opus est, facit ad inguinum tumores, tubercula, ambusta, pniones, contusa, fracta, & omnes fluidas affectiones. At uero si chalcitidis sexuncem inieceris, longe efficacius fiet ad ampla uulnera glutinanda, & ad cicatricem inducendam. Sed non ita inflammatis cōueniet. In dissoluendo uero pharmaco hanc proportionem seruabis, ut medicamentum paululum olei quantitatem excedat, præsertim æstatis tempore, ut sit medicamenti quidem dextans, olei uero dodrans. Emplastrum duplicis coloris. Æris usti quadrantem, alumis

his scisi unc. i. colophoniæ, adipis suilli recentis, cerę, singulorum lib. i. aceti quantum satis est. Emplastrū ex aqua & oleo. Spumæ argenti, olei sinceri, aquæ puræ, singul. lib. ii. Argenti spumam cum oleo & aqua in mortario exquisitissime terito, deinde ad prunas assidue uersata coquito, donec non amplius inquinent. Hoc moderate refrigerat, & ideo partibus ulceratis nihil influere sinit, & quod iam influxit, repellit. Desiccat etiam ac discutit & ulcera ad cicatricem perducit. Vtimur eo ad mulierum, infantium, eunuchorum, ac cætera corpora, quæ molles ac albas carnes habent. Efficitur autem adeo glutinosum, ut ne ablutum quidem detergi possit. Sed ulceribus cicatrice includendis præcipue commodum est, ut adhibitū multis diebus adhæreat. Cuius facultatis est & parygrū appellatū, & reliqua huiusmodi. Emplastrū ex uino & oleo. Spumæ argēti lib. i. uini & olei, sing. lib. iii. Spumā argenti in mortario sub caniculæ ardore per dies quindecim cū uino antiquo dulci terito, tantū uini instillādo, quātū exsiccari potest. Et post prędictos dies oleū ac uinū affundito, & coquito simul assidue agitando, donec non amplius inquinant, & utitor. Hoc ego medicamētū oleo dilutū ad ulceratas affectiones adhibui, & sinus glutinaui. Et fœmur diu induratū persanaui, & optimū etiam ad uulnera cruenta cognoui. Ad sinus uero & duricias solidum prout habet imposui. Emplastrū ex aceto & oleo. Spumę argenti lib. i. olei antiquissimi lib. iii. aceti albi acerrimi lib. iii. Ad lentū igne assiduo uersatu coquito, obseruās ne in grumos coeant, & per in tegrū diem ebullire sinito, donec nigrescat ac splendeat medicamentū. Enitendū est autē ut reuera nō inquinet, facile enim imperitis imponit. Nam in frigidam aquam diffusum, durissimū statim euadit: Sed postea digitis diutius subactum remollescit, languetq; ac rursus inquinat, proinde nō prius ab igne remouebis, donec cōpertum habueris, non amo

plius inquinatur. Habet hoc summas exsiccãdi uires, & ideo cruenta uulnera glutinat. Vlcera curatu difficilia, & fistulas incipientes sanat. Ego enim cum eo fistulam pueri à parotide exortam sanaui, quæ semestris existens usq; ad mandibulæ articulationem progressa fuerat. Sed & mulieres & adolescentulos eodem cum raui & induratos musculos emolliui. Tribus autẽ diebus transactis soluere hoc oportet, & nouum adhibere, idq; rursus post triduum exoluere. Emplastrum Galeni fuluum, Harmonia appellatum, supra ad magnigna ulcera descripsimus. Emplastrum fuluum Piscatoris. Ad cruenta uulnera, sinus glutinat, inflammationes sedat, duricias ac strumas discutit, plurimo rosaceo dilutum caua ulcera replet, sordida extergit, & ad cicatricem pducit. Spumæ argenti sesquilibræ lib.ii. galbani, œsypi, terebinthinæ, propolis, pollinis thuris, rubricæ, sing. sextantem, olei lib.ii. aceti lib. iii. Spumam argenti ad æstiuum solem cum aceto tere to, quantum imbibere potest. Deinde oleo ac reliquo aceto affusis simul cocto donec nõ amplius inquinent, tum liquabilia liquata & excolata iniicito, & postea ab igne ablatis pollinẽ thuris, rubricã, ac galbanũ ex aceto tritũ adiicito, omniaq; simul subigito. Et demũ frigefacta ac erasa manib. mollito ac utitor. Hoc adfignus glutinandos efficacissimũ est. Ita ut spongia ex uino expressa superimponatur. Aliud fuluũ piscatoris, facit ad cruenta uulnera & cõcisos neruos. Itẽ ad antiqua ægre recipiẽtia cicatricẽ ac fluida ulcera, probe ẽt emollit, præsertim duricias circa mãmas exortas. Vtimur eo & ad hominũ & canum morsus. Egregie facit & ad pastinacæ, marinæ, & draconũ, & aliorũ horrendos piscium plagas. Et in summa est cõpositio admiranda: Spumæ argenti, ceræ, sing. drac. c. terebinthinæ, mannæ thuris, galbani, rubricæ sinopicæ, singul. drac. viii. olei lib.ii. præpara sicut diximus, absque tamen aceto. Aliud piscatoris celebre. Spumæ argenti, ceræ, sing. drach. c. terebinthinæ, myrrhæ, minii sinopici, æruginis rasæ, squamæ æris, singul. drac. viii. aristolochiæ drach. viii. thuris drach. xxv. diphrygis drac. vi. ammoniaci thymiamatis, galbani, sing. drac. xii. olei lib.ii. Aliud Tyrium. Ad ampla uulnera & quadrupedum morsus, furunculos discutit aut rumpit, humorẽ ex crustis inductis extrahit, & ad cicatricẽ ducit, fronti impositum oculorum fluxione reprimit. Hoc post coctura purpuræ tyriæ colorem habet, atq; hinc appellationẽ traxit. Spumç argẽti lib. v. æris usti, squamæ æris, æruginis, galbani, sing. trientem, ceræ lib.ii. resinæ pinus pinguis lib.iii. olei lib. vi. Spumã argenti & oleum in mortario simul probe trita, in ollã cõiecta coquito, & assidue uersato donec mellis cõpagem acquirant. Deinde adiecta ærugine & squama ebullire finito, & postea æs ustum addito, & simul coquito donec bonus color euadat, & non amplius inquinent: tunc ceram ac resinam excolata adiicito, ac rursus coquito donec non inquinent, & postremum ab igne ablatis galbanũ ammiscето, manibusq; probe subigito ac utitor. Emplastrum ex anemona. Colophoniæ drachm. lxxiiii. resinæ pinus liquidæ, ceræ singul. trientem, olei dodrantem, florum anemones recentium, exempto nigro quod in eis reperitur, & recisis unguibus bessem. Colophoniam cum oleo ad lignorum pini ignem coquito, & tẽdacea spathulæ usq; ad solidam compagem agitato, deinde resinam adiicito ac rursus coquito, donec non amplius inquinent, & postea ceram addito, qua liquefacta medicamentum ab igne tollito, & ad flores in mortario tritas diffundito, manibusq; oleo illitis subigito. Est enim glutinosum. Aquam autem uitare oportet, facit ad cruenta uulnera, & carnes contusas, ad magna antiqua exuberantia ac ægre cicatricem admittentia ulcera. Ad uenenum eiaculantium bestiarum ictus. Ad tumidos, inflammatos, dolentes ac

ægre mobiles articulos. Ad strumas, fistulas, ganglia, steatomata, furunculos, sinus, nomas, abscessus tum aliarum partium, tum maxime thoracis. Ad eruptionem sanguinis narium splenium ex eodem stomacho imponitur, potest & ad frõtem imponi. Et in summa, mollit, discutit, contrahit, siccat, ac dolorem mitigat. Quod si cũ aceto prẽparare malueris hoc medicamẽtũ, ita facito, flores anemones recisis unguibus purgatos, & ad solẽ siccatos, in uitreo uase seruato, & eorũ postea bessem sumito, & aceti albi acerrimi heminas atticas tres affundito, ac p̃ diẽ ac noctẽ macerato, deinde manibus subigito, paulatimq; omnẽ succũ exprimito. Et colophoniæ lucidissimæ drac. xlii. resinæ pinus liquidæ, ceræ, olei, sing. trientem, succi anemones heminas Atticas duas & dimidiam, accipito. Et colophoniam cum oleo ad tædæ lignorum ignem lentũ coquito, tædaceaq; spathula assidue agitato, donec solidius pharmacum euaserit. Deinde resinam paulatim adiicito, ne ebulliens extra ollam redundet, & rursus bullire sinito, & ubi iam plane solidum uideris, ceram addito, eaq; liquata medicamentũ ab igne ablatũ spathula uersato, atq; ubi iam deferbuit, succũ paulatim instillato, diligenter obseruando ne efferuescat. Facile enim ebullit, ut periculum sit ne superfundatur. Postq̃ autem ita paulatim ammixtus fuerit, uariũ purpureum ac suauem colorem pharmaco affricat. Omni igitur succo iniecto ac unito, medicamentũ in mortarium transferatur, atq; frigefactum manibus subigatur, donec totus succus secedat. Hoc ad eadẽ cõmodum est, ad quæ illud prius recentium fiorũ pharmacum cõducit. Nisi quod leuius est ac magis temperatum, & ad canum morsus, ac uenenatorũ ictus cõmodũ. Idẽ rosaceo dilutũ ad ani ac pudẽdorũ ulcera cõducit, ubi remissiore medicamento opus habent.

Emplastra Cephalica, & ad fracturas, & ad multa cõmoda, & de iusto eorũ usu. Cap. XIII.

Cephalica, hoc est, capitalia, emplastra dici solent, quæ uulneribus capitis adhibita, uim penetrãdi in altum habent, squamasq; ac ramenta ossium disparata, non solum in capite, sed etiam reliquo corpore educunt ac extrahunt. Itaq; acrimoniam quandam ipsis insitam esse oportet, perq̃ ex profundo extrahunt ad superficiem externam, non solum ossa, sed multo magis crassum uiscosum, aut omnino uitiosum humorẽ. Quæ uero ad fracturas fiunt, exterſoriã ac discussoriã uim habent. Quidam uero etiam adstringentia ipsis ammiscuerunt, ut quod ad affectas partes influit repellatur, & exterſorioribus usq; ad profundum deducatur. Verum hoc nosse expedit, quod si adstringentia non ad lanuginẽ minutissimã trita fuerint, atq; hoc cũ aceto, damnũ magis q̃ utilitatem afferent, si attractoriis fuerint ammixta. Sed & hoc scire oportet, quod inter emplastra ad fracturas præstantiora sunt, quæ capitalia inscribuntur. Et propterea cũ cerato præsertim rosaceo, incarnare solent, linamentis excepta ac indita. Eiusdẽ porrò generis cũ cephalicis est Isis quoq; superius descriptũ emplastrũ, & quod Machęrioni inscribitur, & Barbari Heræ Cappadocis, quod aliqui Aphrum appellant, hoc. Emplastrum nigrũ, ad insigniores præsertim capitis dissectiones, fistulas, sinus, fracturas citra inflãmationẽ glutinandas, ad neruos, chartilagines, ac ossa cõcisa. Facit & ad ulcera profunda, sinusq; magnos glutinat. Adhibetur etiã cõmode abscessibus dissectis ad saniei eductionẽ. Splenicis ẽt ac hepaticis cõducit. Et est ad cruenta efficacissimum uulnera. Ad sanguinẽ reiicientes duob. coriis inducitur, quorũ alterũ pectori ac costis imponitur, alterum dorso. Sanguinẽ enim supra opinionem sistit. Facit & ad hominum ac canũ morsus. Et omnino inflãmationes arcet. Ceræ, picis, bituminis, resinæ pinus, sing. lib. i. mannæ thuris sexuncem, cerusæ, atramenti sutorii, sing. trientẽ, opopanacis sextantẽ, olei, aceti, sing. lib. i.

Ceram,bitumen,oleum,acetū,modico ex eo relicto, omnia simul in ollam nouā indito ac liquefacito, deinde picem & resinam probe coutusa adiicito,& omnibus semicoctis,& ab igne remotis ac excolatis,atramentum sutorium modico aceto residuo tritum inspergito,& ne efferuescat caueto,atq; iterū leniter coquito ac uersato. Vbi uero nō amplius inquinat pharmacū,opopanacé residuo aceto maceratū ac dissolutum affundito. Et postea cerusam ac mannam probe tritā inspergito,& paululum tepefacito ut uniātur, cauens ne opopanax aut manna comburatur. Atque ita medicamentum in mortarium diffundito,ac frigefieri sinito:emollito,reponito, ac utitor. Hoc omnia uulneraria medicamenta superat, uelut experimento constat. Est autem hyeme per septem dies, æstate per quinq;,aut re ita urgente per tres exoluendum. Nigrum insigne ad multa commodum' Panalethes appellatum. Olei dulcis dodrantem,bituminis, ceræ,resinæ pinus siccæ,picis,singul.lib.i.spumæ argenti, cerusæ,æruginis.singul.drach.x.ammoniaci thymiamatis,thuris,aloes,myrrhæ,singulorum drach.viii.opii, succi malorum mandragoræ,singulorum drac.vi.aluminis scisi,atramenti sutorii,chalcitidis,croci, singul. drachm.iiii.aceti quantum satis est. Omnia spuma argenti usq; ad crocum,probe ad strigmentitiam spissitudinem terito. Deinde oleum, & bitumen ad fabæ magnitudinem contusum, & ceram simul liquefacito, eisq; liquatis picem ac resinam adiicito. Et hæc liquata ac excolata rursus coquito, & trita adiicito, subigito ac utitor, facit hoc ad uulnera recentia,ad ensium,sagittarum ac lancearum punctūras, ad fracturas item ac contusiones,siue cum uulnere, siue sine uulnere fuerint. Vtere & ad neruos uulneratos, ad canum,luporum,ursorum,leonum, aprorum morsus,facit & ad uenenum eiaculātium & præsertim uiperarum ictus,loco prius scarificato, & inde medicamento impositō. Idem apponitur ad abscessus simplici sectione diductos,& sanie exclusa. Vulnera ac ulcera repurgat. Et quosdam uertebris ac talis sauciatos persanauit. Ego uero manū alicuius ense inter ulnam & radium uulneratam eo curaui. Confert & ad scrotum concisum,& ad hepatis ac splenis inflammationes ex febribus obortas. Duobus item coriis illitum, ut alterum pectori,alterum dorso imponatur,sanguinis reiectionem sistit. Ad inflammationes autem irrigationis uice adhiberi potest, ita ut accipiatur de eo quadrans,ceræ uero & resinæ fractæ ac picis,singulorum sextans & olei lib.i. Hæc liquentur ac colentur, & cum medicamento,ac farinæ ordeaceæ quadrante cum aceto trito imponantur. Sic etiam flagellatis cōducit. Ægyptium Andromachi celebre,ad sinus maximos glutinandos, ad ossa carne nudata ac concisa, ad detortos ac luxatos articulos,ad abscessus,ad hominum quadrupedum ac reptilium bestiarum morsus,fronti impositum oculorum fluxiones sistit, maximas ac profundissimas ensium cæsuras triduo sanat. Eximiam discutiendi uim habet,ut etiam pus,nisi ualde multū fuerit,sine cutis pforatione discutiat. Membra quomodocunq; indurata emollit, & maligna ulcera ad cicatricem perducit. Ceræ,spumæ argenti,singulorum drach.cxliiii.ammoniaci thymiamatis drac. lxii.terebinthinæ drachmas xxxii.lanæ succidæ ustæ drachmas xviii.aristolochiæ, thuris, squamæ æris, singulorum drachmas octo, squamæ ferri stomomatis drachm.viii.myrrhæ drachmas tres opopanacis drachmas duas,olei cicini aut sicyonii uel antiqui lib.iii. Spumam argenti cum oleo ad compagem coquito. Deinde addita squama rursus bullire sinito, donec nō inquinet. Tunc ceram primum,deinde ammoniacum tritum adiicito, & his liquatis terebinthinam addito. Et ab igne ablatis,thus tritū, & lanæ cinerem, inspergito. Et frigefactū pharmacū manib.subigito,

ac utitor aliquando puro, aliquando diluto. Panacea emplastrum, quod aliqui Trium fratrum uocant, Heras Hygieam, id est, sanitatē appellat, facit ad nomas & omnia ulcera maligna. Coercet enim nomas, neq; crustam inducens, neq; circūsita corpora indurās, sed omne corruptū rūpens ac tabefaciens, ut nihil differat ab uuis pasis humectis. Sāguinis fluxū supprimit tū alibi, tū ex hæmorrhoidib. erūpentem, sed & ipsas hæmorrhoidas tabefacit ac cōsumit, præterea fistulas sanat, & carbunculos, & ægilopas, & ulcera chironia appellata, & in summa totū ægre curabiliū ac diuturnoꝝ genus, priuatim uero ad mammaꝝ duricias, earundemq; cancros ac nomas cōducit, facit & ad hydropicos splenicosq; ac articuloꝝ affectiones. Et ad uteri quidē affectiōes oleo cyprino dilutum ac liquatum iniicitur. Externis aūt præstat ita ut est imponere, uelut singula alia. Omni uero ulceri impositū, etiamsi ferum fuerit, statim ipsum mitius efficit, & dolores itidem ac uigilias mitigat. At uero rosaceo dilutū, sinus magnos & fistulas glutinat, prius elotos: Recētes autem sinus aqua mulsa eluere oportet, deinde exterius medicamentum adhibere, & debitam ligationem facere. Ad fauos etiam inflammatos efficacissimū est. Vetꝝ Damocrates ēt ad canis rabiosi morsum, & uenenum eiaculantiū bestiaꝝ ictus, iam liuescētes ac denigratos, & ad medicatas sagittas facere asserit. Spumæ argenti, bituminis Iudaici, terræ ampelitidis, sing. drach. ducentas, thuris, propoli, singul. drac. L. aloes, polii, centaurii, galbani, aluminis scisi, singul. drachm. xxv. chalcitidis ustæ drachm. xvi. chamæpityos, symphyti, radicis chamæleonis nigri, marrubii, helenii, aristolochiæ, singulorum drach. xvi. gallarum, myrrhæ, iridis, singul. drachm. xii. terebinthinæ drach. xxv. mellis Attici unc. xxv. olei noui lib. viii. Spumam argenti, terram ampelitidem, bitumen contusum, ad lentum ignem coquito, assidueq; uersato, citissime enim ex-

uritur. Et ad strigmenti spissitudinem redactis chalcitidem inspergito, bullireq; finito. Deinde alumen adicito ac rursus coquito, donec non amplius inquinet. In alio uero uase galbanum, propolim, & terebinthinam cum melle liquefacta habeto, & medicamēto ab igne amoto, hæc ammisceto, & his probe unitis, arida trita adiicito, omniaq; simul subigito, & in uase pelle cooperto reponito, ac utitor tanq; admirando. Poteris etiam Archigenis nigro emplastro uti, quod inter orthopnoica medicamenta sermone octauo habetur. Nigrū Icesii. Ad omne ulcus recens ac uetus. Ad contusa, luxata, fracta, ad inflammationem & omnem dolorem. Statim enim à dolore liberat, facit ad canū ac hominum morsus, ad furunculos & duricias, præsertim mammarum, ad tubercula sedis, ad hydropē, & quæ discuti oportet. Est enim attractoriū ac glutinatorium. Vlcera maligna, strumas, parotidas, pernones, panos, clauos, nigredines, impetigines, fistulas, & hæmorrhoidas inflammatas sanat, aculeos & infixa extrahit, facit & ad uenenatorum ictus, & quadrupedum morsus. Spumæ argenti, bituminis, terræ ampelitidis, sing. drac. cc. propolis, ceræ, sing. drach. L. terebinthinæ, galbani, aluminis scisi, sing. drac. xxv. chalcitidis drac. viii. myrrhæ, iridis, gallarū, sing. drac. xii. Mellis lib. iii. olei omphacini recentis libr. viii. coquitur uelut panacea, & spathula tædacea asidue agitatur, ne subsideat facillime enim comburitur. Nigrum Asclepiadæ. Ad ossium fracturas optimū. Hoc usus sum ad ossium fracturas, in quibus ossa disparata uelut innatabant, quæ quum cæteri auferenda iudicarēt, ita præter opinionē detinuit, ut instar calli coaluerint. Spumæ argenti drac. ccl. bituminis drach. cc. ceræ, picis, sing. drac. c. resinæ pinus drach. L. aluminis liquidi, propolis, sing. drac. xxx. ammoniaci thymiamatis drachm. xxiiii. æruginis drachm. x. olei drachm. xlv. Spumam argenti cum oleo coquito, donec non in-

quinet. Deinde ceram & bitumen priuatim liquato, & picem adiicito, & omnia colata ad ſpumã argenti admiſceto, poſtea ammoniacum tritum addito, & rurſus ad bonam compagem coquito. Deinde propolim ac reſinam pinus adiicito, & ab igne ablatis alumen & æruginem minutiſsime trita ammiſceto, poſtremum medicamẽtum in aquam aceto permixtam diffundito, manibus ſubigito, ac utitor. Emplaſtrum Athena inſcriptum. Cadmiæ drachm. xx. æris uſti, malicorii, gallarum ariſtolochiæ longæ ac rotundæ, ſalis ammoniaci, ſquamæ æris, nitri, aluminis ſcisſi, aluminis rotundi, iridis, miſyos, atramenti ſutorii, chalcitidis, æruginis, aloes, myrrhæ, thuris, ammoniaci thymiamatis, galbani, ſingul. drachm. xxx. ceræ, picis, ſingul. drach. c. uel ut alii habent. cc. colophoniæ drach. cccc. olei ſexuncem. Hoc quidem modo apud Oribaſium habetur. Aſclepiades autem habet aloes drach. xii. myrrhę drac. xii. & ammoniaci thymiamatis drac. xvi. Arida ad ſolem æſtiuum ſufficientibus diebus terito & ad ea poſtea liquabilia liquefacta adiicito ac unito, facit ad ſinus, & maxima capitis uulnera citra inflammationem glutinat. Cerato liquido dilutum pro linamenta inditur, ad punctos ac uulneratos neruos, ad muſculos conciſos, ad capitis ulcera, ad fiſtulas & ulcerum cuniculoſos receſſus. Oſſa corrupta citra perforationem educit, facit ad nomas, putredines, cancerratas affectiones, inguinum, alarum, ac colli nigredines, & ad ulcera ægre recipientia cicatricem. Et omnino uires ſiccandi habet, quas laudes Aſclepiades ipſi adſcripſit. Nigrum ex ſalicibus, celebre & ad multa commodum, facit ad cruenta uulnera, ad reſolutos articulos, ad fiſtulas, madore flaccidas carnes cõſtringit, eryſipelata & alias affectiones citra oſſium fracturam obortas ſanat, pectori ac dorſo adhibitum ſanguinis reiectionẽ, tabidosq; ac pectore ſuppuratos curat. Miſyos, chalcitidis, æruginis, ceruſſæ, gallarũ, alu-

minis ſcisſi & rotundi, melanteriæ ſing. ſexuncẽ, malicorii ſexuncem, atramenti ſutorii ſexuncem, ceræ, reſinæ pinus, picis, bituminis, foliorum ſalicis uiridium, olei ſing. lib. ii. olei roſacei trientem. Acetĩ ſextarii dimidiũ uel quantũ ſatis eſt, folia ſalicis cũ aceto ad tertias decoquito, deinde foliis contritis ac humore expreſſo, primũ æruginem, ceruſam, & melanteriam leuiſsime trita, & deinde ẽt reliqua trita ammiſceto. Et poſtremũ liquabilia liquata affundito, frigefacito, ſubigito, eradito, ac utior. Aliud è ſalicib. à Critone ad Herodotũ relatũ. Melanteriæ, gallarũ, aluminis ſcisſi & rotundi, ſing. ſexuncem, cerę, bituminis, picis ſiccę. reſinæ pinus, foliorũ ſalicis, ſing. lib. ii. olei libr. ii. aceti ſextarii dimidiũ, præpara uelut dictũ eſt. Aliud è ſucco ſalicis, ex Oribaſio. Hoc Magnus inquit, inuenit ad deſtillationes. Salicis folia uiridia ad ſolem terito, poſtea in ollam nouam cum ſufficiente uino mittito, & appoſito operculo ad lentum ignem coquito, & exolato, abiectisq; foliis expreſſis ſuccum adſeruato, poſtea uero ſumito colophoniæ unc. xxiiii. olei ſextantem, ſucci lib. i. Et colophoniam percolatam cum oleo, ad lentum ignem coquito, donec in aquã diffuſa & manib. ſubacta nõ amplius inquinet. Deinde ceræ unc. xxiiii. ammiſceto, eaq; liquata, ollaq; ab igne amota ſuccũ ſalicis adiicito. Vinũ uidelicet in quo folia cocta ſunt, paulatim inſtillando ut ne efferueſcat, & rurſus ad mitiſsimũ ignem decoquito donec medicamentũ reſederit. Et deinde in mortariũ trãſfuſum eodẽ ſucco infuſo, manib. diligẽtiſsime ſubigito. Emplaſtrum Cyzicenum appellatum, facit ad recentia ac uetera uulnera & ulcera cuniculoſa. Duricias præſertim mammarũ diffundit, attrahit, repurgat, replet, glutinat cicatricẽ inducit, facit & ad canceratas duricias ac fiſtulas, & ubi ſcalpellũ admoueri non poteſt, uelut in collo, collyriũ ex hoc medicamẽto inditur. Idẽ minãtes fieri abſceſſus mitigat, tubercula diffundit, ganglia

& collectiones fastigiat ac rumpit. Sagittas, & ossa, & aculeos, & infixa extrahit, crustas citra molestiam exterit. Verum in ulceribus cuniculosis magnis spleniis utendum est. Discutit etiam strumas, & ad uesicæ affectiones egregie facit, pectini impositum sanguinis eruptionē, uel ut alii habent, hæmorrhoidas supprimit, thoraci & dorso adhibitum tabidis confert: Thuris, myrrhæ, croci, iridis, bdellii, atramenti sutorii, propolis, aloes, chalcitidis, misy os crudi, aluminis scisi & rotundi, radicis panacis, malicorii, ammoniaci thymiamatis, uisci, opopanacis, æruginis, acaciæ, florum rosarum, sing. drac. viii. æris usti drach. xxiiii. Alii pro ære, squamæ æris tantundem adiiciunt, aristolochiæ, galarum, sing. drac. xvi. terebinthinæ drach. cxliiii. ceræ unc. xxxii. adipis uitulini unc. xxxii. Aceti aut uini antiqui sextarium. Si itaq; pharmacum acre & discussoriū habere malueris, acetum eligito: sin adstringens ac repulsorium, uinum accipito. Arida & quæ ad succorū naturam accedunt cum uino aut aceto terito. Deinde ad ceram adipe liquatam, ac excolatam, terebinthinā adiicito, simulq; ad compagem coquito, postea propolim ac uiscū addito, & spathula uersato, & ad hæc dissoluta, arida antea trita paulatim adiicito, ac fortiter agitato. Et postremū in mortarium translata manibus subigito ac unito. Ego uero neq; acetum, neq; uinū adhibeo, sed arida omnia solum contero & adiicio. Nam si uinum aut acetum aut aqua ammixta fuerit, ad compagem non peruenit. Emplastrū Moschionis. Ad uulnera recentia ac concisos neruos, & dissectiones cum contusione, facit & ad fracturas cum uulnere. Nam & uulnera sanat, & ossibus callum obducit, cum debita deligatione impositum, facit & ad inchoantem hydropem, & testes contusos. A refacit ét eminentias sedis. Curat rimas butyro dilutum, & guttoris tumores sanat: dissoluit omnem duriciem, facit ad articulos luxatos ac distortos. Callosas manuum ac pedum

ac pedum eminentias, quas clauos appellamus, aufert citra exulcerationem. Et est omnino pharmacum ad multa commodum, præparatur sic. Spumæ argenti, picis siccæ, adipis uitulini, singul. unc. xx. terebinthinæ, mannæ thuris, sing. dextātem, ceræ quincuncem, æruginis, opopanacis, galbani, sing. unc. i. picis liquidæ selibram, aceti succi sycomororum, olei cicini, uel sycionii, uel antiqui, sing. heminam. i. id est, libr. i. Spumam argenti cum oleo coquito, & ubi ebullierit adipem adiicito, & assidue agitato, & ubi compagē acceperint, ceram, picem, ac resinam adiicito, & coquito donec non amplius inquinent. Deinde succum sycomororū, & picem liquidam seorsim cocta, & ad compagem redacta ammisceto, & galbanum, ac æruginē, & mannam thuris inspergito, postremum opopanacem aceto dissolutum addito. Et ad ignem admota rursus coquito, donec nō amplius inquinent. Atq; ita præparatum medicamentum in uinum transferto, & per triduum finito, postea uero manibus emollito, ac utitor. Oportet autem post impositum medicamentum, fasciam uino imbuta exprimere, & circundare. Cęterū quod statim subiiciam succū sycomororū non habet. Est aūt medicamentū ad ossiū fracturas cōmodū. Ad cruēta uulnera, ad sinus glutinādos, & præsertim capiti aptū. Spumæ argēti, adipis taurini, picis siccæ, singul. unc. xx. uel ut alii habent xvi. olei cicini aut sycionii aut antiqui, dextātem, pollinis thuris, terebinthinæ, sing. bessem, ceræ trientē, opopanacis, æruginis, galbani, sing. unc. i. uisci sexuncem. Spumā argenti cum oleo & adipe ad bonam compagem coquito. Deinde ceram picem ac resinam adiicito, & mox ab igne tollito, atq; ubi paululum frigefacta fuerint, reliqua cum aceto trita paulatim adiicito, ne efferuescāt, & rursus ad prunas admota sensim coq;to, donec non amplius inquinent. Et demum manibus emollito, ac utitor. Emplastrum insigne, ingentes sinus ac fistulas

sanans,aculeos & sagittas extrahens, inflammationes ac duricias dissoluens. Coxendicum item ac renũ affectionibus commodum est. Spumæ argenti dextantẽ, olei unc.xv. picis siccæ,colophoniæ,sing.unc.xvi. adipis taurini tantundem,misyos,iridis,calcis uiuæ,sing. quadrantem,atramẽti sutorii sesquiunciam. Spumam argenti cum oleo ad bonã compagem coquito. Deinde liquabilibus liquatis ac excolatis adiectis, rursus paulatim coquito,donec non inqnent. Et postea paululum frigefacta ad reliqua in mortario cum aceto trita ammisceto. Emplastrum theriaca appellatum, ex centaurio,quod laudat Oribasius, facit ad neruorũ ac musculorum uulnera & punctiuras. Ad ferarum & canis rabiosi morsus. Glutinat sinus antiquos, & ad cicatricem perducit,præcipue uero ad reptilium ictus facit. Genuum ulcera fluida & ægre curabilia sanat. Spumæ argenti sexuncem,olei antiqui trientem,resinæ pinus siccæ drach.xxxii.ammoniaci thymiamatis, propolis,thuris, singul.drach.xii.cerussæ drach.viii.æruginis,squamæ æris, galbani, aristolochiæ rotundæ, centaurii,singulorum drachm.iii.thuris, aloes, iridis, gallarum,chalcitidis,singulorum drach.iiii.Spumam argenti cum oleo ad moderatam compagem coquito. Deinde squamam,æruginem,cerussam,& chalciti dem adiicito, & ubi non amplius inquinant, propolim, ammoniacum ac galbanum in mortario prius dissoluta addito. Et ab igne ablatis ac aliquantulum frigefactis,reliqua arida minutissime trita ammisceto. Et iam plane frigefacta manibus emollito. Aliud ex dictamno.Cuius admiranda uis est. Ad neruos, musculos ac chartilagines cõcisas. Vlcera quoq; antiqua ac ægre curabilia sanat,ossa corrupta,aculeos,& infixa extrahit. Habet uim discussoriam, facit ad capitis dolores. Reprimit oculorum fluxiones. Est & malagma pleuriticis commodum & hepaticis, cum emplastro ex sicci parato,facit ad omnium uenenum eiaculantium reptilium plagas. Spumæ argenti drachm. c.colophoniæ drachm.L.ceræ drachm.xxv.ammoniaci thymiamatis aristolochiæ,singulorum drachm. xvi.mannæ thuris,galbani,singulorum drachmas xii. æris usti æruginis,dictamni,aloes,propolis,singulorum drachm.viii.diphrygis,squamæ æris,radicis gentianæ,singulorum drach.vi.olei antiqui libr.ii. Heras autem dictamni & aristolochiæ,singulorum drach.x. coniicit,ammoniaci uero solum drachm.xvi. In reliquis consentit. Hoc præparatur uelut emplastrum Piscatoris,aut Tyrium,quæ supra retulimus. Verũ eius meminisse conuenit, herbas non nisi ablato ab igne pharmaco,minutissime tritas immittendas esse. Sed & Democrates in cæteris similis, dictamni drachmas x.diphrygis uero viii.recipit,& ad mammarum, colli ac spinæ ulcera conuenire asserit quantumuis fuerint diuturna.

Emplastra emollientia ac discussoria,ad multa commoda. Cap.XIIII.

Emplastrum Nigrum Asclepiadis, Achillæ inscriptum. Mammarum duricias,& testium inflammationes discutit. Hoc medicamentum discussoria ui omnibus aliis præstat,& ad multa commodum est. Locus autem prius abluendus est. Deinde medicamẽtũ adhibendum. Spumæ argenti lib.vi.picis brutiæ libras iiii.bituminis, resinæ pinus siccæ, singulorum libr.vi. terræ ampelitidis lib.ii.ceræ lib.iiii.thuris sesquilibrã, aluminis scisi,aloes,myrrhæ,sing.trientem, olei omphacini antiquissimi lib.viii.succi serapiadis lib.vi.aceti quantum satis est, præpara uelut panacæam. Nigrũ e lolio Heræ, facit ad fistulas, alarumq; ac inguinum abscessus,ut nihil abscindere opus sit per chirurgiam, sed tantum perforatione facta ac sanie excluſa, medicamentum imponere. Illinendum est autem duobus coriis altero iuxta alterum locato, neque humor de spleniis detergendus est. Imbibitur enim & fortius

fit medicamentum,picis lib.ii.resinæ pinus siccæ do-
drantem,ceræ tyrrhenicæ,ceræ ponticæ, sing.quadrã
tem. Olei antiqui quincuncem, liquabilibus liquatis
ac excolatis loliaceam farinam inspergito, & bitumẽ
in aceti triente dilutum affundito, omniaq; simul in
mortario subigito manibus frigida humectatis. Sit au
tem bituminis sesquiuncia,farinæ loliaceæ unc.xiiii.fa
cit ad malignas mammarũ duricias,parotidas ac per-
niones. Emplastrum Essentia appellatum, desiccandi
uim & mitigandi dolores præ omnibus habet, facit
ad sanguinis reiectationem,ad articulorum ac costarũ
duricias,ad gãgrænas,sinus,strumas,ulcera chironia,
fistulas,ægilopas. Spicula extrahit, hydropicos intra
septimum diem curat. Hepati ac spleni magnopere
conducit,pluribus diebus impositum,splenem peni-
tus consumit,facit ad podagricos,& coxendicũ affe-
ctiones. Spumæ argenti drach.xx.cerussæ,æruginis,
sing.drac.xx.squamæ æris, thuris, sing.unc.i.bitumi-
nis bessem,resinæ pinus dextãtem & unciæ dimidiũ,
ceræ unc.xvi.picis unc.xxxii. In alio exemplari, habe
tur,ammoniaci thymiamatis drach.vi.galbani drach.
vi. Spumam argenti & cerussam ad bonam compagẽ
coquito. Aliqui etiam bitumen in principio cum his
iniiciũt,utunturq; eo ubi magis siccare proposuerũt.
Deinde reliqua ex ordine imponito,uelut sæpe dixi-
mus. At si plus iusto coxeris, duricias non mollit.
Emplastrum Ebrietas uocatum. Vim habet discutien
di ac rarefaciendi,duricias inflammatas diffundit, fa-
cit ad ossium fracturas,ad uulnera cruenta, conuulsa,
rupta,uulsiones,coxendices,calculos. Ad omnes ca-
pitis affectiones utiliter adhibetur, aliquãdo fronti &
temporibus,aliquando uertici derasis pilis impositũ.

Spumæ argenti dodrantem, olei antiqui sexuncẽ,
olei rosacei,ceræ,singulorum sextantem, adipis tau-
rini, terebinthinæ, thuris, singulorum trientem,pi-
cis dodrantem, galbani, opopanacis,æruginis, sin-

gulorum quincuncem, aceti sextarium.i.præpara ue
lut sæpe dictum est. Emplastrum ex succis. Vulne-
ra neruorum ab inflammatione tutatur,sectiones glu
tinat, ulcera inflammata, & musculos uulneratos,
citra aliud cataplasma aut fomẽtum sanat,facit ad po
dagricos quocunque tempore adhibitum. Ad uteri
inflammationes ueteres ac recentes in pessis siue ta-
lorum formis subditur. Rosaceo,aut myrteo oleo di-
lutum caua ulcera replet,citoq; ꝑsanat. Et in summa,
omnia reliqua cataplasmata ac medicamẽta exterius
adhiberi ulceribus solita, superuacua sunt,hoc præ-
sente : Duricias quoque mollit ac discutit, cæte-
ris ad hunc usum commodis ammixtum. Spumæ ar-
genti libr.vi. olei recentis æstate quidem libras vii.
hyeme uero libras ix. succi libras quatuor, oleum
cum succo ad prunas coquito, & ubi feruere & bul-
las emittere desierint, spumam argenti iniicito, & ad
lentum ignem donec non amplius inquinent coqui-
to,& ubi flauum ac bonum colorem acceperit, non-
dum autem fuluum attigerit ab igne tollito, frigefa-
cito, manibus subigito ac in massam cogito. Vsu
uero expetente sumuntur medicamenti partes duæ,
olei & ceræ, singulorum pars una, aut plus, prout
res postularit. Succus porro ita præparatur. Aquæ
sextarii xx.accipiuntur,radicis altheæ recentis libr.iii.
seminis lini fœnigræci,singul.sextarii dimidium. Ra-
dices lotas & contusas aqua madefacito, & postridie
fœnumgræcum purgatum & lotum adiicito, ac ma-
defieri finito, & tertia die semen lini similiter lotum
addito. Et quarta die ad bonam spissitudinem coqui
to,& percolatum succum ad medicamenti præpara-
tionem accipito. Ego uero,inquit Oribasius, duode-
cim aquæ sextariis altheæ lib.iiii.fœnigræci ac lini se
minis,sing.sextariũ iniicio. Aliud emplastrũ è succis.
Oribasii. Spumæ argẽti,olei sing.lib.ii.ceræ bessem,
fœnigræci,seminis lini,radicũ altheæ, ptisanæ, singu-

æquales portiones prius madefactas coquito, donec crassissimus succus euadat. Et huius excolati libr.ii. postea coquito uelut dictum est. Emplastrum ex ptisana, fœnigræci, seminis lini, ptisanæ, singulorum unc. i. meliloti, radicis altheæ, singulorum sextantem. Hæc probe mundata ac lota per biduum in aqua madefacito ac coquito, donec succum reddiderint. Et eius excolati lib.ii. sumito, & olei antiqui lib.iii. ac simul coquito, donec oleum solum restiterit, & huic postea taurini adipis sexuncem ammisceto, colophoniæ tantundem, galbani unc.i. ceræ lib.i. Hoc ungento quopiam dissolutum, etiam laxandi uim habet. Emplastrum ex psyllio. Spumæ argenti libr.iiii. olei dulcis lib.vii. ceræ lib.i. resinæ pinus libr.vii. succi psyllii libr. iii. Succum uero ita parabis, psyllii quadrantē in aquę sextariis quinq; madefacies, deinde coques, & excolatum succum rursus cum oleo & spuma argenti ad bonam compagem decoques, & liquabilia liquata adicies. Hoc ad omnes induratas inflammatiões utiliter adhibetur. Aliud è psyllio simplicius, inflammationibus, intertriginibus, papularum eruptionibus, tuberculis ac podagris commodum. Spumæ argenti, cerussæ, singul. sextantem, ceræ sexuncem, olei rosacei lib.i. succi psyllii lib.iii. præpara & utere crudo. Non enim coquitur. Aliud è psyllio simplicius. Ad inflammationes podagricas in ipsa præsertim exacerbatione commodum, psyllii trientem in duobus aquæ sextariis madefacito, ac coquito, & excolato succum, eiq; ceræ sexuncem, olei libr.i. ammisceto. Emplastrum ex Serapiade. Ad tubercula, papulas, & intertrigines. Spumæ argenti lib.i. olei lib.ii. succi serapiadis triticularis lib.iii. Spumam argenti cum oleo & succo ad bonam cõpagem decoque ac utere. Psittacium: folio rum hyoscyami uiridium, colphonię, cerę, adipis porcini, singulorum sexuncem. Ad folia trita affundito liquefacta, ac utitor. Emplastrum ex Althea, Pollē

tis. Corticem radicis altheæ herba uigente in pila contundito, deinde in æneum aut fictile uas translatum, uino albo ueteri odorato ac adstringente respergito, ut solum humectetur. Deinde tegito ac per triduum finito. Quarta die rursus in pila tundito, & succum fortiter exprimito. Et accipito colophoniæ uncias xxiiii. ceræ trientem, olei, æruginis, singulorum sextantem. Succi heminas Atticas duas, præparatur autem hoc modo, colophoniam oleo liquatam ac colatam, ad lentum lignorum pini ignem coquito, & tædacea spathula agitato, donec in aquam instillata solidior euadat, deinde ceram adiicito, eaq; liquefacta ollam ab igne tollito, & ubi frigefacta fuerint, succum paulatim affundito, ac caueto ne efferuescat, facile enim ebullit ut super effundatur, postquam autem constiterit, rursus igni adhibeto, & ubi incaluerint, æruginem iniicito, & ablata ab igne frigefacito, ac manibus subigito, ut probe uniantur, facit hoc ad noua & antiqua ulcera, ad ferarum ac canum morsus. Virus enim ab ulcere extrahit, panos & strumas aut discutit, aut suppurat, aut rumpit, aut materiam ad superficiem euocat, uelut in sugillatis, ac in uaporem diffundit. Sedat dolores, scabiem ac scabros ungues, lepramq; ac uitiligines exterit, nec soluēdum est in his ante septimum diem. Aculeos & infixa extrahit, podagricas inflammationes in ipsa exacerbatione mitigat tumores articulorum ac ganglia dissoluit, fauos ac ficus curat, hydrocephalam infantium aquosam capitis affectionem sanat. Splenis duriciam mollit, cancros non ulceratos lenit, imminentemq; erosionem compescit, pesso exceptum ac subditum menses ducit, pectini impositum calculos pellit, urinæ difficultatem corrigit. Aluum suppressam laxat. Rosaceo dilutum plãtarum rimas sanat, ulcera testium ac pudēdorum repurgat & incarnat. Et si absque ærugine præparetur serpentia ulcera sistit. Ossium fracturis prodest irriga-

tionis uice adhibitum. Dolores enim sedat, fit etiam ex floribus eltheæ rosaceis similibus efficacissimum pharmacum hoc modo, flores illi resectis unguibus tunduntur & ad puluillum rediguntur. Et eius sumūtur partes xii. colophoniæ partes xxxvi. ceræ partes vi. olei partes ii. Omnia simul uelut dixi præparata manib. probe subigito ac utitor, priore cōmodius est, & dolores amplius mitigat. Emplastrum ex semine lini, Polletis: facit ad pectoris affectiones. Neruosarum partium inflammationes discutit, ac dolorē mitigat, facit ad exacerbationes podagricas, & contractos articulos relaxat. Seminis lini partes ii. farinæ ordeaceæ partes iii. colophoniæ partes iiii. ceræ partes iiii. resinæ pinus liquidæ, uel cupressi, si haberi potest, partes ii. seminis thlaspios partem i. florum chamæmeli, pilularum cupressi clausarum, singulorū partem unā, olei partes duas. Ceram & colophoniam cum oleo ad prunas liquefacito, & assidue uersato, & ab igne ablatis cupressi pilulas tritas & cribratas adiicito, ac caueto ne efferuescant. Deinde farinam, semen lini, resinam liquidam addito, & rursus ad ignem adhibeto, & paulatim donec uniantur coquito, postea procul ab igne chamæmelum & thlaspim inspergito. Et tandem medicamentum in mortarium frigida semiplenum coniectum diligenter manibus subigito. Emplastrum Elephantinum. De Elephantino Polles libro secundo. Id ego inquit, prius inueneram, sed postea longo usu ductus immutaui, & quum facilius meliusq; ac fortius cognouerim, in hūc secundum librū retuli. Dorycnii siue solani ueficarii dextantem, radicis mandragoræ bessem, radicis panacis sexuncem, colophoniæ sextantē, resinæ pinus liquidæ trientem, opopanacis sextantem, ceræ, terebinthinæ, sing. lib. i. bdellii unc. xx. aceti lib. i. uel amplius. Quidā ēt potamogitonis unc. xx. adiiciunt. Verum descriptio non habet

Aliud Elephantinum, facit ad cōtractos articulos

mollit ac discutit, podagricorum callosas concretiones, & in ossium fracturis inductos callos dissoluit, panos, strumas, & quamlibet duriciam emollit. Quod si experiri libuerit, eboris aut cornu segmentum ex eo illinito, & ad dies triginta aut quadraginta alligatum finito, & deinde soluito. Et nō reperis eboris aut cornu naturam, sed aliud quid, quod cōmode flecti possit, paratur autem sic. Corticis radicis dorycnii aut solani ueficarii uirentis siue in umbra siccati, corticis radicis mandragoræ, singulorum bessem, radicis panacis sexuncem, opopanacis bessem, potamogitonis uiridis, bdellii, resinæ pinus liquidæ, singulorum uncias xx. terebinthinæ lib. i. ceræ sextantē, aceti albi bessem. Mandragoræ ac solani cortices uirentes quidem, in pila tundito, & postea in mortario terito: siccos uero cum panacis radice terito ac cribrato, similiter etiam bdellium terito, ac potamogitonem, omniaq; simul in mortario mixta terito, aceto paulatim instillato. Et liquefactis quæ liquari debent, excolatisq; ac ad probam compagem coctis, & ad trita ammixtis, medicamentum frigefactum manibus subigito, & in fictili uase aceto affuso seruato, & ne transpiret probe coopertō. Emplastrum ex herba sacra siue uerbenaca, Polletis. Verbenacæ rectæ in uigore cum radice euulsæ ac exsiccatæ, tusæq; ac cribratæ sexuncem, colophoniæ lib. ii. ceræ trientem, olei sextantem. Liquabilia liquefacito, colato, & ad bonam compagem coquito, & adiecta uerbenaca subigito ac utitor, facit ad omnē capitis dolorem, ad hemicraneam, ad oculorum fluxiones, ad dētium dolores extra adhibitum. Ad scorpionum ictus. Ad neruosarum partium inflammationes, & omnino impositum partes à fluxione tutatur.

Emplastrum Geranium, Polletis: facit ad laxatos ac crassos neruos resolutionis periculum expectantes. Ad omnes fluxiones, tumidosq; ac inflammatos articulos, ad ganglia, steatomata, atheromata, strumas,

panos,& quæcunq; molliri,attenuari,rumpi,ac exter gi debent. Ramenta ſtatuæ æreæ,ex aſsidua olei illi tiᷓe ſordidæ ac æruginoſæ lib.ii.ceræ lib.ii.ſandycis, ſandarachæ,terebinthinæ,ſing.lib.i.Quod ſi ſtatuæ ra menta ſicciora fuerint,terebinthinæ lib.ii.accipito,& cum his omnibus gruis pennas unito. Hoc modo. Gruis pennas omnes in ollam nouam coniicito ac operito argillaq; oblinito, & in fornacem mittito. Eamq; ubi totam exterius ignitam uideris extrahito, ac frigefieri ſinito. Ea deinde aperta pennas uſtas eximito ac terito, & longo tempore antea paratos aſſeruato,& medicamentum poſtea ſic præparato. Ceræ ac reſinæ liquatis ac excolatis, ſandicem & ſan daracham minutiſsime tritas adiicito, & uerſato do nec omnia fuerint probe mixta, & poſtea ab igne ab latis pennarum cinerem ammiſceto, ac ſimul ſubigi to, frigefacta autem aliquatenus medicamento ſta tuę ęruginem cum modico aceto tritam adiicito,atq; in mortario probe unito, ſubigito, ac utitor. Em plaſtrum ex bugloſſo, Polletis. Bugloſſum her bam cum radice euulſam, & in umbra ſiccatam, te rito ac cribrato, & ſumito eius partes quatuor, co lophoniæ, reſinæ pinus liquidæ, ceræ, ſingulorum partes viii.olei partes.v. Colophoniam cum oleo ad lentum ignem coquito, ac ſpathula agitato, ubi uero durior apparuerit, reſinam liquida adiicito, ac rurſus coquito, donec non amplius inquinat, & poſtea ceram adiicito. At ubi ab igne amoueris, cri bratam herbam addito,& medicamentum in morta rium aqua ſemiplenum infundito,ac manibus ſubigi to. Facit ad omnes inflammationes,ſtrumas, paroti das,panos,plagas,colliſiones. Ad antiqua & maligna ulcera,ad uulneratos neruos, ſinus, nomas, fiſtulas. Repurgat, mollit, contrahit, attenuat,& quædam diſcutit, quædam rumpit, replet, & ad cicatricem perducit. Dolores ulcerum ueterum ac recentium

ſtatim ſedat,& liuida abolet. Ego uero in bugloſſæ defectu nyᷓeridem herbam, ab aliquibus ungentum Helenes appellatam, ad coxendicum affectiones ad hibui, & bene ſucceſsit. Emplaſtrum ex achate la pide, Polletis. Lapides achates appellatos, leoninæ pelli colore ſimiles, in fornacem fabrilem mittito,& aggeſtis carbonibus ualde ſufflato, & ubi ignitos la pides uideris forcipe extrahito, refrigeratosq; terito ac arctiſsimo cribro excutito. Deinde accipito colo phoniæ drachmas xlviii.reſinæ pinus, ceræ, ſingu lorum beſſem, olei trientem,achatum lapidum uſto rum quincuncem. Colophoniam cum oleo liqua tam coquito donec non amplius inquinat, deinde ceram ac reſinam prius liquata & excolata adiicito,& his unitis lapidum cinerem addito, ac rurſus ad mo deratam compagem coquito: poſtea medicamen tum in frigidam aquam miſſum frigefieri ſinito,& ma nibus ſubactum in maſſam cogito. Vtere hoc ad ſcor pionum, uiperarum, & uenenum eiaculantium be ſtiarum ictus, facit ad tumores ægre concoctiles ac ſanabiles, ad induratos tumores, ad liuida. Ve locem ſuppurandi uim habet: Strumas aut diſcutit, aut concoquit & rumpit. Erit autem efficacius ad ſtru mas, ſi capparis folia uiridia, aut corticem eiuſdem probe tritum, ad emplaſtrum calefactum ac remol litum ammiſcueris. Emplaſtrum parhygrum,facit ad inflammationes ad duriciam quandam inclinan tes. Adipis porcini à fibris depurati uncias xliiii. ceræ uncias xxiiii.ſpumæ argenti, ceruſſæ, ſingu lorum ſexuncem. Liquida cum aridis permiſceto. Manebit quidem hoc pharmacum aliquandiu liqui dius, ſed poſtea ad bonam compagem perueniet. Emplaſtrum è buccinis. Hoc Xenocrates malleoli abſceſſum ſuppuratum iam diſcuſsit. Inflammatio nes autem induratas,præſertim parotidas priuſquàm in pus tranſmutentur,mirifice diſſoluit. Spumæ argẽ

ti drach.cc.ceræ drach.lii.olei antiqui lib.iii.ceruſſæ drac.viii.terebinthinæ drachm.lii.buccinorum uſtorũ drac.x.thuris drac.xix.aquæ ſextarium. Spumam argenti & ceruſſam minutiſsime trita rurſus cum aqua terito, & iterum cum oleo, & ex mortario in ollam translata lento igne coqto,aſſidueq; uerſato ne ſubſideant,deinde ceram, & mox thus ac terebinthinam adiicito,& ad bonam compagem,nõ tamen multam duriciam coquito.Poſtremum cinerem buccinorum addito,& paululum feruere ſinito, & medicamẽtum ab igne tollito,& in mortarium aqua humectũ effundito,& diu manibus ſubigito, ut glutinoſum euadat: nam temporis progreſſu durius propter buccina efficitur. Emplaſtrum Dionyſia appellatum.Inflammationes & abſceſſus mammarum præſertim diſcutit: omnem enim humorem per cæcos meatus diffundit.Sed & duricias ac parotidas diſſoluit:Ceræ, terebinthinæ,ſpumæ nitri,olei antiqui,ſingulorum ſexuncem,miſyos crudi unc.i.aquæ coactiliariorum quantum ſufficit.Spumam nitri & miſy cum aqua terito,& cum oleo coquito,deinde ceram, mox terebinthinã adiicito,& ebullire ſinito, donec non amplius inquinent,non tamen nimis ſolida euadant,& ſublatum ab igne medicamentum in mortarium aqua humectum diffundito,manibus ſubigito,ac utitor. Hæc dionyſia inter attractoria emplaſtra recte deſcripta habetur, eaq; utaris uelut iſthic deſcripta eſt. Emplaſtrum è ſapone,diſcuſſorium præcipuum ad furunculos. Adipis porcini,picis,ceræ,ſaponis nigri,æquales portiones liquatas excolato ac utitor:diſcutit etiam hydropas. Aliud,ad furunculos,parotidas & panos, olei antiqui,ceræ,ſaponis,nitri,lixiuii,æquales portiones. Ceram cum oleo liquefacito, nitrum uero cum lixiuio in mortario terito,& deinde ſapotem ſimul conterito,& in ollam cõiecta paulatim coquito ad moderatã cõpagem,& utitor. Emplaſtrũ ex Heliotropio.

Facit ad percuſſa,colliſa,luxata,uulſa,rupta, ſtilorũ ac ſimilium rerum puncturas,ad dolores in profundo. Neruos ab ictu aut frigore craſſefactos,aut aliter affectos curat,firmat,& dolore liberat. Vlceribus antiqs, & uulneribus recentibus confert. Adueſus medicatas ſagittas loco affecto imponitur. Ad digitos cõtuſos, etiamſi oſsiculum colliſum ſit,ab inflammatione tutatur,& dolorem eximit. Maturat,ſuppurat,diſcutit,cõtrahit,glutinat,repurgat,incarnat,cauitates replet, & ad cicatricem perducit.Heliotropium herbã tria grana habentem,in autumno totam cum radice euulſam & in umbra ſiccatam terito,ac cribrato, & eius accipito trientem, colophoniæ ſplendidiſsimæ unc.xlviii. reſinæ pinus aut cupreſſi ligdæ beſſem, ceræ beſſem, olei trientem. Reſinam,oleum,ceram,ſimul liquefacito:deinde herba adiecta ad lẽtum ignem coquito, & tædacea ſpathula agitato donec bonam campagem acquiſierit medicamentum,& in frigidã diffuſum ſubigito ac utitor.Strumas & duricias ſuppurat, rumpit, ſiccat,incarnat,ad cicatricem ducit,& dolorem ſedat.

Emplaſtrum Mnaſeæ,ſecundi mollientium ordinis. Spumæ argenti, adipis porcini, olei, æquales partes ſimul decoque, donec non amplius inquinant, & ſi fortius medicamentum efficere uolueris, adipem & oleũ utrũq; uetus accipito:uetuſtiora enim efficacius reddunt medicamentũ.Quod ſi magis emolliens eſſe uolueris,oleũ minues,& adipẽ augebis.Si uero magis diſcuſſoriũ,adipi detrahe,& oleo adde. Quidã cũ oleo & adipe radicis altheæ cõtuſæ ſeſquilibram coquunt,donec torrefiat,eaq; abiecta, in oleo ac adipe colatis ſpumã argenti coquunt,ſicut diximus. Atque ſic quidẽ Galenus.Mnaſeas aũt ſic.Spumæ argẽti,ceræ,paſſi,colophoniæ,olei axungiæ, ſing.lib.i.oleũ & ſpumam argenti coquito,donec nõ inquinant, & ceram,colophoniã,axungiã,liquatas & excolatas adiicito,ac rurſus ad bonã cõpagẽ coquito:deinde paſſum

affundito,ac fortiter agitato.Et ſublatũ ab igne pharmacum ſub canis æſtu inſolato,& quotidie cũ ſpathula uerſato,donec ad debitam ſoliditatem perueniat.

Emplaſtrum Helladicum mollitorium. Ammoniaci thymiamatis, ſpumæ argenti, ceruſæ, olei antiqui, reſinæ pinus,ceræ,ſing.lib.i.thuris ſexuncem,galbani ſextantem,caſtorii lib.ii.propolis,opopanacis,ſingul. lib.i.aceti quantum ſatis eſt. Oleum,ſpumam argenti & ceruſſam ſimul coquito,& medio cocturæ tempore ammoniacum tritum adiicito,& ebullire ſinito, donec non amplius inquinant,deinde liquabilibus additis ac probe ammixtis,thus & caſtorium minutiſsime trita additum.Et poſtremum opopanacem aceto diſſolutum affundito,& perfrigeratum pharmacum manibus ſubigito ac utitor. Diſcutit abſceſſus etiã in pus tranſmutatos. Aliud,emolliens ac diſcutiens abſceſſus.Spumæ argenti ſexuncem,ceruſſæ ſeſquiunciam, ceræ trientem,ammoniaci thymiamatis ſextantẽ,galbani,myrrhæ,thuris,ſingulorum trientem, olei libr.i. oleum ſpumam argenti & ceruſſam coquito donec non amplius inquinat,deinde ammoniacum,mox ceram & thus ac galbanum adiicito, & ab igne ablatis myrrham addito,ſubigito ac utitor. Aliud. Diſcutiens abſceſſus,& iam ruptos expurgans ac ſanãs. Facit & ad capitis lendes.Colophoniæ ſexuncem, ammoniaci thymiamatis ſextantem,maſtiches unc.i.ceræ unc.i.galbani ſcrup.iiii.opopanacis ſcrup.iii.ærugi nis ſcrup.iiii.reſinæ pinus lignoſæ,olei, ſing.trientem.

Aliud è tritici polline.Facit ad abſceſſus & furunculos,ad herniam aquoſam & inteſtinorum,poſt chirurgiam inflammationibus ſedatis. Ceræ, pollinis tritici,reſinæ liquidæ,ſing.ſexuncem,ammoniaci thymiamatis quadrantem,olei trientem. Aceti aut uini quantum ſatis eſt.Pollinem pridie in aceto aut uino ſubiges.Sequenti die liquatis his quæ liquari debent, fermẽtatũ pollinẽ probe ſubactũ in mortario ammiſce-

bis,& uteris. Aliud è fermento. Saponis, ſandaracha,ſingul.ſextantem, fœnigræci unc.i.reſinæ pinus lib.i.colophoniæ,cerę ſing.ſexuncem,fermenti ſexuncem.Fermentum aqua dilutum cum liquabilibus liquefactis miſcebis,& terenda trita adiicies, omniaq; ſimul ſubiges,ac uteris.Hoc diſcutiendi ac rumpendi uim habet. Aliud è Maſticha. Colophoniæ libr.i. ceræ ſexuncem,ammoniaci thymiamatis trientẽ,maſtiches,galbani,terebinthinæ,ſingu.ſextantem, omnia liquefacito ac excolato,& in frigidam coniecta emollito ac utitor. Aliud trium ſpecierum appellatum. Ceram,colophoniam,terebinthinam liquidam,paribus portionib.ſimul liquefacito,& in frigidam mittito,ſubigito ac utitor.Hoc ſicut etiam quod proxime præcedit,oſſa capitis denudata incarnat, & ſquãmas citra moleſtiã diſparat,& ſolũ abſq; alterius uſu ad cicatricẽ pducit.Quod ſi maſtichen pari portione adiicias,ad oſſium fracturas admirandũ euadet. Emplaſtrũ Iudæi. Colophoniæ lib.i.maſtiches unc.i.olei trientem,omnia ſimul liquefacta in frigidam mittito, & poſt ruptos abſceſſus utitor,ita ut nihil reſeces,neq; linamentum indas,ſed ſolum medicamento cauitatẽ expleas.Ex eodem etiã emplaſtrum adhibeto,citisſime repurgat ac præ cæteris incarnat.Poſtquam autẽ ulcus explanatum fuerit, ad cicatricem inducendam alio medicamento opus eſt.Nam hoc ſuperuacuam carnem efficeret. Emplaſtrum reipublicæ præſidis. Reſinæ quæ in uaſculis ac lagunculis ligneis affertur, excolatæ lib.i.ceræ quadrantem,maſtiches tantundẽ, olei à Martyreo uel aliunde allati ſeſquiunciam,oleũ cum reſina liquefacito,centauriiq; uiridis ſi haberi poteſt,ſin minus,arido faſciculo agitato,& his excolatis reliqua ammiſceto,ac manibus ſubigito. Quidã centaurii ficci unc.i.adiiciunt:inter liquãdum uero & dũ agitas, hæc uerba inſuſurrato.Deus Abraam, deus Iſaac, deus Iacob, huic pharmaco uires largiatur.

Hoc sinus & fistulas glutinas, ægilopas siccat. Et si centaurium receperit, duricias ac strumas inchoantes emollit. Emplastrum Mutum appellatum. Ammoniaci thymiamatis, galbani, opopanacis, singulorum unc.i. mastiches, ceræ, colophoniæ, singulorum sexuncem, aquæ marinæ quantum satis est. Aliud.

Hoc ad ossium fracturas inflammationibus sedatis facit. Optime cicatricem inducit. Colophoniæ, resinæ pinus, singulorum libr.i. ceræ sexuncem. Omnia in ollam feruidæ aquæ missa liquato ac excolato, deinde in frigidam transfusa emollito, & in massam cogito, ac utitor. Aliud, mirifice molliens. Facit ad stomachi duriciam ac frigidos affectus. Colophoniæ puræ sextãtem, ceræ albæ trientem, mastiches pure unc. i. olei cyathum i. Omnia simul liquata ad probã compagem coquito. Emplastrum Pyxis inscriptum. Confert ad omnes inflammationes, præsertim pedũ: egregie enim emollit. Ceræ, colophoniæ, sing. sexuncem, succi seminis lini trientem, adipis porcini sextantem, terebinthinæ quadrantem, & unciæ dimidiũ, olei omphacini dextantem, ammoniaci thymiamatis unc. i. thuris quadrantẽ, lactis bubuli trientẽ, & unciæ dimidium, ouorum candida nouem. Ammoniacũ & thus cum lacte, succo, & ouis terito, & reliquis liquefactis ammiscето. Aliud è melle, mollit ac discutit. Spumæ argenti, olei, singul. lib. ii. colophoniæ, ceræ, axungiæ, mellis, singul. unc. xx. spumã argenti cum oleo & axungia coquito, donec non amplius inquinant: deinde reliqua liquata adiicito, & ab igne ablatis mel affundito, & frigefactum medicamentum manibus emollito. Melinum Serapionis uulnerarium, ad multa commodum. Omnes duricias dissoluit, absessus discutit humores per occultos meatus diffundit. Sinus glutinat, spicula, ossa corrupta & aculeos extrahit. Rosaceo dilutum caua ulcera replet. Sedat etiam inflammata. Hoc præceptor Lucius utebatur, atq;

tur, atq; ipsum dupliciter præparabat, modo glutinosum, modo solidius efficiens: collyria enim ex soliore formabat, & filum innectebat, & sic ad usum paratos habebat, ac in sinus fistulosos indebat, filo foras propendente ad commodiorem extractionem: quæ enim sine filo indũtur, quũ duriora sint sæpe frãgũtur, & priuatim absessus efficiunt. Spumæ argenti drach. ciiii. colophoniæ drachm. lxiiii. ceræ drachm. xlviii. ammoniaci thymiamatis drach. xxiiii. æruginis, myrrhæ, galbani, singul. drac. xx. olei æstate unc. xv. hyeme xviii. spumam argenti cum oleo ad lentum ignem coquito, & ab igne ablatis æruginem iniicito, ac ne efferuescat caueto, & rursus coquito donec non inquinant, & ad cotonei mali colorem perueniant. Deinde ceram ac resinã liquefactas ac excolatas addito, & ubi parum ebullierint, ammoniacum leuissime tritum & aqua aut aceto dilutum ammiscето, & mox galbanum tritum addito, & tandem ab igne amotis myrrham inspergito. Melinum Pasionis Athanasia inscriptum. Ad ueteres sinus, etiamsi usq; ad uacua perforati fuerint. Idem puerorum strumas recentes discutit. Facit & ad articulos distortos ac lancinatos, sicut Heras & Galenus testantur. Spumæ argenti, resinæ pinus siccæ, singulorum drachm. c. cerę drachm. xii. s. Olei, uini ueteris odorati adstringentis, singulorum heminæ dimidium. Spumam argenti cum uino ad solem æstiuum pluribus diebus terito, donec fuerit exiccata, & postea cum oleo ad lentum ignem coquito, donec non amplius inquinat. Postea ceram ac resinam adiicito, præparato, ac utitor. Emplastrum Venus appellatum, ad multa commodum. Omnem duriciã dissoluit, strumas discutit, spicula & aculos extrahit. Ad uenenum eiaculantium bestiarum morsus mirifice commodum. Fistulas & sinus glutinat. Podagricis per exacerbationum interualla utiliter imponitur, & coxendici diuturnæ medetur, spumæ argenti

unc.xxv.ammoniaci thymiamatis dextantem, colophoniæ unc.xvi.æruginis,galbani,sing.sextãtem,bdellii,opopanacis,singul.quadrantem,myrrhæ,aristolochiæ,sing.unc.i.olei antiqui lib.ii.Oleum cum spuma argenti coquito,& in medio coctura tempore ærugi nem adiicito,& donec non inquinent bullire finito, deinde colophoniam liquatam & excolatam addito, & ab igne ablatis,aristolochiam ac myrrhã aceto trita,cum galbano,bdellio,ac opopanace ammisceto,& in mortariũ transfusa subigito,unito ac utitor. Aliud emplastrum Venus appellatum.Facit ad eadem uelut præcedens,& est ad podagras per exacerbationũ interualla ualde insigne.Olei antiqui lib.iii. spumæ argenti libr.ii.ammoniaci thymiamatis libr.i.ceræ unc. xxii.colophoniæ dodrantem,galbani,æruginis,sing. quadrantem,resinæ pinus unc.xvi.myrrhæ trientem, præpara uelut dictum est. Emplastrum Panacæa, emolliens ac discussorium. Ceræ bessem, colophoniæ,terebinthinæ,sing.lib.i. ammoniaci thymiamatis sexuncem, galbani, opopanacis, pollinis thuris, olei, sing.unc.i.uini quantum satis est. Emplastrum è rumice,ad multa commodum,abscessus discutit ac rũpit,strumas mollit.Ceræ,resinæ,adipis porcini,foliorum rumicis uiridium probe contusorum, spumæ nitri,ammoniaci thymiamatis, sing.libr.i.præpara, & usus tempore cum oleo antiquo emolli ac utere. Emplastrum è perna.Omnem duriciam,strumas,glandulas,meliceridas,& reliqua huiusmodi dissoluit, sinus glutinat.Facit ad furunculos,abscessus,neruorum per consensum affectiones, confert pleuriticis, coxendicumq; ac articulorum affectionibus.Pinguedinis suillæ è perna antiquissima,spumæ argenti,sing.lib.iii.resinæ pinus lib.i.ammoniaci thymiamatis, quadrantẽ, galbani, thuris, euphorbii,sing.unc.i.pinguedo uero de perna sic paranda est: Pernam suis antiquam in olla fictili cum aqua præsertim marina coquito, &

eius iusculi excolati ac refrigerati pinguedinem concretam,tum superstantem,tum subsidentem accipito, & expurgatam ad medicamenti præparationẽ asseruato.Cum hac itaq; liquata spumam argenti ad lentũ ignem coquito,donec non amplius inquinat,deinde ammoniacum adiicito tritum,& postea resinam excolatam,& thus minutissime tritum:his uero unitis,galbanum præmollitum addito,& sublato ab igne medicamento euphorbium ammisceto,ac utitor. Emplastrum è perna,Galeni.Callosas instar tophorum concretiones dissoluit.Pinguedinis pernæ suillæ præparatæ,uelut dictum est,lib.i.ammoniaci thymiamatis, casei bubuli aut caprini uetustissimi, adipis taurini, apochymatis,hoc est,resinæ cũ cera ex nauigiis derasæ,sing.lib.i.medullæ ceruinæ bessem, œsypi quadrãtẽ,opopanacis unc.i.olei cyprini sexuncẽ,uini quantũ satis est:cætera liquato ac excolato. Caseũ uero cum uino terito ac liquefactis adiicito, præparato, & in mortario manib.emollito. Emplastrum Mollitoriũ Lucii præceptoris,ad distortos arciculos inscriptum. Facit ad abscessus profundos, neruos & articulos contractos.Prodest opisthotonicis neruorum p consensum affectionibus,eximit lassitudinẽ oleo cyprino aut irino,aut laurino dilutum. Item ad duritias diuturnas ac ægre curabiles.Bdellii,adipis uitulini, ammoniaci thymiamatis,iridis Illyricæ,sing.drac.xvi.opopanacis drac.L.galbani,canchryos,styracis,thuris,singul.drac.viii.piperis grana clx.ceræ, terebinthinæ,singul.sexuncem,olei irini æstate quidem sextãtem, hyeme uero quadrantem, uini quantum satis est. Ceram cum oleo liquefacito,& ammoniacum, bdellium, ac thus trita admisceto. Et si thus ægre teri possit, uino madefactum cõteratur:& his omnibus probe unitis terebinthinã ac styracẽ addito,deinde ab igne ablatis,iridẽ,cãchry,& piper minutissime trita adiicito,& postremũ opopanacẽ uino dissolutũ affundito,& p

be ſubigito. Hoc medicamentum ſupremi ordinis eſt emollientium: nec facile reperias quod magis indura tas partes molliat, ac duriciam diſcutiat. Emplaſtrũ è pſyllio, experimento conſtans. Strumas reſiccat ac di ſcutit, furunculos diſſoluit, inguinũ ac alarum abſceſ ſus etiam in pus tranſmutatos diſcutit, ſinus glutinat, ganglia diffundit, clauos in manibus ac pedibus exte rit, carbunculos ſanat, uitiligines emendat. Radicis altheæ tritæ cribratæ unc. i. pſyllii triti cribrati ſextan tem, ſtercoris columbini minutiſsime triti, axungiæ ueteris purgatæ, ſingulorum quadrantem. Picis ſic cæ lib. i. maſtiches nigræ Æthiopicæ quadrantem, aut ſi haberi non poteſt, Chiæ tantundem, quæ liquari poſſunt liquato, & ad igne amotis arida ammiſceto, & frigefactum medicamentum probe manibus ſubi gito, atq; uſus tempore chartæ aut corio inducito.

Mollitorium ex ruta. Articulos manuum contractos mirifice emollit. Ceræ trientem, terebinthinæ ſextan tem, galbani, opopanacis, œſypi, caſtorii, ſing. unc. i. euphorbii trientem, rutæ ſextantem. Liquabilia lique facito, & euphorbium, caſtorium, ſingula ſeorſim tri ta, cum opopanace ac rutæ foliis in mortario contri tis ſimul ſubigito, & ad liquefacta ammiſceto. Aliud emolliens. Strumas, parotidas, furunculos, panos ac meliceridas diſſoluit. Ladani mollis, bdellii Scythici reſinoſi, ppolis recẽtis ac mollis, ammoniaci thymia matis, terebinthinæ, æquales portiões præpara & ute re. Aliud molliens ac diſcutiens. Facit ad ſtrumas, parotidas, meliceridas, itemq; atheromata. Vtimur eo etiam ad uaſorum dilatationem. Spumæ argenti drac. c. colophoniæ, adipis caprini, ſingulorum drac. lxxx. ceræ, rubricæ, uiſci, ſingulorum drachm. xl. lapi dis pyritæ drachm. xvi. picis drach. xxiiii. calcis uiuæ marmoraceæ drachm. xxxii. galbani, ammoniaci thy miamatis, bdellii, ſingulorum drachm. xvi. ceruſſæ, aloes, myrrhæ, bituminis, mannæ thuris, dictamni, ſin

gulorum drach. xii. olei antiqui lib. iii. ſpumam argen ti, olenm, ceruſſam, adipem, ſimul ad bonam compa gem coquito. deinde ammoniacum & bdellium trita adiicito, & his liquatis primum uiſcum, deinde lapi dem pyriten, ac calcem, & cætera ficca trita addito, & omnia unita, frigefacta, manibus ſubigito, ac utitor.

Aliud, abſceſſus ac ſtrumas diſcutiens. Candidum canis ſimum terebinthina excipe, ac utere. Aliud. Sedat inflammata, ſtrumas, hernias carnoſas, & om nem duriciam emollit. Caricarum pinguium, nitri toſti, ſeminis naſturtii, ſingulorum æquales partes cum melle emplaſtri forma excipito, ac emollito.

Emplaſtrum è bugloſſo. Duricias diſſoluit. Bu glosſi beſſem, ſpumæ argenti quadrantem, ammonia ci thymiamatis ſextantem, adipis porcini ſexuncem. Olei antiqui tantundem. Emplaſtrum Perſarum è lapidibus, Tyrrhenicum & Pampathes appellatum. Veſicæ & rhenum calculos confringit impoſitum. Callos in manibus ac pedibus diſſoluit: citra mole ſtiam enim eos ſuppurat, & eſt poſt ſeptimam tandẽ diem exoluendum: idem etiam in ſteatomatis, ſtru mis, gutturis tumore, gangliis, & ſimilibus facit. Ad ægilopas & fiſtulas antiquas, præſertim ſedis, ſub alis inguinum ac mammarum, uelut myſterium diuinum habetur, in his autem quinta exoluendum eſt, & cal lus fiſtulæ deraſus apparebit, nec deſiſtendum eſt ab eius uſu, donec callus penitus fuerit exciſus. Facit & ad ulcera maligna, & ad ungues manuum ac pedum motos, ut à Deo miſſum putes. Ad herniã aquoſam, hydropem, ſplenis tumorem, corio pro tumoris ma gnitudine inductum imponitur. In hydrope ſanè an terius ab alis uſq; ad inguina, poſterius à ceruice uſq; ad lumbos: omnem enim aquã uidebis diuino quo dam myſterio efferri, eoq; uteris donec res melius ha bere uidebitur. Ad anheloſos inſuper ac erecta cerui ce ſpirantes, tabidos, & deploratos intus deliteſcentes

abscessus, pilulas cum modico melle ex eius pastillis feci, easq; uiris, mulieribus, pueris, senibus exhibui, & deploratos reuiuiscere uidi. Idem & in pestilentibus constitutionibus feci, & plures à peste liberaui. Verū desino plures alias eiusdem uires recensere, ne tātum Dei munus aliquis fabulā putet: Spumæ argenti lib.i. ceræ unc.xvii. ammoniaci thymiamatis quadrantem & semunciam, propolis unc.xvi.s. galbani sesquiunciam, squamæ æris unc.i. lapidis phrygii unc.xviii. resinæ pinus siccæ lib.i. diphrygis sextātē & scrup.xviii. æris usti unc.i. thuris sextantem, & obo.iiii. radicis aristolochiæ rotundæ unc.xl. & scrupul.xvi. lapidis magnetis uiuentis ac trahentis unc.i. aloes sextantem & semunciam, dictamni quadrantem. Cinnabaris communis scrup.xviii. adipis struthocameli libr.ii. lapidis pyritæ sextantem, lapidis uitæ scythici scrup.xviii. lapidis hæmatitæ unc.i. cadmiæ ustæ trientem, gentianæ, aristolochiæ longæ lapidis parciaci, aut pro eo gagatæ, singul.unc.i. betonicæ, radicis chamæleonis nigri, sing.unc.i. in alio exemplari, scrup.xviii. æruginis unc.i. olei antiqui lib.i. In alio lib.ii. floris salis, aceti scillitici, singulorum quantum satis est. Spumam argenti & lapides omnes primum seorsim, deinde simul tritos, ad salis florem ammisceto, & ad fecis compagem simul conterito. Deinde æruginem & æs trita adiicito, postea thus, aloen, ammoniacum, singula seorsim trita addito, & mox galbanum, & semper florem salis addendo conterito. Postremum herbas minutissime tritas ac cribratas immittito, & rursus flore salis addito conterito ac subigito, & cū aceto scillitico pastillos & massas formato. Quæ uero liquari debēt, priuatim liquefacta seruato, & ubi medicamētum in usum assumere uoles ammisceto. Cæterum locus cui adhibendum est medicamentum oleo ne inquinetur. Aliud, strumas discutiens. Spumæ argenti libr.i. olei antiqui sesquilibram, auripigmenti unc.i. spumam argenti cum oleo coquito, donec non amplius inquinat, deinde auripigmētum prius cum olei sextante tritum adiicito. Vtere confidenter, & ne contempseris uilitatem. Aliud ad strumas. Spumæ argenti sexuncem, æruginis ferri sextantē, ammoniaci thymiamatis, olei antiqui, singulorum bessem. Spumam argenti, æruginem, & ammoniacum, singula seorsim trita coquito, ita ut æruginem & spumam argenti cum oleo primū coquas, & ad semicocta ammoniacū adiicias, sinasq; ebullire donec non amplius inquinant. Aliud è sale, Democratis, omnem duriciam' discutit. Salis triti, ceruſſæ, singul.lib.i. galbani, propolis, aristolochię, singulorum sextantem, olei ueteris libras duas, & si crassius pharmacum, aliam adhuc olei libram adiicito. Ceruſſam & sal cum oleo coquito, donec non inquinet. Deinde galbanum & propolim, postremum aristolochiam singula trita addito, ac præparato.

Aliud eiusdem. Discutit strumas, omnem frigidum humorem absorbet, hepatis ac splenis aquosas affectiones sanat, urinam prolectat, coxendices ueteres curat. Ceræ, resinæ pinus, colophoniæ, sing.lib.i. calcis uiuæ, aluminis scisi, auripigmenti sing.unc.i. liquabilia cū modico oleo liquato ac excolato, deinde ad arida cum modico aceto trita ammisceto ac utitor. Posse hoc diuturnas uiscerum duricias dissoluere constat, ita ut multam humiditatem extrahat. Ciet quoq; menses diu suppressos. Ego uero ablata calce, duplum aluminis adiicio, & medicamentum longe præstantius comperio: neq; enim pustulas excitat. Emplastrum Philagrii discussoriū. Curat gutturis tumores, & duricias discutit. Spumæ argenti drachm.L. resinæ pinus drach.xl. olei antiqui drach.lxxx. æris usti, ammoniaci thymiamatis, singul.drac.viii. aluminis scisi, mannæ thuris, sing.drac.iiii. ceræ drac.L. spumam argenti cum oleo coquito, & ad semicocta æs adiicito, & bullire sinito donec nō amplius inquinant: deinde

ammoniacum tritum addito,eoq; liquato resinam & cerā liquatas ac excolatas affundito,ac rursus ad cō pagem non inquinantem coquito,ac mox galbanum præmollitum addito,& ab igne ablatis,thuris manna inspergito,unito,& frigefactum medicamentum ma nibus subigito. Emplastrum discussorium absessuū admirādum:nulla enim ruptione absessus facta, pus crassissimum in emplastro inuenitur, idq; detergen dum est,ac medicamentum reparatum,rursus impo nendum.Colophoniæ lib.i.ceræ sesquilibrā,olei hye me cyathum i.æstate uero dimidium.Nitri berenica rii fului aut albi & friabilis sexuncem.Cætera liquefa cito ac excolato,nitrum uero minutissime tritum in spergito, & probe uersato, perfrigerataq; manibus emollito,& in massam cogito. Obseruandum est ne medicamentum in aquam transfundamus:alias enim nitrum abolebitur. Aliud. Picis siccæ, ceræ nouæ, sing.lib.ii.olei li.iiii.ad lentum ignem coquito, subigi to,ac utitor.Facit ad absessus,strumas,fistulas,& alia huiusmodi. Aliud Oribasii.Ad strumas,& alarum ac inguinum & colli tumores duros.Papaueris cornicu lati folia cum axungia & propoli pingui terito,& im ponito. Aliud ad strumas & omnem duriciam. Verbenacæ rectæ foliorum uiridium drachm.xlii. hyoscyami uiridis drachm.cxliiii.adipis porcini, re sinæ pinus siccæ drachm.xlvi.picis drachm.xxiiii. Liquabilia liquata ac excolata cum herbis tritis com mittito. Aliud è rumice. Foliorum rumicis,per dicii,senecionis,resinæ pinus,singulorum drac.xlviii. foliorum hyoscyami,axungiæ antiquæ,sing.drachm. xcvi.galbani drach.viii.liquabilia liquefacito ac cum herbis committito. Aliud è rumice. Ad strumam & omnem duriciam,ad alarum ac inguinum absces sus,ad ulcera maligna & fistulas, ad uteri strāgulatus. Facit & ad splenem induratum.Allii nucleos xv.cerę drac.xcvi,olei drachm,xcvi,nitri Alexandrini drach.

xlviii.æris usti,terebinthinæ singulorum drach.xxiiii. thuris drachm.viii.foliorum rumicis in olla uel char ta sub calenti cinere resiccatorum drachm.xlviii. Li quida cum aridis tritis cōmittito,& in mortario subi gito. Allia uero in oleo fricta terantur. Aliud è sco lopendrio,philosophi. Discutit absessus,furuncu los,& ad multa commodat. Colophoniæ lib.ii.ceræ axungiæ recentis,sing.lib.i.resinæ pinus bessem, olei sexuncem,scolopendrii sexrantem. Vini antiqui sex tarios duas, pollinis tritici unc.xiiii.tritici pollinem cum uino coquito,deinde liquida affundito ac unito, & postremum scolopendrium addito , ac utitor. Quod si oleum reprobas,pro eo axungiæ sexuncem accipito,& magis emolliet. At si oleum receperit,ma gis discutiet.

De emplastro ex aspidibus. Cap.XV.

Emplastrum ex aspidibus,strumas & alias duricias discutit.Facit & ad podagras per exacerbationum in terualla adhibitum.Terebinthinæ,lapidis asii,bitumi nis,singul.drachm.ccclx.spumæ nitri adipis uituli,ce ræ,baccarum lauri, ammoniaci thymiamatis, singul. drac.cccxl.lapidis pyritæ,calcis uiuæ , sing.drac.cxx. cineris aspidum uiuarum ustarū drac.cxl.olei antiqui i lib.ii.Oleum & ceram primam,deinde bitumen tritū liquefacito,& ad hæc adipē,mox ammoniacū, & te rebinthinam adiicito.Et his ab igne ablatis calcem,& lapidem asium ammisceto , deinde baccas lauri & ni tri spumam.Postremum autem aspidum cinerē frige facto medicamento inspergito,ut ne pereat, omniaq; simul subige ac utere.Cæterū ad aspidū exustionē,ol lam totā forinsecus argilla crassius oblinito, & ad so lem siccato.Et iniectis aspidibus ollā operito,& pro be munito,duobus aut tribus foraminibus relictis,ex quibus cognoscas ubi uapor purus exhalet.Hoc em plastrum oleo gleucino dilutum & illitum articulorū affectiones ac coxendicum resolutiones curat , &

cum laurino oleo illitum uitiligines albas exterit.

De emplastro Aniceto, Critonis. Cap. XVI.

Emplastrum Anicetum, id est, insuperabile appellatum, in multo nobis usu est. Attrahit, rumpit, expurgat, glutinat, pus per splenium educit. Collyrium ex eo in sinus inditur. Diffundit duricias, & cõtractis neruis opitulatur impositum citra irrigationem, ut ne p̃frigerentur. Vngenti uicem explet dissolutum uelut ungentum ad lasitudines eximendas paratum: sedat enim lasitudines in principiis morborum, & ex obscura causa obortas. Est & extremarum partium molitorium, in magnis spleniis impositum. Glutinat etiã cruenta uulnera, post futuram, aut hamulos impositos, ita ut linteum complicatum solo aceto imbutum splenio superponatur, æstate frigido, hyeme calido. Facit & ad plantarum offensas, putredinesq; ac digitorum affectiones, & ad fracturas cum uulneribus, & neq; incarnante, neq; cicatricẽ inducente alio utendũ est, sed ipsi soli fidendũ. Facit ẽt ad hominum, canum ac ferarum morsus. Maxima uero eius promissio est, quod nõ sinat fieri abscessus occultos in colo membrana aluũ ac intestina ambiente, si sanè nõ fuerint suppurati, aut si fuerint facti, quod eos attenuet, & ad intestina eorum ruptionem diuertat. Oportet autem splenium ad locũ imponere, & hapsum lanæ aut linteũ superponere, aceto & oleo calido imbutum, & irrigare bis p̃ diem. Ne solueris aũt, nisi per tres aut quatuor dies. Deinde fomento ad uaporem adhibito, rursus impone. Appellationẽ accepit, ab admirãdis ac multis operibus. Squamę æris drach. lviii. pyrethri, staphidis syluestris, grani cnidii, seminis sinapis, canchryos, stercoris columbini, aristolochiæ, tenuis, ęruginis, myos cyprii, seminis erucæ, cumini, sing. drac. xvi. nitri, salis ammoniaci, singul. drachm. xxxii. mannæ thuris, baccarum lauri, iridis, singulorum drachm. cxx. aceti acerrimi sextarios xvi. caricarum decocti, cyathos v.

Decoctum porrò caricarum sic paratur: Caricarum pinguium lib. v. in aquæ sextariis vi. coquuntur ad tertias. Omnia itaque contusa ac cribrata simul cum aceto terito sub caniculæ feruore. Vbi uero siccum & uiride euasit medicamentum, affundito caricarum decoctum ac commollito, & ablatum in æris rubri pyxide seruato. Vsu autem postulante, medicamenti partem unam cum aceto ad strigmentitiam spissitudinem dilutam cum ceræ ac colophoniæ modico oleo liquefactarum partibus sex committito quod si durius effi cere uolueris, ceræ & colophoniæ quatuor partes sumito. Sin mollius & magis dilutum, octo ammisceto. Idem & ad impetigines feras conuenire dicitur, si meracius adhibeatur. Aliud, discutiens abscessus. Ceræ, terebinthinæ, nitri, butyri, æquales portiones committito. Aliud, ad abscessus. Verbenacam rectam cum nitro, sulphure, & resina liquida committito ac utitor.

Emplastra ruptoria. Cap. XVII.

Emplastrum scalpelli usum explẽs. Nitri li. iii. propolis, fimi colũbini, salis ammoniaci, æruginis, singul. sexuncem, aquæ marinæ aut muriæ sesquilib. olei anqui lib. iii. arida seorsim primũ terito, deinde ęruginẽ, nitrũ, & sal, simul in mortario leuissime conterito, & mox affusa aqua rursus probe terito, & mox oleum quoque ammisceto, ut strigmentitia compages fiat, postea simul omnia in fictilem ollam conjecta lento igne ad aquæ consumptionem coquito: postremum propolim prę mollitam adiicito, & ablato ab igne medicamento ac tepefacto, fimum columbinum insperato ac commisceto, & hoc linteo illitum, fastigiato ac molliori abscessus loco imponito: sit aũt splenium ex eo illitũ minutũ, & aliud amplũ ipsi superponatur, cui emplastrũ è succis, aut melle, aut melinũ Serapionis, aut Mnaseæ, aut aliud mollitoriũ sit inductũ. Aliud perforans. Ceræ unc. xvi. salis communis, cerussæ,

sing.drach.xl.cineris sarmentorum uitis, harūdinum græcarum ustarum,æruginis,nitri rubri,sing.drach.x. Singulis seorsim tritis,deinde permixtis aquam affundito, & ad strigmentitiam spissitudinem conterito. Postea cerussam cum olei quincunce aliquatenus coquito,& deinde ceram addito, simulq; bullire sinito, donec non amplius inquinant,& ad reliqua trita admisceto ac utitor. Aliud perforans arundines & aculeos,& quæcunq; infixa,ac in profundo hærentia extrahens,& ulcera glutinant.Bituminis,nitri, singul. drachm.xxv.aristolochiæ drachm.xii.baccarum lauri drachm.xx.præpara & utere. Aliud. Fimi columbini,nitri,sing.drach.iiii.caricas numero vii.nitrū & fimum simul terito, & postea cum caricis contusis subigito,& linteo inducito,& si durius uidebitur,mel & axungiam depuratam addito.Hoc eadem die dissipat ac rumpit. Oribasii ruptorium. Picis liquidæ, picis siccæ,propolis, portiones æquales unito adhibeto:rumpit & ad cicatricem perducit. Aliud eiusdem,extrahit,rumpit,& glutinat.Ammoniaci thymiamatis,propolis,aluminis,singul.sextantem,thuris sesquidrachmā,galbani,auripigmenti,sing.drac.i. Emplastrū ruptoriū.Succi ranunculi,auripigmenti,chalcitidis,lathyridis,squamæ æris rubri,uentrium cantharidum, sing.unc.i.calcis uiuæ drach.ii.excipe cedria. Vsus tempore splenium dimidii digiti latitudine, & longitudine quanta uidebitur,ex eo illinito ac imponito,& emplastrum ex succis emollitum superimponito.Sinatur autem ad horas iii.uel v.& caueatur neruus,aut uena,aut arteria attingatur,neve prius adhibeatur quàm maturus fuerit abscessus, hoc etiam strumas rumpit. Aliud Oxynitrum appellatum.Cerussæ unc.xx.salis fossilis drac.vii. nitri quadrātem & semunciam,olei ueteris trientem,aceti heminā.i.omnia simul coquito donec non amplius inquinent. Aliud sine molestia rumpens. Ceræ,nitri, singul.dodrantem & semunciam,fecis uini ustæ unc.xiiii. auripigmenti drac.vii.olei antiqui lib.ii.liquabilia liquefacito,& ad arida trita admisceto. Aliud ad strumas,ac omnem duriciam:aut enim discutit,aut mollit,& rūpit,purgatq; ac sanat.Succi potamogitonis,stratiotę, ceparum acerrimarum,ceræ,propolis,pollinis tritici, sing.unc.xvi.fermenti acidi, serapiadis triteticularis, singul.sexuncem,tragacanthæ,resinæ pinus,sing.quadrantem.Aliqui etiam horum sexuncem adiiciūt, galbani,opopanacis,olei antiqui,sing.dodrantem. Tragacantham in parte aliqua succorum madefacito, similiter opopanacem,& galbanum seorsim madefaciato ac terito,& his postea fermentum cum succis subactum ammisceto:postea oleo & resinæ liquatis & excolatis propolim emollitam adiicito,& ad hæc tritici pollinem inspergito & unito: postremum omnia in mortarium translata manibus probe subigito.

Aliud,abscessus dissipans uel rumpens. Vitrum, speculatis præsertim lapidis minutissime tritum,& thus, æquis partibus cum aceto probe trita, penna illinito.

Ruptorium efficax. Bulbum Aphricanum, nasturtium,nitrum,fimum columbinum,ficus aceto præmaceratas,axungiam depurgatā,æquis portionibus omnia cum melle ad emplastri formam subigito, ac imponito pro partis ratione quam rumpi uoles. Aliud, discutiendi ac extrahendi uires habens. Ad strumas & gutturis tumorem mirum in modum commodum, olei ueteris li.iii.plumbi libr.ii.coquito simul donec non amplius inquinent, deinde terebinthinæ, galbani,sing.sexuncem,ammoniaci thymiamatis sextātem ammisceto ac utitor. Aliud Oribasii. Candidum canis stercus terebinthina excipe & impone.

Emplastra discussoria & attractoria. Cap.XVIII.

Qui cōpositorū pharmacorū facultates descripserunt,quædā emplastra attractoria appellauerūt, sicut quædā discussoria: aliqbus uero testimoniū prębue-

runt,utriuſq; facultatis:ſunt enim uicinæ inter ſe facultates,attractoria ex profundo,& diſcuſſoria attractorum. Nam q̃ attrahunt,omnino etiam diſcutiunt,& q̃ diſcutiunt,etiam attrahũt. Et prædominatur in diſcuſſoriis quidem medicamentis facultas diſcuſſoria. In attractoriis uero attractoria:attractoria porrò ex ſimplicibus compoſita ſunt,quæ uim habent humorum ſuperfluitates ex prõfundo ad cutem attrahendi. Diſcuſſoria autem ex his quæ uim habent diſcutiẽdi attracta. Quo itaq; emplaſtri forma fiat,alii ſpuma argẽti miſcetur, alii reſina, alii oleum , alii cera , alii pix: quum talia neq; diſcuſſoriam memorabilem , neque attractoriam uim habeant,quem ad modum propoſui,galbanum,calx,medullæ,aſiæ petræ flos,ſpuma nitri,acetum,piper,ſinapis,herba lanaria , ſal cibarius & ammoniacus,& multa huiuſmodi quæ in ſuperioribus Sermonibus de ſimplicibus commemorauimus. Cæterum aliqui adſtringentia medicamenta attractoriis ammiſcuerunt,ueriti id quod fieri ſolet,in his quibus ſuperflui ſunt humores : attrahunt enim aliquando plus quàm conuenit,ut ne ſolum ex parte quæ curatur à profundo attractionem faciant,ſed etiam ex omnibus circumſitis eliciant. Eius uero meminiſſe oportet,quod ſupra de incarnantibus medicamentis relatum eſt,attractoria & diſcuſſoria,& quæ magis quàm oportet detergent omnia , fieri incarnantia per cerati ammixtionem. Ita ut his quæ fortia ſunt , amplius, quæ uero debilia,minus de cerato ammiſceatur. Atq; hac ratione diuturna ulcera cicatricem reſpuentia,putrida & ſerpentia,p emplaſtra ex ſale,ac reliqua huiuſmodi , cerato ammixto repurgantur , & cicatrice includuntur. At ſi medicamento attractorio aut diſcuſſorio ammixtum fuerit aliquod adſtringens , eo pharmaco non eſt utendum ad incarnandũ, eo quod facultas adſtringendi,ad uulnera quidem glutinanda, & ſinus , & ad ulcera cicatrice includenda , utilis

eſt,uerum inutilis ad incarnandum : cæterum emplaſtra attractoria ac diſcuſſoria faciunt ad omnes panos ac inflammationes induratas,ad furunculos,ſtrumas, atheromata , hominum ferarumq; morſus, glutinant etiam ſinus , quibus aſperi aut flaccidi ac marcidi calli inſunt . Podagricis item ac arthriticis in declinatione auxiliantur. Frigidos enim & craſſos humores ab articulis exugunt. Et ſi diſcuſſoria ac attractoria medicamenta in memoriam reuocaueris , tum ſupra relata , tum deſcribenda , facile fuerit eorum utilitatem ac uſum comperire. Emplaſtrum , ad omne panorum genus diſcutiendum & attrahendum , quod ab abſceſſu etiam in pus tranſmutato , citra cutis cæſuram , pus uelut per colum exũgit. Deſiccat etiam ſinus forinſecus impoſitum efficatiſſime. Radicum ſiccarum hyoſcyami,& cucumeris ſylueſtris,farinæ ordei,ſingulorum quincuncem. Terito & cribrato , ac hyoſcyami ſucco aſpergito , & in paſtillos cogito , eosq; in umbra quotidie uerſando ſiccato , & uſus tempore aqua diluito , ac craſſius illinito. Ego uero inquit etiam corticum radicis capparis drachm.ii. & ſucci ſycamini drachm.i.ſi habere potui , adieci. Emplaſtrum attractorium alibum. Ad ſtrumas ac parotidas & particulares abſceſſus. Facit & ad fiſtulas ac ægilopas, ut citra ſectionem liberet. Facit & ad fluida ac ægre curabilia, & ad hydropicos. Spumæ argenti,ceruſſæ, ſalis , ſingulorum drachmas lxxx.olei ueteris libras duas,ſingula ſeorſim trita cum oleo in mortario ſubigito, tum in ollam coniecta , aſſidue agitando coquito, donec non amplius inquinent,& in mortarium tranſlata frigefactaq; probe tundito , mollito , ac utitor.

Aliud. Occultos abſceſſus diſcutiens , roſaceo dilutum duricias diſſoluens , uetera ac putrida ulcera repurgans ac incarnans. Ceruſſæ , ceræ , ſingulorum libr.ii.olei ueteris libras iii. atramenti ſuto-

rii,ſalis communis,ſingulorum ſexuncem,nitri libr.i. Aceti quantum ſatis eſt,ceruſſam cum oleo ad bonã compagem coquito, deinde ceram adiicito,& hac liquata ad arida trita in mortarium diffundito,& omnia probe ſubigito, unito, ac utitor. Aliud, attrahens,rumpens,ac cicatricem inducens. Picis ſiccę, picis liquidæ,propolis,æquales portiones committito ac utitor. Aliud attractorium, huic Philagrius teſtimonium præbet. Iridis, mannæ thuris,ſpumæ nitri,pumicis, ſingul.drachm.viii. ammoniaci thymiamatis drachm.xxv.galbani drach.vi.canchryos drac. xii.ceræ drach.c.olei libr.ii.æſtate uero unc.xv.ceræ cum oleo liquatæ ac excolatæ,ammoniacum tritum adiicito,& eo liquato galbanum præmollitum addito,& ab igne ablata aridis minutiſsime tritis ammiſceto,ac ſimul commollito. Andromachi Melinum, abſceſſus profundos reſorbet,& habet exactam ponderum proportione. Facit ad ſtrumas,ganglia,miliceridas,atheromata,panos,parotidas,furunculos. Perforat abſceſſus,fiſtularum callos atterit,ſinus glutinat. Ceruſſæ,ſalis foſſilis,olei antiqui,ſing.lib.i.cerę, colophoniæ,ſingulorum quincuncẽ,ammoniaci thymiamatis quadrantem,opopanacis, galbani ſiugulorum unc.i. Sal tritum & cribratum ad minutiſsimum puluillum redigito,deinde cum aqua marina præſertim probe ſubigito, & ceruſſam ſimul terito, deinde oleum affundito,& omnia probe unita ad bonã compagẽ coquito, & adiecto ammoniaco bullire ſinito, donec non amplius inquinent. Poſtremum liquabilia liquata cũ galbano & opopanace madefactis ac præmollitis ammiſceto. Aliud,ad ſtrumas,gangrænas, antiqua & chironia ulcera. Spumæ argenti,olei antiqui,auripigmenti, ſingulorũ libr.i. Spumam argenti cũ oleo coquito,donec non inquinet, & ab igne ablatis,auripigmentũ cũ olei ſextante tritum adiicito, & ebullire ſinito,donec medicamentũ nigreſcat,& poſtea in

ſtea in mortarium translatum primùm piſtillo, deinde manibus diligenter ſubigito ac utitor, ad ſtrumas quidem ac duricias ſincero & meraco. Ad podagras uero & ulcera cum oleo diluto. Facit & ad carbunculos. Aliud attractorium Oribaſii. Spumæ argenti,ceruſſæ,nitri,ceræ colophoniæ,ammoniaci thymiamati,ſing.trientem,olei ueteris lib.iii.ſpumam argenti,ceruſſam,nitrum oleum, cum lixiuii è cinere ficulneo libris duabus coquito,donec non amplius inquinent,deinde ammoniacum tritum,poſtea cerã, mox colophoniam adiicito. Præſtat tamen pro nitro ſpumam,nitri iniicere. Aliud,ad ſtrumas,ganglia,parotidas,mammarum abſceſſus, mirifice efficax: tumores enim diſſoluit, & impactum humorem per occultos meatus educit,ſinus agglutinat,fiſtulas & ægilopas citra ſectionem curat. Cerę,terebinthinæ,nitri fului,olei ueteris ſing.lib.i.aquæ heminam i. Andromachus p aqua lixiuium ponit. Nitrum tenuiſsime terito per ſe, & mox cum aqua,ut penitus diluatur, & poſtea in fictili coquito,& coopertum per interualla uerſato, & poſt ſedatum feruorem,liquabilia liquefacta affundito,aſſidueq; agitato donec non amplius inquinant, & in mortarium translata,frigefacta probe emollito.

Aliud quòd Menecrates utebatur. Ad ſtrumas ac mammarũ duricias,peculiare auxiliũ: tumores enim diſcutit,& ferè non rumpit, ſed tenuiſsimas rimulas infert,per quas uelut per colum impactus humor externitur. Sinus ẽt glutinat,& ad cicatricem perducit. Ceræ,terebinthinæ,ſpumę nitri galbani,reſinę pinus, olei antiqui,ſing.lib.i.cineris quercini ac ficulnei,ſingulorum ſextar.i. Pendet autem cineris ſextarius unc.x. Liquabilia liquata ac excolata coquito, deinde galbanum præmollitum adiicito,& ab igne ablatis cineres ammiſceto,& probe ſubigito, & utitor,ita ut primum quinta die,poſtea tertias exoluas,donec tumor perforetur. Deinde uero quotidie ſoluas ac cures. Aliud

attractorium ac discussorium efficax. Abscessuum humores citra ruptionem p cæcos meatus uelut exolat,ac diffundit. Olei antiqui unc.xxii.ceræ albæ uncias xv.aphronitri albi quadrantem, terebinthinæ libram unam,lixiuii è cinere querneo aut ficulneo sextarium i.spumam nitri siue aphronitrum cum lixiuio per pistillum ad strigm ētitiam compagem terito.Ceram uero cum oleo liquefacito,& terebinthinam ammisceto,& ab igne ablatis,assidueq; uersatis ac frigefactis,spumam nitri ammisceto,subigito,ac residuum lixiuium paulatim adstillato. Aliud Dionysia inscriptum,Heræ Cappadocis,confert ad relatas affectiones,& ad mammarum ac aliarum partium induratas inflammationes præcipuum est. Ceræ, terebinthinæ,mannæ thuris,spumæ nitri albi,singulorum libr.i. olei antiqui lib.ii.aquæ siue lixiuii coactiliarioꝝ sextarium i.misyos crudi sextantem. Misy & spumam nitri cum dimidia lixiuii parte terito. Ceræ uero cum oleo liquatæ terebinthinam adiicito, ac paulatim ad compagem coquito.Et ablatis ab igne, mannam thuris inspergito,& assidue agitando frigefacito,& ad reliqua prius trita ammisceto,residuum lixiuii paulatim instillando,donec totum fuerit absumptum. At ubi inflammatione discussa & dolore sublato, duricies aliqua restiterit, hoc medicamentum remouebis, & pro eo melinum, aut Venus inscriptum, aut aliud emolliens ac discutiens adhibebis. Aliud attractorium ac discussorium longo usu coquitum. Colophoniæ lib.i.ceræ sesquiunciam,nitri sexuncē. Olei hyeme quidem cyathū i.æstate uero dimidiū. Nitrū cum aqua,uel posca,uel aceto tritum, prout res postulat,cum liquabilibus liquatis commisceto,ac manibus subigito,obseruando ne nimia aquæ copia ad nitrum affundatur,& in pastillum cogito. Facit hoc ad carbunculos,furunculos,strumas, abscessus, fistulas, ęgilopas.Humorem p cæcos meatus citra ruptionē

exugit,ut emplastro impactus uideatur. Emplastrū Piscatorium inscriptū. Nitri unc.i.salis communis, cerussæ,singulorum drac.viii.propolis drac.xxiiii.galbani drachm.viii.medullæ ceruinæ libr.i.olei uteris lib.ii.aristolochiæ unc.i. Erit autem medicamentum præstantius si pro oleo medulla sumatur, ut sint medullæ libr.iiii. Aliud Piscatorium longo usu constans. Nitri drachm.xviii.stercoris columbini, salis communis, cerussæ,singulorum drachm. viii. Aristolochiæ rotundæ drachm.xviii. propolis drachm.xxiiii.galbani drachm.xxviii.medullæ taurinæ,olei antiqui,singulorum libr.iii. Cerussam,salnitrum, singula seorsim trita, ad emplastri compagem simul coquito,& postea propolim ac galbanum adiicito,& ablatis ab igne,stercus columbinum & aristolochiam ammisceto. Aliud. Ad strumas,& reliqua huiusmodi usu cognitum. Ceræ libr.i.colophoniæ dextantem, auripigmenti, galbani, opopanacis, myrrhæ,halcyonii,singulorum unc.i.adarcæ sextantem,floris salis,misyos,singulorum sesquiunciam, atramenti sutorii,aluminis scissi,sing.sextantem,& scrupul.vi.aluminis rotundi,aluminis liquidi,singulorum unc.i.& scrup.iii.sulphuris uiui sextantem,& scrup.vi. nitri drachm.xviii.salis communis drachm.xlii.terebinthinæ quadrantem,olei lib.i.aquæ marinæ lib.i.& sextantem. Colophoniam cum oleo dissoluito, deinde ceram, mox terebinthinā adiicito,& simul ebullire finito,& ab igne ablata,ad arida prius seorsim, & postea simul cum aqua marina trita ammisceto, subigito ac utitor. At uero ubi superficiem ignitam, & locum ruptum uideris,infra scriptum emplastrum adhibeto. Spumæ argenti, plumbaginis, singulorum lib.i.picis siccæ, galbani, chalcitidis crudæ,æruginis squamæ æris rubri,mannæ thuris, singulorum drach. xxii.salis assati, uisci, singulorum drachm.lxxii.olei libr.ii. Spumam argenti, plumbaginem, chalci-

tidem, squamam, cum oleo coquito donec non inquinent, & ad compagem redacta fuerint. Deinde liquabilia ammisceto, simulq; paulatim bullire finito. Postea uiscum adiicito, & demum arida addito, ac frigefactum medicamentum manibus subigito, ac utitor usq; ad sanationem.

Emplastrum Nechepsonis, è cupresso. Cap. XIX.

Facit ad strumas, tumorē gutturis, parotidas, omnem duriciam, & totum laxorum tumorum genus. Cupressi folia uirentia in uigore minutissime terito, uino insperso quod à uinaceis post primi uini collectionē exprimitur, efficitq; solidi strigmenti crassitudinem, ac locis affectis imponito: omnem enim tumorem discutit, & si strumis imposueris, tertia die soluito, strumasq; contractas, & uicinas ac incūbentes partes desquamatas comperies, eas itaq; digitis exprimito ac dissoluito, & medicamētum rursus adhibeto, ac tertia die rursus soluito, iterumq; ualidissime exprimito, & tertio medicamentum adhibeto, ac similiter exoluito. Intra septem enim aut summum nouem dies strumæ abolebuntur. Vtere hoc auxilio uelut admirādo, & tanquam naturalem quandam proprietatē habente, aduersus hanc affectionem. Nam si aliquid admiscere, aut aliquo modo ipsum pmutare uolueris, magis officies quàm proficies. Facit & ad gutturis tumorem extra fauces prominentem, & est eodem penitus modo adhibendum cum digitorum pressione, uelut diximus: cōtrahit enim ac discutit, siccatq; ac tumorem extirpat, & uasa materiam ad affectum locum afferētia constringit. Confidēter igitur eo utaris: promissionibus enim nostris experimentum testimoniū dabit. Emplastrum è Cappari, Oribasii. Plumbaginis, olei antiqui, singulorum libr. ii. salis communis libr. i. ceræ sexuncem, resinæ pinus trientem, squamæ æris, corticum radicis capparis, singulorum quadrantem. Aristolochiæ rotundæ sextantem, propolis

tantundem, galbani unc. i. Squamam & plumbaginē tusas ac cribratas, & sal primum seorsim, deinde simul cum his tritum cum oleo in mortario probe subigito, & in ollam coniecta coquito donec non amplius inquinent. Deinde ceram, resinam, propolim, liquatas ac excolatas, & mox galbanum adiicito, & ablatis ab igna aristolochiam ac cortites capparis tritas inspergito, unito, frigefacito, emollito, ac utitor.

Facit ad duricias, coxendicum affectiones, hemicraneas, ac hydrocephalā in pueris aquosam capitis affectionem: abrasis enim capillis capiti impositū humorem exugit. Glutinat etiam sinus: aliqui etiam sine cera præparant. Emplastrum ex Agarico, occultos abscessus & omnem humiditatem resorbens Ceræ, colophoniæ, picis, spumæ nitri, thuris, agarici, singulorū lib. i. terebinthinæ, uisci quercini, singulorum sexuncē, medullæ ceruinæ trientem, œsypi quadrantem, granichidii, pyrethri, galbani, singulorum sextātem. Liquabilia liquato & excolato, & ab igne amotis uiscum adiicito, eoq; liquefacto, arida ammisceto, subigito ac utitor.

Apochymatis præparatio, Oribasii. Cap. XX.

Picis aridæ lib. i. picis liquidæ, ceræ, sing. trientem, resinæ pinus sexencem. Omnia liquata & excolata in peluim aquæ marinæ siue communis plenam mitto, & manibus uelut pastillum subigito ac utitor. Emplastrum eiusdem, ad collisa mitiganda, irrigationis uicem supplens. Spumæ argenti lib. ii. strigmentorum balnei excolatorū lib. vii. aquæ marinæ è pelago hauſtæ sextarios ii. colophoniæ unc. xvi. ceræ sextantem, squamæ æris quincuncem. Spumam argenti, squamā, strigmenta, aquam marinam simul coquito, & arundinibus uirentibus agitato, donec non amplius inquinent. Deinde ceram ac resinā adiicito, & rursus ad bonam compagem coquito, & irrigationis loco utitor.

Ego uero etiam olei lib.ii.adiicio,uerum inter emol-
lientia emplastra Oribasii, hac serie reperitur. Strig-
mentorum libr.iii.s.aquæ marinæ, olei antiqui, spu-
mæ argenti,colophoniæ,singulorum libr.ii.ceræ lib.
i.æris usti,ammoniaci thymiamatis, singulorum sex-
tantem. Facit inquit ad duricias, & præparatur uelut
dictum est.

Cerata utilissima. Cap. XXI.

Basilicum tetrapharmacum. Ceræ, colophoniæ,
picis,adipis taurini,æquales portiones. Macedonicū.
Ceræ,colophoniæ,picis,adipis taurini,thuris, æqua-
les portiones. Liquabilibus liquatis & ab igne amo-
tis,thus inspergito ac infarcito. Macedonicum Aza-
nitæ,ad multa commodum & insigne. Picis siccæ
unciam unam,ceræ quadrantem,adipis suilli antiqui
& expurgati sexuncem,adipis taurini,œsypi, singulo
rum quadrantem, resinæ pinus siue piceæ quincun-
cem. Liquefacito ac utitor. Facit ad omnia maligna,
ad gangrænas,fistulas,uulnera recentia,ambusta,per-
frigefacta,uelut acopon lassitudini eximendæ desti-
natum. Est & pessus mollitorius. Conuenit etiam ad
uteri ulcera,panos,parotidas. Et ubi caua fuerint ulce
ra, maiori eius copia utendum est. Vbi uero prope
cicatrix inducta fuerit, pauciore. Adu ersatur huic
pharmaco oleum, quare hoc uitabis. Maxime au-
tem facit in his quibus plaga circa neruos aut muscu-
los est.

Heptapharmacum laxans, suppurans,in-
carnans. Cap. XXII.

Cerussæ bessem,spumæ argenti trientem,ceræ,pi-
cis,colophoniæ,adipis taurini, thuris, sing.sextātem.
Liquabilia liquata cum aridis unito,atq; usus tempo-
re medicamenti quidem ac ceræ sing.unc.i.olei uero
rosacei trientem accipito ac utitor. Quod si laxandi
uim intēdere uolueris,oleum irinum aut sicyonium,
aut gleucinum sit,& maiore copia sumatur.

Enneapharmacum,Hori Mendesii. Cap.XXIII.

Hoc suppurat & laxat,præcipue neruis per consen
sum affectis. Ex eodem fit & pessus siue pessarium ad
sedis affectiones commodum. Adipis anserini,uituli-
ni,butyri,medullæ cerninæ,ceræ,terebinthinæ,olei ro
sacei,cicini,mellis,singulorum portiones æquas lique
facito,unito ac utitor.

Emplastrum Philosophi. Cap. XXIIII.

Facit ad calcitratus,uulneraq; tumida. Rūpit, pus
educit,cicatricem inducit. Hyoscyami perdicii,& fide
ritidis folia recentia,æquis portionibus conterito, &
panem siligineū tusum ac cribratū,unius herbæ por-
tione adiicito,omnia simul cū axungia subigito,& ad
emplastri formā redigito,& utitor uelut admirando.

Oesypi præparatio. Cap. XXV.

Huius quidem optimam præparationem in secun
do libro descripsimus: ex lanis enim succidis paratur,
uerum ubi illud haberi non potest, accipe hoc quod
ita parari solet. Meliloti trientem,cardamomi, hysso-
pi herbæ,singulorum sextantem,lanæ succidæ ex alis
ouium sumptæ trientem,colophoniæ,ceræ,resinæ pi
nus,singulorum dextantem. Olei dulcis libr.ii.aquæ
sextarios iii.melilotum cardamomum,lanam,& hys-
sopum,p̄ triduum aqua macerato, deinde ad tertias
coquito,& excolato. Postea liquabilia liquato ac ex-
colato,& succum ac oleū ammiscето,& omnia simul
ad succi consumptionem ebullire sinito.

Emplastrum Manus appellatum. Cap.XXVI.

Hoc emplastrum à quinq; rerum speciebus quas
recipit, Manus appellatur. Colophoniæ libr.v ceræ
lib.iiii.resinæ pinus libr.iii.adipis taurini libr.ii.butyri
lib.i.liquefacito ac utitor.

Emplastrum Bromium appellatum. Cap.XXVII.

Fœni græci, seminis lini, succi alteæ, singulorum
lib.i.simul ad succi consumptionem coquito. Et colo
phoniæ,resinæ pinus,singulorum quadrantem, ceræ

ſexuncem,galbani trientem,liquefacito & ammiſceto ac utitor. Aliud optimum. Seminis lini altheæ,fœnigræci,ſingulorum trientem,in duobus aquæ ſextariis macerato, & de expreſſo ſucco ſumito lib.i.cerę libr.i.reſinæ pinus, colophoniæ, ſingulorum ſexuncem, galbani ſextantem, opopanacis unc.i.præpara & utere.

Emplaſtrum ex ouis. Cap.XXVIII.

Spumæ argenti,ceruſſæ,ſingulorum triẽtem, cadmiæ ſextantem,cerę lib.i.roſacei lib.ii.ouoꝝ candida x.metallica cum aqua ac uino terito,deinde cum ouorum candidis ſubigito,& liquabilibus liquatis ammiſceto,unito,ac utitor.

Parhygrum Galeni. Cap. XXIX.

Spumæ argenti,ceruſſæ,ſingulorum libr.i.olei puriſsimi,aquæ,ſingul.libr.ii.Ego uero inquit,ſæpe olei quidem libr.i.adipis uero anſerini ſexuncem ammiſceo,aut ſi is deſit gallinacei, aut hoc quoq; deficiente,ſuillum recentem accipio. Omnia ſimul ad prunas fumum non edentes citra ſolidam cõpagem coquuntur,& in cocturæ fine aliquando etiam amyli ſexuncē adiicio. Si itaq; adipem receperit hoc medicamentum,maiorem mitigandi uim acquirit, & dolores ex uulnere inflammato obortos ſedat. Sed ad cicatricē inducendam inutile eſt. At uero aquam addere frigiditatem ſatis conſtat.

Emplaſtrum ex ouis,Oribaſii. Cap.XXX.

Ceræ unc.i.ſpumæ argenti,ceruſſæ,amyli, ſingulorum ſextantem, oua numero iiii.roſacei libr.i.oua in præparatione poſtremum addantur.

Parhygrum Oribaſii. Cap.XXXI.

Facit hoc ad ſpontanea ulcera in corporibus delicatis. Adipis ſuilli recenti deuncem, ceræ ſexuncem, ceruſſæ,ſpumæ argenti,ſing.unc.xv.liquida cum aridis committito. Facit & ad ulcera ſerpentia. Et cum roſaceo dilutũ uuluarum ac ſedis affectiõibus medetur,& malignas faciei puſtulas curat.

Emplaſtrum Roſaceum inſcriptum.

Cap. XXXII.

Hoc mammarum duricias diſcutit,& eſt ad ſedis affectiones efficacisſimum,ſi cum roſaceo aut myrteo oleo diluatur. Spumæ argenti,ceruſſæ,adipis ſuilli recentis, ſingul.ſexuncem , olei ueteris ſeſquilibram, myrrhæ drach.iiii.ouorum crudorum uitellos duos. Reliquis ad bonam compagem coctis ac frigefactis, oua cum uino albo trita ammiſceto,& utitor hoc medicamento aliquando ſincero,aliquando diluto.

Emplaſtrum phycotyche appellatum.

Cap. XXXIII.

Ad omnia ulcera & præcipue in ſede commodum eſt hoc emplaſtrum. Croci unc.i.ceruſſæ, ſpumæ argenti,medullæ ceruinæ,adipis anſerini,ceræ,ſingulorum ſexuncem,roſaci unc.xxxvi.ouorũ candida xxx. uini quantum ſatis eſt.

Emplaſtrum Sphærion appellatum.

Cap. XXXIIII.

Hoc irrigationis uicem ſupplet. Facit ad deſquamata,excoriata,intertrigines,ambuſta, ad flagellatos, ad tibias colliſas. Spumæ argenti,ceruſæ, calcis uiuæ, ſingulorum quadrantem , ceræ ſeſquunciam , nitri unc.i.olei roſacei unc.i. Aridis minutisſime tritis liquida ammiſceto, & ſphæria, hoc eſt, pilulas formato. Vſu uero expetente olei ſexuncem,roſacei quadrantem,ceræ ſextantem,ad prunas liquefacito, & medicamenti ſextantem adiicito,ſpathulaq; agitato, & ubi frigefactum fuerit medicamentũ,cum aquæ dodrante contundito.

Emplaſtrum pentatheton. Cap.XXXV.

Ceræ,picis,colophoniæ,adipis taurini, calcis uiuæ, æquales portiones. Liquabilia liquato & calcem adicito. Vſus autem tempore olei ſexuncem , ceræ ſextantem,olei ſicyonii quadrantem , liquefacito uelut

proxime dictum est, & medicamenti sextantem adii cito. Facit ad uibices flagellorum, ad cutem excoriatam,& ad collisa,ac cætera huiusmodi.

Emplastrum ex ochra. Cap.XXXVI.

Easdem cum prædictis uires habet etiam hoc. Ochræ libr.ii.cretæ,ceræ,singulorum lib.i.colophoniæ, picis, resinæ pinus, singulorum libr.i.spumæ argenti, terebinthinæ, singulorum bessem, olei libr.ii. arida cum uino terito, & liquabilia liquata ammisceto,& in massas efformato. Vsu uero postulante,ceræ lib.i.olei ueteris lib.iii.liquefacito & excolato,& medicamenti lib.i.ammisceto,& uino adstillato contundito.

Emplastrum Telamonium. Cap.XXXVII.

Hoc carbunculis medetur. Dilutum sinus siccat, & cicatricem inducit. Spumæ argenti,calcis,uiuæ,ceræ,resinę pinus,singulorum dodrantem,cerussæ unc. xxv.olei sesquilibram. Spumam argenti cum oleo ad compagem coquito:deinde ceram ac resinam adiicito. Postea calcem & cerussam minutissime trita ammisceto,ac utitor. Et ad carbunculos quidem linteo inductum imponitur. Ad reliqua uero,rosaceo aut myrteo oleo ad strigmentitiam compagem dilutum adhibetur.

Pilarium ex recremento argenti. Cap.XXXVIII.

Recrementi argenti sexuncem, ceræ,adipis tauri ni,singulorum quincuncem,colophoniæ trientem,picis,olei,singulorum sextantem. Argenti recremẽtum uino aut fœni græci succo teritur. Quod si non possit haberi argenti recrementum, plumbaginem pro eo accipimus. Facit ad desquamata ac excoriata, & his similia.

Emplastrum ex Pompholyge. Cap.XXXIX.

Hoc longo usu constat eunuchorum, mulierum, puerorum, ac aliorum mollium corporum ulceribus conuenire,ad cicatricem citra dolorem inducẽdam,& ad cancerata ulcera tuto adhibetur. Cerussæ, spumæ argenti,pompholygis, singulorum sextantẽ, cadmiæ trientem,medullæ ceruinæ quadrantem, ceræ,olei rosacei,singulorum libr.i.olei myrtei sexuncem. Metallica trita ac cribrata,& cum uino subacta, liquabilibus liquatis ammisceto, ac utitor. Aliud Archigenis & Oribasii. Pompholygis,cerussæ,spumæ argenti,singulorum unc.i.ladani sextantem, acaciæ trientem, ceræ quadrantem, olei myrtei bessem, ouorum assatorum uitellos ix. Vini quod satis est.

Aliud Oribasii. Spumæ argenti,ceruse,singulorum sextãtem,pompholygis unc.i.croci unc.i.ceræ unc.i. adipis anserini quadrantem,ouorum assatorum uitellos iiii. Rosacei,uini,quod satis est.

Emplastrum rutaceum. Cap.XL.

Hoc ad fistulas scabras facit. Cadmiæ, spumæ argenti, recrementi argenti, sulphuris uiui, singulorum sexantem, aluminis scisi, rutæ uiridis,singulorum unc.i.ceræ bessem, olei myrtei libr.ii.uini quantum satis est.

Ceratum è Perdicio. Cap.XLI.

Facit ad sinus. Foliorum perdicii lib.ii.ceræ,colophonię,olei,singulorum lib.i.Herbam exactissime terito,& liquida ammisceto,& in mortario unito. Hoc in aliquibus ob nimiam uim repellẽdi,uicinos locos inflammat,& materiam eo colligit. Quod ubi contigerit,ad locum quidem inflammatum, idem medicamẽtum imponito,uerum ad sinus osculũ emplastrũ è lolio,aut quod Venus inscribitur,aut quoddam attractorium adhibeto.

Ceratum è succo betæ. Cap.XLII.

Facit ad uulnera inflammata,ad achoras capitis ulcuscula,& ad ambusta. Ceræ libram unam, olei sesquilibram,liquato ac excolato,& ab igne ablatis, bo-

tæ ſuccum quantum imbibere poſſunt affundito,& in mortario ſubigito. Præſtat autem paulatim ſuccum cerato inſtillare. Aliud è ſucco plantaginis, ad inflammationes & ſinus. Ceræ libr.i.olei libr.ii. s.ſucci plantaginis quantum ſatis eſt. Ceratum liquefactum & in frigidam aquam diffuſum, aquæ ſæpe permutata probe lauatur, & poſtea in mortario piſtillo tunditur, ac ſubinde plantaginis ſuccus paulatim inſtillatur, quantum eius imbibi poteſt. Ceratum Myrteum. Ad oculorum inflammationem, & cicatricem inducendam, ad intertrigines ac ſcabioſas affectiones commodum. Ceræ libr.i. olei myrtei libr.ii.plumbi uſti ſexuncem,ceruſſæ,ſpumæ argenti, ſyrici, ſingulorum unc.i. Vini quantum ſatis eſt ad conterendum. Melinum cicatrices inducens. Chalcitidis crudæ ſexuncem, cadmiæ quadrantem, ceræ libr.i.olei myrtei libr.i.uini quod ſatis eſt.

Ceratum ex ſandyce,Homo appellatum. Cap. XLIII.

Hoc ulcera diuturna ac maligna, & in tibiis obortа,ſolum per ſe adhibitum ad cicatricem perducit. Sandycis lib.i.olei dulcis lib.ii. coquito donec nõ amplius inquinant,& utere confidenter.

Emplaſtrum ex allis. Cap.XLIIII.

Hoc uim attractoriam habet.Facit ad omnem duriciam, abſceſſus, furunculos, ſtrumas, inguinum tumores, fiſtulas, impetigines humidas, mammas induratas. Ceræ libr.ii. colophoniæ ſexuncem, medullæ ceruinæ tantundem, nitri albi beſſem, allia uiginti, olei libr.iiii. Allia depurgata in oleo coquito donec torrefiant, deinde ad oleum excolatum liquabilia adiicito, & poſtea nitrum tritum adiicito ac utitor. Nos uero ita præparamus: Ceræ,colophoniæ, olei, ſingulorum quincuncem, nitri ſexuncem, medullæ ceruinæ ſextantem,

alliorum nucleos xxx.præpara & utere,præſertim ad fiſtulas:humorem enim attrahit, quem quotidie crebro detergere oportet. Hoc ſolum citra alterius opẽ extrahit,incarnat,& cicatricem inducit. Aliud Oribaſii. Ad puſtulas,intertrigines,ambuſta ab igne,perniones non exulceratos,ad bullas nondum apertas, ad cutis tibiarum excoriationem,ad ulcera antiqua & proſerpentia ſub cute. Recrementi plumbi trientem aut quadrantem ad ceratum ammiſceto, quod habet ceræ beſſem aut dextantem,adipis ſuilli recentis, olei myrtei, ſingulorum ſextantem, aut quadrantem. Quod ſi cicatrix inducenda eſt, abſque adipe præparetur.

Emplaſtrum è ſcilla. Aſclepiadæ. Cap.XLV.

Hoc ad fiſtulas,ſinus, nomas & putredines facit. Vlcer& eminentias contrahit,ad fiſtulas anguſta oſcula habentes collyrium ex eo formatum inditur. Si uero lata ac ampla fuerint oſcula roſaceo dilutum adhibetur,eloto prius ſinu ſiue fiſtula cum poſca aut uino mulſo,iniectum, locusq; emplaſtro muniturac deligatur:hoc enim modo incarnat,ac replet fiſtuloſa capitis ulcera.Conuenit & nomis,ſi membrana non fuerit denudata.Idem ſincerũ ad capitis fracturas adhibetur,& ad anheloſos ac orthopnoicos amplis ſpleniis inductum pectori imponitur:conuenitq; omnino ubi ad ſuperficiem materias attrahere uolumus.Scillæ repurgatæ quincũcem,ſquamæ æris,iridis, ſingulorum quadrantem,myrrhæ drac.xviii. ammoniaci thymiamatis drach.xii.galbani,picis liquidæ,ſtyracis,ærugiuis,reſinæ pinus ſiccæ,ariſtolochiæ, ſingulorum ſexuncem,ceræ unc.xx.terebinthinæ trientem,olei uetetis lib.ii.aceti acerrimi ſextarios ix.aut quod ſatis eſt. Scillã ad ſolẽ æſtiuũ tundito,& acetũ paulatim inſtillato,quantum ſatis ad exacte terẽdam. In alio autem mortario ſquamã æris & æruginẽ cum aceto diutiſſime terito,& arida trita ac cribrata adiicito.Poſtea am-

moniacum,ſtyracem,myrrham,galbanum addito, & inſtillato aceto ſimul probe conterito,deinde liquabilia liquefacta,iride ac ariſtolochia inſperſis, frigefacito & ad reliqua ammiſceto,ſubigito,ac utitor. Ad fiſtulas quidem & oſſa corrupta,collyria ex eo formata indens,uerum ad ulcera repurganda ſumito, medicamenti trientem,ceræ ſextantem,roſacei quadrantē, & pro repurgationis ratione aliquid de medicamento detrahito,& cerato adiicito,donec cicatrix inducatur,ita ut poſtremum quum iam abſoluenda eſt cicatrix,medicamenti unc.i.olei roſacei aut myrtei dodrantem,& ceræ trientem commiſceas.

Emplaſtrum è pompholyge, Heræ Cappadocis. Cap.XLVI.

Hoc ad ſedandos dolores ac inflammatiões facit, præcipue ad ulcera maligna ac cancerata, antiquaq; ac cicatricem non recipientia. Facit & ad ambuſta ab igne. Roſaceo aut myrteo oleo dilutum cicatricem inducit, & butyro dilutum incarnat. At cum roſaceo ad omnes ſedis affectiones commodum eſt. Cadmiæ botryitidis lotæ drac.viii.pompholygis lotæ drach. vii.plumbi uſti & loti drac.ix.thuris drac.iiii.ceruſſæ lotæ drac.ix.ſpumæ argenti lotæ drac.viii.ceræ albæ drac.c.terebinthinæ chiæ drac.vii.olei myrtei drach. clxx. Arida trita & cribrata,in mortario plumbeo cū piſtillo plumbeo,cum uini ſextariis iiii.terito: cæterum uino hoc,infraſcripta polentæ modo contuſa, per diem ac noctem præmaduiſſe oportet. Iridis,melilloti,ariſtolochiæ,capitulorum papaueris,ſeminis hyoſcyami albi,ſing.drac.viii.cum hoc itaq; uino excolato,metallica ſicut diximus ſunt conterenda, uſque ad mellis compagem,& deinde oleum myrteū adiicien dum,quo illitiõis ſpiſſitudo fiat. Poſtea uero omnia in ollam nouam conjecta lento igne ad emplaſtri formam, & terebinthina adiecta medicamētum ab igne tollito,ac frigefacito,ſubigito,& utitor.

Emplaſtrum Nigrum eſſentia appellatum. Cap. XLVII.

Facit hoc ad duricias,ad articulos,& coſtas fractas, ganglia,ſtrumas,& tumores diſſoluit. Tibiarum ulcera chironia & fiſtulas curat. Facit ad morſus ferarum. Aquæ inter cutem molem delet. Clauos ſanat, aculeos extrahit. Splenicis,podagricis,hepaticis prodeſt. Spumæ argenti, ceruſſæ, æruginis raſæ, ſingulorum quadrantem,ſquamæ æris ſextantem, thuris maſculi ſextantem & ſemunciam,bituminis Iudaici beſſem,terebinthinæ quadrantem,ceræ flauæ,picis aridæ,ſing. libr.iii.olei antiqui libr.i.lapidis gagatæ, lapidis aſii, aluminis ſciſſi,magnetis uiui,myrobalanorum, ſingulorum quadrantem. Spumam argenti,ceruſſam,ſquamam,æruginem,bitumen,& thus,omniaq; arida tundito,& in mortario aceto paulatim inſtillato,ac ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem terito,deinde ceram,picem, oleum ac reliqua liquabilia liquata ammiſceto, unito ac utitor.

DECIMIQVINTI SERMONIS AETII FINIS.

INDEX CAPITVM DECIMISEXTI Aetii Sermonis.

De uteri ſitu,magnitudine, ac forma. Cap.1
Quæ intra prægnantis uterum uaſcuntur. 2
De ſecundæ generatiõe. 3
Menſtruæ mulierum purgationis ratio. 4
Notæ futuræ uirginū purgationis. 5
Quando ſemen appareat, & conceptus tempus aduenial. 6
Fœcundarum mulierum dinotio. 7
Quomodo cognoſcãtur quæ conceperunt. 8
Notæ fœtus maſculi ac fœminæ. 9
De pica. 10

De tumoribus pedum in prægnantibus. 11
Cura prægnantibus adhibenda. 12
Note partus ſecundũ naturam futuri. 13
Parientibus facienda. 14
Cura circa ęgre parientes adhibenda. 15
Quomodo opem ferre oportet his quæ nõ tuto concipiunt. 16
Peſſi ſterilitatem inducentes. 17
Fœtum corrumpentia. 18
Signa futurum abortum præcedentia. 19
Quomodo abrupti fœtus eiectiõi opitulemur. 20
De his quæ bimeſtres aut trimeſtres fœtus abortiunt. 21
Pariendi difficultatis cauſæ. 22
De fœtus extractione ac exectione. 23
De ſecundę eductione. 24
Cura poſt fœtus exectionem. 25
Cauſæ ſterilitatis, itemq; curatio in uiro ac muliere. Notæ item concęptionis. 26
Frigidioris uteri ſigna ac curatio. 27
Calidioris uteri ſigna ac curatio. 28
Humidioris uteri curatio. 29
Siccioris uteri curatio. 30
Diuerſarum affectionum ob quas mulieres non concipiunt curatio. 31
Potiones, peſſi, & ſuffitus ad conceptionem. 32
De lactis defectu. 33
Ne lac in mammis coeat in grumos. 34
De coagulato in mammis lacte, & iiſdem turgentibus ob lactis redundantiam. 35
De uitiato lacte mammas lædente 36
Ad mãmas inflãmatas. 37
Ad induratas mammarũ inflammationes. 38
De mammarũ abſceſſu. 39
De mammarũ fiſtulis. 40
De mammarũ nomis. 41
De exedentibus mammarum ulceribus. 42
De cancris mammarũ. 43
Qui cancri curatu faciles, & qui difficiles. 44
Cancri chirurgia. 45
Cancri curatio poſt amputationẽ & inuſtionẽ. 46
Cancrorum curatio citra chirurgiam. 47
Canceratorũ tumorũ non ulceratorũ curatio. 48

Cancri ulcerati curatio. 49
De mammis induratis. 50
De menſtruis ſuppreſſis. 51
Mulieribus quæ non purgantur accidentia. 52
Curatio earum quæ ob nimiam caliditatem non purgantur. 53
Frigidæ temperaturæ dinotio ac curatio. 54
Peſſi menſes educẽtes. 55
Curatio earum quæ præpinguedine non concipiunt. 56
Curatio earũ quæ ob plenitudinem non purgantur. 57
Curatio earum quæ ob maciẽ nõ purgãtur. 58
Curatio earum quæ ob uitioſos humores nõ purgantur. 59
Curatio earũ quibus ſanguis ad nares uel ſedẽ defertur. 60
Curatio earum quę ob nimium ocium non purgantur. 61
Curatio earum quæ ob aliquam uteri affectionem non purgantur. 62
De menſiũ ſtillicidio. 63
De nimia menſiũ purgatione. 64
De fluxu muliebri 65
Curatio rubri uteri fluxus. 66
Albi fluxus curatio. 67
De uteri ſtrangulatiõe. 68
Peſſi ad uteri ſtrangulationem idonei. 69
Vnctiones ad uteri ſuffocationem. 70
Varia auxilia ad uteri ſtrãgulationem. 71
De ſeminis fluxu. 72
Deuteri debilitate. 73
De furore uterino. 74
De uteri reſolutione. 75
De uteri prolapſu. 76
De reclinatione, auerſione ac recurſu uteri. 77
De uteri inflatione 78
De uteri hydrope. 79
De mola uteri. 80
De tumore uteri laxo. 81
De ſatyriaſi. 82
De uteri inflammatiõe. 83
De utero in ſcirrhi tumorem indurato. 84
De uteri abſceſſu. 85
Abſceſſus oris uteri chirurgia 86
Abſceſſus uteri inter inteſtina & peritnnęũ membranã rupti curatio. 87
De uteri exulceratiõe. 88
Vlcerũ uteri carbunculoſorum curatio. 89
Ad ſordida uteri ulcera. 90

Ad humorem à muliebri pudendo profluentem 91
Ad uteri nomas. 92
Quæ ad cicatricẽ ducunt. 93
De cancris uteri. 94
De uteri obturatione. 95
De utero non perforato. 96
De hæmorrhoidibus uteri. 97
De calculo uteri. 98
De calculo ueficæ muliebris. 99
De hernia aquosa mulierũ 100
De hernia inguinis mulierum. 101
De hernia uaricosa. 102
De Nymphæ sectiõe. 103
De cauda. 104
De thymis, & uerrucis tũ aliis, tũ formicariis uteri. 105
De condylomatis. 106
De rimis ac fissuris uteri. 107
De tuberculis uteri miliaceis. 108
De scabris uteri pustulis. 109
De alarum pudendi muliebris abscessu. 110
Ad umbilicũ prolapsum. 111
Ad rugas uentris, rimasq; ac nigredines à partu exortas. 112
Præparationes ungentorum siccorum, moschatorum. Itẽ cõditorũ, & œnanthariorũ ac suffumigiorũ uariorũ. 113
Olei salca præparatio pretiosa. 114
Olei siue ungẽti foliati, ac spicati præparatio. 115
Oenanthariorum præparationes. 116
Absinthati siue rhodabsinthati præparatio salubris. 117
Conditi purgatorii præparatio. 118
Rhodomeli præpatio. 119
Mustati præparatio. 120
Gari præparatio pro abstemiis. 121
Suffumigii moschati præparatio 122
Myrrhatio ad cadaueris conseruationem. 123

De conceptus ac partus ratione, & de affectionib. muliebribus uteri præsertim & mammarum. Item de ungentorum pretiosorum, & portionũ ac suffumigiorum præparatione.

DE VTERI SITV MAGNITVDINE AC FORMA. Cap. I.



VTERVS Græcis Metra, hoc est Matrix appellatur, quod ex ipso omnia animantia, uelut à matre oriantur. Vocatur eisdem hystera, quod posterior situ sit omnibus uisceribus. Situs est enim uterus intra peritonæum membranam aluum & intestina omnia circumcirca amplectentem, inter uesicam ac rectum intestinum. Atq; huic quidẽ fermè toti incumbit: uesicam uero iuxta umbilicum, ubi fundum habet, utplurimũ supereminet. Iuxta partem autem ad pudendum tendentem ipsa uesica uterum excedit collo. Magnitudo eius nõ in omnib. eadẽ est. Multo enim minor est uterus eius q̃ prægnãs nõ est: maior aũt prægnãtis. Eius uero q̃ nunq̃ prægnãs fuit, lõge adhuc minor uterus existit. Et iuxta ætatẽ minimus est his q̃ ad uenerẽ experiendã tempus nondũ attigerũt. Nam & alias semper minor est his quæ Venere non utuntur. Longitudo itaq; in moderate se habentibus mulieribus, à fundo circa umbilicum, usq; ad pudendum, est plerunq; undecim digitorum. Latitudine uero ad utrunq; latus per cornua sua extenditur. Quantum uero ad figurã attinet, totũ quidem reliquũ corpus, & maxime fundũ uesicæ simile est. In quantũ uero exortus papillares ad lumbos nutãtes habet ab utroq; fundi latere ꝓdu-

ctos,ueſicæ ſimilis non eſt: appellantur autem hi exortus cornua,& primum ſurſum uergunt, poſtea deorſum tendunt, & paulatim anguſtiores fiunt,ut poſtremæ partes uenis ſimiles ſint. Hæ itaque anguſtæ cornuum partes ſinuoſis flexibus ad teſtes inſeruntur, qui à lateribus uteri ſiti ſunt, ſinguli ab utraq; fundi parte probe cornua:& per hos ſinuoſos cornuum flexus,in congreſſu uiri uterus ſemen à teſtibus attrahit. Sunt autem teſtes mulierum parui neq; ſicut in uiris rotundi & oblongi,ac tenera carne prædi ti,ſed lati ac glanduloſi & pelliculoſi. Appendet porrò uterus ueſicæ & inteſtino recto,per fibroſa quædam interſtitia. Appendet & oſſi ſacro,per robuſta quædam ligamẽta neruoſa ac muſculoſa. Sunt & ligamenta ac appendices quæ in ipſum uterum inſeruntur, partim quidẽ texentia & perplicantia ipſum uteri corpus, quorum non exigua pars ſunt nerui à ſpinali medulla orientes. Partim uero incrementi ac nutrimenti ipſius uteri,itemq; fœtus ratia facta,uelut ſunt arteriæ & uenæ. A uena enim caua quæ per ſpinam à gibba hepatis parte fertur, & ab arteria magna quæ illi incumbens ſimul defertur,duæ uenæ & duæ arteriæ exoriuntur, utrinque ſanè uena & arteria: atque hæc quatuor uaſa ad uterum delata, antequàm in ipſum inſeruntur ramulos ad teſtes extẽdunt,& poſtea in ipſum uteri corpus deferuntur, ipſumq; intertexunt, & per eam mẽſtruus ſanguis in uterum deriuatur. Sunt autem & aliæ uenæ ac arteriæ utrinq; utero inſertæ, partim ad teſtes,partim ad ceruicem tendentes. At uero ipſum uteri corpus ex duabus tunicis cõſtat,& externa quidem neruoſior eſt,interna uero uenoſior. Et externa quidem ſimplex & una eſt,interna uero duplex, ut ſi excoriare uolueris,duo tibi uteri eſſe uidebuntur, ſub una & eadem tunica ſiti. Cæterum collum uteri muſculoſum,ex dura ac chartilaginoſa carne factum eſt, & ſemper durius ſeipſo euadit, & progreſſu tempo-

ris chartilaginoſum,adeo ut quæ ſæpius pepererunt, aut iam aniculæ ſunt,his multum durum ac chartilaginoſum collum ſit,ut gutturi ſummo ſimile exiſtat. Eſt & in collo uteri foramen,per quod & menſes deferũtur,& mulier maſculi ſemen ſuſcipit, exitq; per ipſum etiam fœtus:incredibile enim dictu eſt quantum hic meatus pro tempore amplitudinem euariat. Nam reliquo tempore toto ſpecilli extremũ, aut paulo craſſius quiddam ſuſcipit. Prægnãte uero muliere ita claudi tur,ut nihil ſuſcipere poſſit. At ubi fœtus ab utero exoluitur,dolores partus ipſum quàm plurimum extendunt,& quod mirum auditu eſt,animal totum per ipſum tranſit. Finit autem collum ac definit in mulieb rem ſinum ſiue pudendum. Longitudo porrò pudendi in mulieribus ætate pfectis ſex ferè digitorum menſura eſt. In partu tamen & concubitu breuius efficitur,collo nimirum uteri ſe extendente. Eſt & in puellari ætate pudendum delicatius ac mollius. In aniculis uero & his quæ ſæpius pepererunt,calliоſius euadit, & chartilagini ſimile: ex crebro enim congreſſus attritu,& partium exeuntium colliſione calleſcit. Sed & menſium delatione indureſcit,non aliter quàm ob plurimum & acrem humorem influentem ulcera calloſa ac fiſtuloſa fiunt. At uero imminente menſiũ tempore uterus craſſeſcit ac intumeſcit, alias tenuior ac contractior exiſtens. Craſſior item eſt in his quæ ſæpius pepererunt. Tenuior autem in his quæ nondum prægnantes fuerunt. Idem etiam primis à conceptu diebus craſſeſcit. Vbi uero fœtus adoleuit, ac iam pariendi tempus adeſt,tenuiſſimus euadit. Attenuatur autem uelut ueſicæ flatu repletæ ſolent, craſſitudine in longitudinem abeunte. Atq; hactenus de ſitu, figura,ac magnitudine uteri dictum ſit.

Quæ intra prægnantis uterum naſcuntur. Cap. II.

Imprægnationis tempore primum Secunda utero

adnascens,& totum fœtum ambiens generatur,deinde aliæ duæ pelliculæ,altera farciminalis à faciminis similitudine appellata, eminentibus fœtus partibus duplicata incumbens. Altera agnina à teneritudine uocata,quæ totum fœtum ambit ac complectitur.

De secundæ generatione. Cap. III.

Secunda hoc modo generatur. Singula uenarum ac arteriarum oscula,quæ intra uterum perueniunt, in extremitatibus suis nodosas quasdam eminẽtias hæmorrhoidibus ani similes habent,quas aliqui cotyledonas,hoc est,acetabula appellant. Atq; hæ in mulieribus sunt minores,quàm quæ in uaccis,capris,ac ceruis, atq; aliis talibus animalibus reperiuntur. Sed & in brutis flaccidiores ac mucosiores sunt, figura cotyledoni herbæ,id est,umbilico ueneris similes. Tales igitur eminentiæ in uteri sinu ubi mulier concepturа est aperiuntur. Contingit autem hoc tempus, incipientibus fluere menstruis purgationibus, aut desinentibus. Et quanquam etiam reliquo toto purgationis tempore apertæ sint, tamen non concipit mulier. Non enim post semen in utero manere,quia influentis sanguinis multitudine eluatur. Quando uero cessant menses,& quum incipiunt, aperta sunt uasa,& purgatio lunaris neque multa, neque coacerouatim effunditur,ut semen ob uteri asperitatem facile adhæreat,& ab allabentis sanguinis paucitate abunde alatur: priusquam enim fluere cœperint menses, mulier non conceperit,quod & semen careat alimento, & unde adhærere possit non habeat: leuis enim tunc uterus est ob uasorum conclusionem, ut inde semen tanquam color à leui pariete elabatur. Nam qui parietes illituri sunt,eos primum exasperant, deinde colores inducunt. Proinde semen uiri iniectum,& in utero detentum,acetabulis dextri uel sinistri sinus impingitur,contrahitq; seipsum uterus, ac semen undique complectitur. Secundæ itaq; generatio ab osculis in

uterum apertis initiũ sumit,ita ut ab unoquoq; osculo uas generetur,ab osculo arteriæ, arteria, à uenæ osculo uena,atq; hæc uasa distinguit ac cõnectit membrana. Et hoc modo Secũda generatur. At uero hæc uasa per secundam dispersa rursus inter se coeunt, & in duos ueluti stipites desinũt, binasq; uenas ac binas arterias perficiunt,quæ ad ipsum fœtum se ingerunt circa umbilicum. Nihil enim aliud est umbilicus quã quatuor hæc uasa,in medio sui uragum,hoc est, lotii ductorem appellatum habentia. Hic uero est principium pelliculæ farciminalis,perforatusq; est ad fundum ueficæ ipsius fœtus,ut per ipsum lotium fœtus excernatur, & in pellicula farciminali colligatur. Tum uero ex duabus uenis una tantum efficitur,quæ per umbilicum delata,simę parti hepatis ipsius fœtus inseritur,uenaq; caua appellatur. Et per hanc ad fœtus alimentum sanguis ab utero deriuatur. Postquam enim hepar ipsius fœtus sanguinem allatum susceptit, in omnes corporis partes distribuit. Similiter etiam duæ arteriæ in unam coalescunt, quæ circa ueficam firmatur,& magnæ arteriæ inseritur, quæ spinæ eiusdem fœtus adhęret. Et per hanc uitalis spiritus ex uteri arteriis ad fœtum distribuitur. Porrò partus tempore instante,quum magnus perfectusq; infans uterum undiquaq; distenderit, Secunda pro infantis mole angusta efficitur, neq; iam sanguis ab utero allatus alimentum sufficiens exhibet. Quapropter concitatus infans exilit,& ambientes pelliculas dirumpit: atq; ita arcana quadam ratione uteri hostium aperitur ac fœtus progreditur. Et hæc quidem de fœtus generatione breuiter,& q̃ lucidissime id fieri potuit explicauimus. At si quis diligentius speculari hæc uoluerit, capram aut uaccam, uel ceruam dissecare poterit, ossa pubis remouendo, & cutem apte resecando. Et uteri cum uicinis partibus unionem aperte uidebit.

Menstruæ mulierum purgationis ratio. Cap. IIII.

Circa quartum decimum annum menses in fœminis apparere incipiunt, quo tempore & pubescunt, & mammæ ipsis intumescunt. Non tamen omnibus eodem tempore, eademq; mensura, & per totidem dies prodeunt. Sed plerisq; plus minus duarum heminarum mensura, quatuor dierum spacio, interpositis uiginti duobus diebus, aut summum triginta, singulis mensibus deferuntur. Nec ante trigesimum quintum, nec serius quàm quinquagesimo anno desinunt. Rarissime enim ad sexagesimum annum menstruę purgationes perueniunt. Citissime uero in pinguibus corporibus deficiunt. Cæterum sanguinis qui profluit copia paulatim usque ad ætatis uigorem augescit. Deinde aliquandiu æqualitatem seruans, paululum penitus crescit aut minuitur. At ubi ad finem tendit, paulatim rursus minuitur, donec in totum desinat. Vt autem ordinem seruent aut excedant, & ut multitudine uel pauciate delinquant, in ætate situm est, ac anni tempore, itemq; uictus ratione, & peculiaribus mulerum studiis. Huc faciunt & ciborum qualitates, & morbi accedentes.

Notæ futuræ uirginum purgationis. Cap. V.

Virginibus futuram purgationem præsagiunt mammarum pruritus, lumborum, pectinis, & capitis dolor, bilis aut pituitæ uomitus. Quum hæc circa decimum quartum annum apparuerint. Medicum coniectare oportet, quomodo purgationem maturet, & per leniores decoctiones sanguinis delationem adiuuet.

Qnando semen appareat, & conceptus tempus aduenial. Cap. VI.

Semen quoq; circa decimum quartum annum, & plerisq; in ipso pubertatis tempore apparet, uerum ad generationem aptum efficitur, anno plerunq; decimo octauo aut uigesimo. Et statim sanè ubi semen comparuerit, coeundi desiderio flagrare incipiunt.

Fœcundarum mulierum dinotio, Sorani. Cap. VII.

A decimoquinto, ætatis anno ferè usq; ad quadragesimum, mulieres ad concipiendum idoneæ sunt, q̃ neq; uiragines, neq; corporis habitu denso aut duro præditæ sunt, neq; contra humecto ac languido, neq; alui fluxione assidua laborant. Sed & recta ratione ac læta mente funguntur, & lumbos habent latos, & uentrem amplum. Et quibus menses non impediuntur, & quæ uteri affectionibus non infestantur. Cęterum cõceptura sit an non mulier, hoc modo deprehẽdi aiũt. Infernas partes uestimentis cõtectas resina suffiunt, ita ut intra pudẽdum uapor recipiatur. Et si quidẽ odor per corpus ad os & nares transeat, fœcunditatis signũ iudicant: Sin minus, sterilitatis. Allia item decortica ta, & lanæ inuoluta, mulier dormiendi tempore sibi ipsi uelut bessum siue tali formam subdat. Et ex odore an ad os peruenerit aut non, fœcunditatem aut sterilitatem iudicet.

Quomodo cognoscantur quæ concepe runt. Cap. VIII.

Mulierem concepisse argumẽto primum est, si ab obstetrice interrogata respondeat, se post cõcubitum uiri semen non effudisse, & in ipso coitus opere horrorem quendam percepisse, & moderato dolore circa pudendum ac umbilicum uexari. Et ad hæc si pudendi sinus & os arida sint. Et uteri osculum non durę, nec inflãmatũ, sed interius ac exterius occlusum fuerit, & aliquãtulũ sursum progressum. Et si Veneris appetentia languerit, & menses consueto tẽpore non apparuerint. Si uenæ pectoris uirere, & mammæ intumescere inceperint, & progressu temporis lac habuerint. Si cauitates oculorum subpallidæ fiant. Si nigræ maculæ in facie & aliquibus lentigines oriãtur. Si coli pars anterior calidior, ceruix uero frigidior appa

reat. Si circa ſecundum menſem præter conſuetudinẽ ſalſa aut acida appetat. Quibuſdã etiã os nimio humore madeſcit, & ad agendum torpor adeſt, & aſpectus languidus ac plane effœminatus efficitur, & color ad albedinem ac pallorem mutatur, prægreſſo plerunq; rubore ſi fœminæ uiriliores fuerint. Circa conſueta item purgationis menſtruæ tempora aggrauantur prægnantes, & mammæ intumeſcunt, lumbi difficulter mouentur, uefica rubens ac ignitum lotium cum dolore excernit, & ſuppreſſorum menſium calor ſinũ ac ceruicem uteri accendit.

Notæ fœtus maſculi ac fœminæ. Cap. IX.

Hippocrates & alii quidam maris notam eſſe dixerunt, ſi prægnans ſit bene colorata, & ad motum facilis, & ſi dextra mamma amplior, & præſertim papilla ſit. Contra uero pallidus color, ſiniſtraq; mamma ac papilla tumidior, fœmellæ, indicium eſt. Sed & in maſculi cõceptu dextræ partis uaſa, uenæ ac arteriæ, magis intumeſcunt, præſertim ſub lingua. At in fœmellæ conceptu contrarium apparet. Aiunt etiam papillas in fœminæ conceptu deorſum nutare, in maſculi uero, ſurſum tendere: Sed & lac prægnantis aquæ inſtillatum, ſi fœtus fœmella ſit, diuelli ac detrahi: Si uero maſculus, in ſuperficie perſiſtere. Certiſſimum uero minime fallax maſculi fœtus ſignum eſt, ſi prægnans dextræ manus pulſum ualidiorem, uelociorem, maioremq; ac duriorem habuerit: Et uice uerſa in fœmella.

De pica. Galeni. Cap. X.

Circa ſecundum menſem affectio quædã prægnantibus accidit, quæ à pica auicula nomen accepit. Alii tamen ab hederæ ſimilitudine, quæ cittos Græcis uocatur, hanc affectionem cittam Græcis appellatã eſſe ſentiunt: nam ſicut illa uariis plantis prout occurrunt ſe implicare ſolet: ita mulieres ex pica laborantes, uaria edulia appetunt, atq; ea contraria, quæ tũ uoluptatem, tum inſuauitatem guſtanti exhibent. Accidit autẽ fere circa quadrageſimũ diem à conceptu. Et eſt ſtomachi languor cũ nauſea & auerſione ciborũ, bilis ac pituitæ uomitum inducens. Conſequuntur aſſidue expuitiones oris, uentris morſus, ac anxietates. Atq; hæc omnia ob humoris ſanguinei præſertim redundantiam fiunt: qui enim per uteri uaſa ſingulis menſibus excerni ſolebat, à fœtu ſuppreſſus, ſurſum uergit, & ſtomachũ præcipue, uelut ſubtiliore ſenſu præditũ infeſtat: pro uarietate aũt uitioſi humoris, uaria ac peregrina edulia appetunt, quædam ſalſa, aliquæ acida, aliquæ terrã, aut teſtas, aut extinctos carbones. Et ſæpe uſq; ad quartum menſem hæc affectio durat: in principio enim modicus ſanguis ad fœtus alimoniã diſtribuitur. Poſtea uero creſcente fœtu plus alimenti attrahitur. Itaq; tum demum uitioſo humore partim per uomitum euacuato, partim ad uterum alendi fœtus gratia delato, relata accidentia remittunt. In quib. igitur multus ſanguis collectus uidetur, his modicus cibus competit, & exercitia mulieribus conuenientia, quæ redundantem diſcutere poſſunt. Proſunt & fatigationes ac peregrinationes: quæ uero citra laborem uiuere conſueuerunt, hæ prægnantes ægre ferunt repentinos aut laborioſiores motus. Quarum uero ſtomachus ab acri, acidove aut ſalſo humore mordetur, hæ ad excitandum uomitum tepidam aquam commode bibent, ut humor affligens reuomatur. Abſtineant autem à dulcibus obſoniis, & uinũ fuluum, odoratum, antiquum, & ſubadſtringens bibant. Sit autem potus moderatus ne alimenta uentriculo innatent. Confert etiam ante cibum oliuas muria conditas cum pane molli exhibere. Aut quinq; uel ſeptem amygdalas amaras. Aut polentam ſucco cotoneorum aut punicorum malorum reſperſam. Aut ſeridem ſiue intubũ. Aut aſparagũ paluſtrem, aut ſiſarum. Ex auibus deligendæ ſunt, quæ neq; pingues,

neq; uiroſę ſunt. Conueniunt etiam pedes ac roſtra & uentriculi porcorum, & herinacei marini recentes. Poſt cibum uero uuæ paſſæ, mala punica ac pira exhibeantur. Sint tamen omnia quantitate moderata: at quæ cibos auerſantur, obſoniorum uarietate ac iucunditate illectentur. His autem quæ terram comedunt, nihil ita prodeſt, uelut amylum recens pro terra oblatum. Cæterum medicamenta contra picam commoda ſunt, portulacæ cremor, & ipſa in cibo ſumpta, cucumeris ſemen decorticatum, & ex aqua potum. Polygoni decoctum potum, ſimiliter etiam anethi. Et rhei pontici ac ſpicæ nardi cremor. Itē intubi ſuccus, uel ipſa herba cruda aut cocta aſſidue comeſta. At ſi craſſius eſt quod euomunt, & ob uiſcoſitatem difficulter excernitur, ſalſamenta & raphanos ex aceto mulſo edant, omni ſtudio adhibito, ut infeſtus humor citra moleſtiam ac conuulſionem educatur. Forinſecus autem adhibita languido ſtomacho confe runt hæc, œnanthe, balauſtium, roſæ, cityni, myrtus, ſmyrnii coma, fœniculi ſemen, cum uino cataplaſmatis modo adhibito, addita etiā galla, aut cumino, aut abſinthio. Palmularum item carnes uino coctas aut maceratas, tritas pro emplaſtro imponere prodeſt. Aut mala cotonea cum poſca trita, roſaceo uel nardino cerato excepta, addito croco. Aut lanam ſuccidā, aut linteolum uino & oleo, aut aceto & oleo, uel roſaceo & aceto, aut nardino & uino imbuito, & ſtomacho adhibeto. Morſus enim & ſtomachi pūcturas mitigant. Præterea calidam aquam, non tamen feruidā aſſidue abſorbere, & ſenſim aſſidue obambulare, & præcordia molli lana integere, fouere ac inungere, & ante cibum infernas partes pro uiribus exercere, hæc omnia ad ſanitatem aſſequendam mirifice faciūnt.

De tumoribus pedum in prægnantibus. Cap. XI.

Pedum tumores in prægnantibus, roſaceo &

aceto, & ſale aliquando addito, perfricato. Prodeſt & terram cimoliam cum aceto illinere, aut alumē ſciſſum cum uino. Bonum eſt & citriorum malorū decocto pedes lauare. Et anthyllim aceto maceratam obligare, & braſſicæ folia per latum diſtenta imponere ac obligare.

Cura prægnantibus adhibenda. Aſpaſiæ. Cap. XII.

Prægnantes quæ recens conceperunt, à timore, triſtitia, ac omni forti mentis perturbatione aſſeruandæ ſunt. Prohibendæ etiam geſtationes in curribus, & uiolenta exercitia, ac ſpiritus detentiones, & coxendicum ictus. Neq; uero p̄mittendum eſt, ut graue onus eleuet, aut ſaltet, aut duris ſellis inſideat. Sed nec acria edulia nec flatuoſa, nec clyſteres acutos, nec cibi aut potus inopiam aut ſuperfluitatem concedemus. Sanguinis etiam effluxio ſiue è naribus, ſiue ab hæmorrhoidibus, aut alio quocunq; loco, prægnantibus periculum inducit. Quapropter alimentis utendum eſt moderatis, & ſtomacho commodis, lectica geſtatione, leni deambulatione, molli frictiōe, & lanificii exercitio. At circa octauum menſem qui omnium moleſtiſſimus eſt, alimentum contrahendum eſt, & motus uehementiores præſcribēdi. Et ſi aluus ſuppreſſa fuerit, ob inteſtini recti anguſtias ab utero illatas, edulia exhibeantur uentri ſubducendo apta, uelut eſt ptiſanę ſuccus, rumex coctus, malua, lactuca. Cæterum menſe nono relaxandi corporis gratia, balneo frequēter utēdum eſt, & omni modo proſpiciendum, ut paritura futuros partus dolores fortiter ferre poſſit.

Notæ partus ſecundum naturam futuri. Cap. XIII.

Parituris pectinis ac ſuperioris uentris grauitas, pudendiq; ardor adeſt. Et uterus ad pudendum procūbit, ut obſtetrici facile ſit per contactum tentare. Os quoq; uteri diſparatum ac dilatatum eſt, & ad tactum leue ac humectum percipitur. Partu autem inſtante,

superior uenter contrahitur,& inguina ac pubes intumescunt,& assidua mingendi cupiditas adest. Deinde plurimus humor prodit,plerisq; etiã sanguis tenuioribus secundæ uasis ruptis.

Parientibus facienda. Cap. XIIII.

Quæ præparare oportet,& quomodo secundum naturam parientibus consulendum sit, superuacuum fuerit scripto prodere,quum ex longo usu nõ modo obstetrices,sed reliquæ quoq; mulieres ista sciant. De hoc tamen uelut necessario admonebimus,quod parientes spiritum detinere oportet,& ad inferiores partes propulsare,non uelut imperitæ aliquæ faciunt in gutture congregare. Inde enim plerisq; gutturis tumor,& uasorum eius loci dilatatio cõtingit,quæ affectio penitus incurabilis existit.

Cura circa ægre parientes adhibenda.

Aspasiæ. Cap. XV.

Quum partus difficultas instat,& loci præclusi manent,prægnans in balneum ducatur,& in calidæ labrũ desideat,sæpeq; perfundatur. Vtaturq; insessionibus ac illitionibus lubricitatem inducentibus. Quale est oleum tepiduni,ouorum candida tusa,maluæ, fœni græci,seminis lini decoctum. Aut cerato liquido ex oleo cyprino præparato loci ac inguina illinãtur. Sed & hirundinum nidus oleo dissolutus,& lumbis iuxta spinam affusus,partum accelerat. Ferunt etiam tithymalli maioris radicem linteo illigatam fœmori utiliter alligari,& similiter styracem, coriandrum uiride, polygoni radicem,halcyonium, cucumeris syluestris semen,atq; hęc omnia statim à partu amouenda esse.

Cæterum si post partum secunda non sequatur, uiolenter ne extrahatur, sed sternutatio excitetur, & spiritus detineatur, & os ac nares obturentur. Et si adhuc remanserit, extractio fiat uelut postea docebimus.

Quomodo opem ferre oportet his quæ

non tuto concipiunt. Cap. XVI.

Quædam mulieres etiamsi concipiant,in partu tamen periclitantur,siue ob uteri paruitatem, ut ob id fœtum perficere non possit,siue ob colli eiusdem angustiam,siue quod tuberculum aut tale quiddam in eiusdem ostio exortum est, quod partum impedit. Atq; hæ sanè optime fecerint,si à partu omnino cauerint. At si conceperint,satius est fœtum corrumpere, quàm excidere: quare ex ordine de corrumpentibus fœtum, & de inducentibus sterilitatem agemus. Quod enim sterilitatem inducit, differt ab eo quod fœtum corrumpit. Illud enim conceptum fieri prohibet,hoc factum corrumpit & expellit. Proinde ut ne mulier concipiat,primum caueat, ne temporibus conceptui idoneis cum uiro coeat,incipientibus uidelicet aut desinentibus mensibus. In ipso uero concubitus tempore,quum uir semen eiecturus est, spiritũ detineat,ne in uteri cauitatem semen feratur, statimq; exurgat ac genibus innixa sternutamenta cieat,& pudendum probe detergeat. Ad prohibendum etiam conceptum os uteri cum melle illinere oportet, aut cum opobalsamo,aut cedria per se,uel cum cerussa. Item cum cerato myrteo liquido cerussa ammixta. Aut alumine liquido. Aut galbano cum uino. Talia enim frigida,meatus obducentia, ac adstringentia, ante coitum os uteri claudunt, & semen in eius cauitatem penetrare non sinunt. Calida uero proritantia,non solum uiri semen ab utero pellunt, sed reliquos etiam eius humores attrahunt ac exugunt. Sed & ea quæ sequuntur conceptionem prohibent,ac sterilitatem inducunt.

Pessi sterilitatem inducentes. Cap. XVII.

Corticũ pinus,rhois coriarii, sing.æquales portiões cũ uino è uinaceis expresso terito,& in lana ante concubitũ adhibeto. Et hoc ablato post ii.horas mulier cũ uiro coeat. Aliud. Malicoriũ recens cũ aqua tri-

tum subdito. Aliud. Malicorii partes duas, gallæ partem unam, terito & glandulas paruas effor mato, easq; ubi menses defiuerint subdito. Aliud. Gallarum drachm.iii. myrrhæ drachm.ii. cum uino uelut erui grana efformato, & in umbra siccato, atque ante coitum pro pessis subdito. Aliud. Cari carum carnes cum uino subactas adhibeto. Aliud. Florum mali punici satiui drachm.ii. gallarum tan tundem, absinthii drach.i. cum cedria uelut ordei gra na formato, & duobus diebus à sedatis mensibus sub dito, totoq; die sumantur, & his amotis tandem uene re mulier utatur. Hoc non fallit, & longo usu cogni tum est. Potio ad idem. Succus cyrenaicus ciceris magnitudine cum duobus uini diluti cyathis potus conceptum prohibet, & menses ducit. Aliud. Succi cyrenaici, foliorum rutæ, opopanacis, æqua les portiones terito & cera obducito, & fabæ magni tudinem exhibeto, deinde uinum dilutum propina to. Et hoc menses prolectat. Aliud. Aloes drac. i. seminis uiolarum albarum obolos iii. myrrhæ drac. iii. piperis grana ii. Hæc in tres partes diuidito, & tribus uicibus exhibeto, statim ubi menses cessarint. Quin & fabrorum aqua in qua ferrum extinguunt, assidue pota, maxime statim ubi menses cessarint, ste rilitatem inducit. Idem facit & populi albæ drach ma, ex aqua singulis mensibus semel pota. Aliud. Mustelæ hepar sinistro pedi alligetur. Aut testes eius dem animalis circa umbilicum gestentur. Aliud. Adeps siue pinguedo uuluæ leænæ in uase ebur neo gestetur. Est hoc efficacissimum. Aliud. Ce russa cum oleo uelut pessus subdatur. Aliud. Flo rum mali punici satiui, malicorii, gallarum, succi uuæ acerbæ singulorum drachm.ii. absinthii drachm.i. ce dria excipe, & uelut ordei grana efforma. Et mulieri quæ per biduum à uiro secubuit subde. Aliud. Postquàm mulier à uiro secubuit, tot hederæ grana

nigra

nigra è uino propinato, quot diebus fœminam con cipere nolueris. Aliud. Hyoscyami semen ante quàm in terram exciderit, ab ipsa herba decerpito, & cum lacte asinino terito, & modica myrrha, ac hede ræ nigro grano aut corymbo ammixto, leporis aut muli aut ceruicorio inuolutum, gestandum exhibeto. Obseruandum est autem ne hoc amuletum terram contingat: aut fabrorum aquam frigidã ieiunæ propi nato: aut salicis decoctũ cum melle, propter eximen dam amaritudinem, potandum dato. Ferunt etiam dentem infanti elapsum, si terram non attigerit, in anu lo à muliere efficaciter gestari. Item lumbricum lapi dicinæ pro amuleto efficaciter appendi. Aliud. Hyoscyami semen cum aquæ pullum alentis lacte subactum, & ceruino corio illigatum, sinistro brachio appendito, & ne terram contingat caueto. Aliud. Coriandri semen toto anno potum, sterilitatem indu cit. Aliud. Vir reliquo adstringenti illinatur, quale est alumen, malicorium, galla ex aceto trita, & ante coitum muria abluat, & non generabit. Omnia por ro medicamenta splen conferentia, maxima ex parte conceptionem impediunt. Idem faciunt & mulorum castratorum testes usti, & cum salicis decocto poti.

Fœtum corrumpentia. Ex Aspasia. Cap. XVIII.

Si mulier ad gignendum fœtum inepta, per negli gentiam cõceperit, primum usq; ad trigesimum diem contraria fiant his quæ supra de cura prægnantibus adhibenda diximus, ita ut uehementissimis motibus uti iubeatur, & ut saliat, ac grauissima onera leuet. Et ut decoctionibus urinam ac menses prolectantibus atq; aluum subducentibus assidue utatur, & acriori bus infusis uentrem eluat. In balneo item superiorem uentrem, pubem, ac lumbos quotidie defricet, & in aquæ tepidæ labro diu moretur, insessusq; paret ex fœni græci, altheæq; ac artemisię decocto, & cũ oleo antiquo per se, uel cum rutæ succo, ac melle perfun

datur,& si adhuc perstiterit conceptus, præcordia & lumbos ex lupinorum farina taurino felle subacta integat,& epithemata huiusmodi imponat. Cyclamini,elaterii,artemisiæ,singulorum drach.v.absinthii, grani cnidii,singul.drach.x.nitri drac.viii.radicis cucumeris syluestris drachm.v. opopanacis drach..x.lupinorum amarorum,radicis chelidonii:seminis aut radicis uiolæ albæ,singulorum drac.vi.olei cyprini quãtum satis est ad emplastri formam.Hoc post perfusionem cum artemisiæ decocto, superiori uentri imponere oportet,deinde caricas cũ nitro,aut simile quiddam in pudendi sinum subdere,aut cum oleo trita illinere.Hoc autẽ simplex insigne est.Cupressi folia cocta trita,post balneũ cubitũ itura uentri imponat,& tota nocte sinat,& supina iaceat.Præstat & collyrium ex opopanace subdere,& allii cortices ac pilos muliebres suffire.Quod si hæc nihil profecerint, ad ualidiora auxilia pergendum erit,neq; tamen temere hoc faciendum est.Omnis enim fœtus corruptio periculosa est,præsertim in muliere robusta, uterumq; duriorem ac densiorem habente. Quare diligenti animaduersiõe opus est.Et secudus maxime ac quartus mensis uitandus:est enim in utroq; naturalis quædam difficultas ac mora.Et impares menses aptiores sunt ad aggressionem ac firmitatem.Vnicum itaq; tertii mensis tempus deligendum est:neq; enim prius,neq; posterius cõueniet.Mulier autem à qua fœtus expellendus est,ꝑ aliquot dies antea tenuissimo uictu, & assiduis balneis,ac pessis emollientibus subditis utatur, & à uino abstineat.Deinde uena secetur,& sanguis copiose detrahatur:sanguis enim à muliere prægnante euacuatus abortum facit, inquit Hippocrates. Tum post biduum aut triduũ,ubi interim à cœna euomuerit,foliorum mercurialis fœminæ decoctum,cũ oleo & garo conditum ieiuna absorbeat.Aut agaricum cũ aqua mulsa bibat. Aut seminis uiolæ albæ drachm.i.

aut artemisiæ,aut dictamni,aut gentianæ, aut castorii, singul.drachm.i.aut ammoniacum thymiama, aut myrrham,aut lauri baccas cum aqua mulsa.Aut cacumina thymi,aut fel tauri congelatum nucis auellanæ magnitudine ex uino odorato dilutum bibat: hæc enim omnia etiam mortuos fœtus expellunt. Atq; hæc quidem conceptum fœtum corrumpũt:si tamẽ non profecerint,oportet ante potiones & epithemata quæ adhibentur,sternutamenta ciere cum his quæ ad hoc efficacissima habentur. Pessus corrumpens fœtum. Iridis,galbani,grani cnidii, terebinthinæ, sing.drac.i.cũ susino,cyprino,ac rosaceo oleo æquis portiõibus efformato,& mulieri prius lotæ subdito, ac per totam noctem sinito.Mane uero in fœni græci & artemisiæ decocto sedeat,& si non successerit,idem rursus post balneum fiat. Alius. Seminis uiolæ albæ,nitri,absinthii,myrrhæ,pares portiones cum uino subactas in lana subdito. Alius. Foliorum rutæ,baccarum lauri,myrrhæ,singulorum drach.ii.cum uino subacta subdito. Collyrium citra molestiam trimestrem fœtum expellens.Seminis nasturtii, seminis uiolæ albæ,myrrhæ,absinthii, singulotum drac.i. cum aqua efformato,& mulieri prius lotæ subdito,& interim pulegii decoctum bibendum dato. Aliud insigne. Abrotonum quantum uoles in aqua ad totius aquæ consumptionem coquito, & exprimito, eumq; liquorem exceptum lana subdendum exhibeto,utere etiam auxiliis ac epithematis, quæ ad retentos menses describemus.Tradunt etiam stercus colũbinum suffitum fœtum expellere.Et cucumeris syluestris grana sponte excidentia,panno excepta antequã terram attingant,adalligata magnam uim habere ad fœtum corrumpendum.

Signa futurum abortum præcedentia. Cap.XIX.

Futurum abortum aquosa primum euacuatio, deinde saniosa aut cruenta, & uelut carnium lotura

præcedit. Vbi uero plane exoluitio aduenerit, pu-
rus ſanguis, deinde grumi, ac demum fœtus ip-
ſe formatus aut informis egreditur, pleriſq; etiam
lumborum ac coxarum grauitas adeſt, & ſupe-
rioris uentris, capitiſq; ac oculorum dolor, ſtomachi
morſus, extremarum partium frigiditas, animi deli-
quium, horror febrilis: quædam etiam conuulſiones
retrorſum, & uelut à comitiali morbo habent. Atque
hæc præcipue accidunt his quæ ex medicamentorũ
uiolentia abortum procurarunt. Nam in his quę citra
medicamenta abortum faciunt, præcedit uelut Hip-
pocrates teſtatur, mammarum gracilitas præter ratio-
nem oborta, fœmorum frigiditas, & grauitas, etiam
lumbos occupans. At uero ex abortu minus lædun-
tur, quæ ſaniores ſunt, & aluũ natura laxioré, ac uteri
partes humidiores habent. Et quę frequẽter magnos
infantes ſine moleſtia pepererunt, & ætate prouectio-
res, paucumq; ſanguinem habentes, & non pingues.

Quomodo abrupti fœtus eiectioni opitu-
lemur. Cap. XX.

Si fœtus abruptus fuerit, & in uteri collo detine-
tur, oleo cyprino, terebinthina ammixta totum cor-
pus, & præcipue partes utero uicinæ perfundantur.
Eodem etiam eiecto iam fœtu loci aſsidue rigentur,
& ſi ſic non ſuccedat, mulier aromatum decocto inſi-
deat, ac ſternutamenta adhibeat. Et ex reſina ſicca, bi-
tumine, propoli, & cãcris fluuialibus ac galbano ſuffi-
tus fiat. Hæc & alia huiuſcemodi facienda ſunt, ſi in-
flammatio non obſtiterit, nam ea præſente, intra in-
ſeſſus laxandi ac mitigandi uires habentes nos contio-
nebimus: at ſi fœtus detinetur ex eo quod uterus citra
inflãmationẽ cõcluſus eſt, papyrum & ſpongias ari-
das, primum tenuiores, deinde craſſiores, inſtar peſſi
ſubdemus, & extrema opopanace, uel panacis radice,
cũ melle ac terebinthina trita illinemus. Porrò eiecto
fœtu, ſi ſecunda non fuerit ſquuta, uiolente extrahen-

da non eſt. Sed neq; umbilicus incidendus, & ſecunda
relinquenda eſt. Strangulatus enim & certa pernicies
ex hoc conſequeretur. Verum ſi res diutius protraha-
tur umbilicus inciſus fœmori mulieres alligetur, &
ſummum ſtudium adhibeatur, ut ſecunda eximatur,
quẽ ad modũ inferius de fœtus exectiõe referemus.

De his quę bimeſtres aut trimeſtres fœtus
abortiunt. Cap. XXI.

Quæcunq; moderate corpus habentes, bimeſtres
aut trimeſtres abortus faciunt, citra manifeſtam cau-
ſam, his acetabula ſiue cotyledones muco plena ſunt,
& non poſſunt præ grauitate fœtum continere, ſed
abrumpitur, inquit Hippocrates. Has igitur curare
oportet per medicamenta pituitam ducentia totum
corpus euacuãdo: qui enim ante totius corporis pur-
gationẽ, & ante prohibitũ humoꝝ influxum, ſtatim à
principio locos euacuare nititur, ſimile facit, uelut ſi
quis perennem putei aquam exhaurire uelit, dũ inte-
rim in exhauſtę locum aſsidue riuuli ſcaturiunt. Toto
uero corpore euacuato, tandem cum his quæ pituitã
ducunt etiam uteꝝ purgabimus. Quales ſunt peſſi ex
colocynthide præparati, q contra ſterilitatem ex hu-
moꝝ redundantia contingentẽ inferius deſcribentur.
Optima aũtẽ lotio purgatoria pituitã ex utero edu-
cens ſic fit. Colocynthidẽ magnã ſuperne incidito, &
ſeminibus eiectis ac dimiſſa medulla oleũ irinũ infun-
dito, & cũ deſecta particula colocynthidẽ operito, &
per diem ac noctem madeſcere ſinito, deinde feruenti
cinere coquito, ac oleũ excolato, & hoc tepidum in
uuluam iniicito. Hoc multas ſteriles fœcundas fecit,
educta ex alto pituita, quæ conceptum impediebat.
Victus autem ratio adhibẽda eſt calefaciẽs ac ſiccãs,
moderata item exercitia ac frictiones, & omnis pfrige-
ratio uitanda. At uero his quæ ob naturalem facul-
tatis retentiuæ debilitatem abortum faciunt, heri-
nacei terreſtris pellis uſta, ex aqua aut uino pota, ex

naturali quadam proprietate auxiliatur. Idem facit & pudendi osculo illita. Idem potest & marinus herinaceus, ac cochæ ustæ. Item myrti baccæ cum uino, aut oleo lentiscino siue susino illitæ. Rubi quoq; ac myrti & similium decoctis loci utiliter irrigantur. Aetites etiam lapis circa uentrem gestatus, & prægnantes, & fœtus conseruat, nec sinit uterum flaccescere. Idem facit tritici granum intra panem repertum, sinistro brachio alligatum. Sardonius quoq; lapis prodest superiori uentri appensus, donec dolores partus instant, & tunc ablatus. Lapis item in uulua, aut corde, aut intestinis ceruarum repertus pro amuleto gestetur: est enim ad retinendos fœtus efficacissimus. Iisdem uiribus præditus est lapis qui trunco arboris pro cuneo more impingi solet.

Pariendi difficultatis causæ. Cap. XXII.

Pariendi difficultas uariis de causis contingit: aut enim eo quod puerpera animo aut corpore, aut utrisq; simul imbecilla est, aut ob uteri paruitatem, aut propter meatus angustiam. Quæcunq; autem propter ætatem staturæ breuioris sunt, hæ ferè uterũ reliquis corporis partibus correspondentem habent. Potest & difficultas pariendi contingere: aut ob ceruicis uteri obliquitatem: aut ob carnem eidẽ ceruici uel osculo eius adnatam: aut ob eiusdem loci inflammationem, uel abscessum, uel duriciam: aut quod tunicam ambientem solidiorem fœtus perrumpere nõ potest: aut quod humor in utero collectus ante debitum tempus excretus est, & iuxta partus tempus sine humore ac sicci manent loci, quando maxime opus est hoc humore, ut qui facilem transitum fœtui exhibeat: aut quod puerpera uesicæ calculo laborat, qui dum uteri collum comprimit difficultatem pariendi inducit: aut ob prægnãtis carnositatem siue pinguitudinẽ. Sed & ossa pubis nimium conserta, pariendi difficultatem faciunt, dum in partu dilatari nõ possunt: neq; enim uelut in uiris, ita in mulieribus ossa pubis alternatim cõseruntur, sed forti copula connectuntur. Contingit itẽ pariendi difficultas ob nimiam lumborum cauitatem uterum comprimentem: aut ob excrementorum copiam, in intestino recto aut uesica detentam. Aliquæ etiam prouecta ætate debilitatæ ægre pariunt. Aliæ quod primum parere incipiunt, anguntur, & propter imperitiã corpus apte præparare ignorant, aut quod ætatem nondum uiriles sunt, nec uires uigoris adeptæ sunt, sed adhuc puellæ pueriliter agunt. Difficilis præterea fit partus quum fœtus totus, aut pars magnitudine excellit: sæpe enim caput, uel thorax, uel uẽter, plus æquo augescit: aut quum debilior est fœtus, & saltibus ac motibus suis matrem adiuuare nõ potest: aut quum biceps est aut tripes: aut quũ gemini prodeunt, & repente uterq; simul collo uteri illabitur: aut quum fœtus interiit, & parturiẽti nihil auxilii præbet: aut quũ mortuus intumescit, & præter naturam iacet: situs enim prodeuntis fœtus naturalis est, ut recta in caput, manibus ad utrunq; fœmur extentis prodeat. Præter naturam uero caput in dextram uel sinistram uteri partem declinat: aut altera, aut utraq; manus exeritur, & crura intus inter se diducuntur. Reliquis tamen figuris minus suspecta est ea quæ in pedes contingit, præcipue si manibus super utroq; fœmore extentis prodeat. Fœtus uero qui altero pede prodeũt, altero intus detento, aut duplicati alicui uuluæ parti innituntur, directione indigent, sicut & qui manus expassas habent. Cæterum qui obliqui prodeunt, minus improbandi sunt, & hoc tripliciter contingere potest: aut enim in alterutrum latus, aut in uentrem prodeũt. Sed tutius est in latus progredi: ita enim obstetricis manui locus datur, ut in caput aut pedes nascentẽ dirigat. At qui duplicati prodeũt, in pessimam figuram illapsi sunt, maxime si in coxarum uertebras deferantur. Tripliciter autem duplicari solent: nam uel capite

& cruribus,uel uentre,uel coxarum uertebris, oſculo uteri incumbunt,uerum præſtat uentrem incumbere, eo enim à nobis diſſecto,& interaneis exemptis,con ſidente corpuſculo facilis eſt figuræ trãſmutatio. Diffi cilis item fit partus, ſi ſecunda aut propter crasſitudi nem non abrumpitur , aut propter tenuitatem ante quàm oportet diuellitur. Porrò ab externis cauſis pa riendi difficultas oboritur,uelut ſi anni tempus frigi dum & hyemale meatus conſtrinxerit,aut calidum & æſtiuum exoluerit. Hæc omnia de muliere ægre pa riente medicum percũctari ex obſtetrice oportet, nec temere ad chirurgiam progredi. Neq; uero obſtetri ci permittẽdum eſt ut uterum diutius dilaniet. Si ergo ob lumborum cauitatem pariendi difficultas contige rit, puerpera in ſella,prona flexis genibus collocetur, utuulua delabens ceruicem recta extendat: eodẽ mo do ſiſtantur etiã pingues ac carnoſæ: ſi uero propter aliquam anguſtiam,aut ſtuporem,aut coarctationem, opem ferre oportet laxationi per inſeſſus calidos,& ſuffitiones,ita ut etiam aer domus calefiat,& per infu ſiones oleorum,tum tactu, tum potentia calidorum, itemq; per illitiões ac cataplaſmata eiuſdem generis. Adhibenda quoq; ſunt laxamenta à balneis , ſi non febris aut aliud quid prohibuerit,& ex geſtatione le ctica in loco calidiore. Quidam etiam concuſſiones fortes in his adhibuerunt. At uero eã q̃ ob exolutio nem imbecilla eſt ad partũ corroborare oportet con denſantibus ac maxime conſtringentibus,& firmitatẽ inducentibus: qualia ſunt reſperſiones ac inſeſſiones ex myrto aut pampinis uitis,aut malis punicis, aut ro ſis. Et odoramenta cum aceto,& ungenta ex uino & oleo roſaceo frigidis: ſi uero propter figurã præter na turam ipſius fœtus,partus difficultas adeſt,ad naturã lem ſitum reducendus eſt,quantum eius fieri poteſt. Et ſi pedem aut manum protruſit, ne attrahatur per membrum : magis enim impingitur , aut luxatur,

aut etiam abrumpitur. Verum per digitos humero aut coxæ fœtus admotos,promiſſa pars ad conue nientem locum introducatur. Si uero unà cum coar ctatiõe,totius fœtus figura mala fuerit,prius ab oſcu lo uteri in ſublime eleuetur,& poſtea rurſus ad oſculũ recta dirigatur,fiantq; omnia placide, leniter, ac citra compreſſionem,oleo aſſidue locis affuſo : hoc enim ex ſalute tum fœtus,tam parientis fuerit,& uterus ita quoq; illęſus manet. At ſi uteri oſculum clauſum per manſerit. Pinguibus medicamentis emolliatur ac re laxetur. Quod ſi uero calculus affuerit,eum extra ue ſicæ collum per catheterem propellemus,& ſi ueſica lotio plena fuerit,eodem catheteris inſtrumento lo tium educemus,ſi uero inteſtinum rectum excremen tis plenum fuerit,per clyſterem eluemus. At ſi ob in fiammationem,abſceſſum,ulcus,tumorem laxũ, aut duriciam,aut ſimile quiddam mulier parere nequeat, ſingulis pro affectionum ratione ſuccurremus. Si ue ro ob carnem collo uteri adnatam , aut ob tunicam aliquam innatam ſolidiorem, parturiendi difficultas eueniat, uelut in non perforatis mulieribus accidit, quicquid impedimento fuerit reſecetur. Et ſi ſolidior fuerit,membrana fœtum ambiens quàm ut abrumpi poſſit,diſcindatur. Quibus uero humor in tunicis cõtentus ante debitum tempus effluxit,ita ut loci ſint reſiccati,eis albumina ouorum cum maluæ aut fœni græci decocto excolato , aut cum ptiſanæ cremore tepido infundantur. At ſi uteri paruitas in cauſa fue rit,loca pinguedine aliqua inungantur, ac foueantur, & os uteri digitis dilatetur,& fœtus uiolenter extra hatur, Si uero non ſucceſſerit,diſſecetur. Quod tum maxime faciendum eſt,ubi fœtus fuerit, magnus,aut mortuus. Mortuum autem cognoſcemus , ex eo quod ad tactum frigidus occurrit, & motu caret. At ſi gemini aut tergemini fuerint , ac collum uteri obſederint , reliqui ad fundum uteri repellantur,&

is qui magis paratus uidebitur prius educatur. Si uero ob capitis, aut thoracis, aut uentris magnitudinem, partus difficilis fiat, omnino necessarium est fœtum secare. Porrò tempus collocandi puerperam in sellam, est quum uteri osculo aperto, digitis occurrerit ac prominuerit id quod prærumpi solet.

De fœtus extractione ac exectione. Philumeni. Cap. XXIII.

Medicum ante exectionis aggressionem spectare oportet, resoluta sit ne mulier aut non. Et an seruari possit, uel sit deplorata. Et seruari quidem potentem aggredietur, deploratam uero relinquet. Quæ igitur lethaliter affectæ sunt, lethargico sopore premuntur, & resolutæ sunt, ac difficulter reuocari possunt. Et ad maximas inclamationes reuocatæ, debiliter respondentes rursus deferũtur in soporem. Quædam etiam per conuulsionem contrahuntur, aut neruis tremulæ fiunt. Et pulsus fortiter tumidus, uerum obscurus ac debilis deprehenditur. At uero seruandæ, nihil tale patiuntur. Mulier itaq; supina in lecto decumbat capite decliui, eleuatis cruribus, teneaturq;, utrinq; à peritis ac robustis mulieribus. Ac primum duæ aut tres buccellæ panis uino imbutæ offerantur ad arcendum animi deliquium. Et in ipso opere asfidue facies uino respergatur. Chirurgus autem difficultatis causam p instrumentum pudendum diducens conspicatus, thymus ne sit, an callosa eminẽtia, aut aliquid ex his quæ retulimus, quicquid id fuerit uolsella arreptum scalpro amputabit, uelut postea docebimus. Si uero tunica uteri os obstruxerit, eam quoq; resecabit, sicut inferius de non perforatis mulieribus trademus. Si uero pelliculæ fœtum ambientis soliditas obstiterit, eam uolsella extentam cultro aculeato incidemus, & incisam digitis dilatabimus, & locum idoneum ad fœtus egressionem parabimus. At si caput fœtus locum

obstruxerit, in pedes uertatur, atq; ita educatur. Quod si ita impactum fuerit, ut nullo modo retrudi possit, uncinus attractorius oculo, aut ori, aut mento infigatur, & ita infans extrahatur, hoc modo ut instrumentum tractorium in dextra manu teneatur, uncinus uero ipsius digitis occultatus per sinistram manum leniter cointroducatur, & in aliquo ex dictis locis figatur, & deinde alterum instrumentum ex altera parte oppositum similiter immittatur ac infigatur, ut æquales & ad neutram partem declinãs attractio fiat, eaq; tutior, ne forte unum instrumentum in attrahẽdo elabatur, ac fœtum dimittat. Atq; ita æqualiter non solum in directum, sed etiam ad obliqua trahatur, & digitus pinguedine aliqua illitus, intra uteri os, & impactum corpus immittatur, & circumcirca ducatur. Dimidio autem fœtu extracto, attractorium instrumentum ad superiores partes transferatur ac infigatur. At uero si caput, uel natura, uel hydrocephala affectione aquosa, magis tumidum impactum fuerit, scalpro incidendum est, atq; ita euacuatum ac cõtractum extrahendum. Quod si neq; sic prodierit, caluam contundere oportet, & ossa digitas eximere. Si uero ossa eminuerint, per forpicem dentarium aut ossarium auferre, ac tum demum instrumentum attractorium infigere, ac fœtum extrahere: at si capite progeesso, circa thoracem coarctatio fiat, itidem scalpro loci circa clauiculas dissecentur usq; ad uacua, ut humore euacuato, moles thoracis considat, si uero minus uenter inflatus fuerit, mortuo fœtu aut hydropico existente, eadem methodo utentes uentrem dissecabimus, ac intestina eximemus, si uero manus protensa fuerit, ab humero resecetur: oportet autem linteo obuolutum ut ne elabatur, aliquãtulum extrahere, quo sic humeri articulus exeratur, & tũc diductis pudendi labiis resectionem facere, & postea sinistram manum immittere, ac caput dirigere, & ita fœtum educere: idem

faciendum est etiam ubi ambæ manus fuerint protensæ: similiter etiam pedes protensos reliquo corpore non consequente, ab inguibus resecare oportet. At si duplicatus fœtus occurrerit, & dirigi non poterit, si caput magis expositum fuerit, ossa eius conteremus cute non dissecta, deinde alicui eius parti attractoriũ instrumentum infigemus ac attrahemus, & cruribus directis educemus. Sed si crura magis exposita fuerint, coxæ articulum resecabimus, & ita coxas trãsgrediemur, ut caput fiat contritioni facile paratum. Si uero duplicatio pertinacior fuerit pedibus magis expositis, caput circa coarticulationem ad uertebram amputetur, deinde transgresso thorace pedes attrahantur. Si uero reliquis partibus ablatis, caput recurrens detineatur, sinistra manus oleo illita in uteri profunditatem immittatur, & caput requiratur, & per digitos ad uteri os deuoluatur, & unum aut duo attractoria instrumenta infigantur. Cæterum loci ad infigendum instrumentum idonei, in capite sunt oculi, aurium meatus, os, menti pars inferna. In thorace axillæ, clauiculæ, præcordia, pectus, uertebrarum articuli, ingulum. In cruribus ossa pubis, fœmineum pudendum: at uero si osculũ uteri ob inflmãationem fuerit conclusum, nihil uiolenter agendum est, sed infusionibus pinguibus large utendum, insessionibusq; ac irrigationibus & cataplasmatis, quo inflammatione aliquatenus sedata, & osculo dilatato, fœtus uelut dictum est educatur. Vbi uero integram fœtus sectionem fecerimus, omnes eius partes componantur, diligenterq; obseruemus ne aliqua desit, aut interius clam nobis relinquatur. Deinde Secunda protinus educatur.

De Secundæ eductione. Philumeni. Cap. XXIIII.

Si Secunda, quę etiam loculus appellatur, & Secunda quidem dicitur, quod uelut secũdum domicilium ac receptaculum sit ab uero, & uelut fœtus indumentum. si Secunda inquam, detinetur, interdum uteri os clausum, interdum apertum reperitur, & aliquando inflammatum, aliquando citra inflammationem. Et modo uteri fundo coniuncta secunda reperitur, modo seiuncta. Si ergo os uuluæ apertum, & secunda seiuncta reperitur, circa aliquam uteri partem instar pilæ conuoluta, facilima est eductio. Sinistram enim manũ calidam & pinguefactam in profundum immittere oportet, & arreptam secundam extrahere. Si uero uteri fundo connexa fuerit, similiter quidem manum immittemus, uerum apprehensam secundam non statim recta attrahemus, propter prolapsus uuluæ timorem, sed sensim nulla uioleutia adhibita primum in obliquum placide ducemus, hac & illac obuertẽtes. Deinde aliquando ualidius attrahemus. Sic enim obedit & à concretione exoluitur. At si uteri os clausum fuerit, perfusionib. pinguibus utemur, & per sinistræ manus digitos leniter aperire, ac paulatim dilatare conabimur. Et si non successerit, superiorẽ uentrẽ ex cruda ordeacea farina aqua calida ac oleo subacta integere oportet, rursusq; locos perfundere, pinguiaq; fomenta adhibere. Et si uires non fuerint debiles, etiam sternutatoriis utendum est, ex castorio ac pipere præparatis, & potionibus menses cientibus, de quibus postea agemus. Atq; hæc omnia prima ac secunda die facienda sunt. Suffitibus insuper utemur per aromata ex olla, qualia sunt casia, nardus, iunci odorati flos, artemisia, iris, sabina, dictamnum, pulegium, & huiusmodi, ita ut olla sellæ supponatur, cui mulier insideat undiq; uestimentis contecta. Postea uero tentabimus, & si uteri osculum apertum inuenerimus, manum immittemus, & sicut dictum est, secundam educere conabimur. Si uero neq; sic educta fuerit, perturbari non oportet: intra paucos enim dies putrefacta, & in sanie dissoluta excidet. Quandoquidem uero ob graueolentiam caput replet & obturat, ac stomachum sub-

uertit,odoramenta asfidue ſuffiantur conuenientia,& ad hunc uſum probata ſunt,cardamomũ,caricæ,bdel lium,ſabina,thus,ſtyrax,lapis gagates,onyx aromati cus,ladanum.Eiſdem quoq; caſtorii ac pulegii ſingu lorum drach.i.ex aqua mulſa bibenda dẽtur. Conue niunt etiam leniora menſes ducentia,artemiſiæ deco ctum,& baccarum lauri,cum uino mulſo. Peſſi etiam ſubditi ad hoc faciunt,myrrha & cyclaminus ungen to excepta. Facit item ouis & capræ ſecunda arefacta, trita,è uino pota. Aut cum ungento ſubdita. Aut pro amuleto geſtata. Alius peſſus. Carnium uuarum paſſarum,cumini, reſinæ, terebinthinæ, ſpumæ nitri, ſing.drach.x.excipe melle ac ſubde.Idem poſſunt & inſeſſiones in artemiſiæ,baccarum lauri,anethi ac cha mæmeli decoctis.

Cura poſt fœtus exectionem. Aſpaſiæ. Cap.XXV.

Poſtquam ſecunda ſiue ſtatim ab educto fœtu,ſiue poſtea educta fuerit,neq; quicquam ſuperuacuum in utero relictum,crura componãtur ut partes diſtractæ conueniant.Et ſi loci ſatis purgati uidebuntur, maluæ aut fœnigræci decocto eluantur , & oleo calido per fundantur. Eodemq; lumbi ac pubes perfundantur, molliq; lana oleo calido imbuta integantur. Et alimẽ ta ſorbilia offerantur,& aquæ potus uitetur. At ſi pur gationes non ſuffecerint,inſeſſiones ex fœni græci,ar temiſiæ,altheæ,pulegii decoctis adhibebimus. Pule gii item ac fœni græci decoctum propinabimus. Si uero purgationes nimium proceſſerint , irrigationes moderate adſtringentes,ac inſeſſiones cõſimiles ad hibeantur,& uenter longa faſcia uinciatur, & cibi ad ſtringentes offerantur. Si uero inflammatio ſuper uenerit,inflammationi ſuccurrendum eſt. Et ſi copio ſa ſanguinis eruptio,etiam ipſi medendum eſt, cũ his quæ poſtea referemus.Si nihil horum acciderit, uteri collum ac oſculum,& pudẽdum pinguitudine aliqua inungantur ac foueantur.

Cauſę ſterilitatis itemq; curatio in uiro ac muliere. Notæ item conceptionis. Cap.XXVI.

Sterilitas aut uiri,aut mulieris, aut utriuſq; ratione contingit.Et ex uiro quidem eſt,quum ſemen eius uel feruidum & uelut torrefactum, uel frigidum , tenue, aquoſum,languidumq; fuerit , quale eſt decrepitor. Vel craſſius quàm oportet emittitur. Aut quum uiri ſemiſpadones ſunt,& penem breuiſsimum habent,ut ſemen in uuluæ profunditatem eiaculari non poſſint. Quod etiam aliquando ob nimiam obeſitatem con tingit:tales enim præ nimia aqualiculi mole,ſemẽ ad uteri receſſus non eiaculantur. At uero mulier non concipit,ſi uterum habet uel calidum & igneum , uel frigidum & humidum,uel ſqualidum ac ſiccum , uel carnoſum & pinguem,uel excarnem ac gracilem,aut debilem,aut anguſtum,aut breuem. Aut quod uaſa eius clauſa ſunt & obſtructa, aut per cicatricem indu ctam excæcata. Aut quod membranæ oſculum uteri obturantes,nullum foramẽ relinquunt. Aut quod ute ri ceruix obliqua eſt. Aut quod oſculum nimis angu ſtum uel amplũ. Aut quod alia aliqua affectio ex infe rius recẽſendis uuluã impedit. Sed & inuiti coitus in anes ac ſteriles ſunt. Amor enim genituram conciliat, & propterea fœminæ amantes crebro pariunt. Ætas etiam uel iunior uel prouectior conceptionem impe dit. Quapropter primum pubeſcentes à Venere pro hibendæ ſunt,ita ut uir quidm trigeſimum annũ,mu lier uero decimum octauum attingat:maxime uero inepta mulieris forma ſterilitatis occaſio eſt:fœcunda enim mulier habere debet proceritatem corporis mo deratam,lumbos & ſuperiorem uentrem latos, nates eminentes,pectus anguſtum,mammas amplas : tales enim mulieres fœcundæ,his autem oppoſitæ ſterilio res ſunt. Poteſt & præter enumeratas cauſas , aliqua magis recondita eſſe. Verum tot fermè ſunt quæ no ſcuntur. Viri itaq; qui ob deprauatam uictus ra

tionem semẽ corrumpunt,ad magis compositum ac salubriorem uictum conuersi,seminis fœcunditatem acquirunt. At qui alienis fœminis delectati propriis uxoribus non conueniunt,seruata temperantia generabunt. Qui uero seminis profluuio laborant, curati fœcundi fiunt. At qui genituræ meatus occæcatos habent,uelut quidam quibus calculi exacti sunt, eos pro deploratis habebimus. Sed neq; semispadones ac nimis angustis meatibus præditi,semen excernunt. At uero ubi uir & mulier bene se habent, neq; ætas, neq; corporis habitus,neq; aliqua uteri affectio obstat,tali uictus ratione utimur, ut neq; nimio labore, tum uirum,tum mulierem defatigemus,neq; prorsus ociosos esse sinamus.Hoc enim superfluitatibus corpus replet.Illud sanguinem siccat, & purgationes consumit. Balneis utantur neq; assiduis,neq; copiosis. Cibos ac potus concoctu faciles,& quos uenter superare potest sumant. Hoc uero uelut maximum negligendum non est,ut nec uir nec mulier pinguem habitum acquirant.Tales enim inepti sunt ad pueros gignendos:nam neq; pudenda inter se adaptare possunt,& uiri parum seminis emittunt,& mulierib.menses pauci feruntur, quum maxima alimenti pars in pinguedinem transeat.Cæterum quomodo pingues se gerere debeant,Sermone quarto de carnium subuersione diximus.Conuenit & cibos ac potus uenerem stimulantes ac semen generantes assumere,atque tales sunt qui calfaciunt & inflãt. Vinum igitur aquæ præferendum est.Et ex oleribus prodest horminum, eruca,& irio,ac similia. A ruta uero mentaq; ac calamintha penitus abstinendum est:menta enim semen quidem multum,sed debile ac languidũ gignit. Ruta uero corrumpit.Illud aũt obseruandum est, lunari purgatione appetente oportunissimum concipiendi tempus esse.Tunc ergo mulieri ex uberiore alimento aliquid detrahendum est,& cibus moderatus, attenuans,

tenuans,ac boni succi exhibendus.Omnibus tamen alimentis ammiscenda sunt quę purgatiões irritare possunt:uelut sunt olera odorata & acria,scandix, cretheon,fœniculum,gingidium,apium,smyrnium,asparagus palustris,& similia:spes est enim probe purgatam priusquam uterus refrigeretur concepturam esse: quod si à concubitu conceptionis notæ apparuerint, spes rata erit.Conceptionis notæ sunt,si uteri os claudatur ac siccum est,& à pudendo recedit.Immo peritiores fœminæ post semen immissum, uterum moueri percipiunt:mouetur enim ad genituræ complexum.Quibusdam præcordia exiliunt,aliis oris uẽtris dolor ac exoluitio cum uoluptate quadam accidit. Est & hoc non exiguum indicium,si mulier urinæ stillicidio uexatur,quod præcipue patiuntur,quæ primũ concipiunt,& quæ menstruas purgationes integre nõ exegerunt,quanquam idem etiam aliis usq; ad septimum diem aliquatenus accidit. Post septimum autẽ obscura quædam picæ signa oboriuntur, acidorum ac salsorum desiderium,uertigines,pallor,somni longiores.Eodem etiam tempore menses citra molestiã detinentur. Mas autem uehementius ac uelocius in dextera parte magis mouetur: Fœmella debilius & tardius,atq; in sinistra. Atq; hactenus de præseruatione dictũ sit. Nunc quomodo singulæ affectiones conceptionem impedientes curandæ sint,dicetur.

Frigidioris uteri signa ac curatio. Cap.XXVII.

Si mulier ob uteri frigiditatem non concipit, exercitiis omniq; fomentorum genere calorem reuocet: neq; incommodum fuerit castorium,cuminũ,anisum, pulegium,& alia huiusmodi bibere, & singulis piper ammiscere. Vtilius tamen hoc medicamento purgabitur.Epithymi,euphorbii,piperis,dauci, petroselini, singulorum æquales portiões bibat,sit autem totum drachm.ii.hoc & aluum ducit,& uuluam calefacit,ut multis prius nõ purgatis hinc mẽses eruperint.Quod

si purgatio per inferna non suffecerit, uomitus quoq; prouocetur origani aut thymi decocto ante & post cibum, omni studio adhibito ut pituita euacuetur. A uomitu uero castorium & prædicta semina bibat. Vteri uero fométa fiunt per suffitus & uapores, arundine ollæ operculo perforato inserta, ita ut uapor intra pudendum excipiatur: fiunt etiam per affusiones aquæ calidæ, in qua decocta est artemisia, saluia, ruta, cuminum, pulegiũ, cyperus, acorum. Possunt & hæc singula pectini imponi cataplasmatis modo. Confert & polyarchium epithema & quod Amythaoni inscribitur, & reliqua huiusmodi. Pecten item ac coxæ irino & amaracino ac cyprino oleo perfricentur. Et pessus ex myrrha, ruta, galbano & castorio paratus uuluæ subdatur. Possunt etiam aliquando ualidiora admisceri, uelut est piper, sal, fel bubulum. Validum est elaterium, sed minime molestum. Fiant quoq; ex aqua mulsa, aut marina per se, uel aceto admixto fomenta. Prædicta tamen medicamenta molli lana excepta adhibeantur, ut ne corpus mordeant, & exulcerationem faciant: neq; difficile est ipsorum quantitatẽ metiri: pro affectionum enim magnitudine ac diuturnitate, medicamenta sunt augenda aut minuenda, mora item longioris aut breuioris temporis trahenda in ipsorum usu. Cæterum uterorum frigiditatem ex mensibus suppressis coniectamus. Neq; enim præ nimia crassitudine commode deferuntur. Sed & stupidus sensus circa pectinem, lumbos, ac crura ꝓcipitur. Aliquæ etiam penitus crurum impotẽtes sunt. Quod si prorsus perfrigeratæ fuerint, ne uenerem quidem appetunt, & uteri osculum contractum habent. Atq; hæc de uteri frigiditate sufficiunt.

Calidioris uteri signa & curatio. Cap. XXVIII.

Vterorum caliditas ex reliqui corporis caliditate coniectatur, & ex mensium paucitate cum dolore prodeuntium, ita ut pudenda mulieris exulcerét. Sed

& quæ prodeunt nigriora sunt, & ob nimiam punctu ram nullum ordinem seruant. Sequitur etiam ad hanc temperaturã insignis salacitas, & totius corporis siccitas. His itaq; conueniunt humectantia ac frigefaciẽtia, qualia sunt ex oleribus quidem lactucæ, maluæ, blitum, cucumis, cucurbita, pepo, atriplex, & portulaca. Item alii consimiles cibi. Vinum uero tenue sit, & album, ac aquosius. Somnus autem longior, & aquarum dulcium balnea. Ad uesicam uero, & summum uentrem ac lumbos, frigefacientia adhibenda sunt, uelut est solani aut umbilici ueneris succus: rosaceo ammixto lana exceptus. Idem & in pudendum commode subditur. Mercurialis item lumbis ac pectini imposita, utero calidiori prodest. Spuma quoq; argenti & cerussa cum aqua trita. Horum autem omnium quantitatem recte metieris, si semper singula multum posse arbitratus, perfrigerationis excessum caueris.

Humidioris uteri curatio. Cap. XXIX.

Quæ ob uteri humiditatem non concipiunt, eas sicciore diæta uti conuenit, multumq; exerceri ac fricari, & euacuationis ac uersiõis gratia aliquãdo post cibum, aliquando ieiunas uomere, & moderato cibi usu reficcari, & carnes assatas potius uigentium ætate animalium, ac pisces duriores comedere, & uinũ potens meracum quidem, sed parcius bibere. Sicca etiam fomenta crebro: balnea uero raro adhibenda sunt. Cæterum qui statim à principio reficcantia ac adstringentia utero adhibent, non parum lædunt: cohibita enim materia ad principales partes decurrit, uerum ubi totum corpus purgatum fuerit, tutius deinde utero adstringentia corroborantia adhibentur. Quale est lentisci decoctum, & myrti, ac rosarum, & rubi terrerorum uirgultorum, & polygoni fœminæ decoctum: mas enim gramini magis similis est, flore puniceo, foliis rutæ similibus, semine intra folia pu-

sillo. Poterit tamen etiam huius decoctum ieiunæ cō-
mode in potum dari. Ad nimiam quoq; uteri humidi
tatem huiusmodi potiones conueniunt. Myrti baccas,
aut malicorium punici dulcis, cum uino terito ac exhi
beto: aut auellanas nuces ustas cum uino tritas propi
nato. Hoc autem epithemate utendum est. Psyllium tu
sum, & palmularum carne cum aqua mulsa trita exce
ptum apponito. Aut mala cotonea similiter palmulis
excepta adhibeto.

Siccioris uteri curatio. Cap. XXX.

Mulieri quæ ob uteri siccitatem non concipit, humi
diora alimenta exhibenda sunt, & reliqua uictus ratio
humidior constituenda. Toto enim corpore humecta
to, uterus quoq; eadem qualitate participabit.

Diuersarum affectionum ob quas mulieres
non concipiunt curatio. Cap. XXXI.

Si propter humorum crassitudiuem mulier non con
cipit, humorem considerare oportet, & mordentem
sero lactis purgare, heminis quinq; paulatim exhibitis.
Cibos item boni succi offerre, & uomitū per interualla
ciere. Pituitosos autem & aquosos humores, labori
bus & exudationibus ac uomitibus crebris euacuare
oportet. Quandoquidem uero etiam flatus in utero
existentes, conceptionem impediunt, & flatus ab im
perfecta cōcoctione fiunt, primum quidem parcior ci
bus exhibendus est, deinde danda quę flatus expellūt,
uelut est ruta, cuminum, anethum, ac reliqua familiaria
semina, & pleraq; aromata, quæ etiam subdi possunt,
præsertim ruta cum melle ac modico nitro. Possunt
ex iisdem etiam fomenta parari, & cataplasmata ac ce
rata, ad pubem imponenda. A leguminibus autem &
eduliis dulcibus ac flatuosis omnibus abstinēdum est.
Si uero concluſi fuerint uteri, odoratis perfusionibus,
& mollitoriis ex adipe anserino paratis aperiēdi sunt.
A mollioribus tamen insessionibus ac perfusionibus
incipiendū est, ex malua, semine lini, ac fœno græco,

& oleo, & aliquando melle paratis. Deinde ad ualidio
ra transeundum, artemisiam, conyzam, calamintham,
pulegium, amaracum & chamæmelum. Atq; his adii
ciendum est irinum ac cyprinum oleum, ac mel, myr
rha uero troglodytica, terebinthina, nitrum, casia, cari
carum carnes, ungentum amaracinum, & huiusmodi
subdantur. At uero his quæ ob uteri os nimium hians
non concipiunt, conueniunt uictus, & fomenta, ac me
dicamenta sicciora ac adstringentia. Talia sunt gallæ
decoctum, cytini, lentiscus, rubi radix, myrtus & eius
modi. Vteros uero distortos mollientibus fomentis
dirigere ac corrigere oportet: fomenta enim ad hoc
maxime faciunt, & pessos molitorios subdere. Quin
& specillo & digito correctio eorum facienda est. Ma
xime uero pulegii & artemisiæ decoctum, & castoriū
è posca potum, utero distorto conferunt, & tota cura
tio ad uteri declinationem postea referenda. At si per
aliquorum pharmacorum adhibitionem, quæ concep
tionem prohibent, mulier non concipiat, eius phar
maci facultas consideretur, nunquid humoris attra
ctione semen eluerit, aut flatuum multitudine idē eie
cerit, aut per adstrictionem os uteri obtutauerit ac
seminis accessum interceperit. Et deinde singulis affe
ctionibus succurratur, perfusionibus ac insessionibus
congruis. Hæ uero maxime utiles fuerint, si oscu
lum & acetabula uteri fuerint adstricta. Pinguia etiam
cuncta ac fomenta adhibenda sunt, & quæ humidi
tates attrahere possunt. Cæterum medicamenta ste
rilitatem inducentia, quum uasa uteri excæcent, incu
rabilem plerunq; affectionem faciunt. Et tamen non
statim omnes uires adimunt: quædam enim potio
nes cæcitatem curabilem inducunt, cui si protinus
subuenias mederi possis. Quem ad modum enim
lethalia uenena uomitu, aut clysteri, aut medicamen
to congruo exoluuntur, temporis uero progressu
nullo modo corrigi possunt, sic & quæ ualidam ste

tilitate inducunt, aliquando depellere datur, si statim opem feras, si uero diutius perseuerauerint, incurabilia euadunt. Porrò ulcera & inflãmationes uteri quomodo curare oporteat: item carnis excrescentias, thymosq; ac tunicas auferre, singula suis locis ex ordine dicentur. Superuacuum est enim eadem sæpe dicere. At uero si nulla re infesta, nec in utero, nec in reliquo corpore apparente, incertum fuerit cur mulier non concipiat, asinino lacte ipsam purgabimus, cibisq; boni succi alemus, & fomentis suffitionibusq; odoratis, & pessis subditis, uteri os aperientibus, & sanguinem attrahentibus utemur, ueneremq; per duos aut tres menses prohibebimus.

Potiones, pessi, & suffitus ad conceptionem. Cap. XXXII.

Merculiaris cum castorio, item absinthium, tribus aut quatuor diebus consueto mensium tempore in potu exhibeto. Est & hæc potio ad conceptũ efficax. Salis ammoniaci drac.ii. saluiæ, cumini, singul. drac.i. omnia simul p triduũ menstruis desinentibus cũ uino præbeto. Alia. Nigellæ, salis ammoniaci, sing. drac.i. cyperi drac.vi. simul terito & in quatuor partes diuidito, & unam singulis dieb. cum uino bibendã dato, menstruis desinentibus, & postea cum uiro congrediatur. Sed & uirum strenuam operam nauare oportet, interimq; à uenere abstinuisse, & boni succi cibis nutritum esse. Pessi uero subscripti conueniunt, præsertim si ex humorum mucositate infœcũdæ fuerint, posterisq; ex his, congruum singulis affectionib. medicamentum eligere. Pessus Asclepiadæ, utero purgãdo idoneus. Cyperi, nitri: aluminis scisi, myrrhæ, thuris, croci, spumæ nitri, mellis, æquales portiones cũ modico pipere tritas melle excipe, & pessum inde tenui linteo aut lana pura inuolutũ ac rosaceo imbutũ, mulieri prius elotæ subde. Vtere etiam elotione purgatoria admiranda supra ad bimestrem aut trimestrẽ fœtũ

abortientes descripta, ex colocynthide & oleo irino.

Alius pessus purgatorius. Succi cyclaminj, medullæ colocynthidis, nitri rubri, mercurialis, singul. drac. iiii. myrrhæ drac. ii. omnia seminis lini decocto excipe, & utere post menses purgatos uelut dictum est. Alius. Medullæ colocynthidis, myrrhæ, nitri, cumini Æthiopici, sing. unc. i. excipe carne caricarũ, & utere post mẽstruam purgationẽ. Alius. Anisi cardamomi, nitri, aristolochiæ, pulegii, fœni græci, carnis caricarũ pinguium, sing. drac. ii. arida terito & cribrato. Carnes autẽ caricarum passo subigito, eisq; arida excipito, & in cornea pyxide seruato. Deinde usu expetẽte colũbini oui magnitudine accipito, & irino oleo madefactum ad uteri osculum subdito. Huiusmodi pessi mucosos humores educunt. Sufficiente uero purgatione facta, insessiones adhibeantur. At uero quoniam non ea solum quæ uterũ purgant conceptioni cõferunt, sed alia etiam medicamẽta ad parandã fœcũditatẽ descripta sunt, ea itidem iuxta ueterũ traditionem subiũgemus.

Pessus ad cõceptionem idoneus. Coaguli leporis partes ii. aluminis scisi partẽ. i. melle excipito, & pessum formato, ac utitor ubi prius uterus per prædicta fuerit purgatus. Alius. Seminis satyrii, mellis singulorum sexuncem in pessum efformato: aut ueficã felis dorcadis aut hirci euacuato, & ex uiscoso intus reperto pessum formato, & paululum ante congressum subdito, aut penem ex eo illinito. Aut purpuram ueram hircino felle imbutam, mulieris umbilico per septem dies imponito, & deinde crescẽte luna uiro cõgrediatur. Alius. Dorcadis, hœdi, leporis coagulum, & fel, cum sanguine & adipe agnino, & medulla ceruina, post purgationem subdito. Nardini etiam ac rosacei olei aliquid addito. Alius, quo Asclepiades in nobilibus fœminis utebatur. Myrrhæ drac. iiii. iridis, stercoris leporis, singulo, drachm. ii. cum aqua in collyria efformato ac subdito menstruis desi-

nentibus. Et postea cum uiro misceatur. Alius. Aluminis scisi,rhois rubri,sing.drac.ii.myrrhæ drac. i.croci obol.ii.terito ac melle excipito. Vsit autem postulante,medicamenti gallæ paruæ quãtitatem accipito,& hoc molli lana exceptum ac rosaceo imbutum,post mensium declinationem subdito,& per triduum finito,donec purgatio fuerit peracta.Tertia uero die mulier lauet,& locis rosaceo illitis cum uiro concumbat. Alius. Leonis,aut ursi, aut hyænæ, aut taurini fellis ueficam euacuato,& in ipsam olei rosacei,nardini,irini,mellis,æquales portiones indito, omniaq; simul ad calidum cinerem unita seruato, ac utitor post mensium purgationem ante concubitum. Alius. Fel piscis per se uel cum melle subdatur. Aut uerbenacæ rectæ succus cum butyro, desinente lunari purgatione supponatur. Alius lenissimus. Radicis altheæ purgatæ ac lotæ quadrantem contundito, & in olei sextario torreto. Deinde abiectis radicibus, adipis coturnicis sexuncem, ceræ sextantem ammisceto. Ego uero trientem ceræ ammisceo, & similiter in pesso subdo. Amuletum naturale. Ossa quæ in corde cerui reperiuntur,sinistro brachia adalligata,arcana quadam naturæ ui conceptionem iuuare creduntur. Suffumigium ad conceptionem efficax.

Bitumen,pilos leporis,rutam aridam,simul terito, & cum cera præmollita in pastillos formato,& super stercore bubulo suffito. Aliud obstetricis. Sandaracham tritam cum cupressi ramentis,sufficienti cera pastillos cogito,eosq; super bubulo stercore statim post mensium purgationem quatuor diebus suffito. Aliud eiusdem. Caprini cornu ramenta oleo conspersa peractis mensibus suffito,& locis adhuc calentibus mulier cum uiro congrediatur. Ad mares generando. Si uir dextro pede fascia candida uincto cum muliere coeat, marem ut ferunt generabit. Si uero sinistrum pedem colorata fascia ligarit,fœmellam. Tradunt etiam satyrii ac serapiadis radicem solidiorem salaces facere & masculis generandis prodesse, fiaccidiorem uero contrarium efficere.

De lactis defectu. Cap. XXXIII.

Hæc affectio infantibus magis quàm mulieribus grauis est. Quapropter Sermone quarto ubi de puèris tractauimus, conuenientem curationem tradidimus,facit autem naturaliter lapis galactites pro amuleto adalligatus,& aqua dissolutus ac potatus.

Ne lac in mammis coeat in grumos. Cap. XXXIIII.

Vt ne lac in mammis puerperarum in grumos coeat,ab adultis ac peritis mulieribus leniter exugantur,& mammæ cyprino oleo,cum ouo & croco illinantur. Aut fœni græci succum,aut cumini decoctum cum modico croco oblinito. Aliud. Ceræ unc. i.portulacæ sesquiunciam,cum oleo sesamino illine, ac utere uelut probato. Lac ẽt instar casei coagulari in mãmis prohibet cera alba in pilulas redacta,& quoti die magnitudine triũ erui granorũ exhibita.Cæterum Soranus mãmas assidue dolentes,neq; à mulieribus, neq; ab infantib.exugi oportere affirmat, & suctione plus materiæ attrahi asserit.Probe ẽt facit terra cimolia cũ aceto aut aqua,& oleo rosaceo imposita.Et cãdidi marmoris aut candidorum lapidum ramenta similiter adhibita.At si amplior fuerit plenitudo, & ob id mulier grauetur ac doleat:lentes aqua marina aut muria coquito, & cum decocto quidem mammas abluito,ipsas autem lentes contusas imponito. Confert item apium & mentam, & fel bubulum præsertim illinere aut imponere. Aliud. Fucum tinctorium terito,& cerato excipito,& adhibeto ac singulis diebus bis permutato.Sit autem fuci triens,ceræ quadrans,olei myrtei dextans. Aliud. Follinis thuris drac.x.ceræ dextantem, pumĩcis unc.xx.olei rosacei

unc.xx.utere eodem modo. Aliud. Lapidis asii,ce-
ræ,singulorum sextantem,olei rosacei, aut cicini bes-
sem, præpara ac utere bis in die permutando. Lac
enim abolet,& inflammationes sedat. Quod si asius
lapis defuerit, pyrites succedat pro ipso. Præstat &
aqua marina aut muria assidue fouere.

De coagulato in mammis lacte, & iisdem turgenti-
bus ob lactis redundantiam. Cap. XXXV.

Ad hæc uitia in principio leniter reprimentibus
utendum est,uelut est spongia pura posca imbuta, &
palmulæ cum pane & posca tritæ, deinde uincire ac
moderate constringere oportet:quod si lac restingue
re malueris,alumen & psyllium cum aceto & corian-
dri succo:aut lapidem pyriten cum rosaceo & aceto
adhibeto. Ad coagulationē uero lactis priuatim fur-
fures in aceto coctos cū rutæ decocto imponito, quū
primum lac gignere incipiunt. Idem facit menta po-
lentæ,ammixta,& iuglans cum ruta ac melle, & ricini
folia trita, & cuminum priuatim, uel cum polenta, &
capita papaueris cocta cum melle,& crocus cum la-
cte,& muriæ fomentum,& apium uiride impositum,
quod etiam grumos lactis dissoluit. Vtendum & cera
tis ad grumos descriptis.

De uitiato lacte mammas lædente. Cap. XXXVI.

Lac uitiatum aliquando mammarum uasa exulce-
rat:quem ad modum itaq; in reliquis partibus uitiati
humoris peculiares destillationes efficunt: salsa enim
lachryma oculum mordet,& acres excrementitiæ su-
perfluitates intestina erodunt. Ita & lac in mammis ui
tiatum,scabiem,panos & papularum eruptiones pro
ducit. Vlcera ergo hic enata,simili modo iisdemq; re
mediis,quibus cætera totius corporis ulcera curātur.
Ipsi tamen lactis uitiationi primum succurrādum est:
cuius improbos colores,subalbidū,nigricantē, flauū,
subfuluū,aut uiridē,hac arte deprehēdemus. Tenuia
ac candidissima linteaq; frusta eo lacte imbuta in um-

bra siccabimus,& in his postea quantum lac à natiuo
colore discessit speculabimur. At uero uirosum ne sit,
aut alias fœtidum:ex olfactu cognoscemus, sicut sal-
sedinem,amaritudinem,acorem, insipiditatem, gustu
dinoscimus:tenuitatem uero ac crassiciem,lubricitatē
item ac lentorem ex ungue probabimus:si enim gut-
ta eius ungui instillata non decurret,nec uelut mel aut
gluten adhærebit,lac bonum esse iudicamus. Aliqui
pilo probitatem lactis experiuntur,nam si pilus lacte
madens suspendatur,& lac derabitur, aut unæ parti
guttula adhæret,lac reprobandum est: Si uero totum
pilum circumsidet optimum esse confitentur. Alii lac
per coagulum concretum digitis exprimunt: deinde
seri ac casei mensuras expendunt. Postq; igitur cuiusq;
lactis uitium cognouerimus, recta uictus ratione id
corrigemus,purgationesq; prorsus recusabimus,præ-
sertim si nutrices semp eo uitio laborare nouerimus,
quandiu lactauerint. Priuatim itaq; eas quæ salso hu-
more abundant,balneis & uini diluti potione cura-
mus. Deinde copiam lactis uino mulso & aceto mul-
so reuocamus, & in cibo exhibemus lac ex aliis ani-
malibus probatissimum,quod forma & similitudine
humani lactis speciem refert. Est autem omnino rectæ
diætæ eo amplius innitendum,quod scimus hoc ui-
tium solo alimento bono nō difficulter curari posse.
Neq; negligentia est hæc curandi ratio. Sæpe enim
infantes eiusmodi lacte corrupti ad ultimam pernicie
deueniunt. Ad panos & scabiē māmaq;, myrrham cū
oleo sampsuchino tritā,uelut maximū remediū illini
to. Ad coercēdas aūt uirginū ac reliquaq; mammas,
æruginē ferri cū oleo omphacino aut uino subactam
adhibeto. Aut cicutæ semē cum foliis tritum illinito.

Ad māmas inflāmatas. Philumeni. Cap. XXXVII.

Sesamum tritum butyro ammixto moderate tepe-
factum,quotidie bis imponito. At si inflammatio p-
seuerauerit, medullæ panis aqua madefactæ ac tri-

tæ partes ii. perdicii herbæ seorsim tusæ partem i. ce-
rati liquidi partem unam & dimidiam simul subigito,
& bis in die adhibeto. Idem etiam post eruptionem
absessus usq; ad perfectam sanitatem conuenit. Vte-
re etiam hoc uelut probatissimo. Foliorum hyoscya-
mi recentium, ceræ, colophoniæ, adipis porcini recen-
tis, olei, æquales portiones, liquabilia liquefacito, &
foliis tritis admisceto. Pharmacum Iuniadæ, ad om-
nes inflammationes, præsertim mammarum. Olei
antiqui lib. iii. ceræ quadrantem, colophoniæ, adipis
suilli, singulorum sesquilibram, spumæ argenti libr. i.
pollinis tritici, seminis lini, cerussæ, singulorum sexun-
cem, thuris sesquiunciam. Aliud eiusdem. Spumę
argenti, cerussæ, singulorum drachm. vi. thuris sesqui-
unciam, ceræ, colophonię, singulorum sexuncem, adi-
pis gallinacei lib. i. pollinis ordeacei sesquiunciam, suc-
ci seminis lini dextantem, olei communis trientem.
Spumam argenti, cerussam, & thus cum modico suc-
co terito, deinde cum residuo succo pollinem ordea-
ceum subigito, & ita per duas aut tres horas finito,
postea omnia ammisceto, & cerato excipito. Aliud
ad inflammationes plurimum prurientes, ac rubicun-
das. Cerussæ, spumæ argenti, mellis, butyri, ceræ,
adipis gallinacei, singulorum sexuncem, thuris sextan-
tem, rosacei unc. i. Spumam argenti & cerussam cum
rosaceo coquito, & reliquo liquefacta adiicito, & uni-
tis mel addito, & ab igne amotis thus admisceto ac
utitor. Aliud ad inflammationes, quo utor. Te-
nerorum solani foliorum quantum satis esse uidebi-
tur coquito & terito, & mellis sexuncem admisceto.
Postea uero emplastri parhygri, ceræ, singulorũ sex-
uncem accipito, olei unc. i. omniaq; simul unita reli-
quis admisceto, & loco prius eloto apponito. Hoc
mammarum inflammationes per exudationes pluri-
mas discutit. Vtere & medicamento ex feride ad se-
dis affectiones præparato, & aliis huiusmodi. Facit

hoc & ad igneas mammarum inflammationes. Ce-
ræ, colophoniæ, olei, singulorum lib. i. foliorum pa-
paueris cornuti quadrantem: liquata foliis tritis am-
misceto. Tradunt & leporis coagulum cum aqua
tritum ac illitum, omnibus tumoribus mammarum,
& affectionibus ob lactis redundantiam obortis pro-
desse. Ad profundas mammarum duricias.
Sphondylium herbam, & asphodeli radices uino co-
ctas imponito: aut terræ intestina cũ malis cotoneis:
aut cancros fluuiales cum ouo adhibeto, hoc & lac
extinguit.

Ad induratas mammarum inflammationes.

Philumeni. Cap. XXXVIII.

Semen lini, aut fœnigræci, aceto mulso coctum im-
ponito: aut sesamum illotum modice tostum cũ mel-
le terito, & calidum apponito: aut stercus caninum al-
bum terebinthina exceptum adhibeto. Aliud opti-
mum. Spumæ argenti lib. ii. strigmentorum balnei
in quo uiri solum lauantur lib. iiii. colophoniæ, ceræ,
singulorum bessem, squamæ æris sextantem & semun-
ciam. Aquæ marinæ aut muriæ libr. i. squamam aqua
marina sufficientibus diebus terito, & adiecta argenti
spuma ac strigmentis, ad probam compagem coqui-
to, deinde ceram & colophoniam liquefactas adiici-
to, & ablatum ab igne medicamentum frigefacito,
manibus subigito ac utitor, inter coquendum autem
cum arundinis radice uersato, donec non amplius in-
quinat. Facit & ad collisa, fracta, ulcra antiqua, condy-
lomata, oleo dilutum & adhibitum. Vtere etiam em-
plastro dyonysia, superiori Sermone descripto, quod
habet terebinthinam, mannam thuris, spumam nitri,
oleum antiquum, ceram, singula põderibus isthic ad-
scriptis. Nec minus conuenit piscatorium.

De mammarum abscessu. Cap. XXXIX.

Inflamatione & duricia perseuerantibus, & ad ab-
scessum progredientibus, spe discutiendi sublata, ma-

turantibus auxiliabimur: nos tamen mammarum inflammationes iam in pus transmutatas, per dyonysiã emplastrum supra relatum frequenter discussimus: totus enim humor ab ipso per occultos meatus transpirat, & duricies euanescit. Probe facit & suluum piscatoris, citra acetum paratum Et nigrum Asclepiadæ. Quæ omnia si parum ꝓfecerint, chirurgia opus erit. Reliquæ igitur mammæ partes tuto inciduntur, si putrida corpora reperiuntur: uerum locus circa papillã lunari sectione exacte incidendus est, ut per sectionẽ quidem abscessus profunditas denudetur. sed papilla conseruetur, innaribus quidem formæ gratia, in fœminis uero præter formam, ut ne lactandi facultas intercipiatur. Peracta chirurgia linamenta sectioni indantur, & omni modo obseruetur ne plaga linamentis nimium obturetur: huic enim sæpe fistula inducitur. Postea tertia die suppurationi studendum est, deinde his quæ repurgare possunt, postea resiccantibus ac glutinantibus. Bene autem facit ad hæc emplastrum suluum piscatoris, citra acetum paratum. Et suluum Galeni ad maligna ulcera supra præscriptum. Est autem his spongia ex uino expressa superponenda. Prodest etiam nigrum è lolio prẽparatum. Euacuat enim & glutinat. Magistriani ad mammarum abscessus. Intestina terræ cum polenta terito & imponito.

De mammarum fistulis. Leonidæ. Cap. XL.

Aliquando rupto abscessu si mamma non fuerit recte curata, fistula consequitur, & sanè fistulæ isthic ortæ plerunq; in carnem desinunt, rarissime ad os, nisi diutius duraverint. Has itaq; congruis primum medicamentis curare conabimur, quale est quod ex lolio prꝫparatur. Sed & hoc emplastrum peculiariter prodest, quod & in mammarum abscesſib. atq; omni tuberculorum genere, pus per occultos meatus educit, & prope incidendos abscessus discutit, & foris impo-

situm fistulas efficacissime deficcat: papillam tamen semper ab eo medicamento adseruare oportet. Spumæ argenti, olei, singul. lib. i. aquæ sexuncem, ammoniaci thymiamatis, pyrethri, singulorum sexuncem, resinæ pinus trientem, colophoniæ unc. i. spumã argenti, oleum, & aquam simul ad prunas coquito, donec non amplius inquinent. Deinde ammoniacum cribratum inspergito, eoq; soluto resinas adiicito, & ablato ab igne pharmaco pyrethrũ addito, subigito ac emollito, & imponito, lana sicca superposita, ita ut papillã uelut diximus non contingat. At si perseuerarit fistula, nucleo specilli attollatur ac incidatur, quatenus in profundum specillum fuerit progressum, & quicquid duri ac calloſi inest amputetur. Et facta incisione emplastrum adhibeatur repurgans, deinde reſiccans & ad cicatricem perducens.

De mammarum nomis. Cap. XLI.

Nomæ mammarum perfusionibus ac cataplasmatis curantur ad reliquas nomas descriptis: uerum ad muliebrium mammarum ac pudendorum nomas ac putredines, & alia huiusmodi facit hoc medicamentum. Rhois coriarii lib. i. pilularum cupressi recentiũ tantundem, gallæ omphacitidis sesquilibram, uini austeri lib. xx. Hæc solida per triduum macerato, deinde cum uino ad dimidias coquito, & cupressi ramo uersato. Postea ad horam quiescere sinito, ac deinde excolato, & rursus ad mellis compagem coquito. Atq; ita paratum pharmacum in uase uitreo seruato. Vsu uero expetente, si exterſiõe opus fuerit melli admisceto, si uero uim obducendi meatus augere uoluerit, lac adiicito.

De exedentibus mammarum ulceribus. Cap. XLII.

Phagedænicũ & exedens ulcus à cancerato differt, eo q̃d circũsitas partes nõ ita duras, neq; uenas uaricosas habet, neq; ita ad fundũ preptat. Sed & oĩs phagedæna medicamentis cedit. Maligna uero & efferata

ulcera medicamentis magis exacerbantur. Ad exedẽtia itaq; ulcera compẽdiariam curam adhibere oportet, calloſorum uidelicet labiorum exciſionem, ita ut eadem labia ignitis cauteriis inurantur. Nam ſic & ſanguinis eruptionem coercebimus, & tutiorem medicationem peragemus. Poſtea uero medicamenta ad mammarum putrefactiones commoda adhibeantur, infra ad cancros deſcripta.

De cancris mammarum. Archigenis & Leonidæ. Cap. XLIII.

Cancerati tumores circa mammas frequentiſsime generantur, & mulieres magis quàm uiros inuadunt, & ex illis eas quæ amplas ac carnoſas mammas habent. Veteres autem ulcus canceratum, malignum ac ferum appellabant, & cancerati ſanè appellatio à cancro animante tranſſumpta eſt: ſunt enim ea animantia aſpera & dura, & ſi quid forcipib. ſuis ceperint, haud facile auelluntur: his itaq; canceratus tumor ſimilis eſt. Nam & prominet, & ad tactum renititur, & diffi culter tractabilis eſt. Maleficum autem & ferum ulcus à feris ac malignis animalib. cognominatur. Eſt enim proteruum, & curatione efferatur, & manuum tractatione exacerbatur. Duæ uero ſunt ſupremæ cancrorũ differentiæ. Quidam enim ſine ulcere, quidam cum ulcere conſiſtunt. Qui ſine ulcere ſunt ab omnibus ferè ueteribus. Occulti appellantur. Philoxenus tamen cancrum occultum priuatim nominauit, qui in utero ac inteſtinis eſſet. Cancro itaq; non ulcerato in mamma exiſtente, tumor apparet ingens, ad tactũ renitens, inæqualis, inſtar feræ ſæuus, penitiſsime pertinaciter inſertus, radices longe lateq; extendens, & uenis circumfitus uelut illigatus, quas circumcirca uaricoſas habet, colore cinericius ad ruborem uergens, & aliquando ſubliuidus, & uidentibus quidem mollis apparet, tangentibus autem duriſsimus eſt, ut uiſui hac parte non ſit credendum: dolorem autem induc-

it pungentem late ſe extendentem, ut ſæpe per conſenſum, glandularum malignas inflammationes ſub alis excitet. Pertingunt etiam dolores uſq; ad clauiculam & ſcapulas. At uero exulceratus cancer aſſidue erodit, & ad profundum perfodit, nec ſiſti poteſt, & ſaniem emittit omni ferarum ueneno deteriorem, copia & odore abominabilem. Adſunt & huic dolores pungentes. Atq; hic præcipue medicamentis ac manuum tractatione exacerbatur.

Qui cancri curatu faciles, & qui difficiles. Cap. XLIIII.

Cancros in pectore obortos omnino deploratos eſſe ſcito, quem ad modum & eos q̃ in capite, collo, humeris, ſub alis, & in inguinibus generantur: ſunt enim & hi incurabiles. Nam præterquam quod perfecte tolli non poſſunt, ſanguinis eruptionis timor incumbit, ne ex ea æger inter manus pereat. Eos uero qui papillæ ſummitatem occupant, affectæ partis amputatione facile curaueris.

Cancri chirurgia. Leonidæ. Cap. XLV.

Ego quidem in cancris in pectore obortis chirurgia uti ſoleo, quæ ſic fit. Ægram ſupinam decumbere facio. Deinde ſupra cancrum partem mammæ ſanam incido, & inciſam cauteriis inuro, donec cruſta inducta ſanguinis eruptio ſiſtatur. Mox iterum incido & profundum mammæ diſſeco, ac rurſus partes inciſas uro, ſæpeq; idem repeto, & ſecans, & ſiſtendi ſanguinis gratia inurens. Item enim ſanguinis eruptionis periculum enitatur: poſt amputationẽ uero integre peractam, rurſus partes omnes ad reſiccationem uſque inuro. Et primæ quidem inuſtiones ſiſtendi ſanguinis gratia fiunt. Poſtremæ uero ad omnes morbi reliquias abolendas. Sæpe uero etiam citra inuſtionem opus perfeci, ubi induratus tumor cancri generationem minans in mamma fuit: tali enim affectioni amputatio uſq; ad ſanam partem ſufficit, quum nullum

hic periculum eruptionis sanguinis immineat.

Cancri curatio post amputationem & inustio-
nem. Cap. XLVI.

Post amputationem si inustio facta non est, linamen
ta ulceri indemus, deinde suppurationi studebimus, &
deinceps ad reliquam curationem resiccatoriã pro-
grediemur. Si uero post chirurgiã locos inusserimus,
aliquando solo cataplasmate ex plantagine, aut poly-
gono, aut sesamo trito utimur. Aliquãdo etiam panis
medullam alicui ex prædictis ammiscemus, & supra
cataplasma linteum aqua madefactum adhibemus.
Citra dolorem uero crustas aufert lac melli ammixtũ
ac illitum. Continendæ autem sunt ægrotæ in domo
calida: omnis enim frigiditas ipsis infesta est, præcipue
quo tempore ulcera repurgantur: tunc enim maxime
conuulsionis periculum imminet. Secunda uero aut
tertia die exoluto medicamento, tepida aqua locum
perfundimus, & lenticulam cocta cum modico melle
imponimus: mellis enim uim exacerbandi formida-
mus, deinde foliis uitis aut lactucæ foris impositis de
ligamentum adhibemus. Neq; ab horum usu discedi-
mus donec crustæ exciderint, postea linamenta indi-
mus, atq; in his tum acria, tum pinguia medicamenta
uitamus. Vtraq; enim malum renouant. Quapropter
soleo muliebri aut asinino lacti rosaceum ammiscere,
& ex eo madefacta linamenta indere, & pro linamen-
ti conseruatione linteum lene ac simplex eodem lacte
imbutum forinsecus obligare. Nam plurium linteo-
rum onus graue est in hac affectione. Et suppurationis qui
dem tempore rosarum amplius sit: dum uero repur-
gamus, lac excellere debet. Quod si res urgeat, meli-
lotum cum rosaceo & aqua aut lacte muliebri cata-
plasmati exterius adhibendo ammisceatur. Cerata
enim & nimis elaborata cataplasmata, huiusmodi af-
fectionib. sunt aduersa. At si arido aliquo opus fuerit
spodium pompholygis probe lotum ac siccatũ, aut

cadmiam ter ustam & rosaceo extinctam, & postea
probe lotam ac resiccatam inspergito. Toto uero cu
rationis tempore à uino & cibis ægre concoctilibus,
& frigidæ potu abstinendum est. At dum ulcus ad ci-
catricem ducitur, diligenter studebimus ut totius cor-
poris firmus reddatur habitus, & ut bono succo im-
pleatur, id quod bonis alimentis, exercitiis, gestationi
bus, ac reliquis eiusmodi corpus reficientibus facere
oportet.

Cancrorum curatio citrà chirurgiam. Cap. XLVII.

Primum uelut sæpe diximus, ante cuiusq; maligni
ulceris curationem, totum corpus curare oportet, de-
inde localia auxilia adhibere. Aluus itaq; conuenien-
tibus alimentis, & aloe, uel picra ex aloe præparato
pharmaco soluatur, & quæ uenenis resistunt assidue
exhibeantur, uelut est theriaca, mithridatieũ antidotũ,
& quod ex sanguinib. constat. Ex simpliciorib. aut an-
seris aut anatis recens iugulatæ sanguis calidus in po
tu detur. Aut trifolii bitumen olentis cochleare i. aut
ii. cum aquæ cyathis iii. aut seminis rutæ unc. i. aut pu
legii ueteris drac. i. cum maluæ decocto. Prodest etiã
cancrosis fluuiatilium decoctum cum lacte asinino p
dies quinq; exhibitum, ita ut per totidem dies etiam
ipsi cancri comedantur: talis enim periodus septeno
circuitu peracta, mammarum concros placidissimos
efficit, ut deinceps per simplicium epithematũ usum
pristina sanitas restituatur.

Canceratorum tumorum non ulceratorum cu-
ratio. Cap. XLVIII.

Tumoribus canceratis non ulceratis panem cum
modico symphyto imponito, exigua quantitate, ut ne
grauet. In exacerbationibus autem rosas, melilotum,
semen papaueris, omnia cum passo paululũ trita co-
quito, & cum uitellis ouorũ subacta imponito: aut al-
theæ folia cocta p se, uel pani ammixto imponito. Est
& hoc in exacerbationib. efficax, plantaginis, capitum

papaueris unà cum seminibus, psyllii, æquales portiones accipito, & reliqua quidem terito ac cribrato. Psyllium uerò passo cretico maceratum, cum palmulis pinguibus subactum, aridis ammisceto, & parum adipis anserini adiicito. Hoc medicamentum secure adhibetur calefactum. Si uero frigidũ potius malum postulauerit, omnia prædicta palmularum carne & modico pane madefacto excipito, ac frigida imponito. Prodest & itionis semen cum œsypo & aqua mulsa calidum impositũ. Fraxini item arboris folia mollia, aqua cocto, & trita, p se calida imposita, malignorum ulcerum dolores mitigant, & assiduus ipsorum usus mirifice ipsa discutiet. Ego uero eorundẽ foliorum decocto huiusmodi locos fouere soleo. Arbor ipsa sterilis est, & ad materiam idonea. Postea uero cataplasma è plantagine rursus imponatur. Item Icesii emplastrum, aut nigrum panacæa inscriptũ ad contactum mollissimum, aut aliud quoddam huiusmodi adhibeatur, nisi obstiterit ulcus.

Cancri ulcerati curatio. Cap. XLIX.

Vlceratis cancris lenissima epithemata imponantur, quorum uelut fundamentum, inquit Archigenes, hoc est: Spumæ argenti, adipis porcini recentis, ceræ albæ, singul. lib. i. olei boni unc. xvi. uitellos ouorum assatorum xii. Spumam argenti cum pauca terito, deinde olei parum affundito, & uitellos ammisceto. Adipẽ uero exemptis in mortario terito, & cum cera liquefacito ac excolato. Et his frigefactis residuũ olei paulatim affundito, & omnia simul in mortario probe subigito, postremumq; reliqua trita ammisceto. Hoc medicamentum usus tempore rosaceo dissoluito, & molli lana excepto pro linamento utitor. Et si dolor aberit ab ulcere, etiam iridis, myrrhæ, aristolochiæ, sing. drac. iii. adiicito. Idem etiam non ulceratis cancris adhibitum utile comperies. Aliud, ulceratis cancris blande hoc medetur, & non ulceratos egregie mitigat. Ceræ tyrrhenicæ, terebinthinæ, adipis taurini, medullæ cerui, aut uituli recentis, olei cicini & rosacei recentis, adipis anserini recentis, mellis optimi, thuris, diphrygis, singulorum partem unam, œsypi triplum. Sine thure tamen mitius est, & ulceribus commodius. Verum cum thure magis discutit ac maturat, & non ulceratis magis commodat. Et si absq; thure præparabis, diphryges cum uino teres. Si cum thure, utrunque diphryges uidelicet ac thus aridum, liquatis reliquis adiicies, & deinde addito melle secure adhibebis. Aliud Theodori ad maligna. Spodii cyprii loti & resiccati, plumbi usti & loti, succi rosarum singulorum drachmas quatuor, præpara & utere cum rosaceo. Hoc quidem magis mitigatorium est. At uero multa & depascens putrefactio fuerit, ultra quàm credas efficax est hoc ad totum malum exhibendum. Rhois coriarii sextarios duodecim, piluli larum cupressi libram unam, gallarum omphacitidũ, casiæ, singulorum sexuncem. Omnia simul contusa in uini Adriani, id est, adstringentis, odorati & antiqui sextariis uiginti, per triduum macerato, & deinde ad tertias coquito, ac cupressi spathulà uersato. Posteaq; omnibus probe expressis ac reiectis, succum rursus ad mellis compagem coquito, ac uitreo uase seruato. Hoc medicamento ad nomas sincero utendum est, modico uino aliquando addito, si crassius uisum fuerit, uerũ si affectio in muliebri pudendo fuerit; exacte diluendum est. Sed & asinino aut muliebri lacte dilutum mitigatorium est, & reliquas item nomas citra inflammationem curat. Aures diu purulentas, gingiuasq; madore flaccidas resiccat. Vlcera curatu difficilia, & ægre cicatricem admittentia sanat, si moderate adhibeatur, ac pro ratione diluatur: quomodo enim ipsi mitia restiterint, cui fera & agrestia cedunt? Cæterum hoc animaduersione dignum est, ut ne ulcera ad cicatricem perducantur priusquã omnis duricia fue-

rit resoluta, modo linamentis maturantibus, modo spleniis adhibitis, quale est Icesii melinum, aut Serapionis, aut panacæa. Ego uero declinationis tempore sæpe usus sum theriaca, lacte & rosaceo diluta, & in molli lana ulceri indita. Eandem etiam ex passo bibendam præbeo. Ad huiusmodi enim affectiones efficacissima est, sicut quoq; reliqua antidota ad reptilium ictus, & uenenosas potiones parata his itaq; confidenter utere, ac irrisores contemne, qui mali naturam minime intelligunt.

De mammis induratis. Leonidæ. Cap. L.

In aliis equidem corporis partibus prius ostendimus, induratum tumorem sine dolore est. At in mammis non ex affectionis natura, sed detractæ papillæ grauitate dolorem inducit. Si itaq; tota mamma indurata fuerit, atq; ita scirrhi tumor induratus thoraci annexus, ut citra periculum à sanis partibus amputari non possit, chirurgiam nequaquam attentabimus. Si uero summitas mammæ solum indurata fuerit, aut ultra dimidium affectio non occupauit, summitas amputanda est citra inustionem: neq; enim in scirrhi tumore indurato, uelut in cancro, sanguinis eruptionem uereri oportet. Post amputationem uero linamenta indemus, & reliquam ulcer& curationem adhibebimus.

De menstruis suppressis. Rufi & Aspasiæ. Cap. LI.

Mulieres aliquas menstrua purgatione omnino carere, uel naturale est, uel præter naturam. Naturale est, si mulier nulla inde molestia uel totius corporis, uel uteri afficitur. Proinde quantum ad ætatem attinet, infra decimum quartum annum, aut ultra quinquagesimum purgationes menstruæ non fiunt. Sed & steriles, & prægnantes, cantrices item ac saltatrices naturaliter non purgantur. Quicquid enim in eis

superfluum est, nimia exercitii uehementia consumit. Et in summa: Mulieres calidioris temperaturæ, & fortibus exercitiis utentes, & agrestes, parum purgantur. Quando igitur mulier plus iusto calida fuerit, siue ob naturalem temperaturam, siue ob exercitiorum excessum, menstruis purgationibus carebit. Ex multo enim calore corpora sicca euadunt, & calida, temperatura cibos optime concoquens, nihil superflui in toto corpore relinquit. Est autem talis mulier omnino uirilis, coloris fusci, corporis probe compacti, neruis robustis, uenosa, lumbos & nates amplores habens, pectore ac humeris latioribus, mammis solidis, uoce graui, fortior itē ac hirsutior. Talis enim aut omnino non, aut modice purgatur. Aliquando uero etiam menses uel ob nimiam pinguedinem, uel ob gracilitatem supprimi solent. Pingues enim magis exangues reliquis sunt, minimasq; uenulas habēt, & sanguis qui in ipsis est paucissimus ferè in pinguedinem transit. Atq; huius rei ex eo indicium est, quod tales minime omnium concipiunt. Et si aliquando conceperint, fœtus graciles ac ualde imbecilles pariunt. Quomodo ergo purgabuntur, quæ neq; sanguinem, neq; uenas amplas habent? At uero graciliores ob diuturnam aliquam ægritudinem attenuatæ, nihil penitus superflui sanguinis habent. Sistuntur præterea menses eis quibus sanguis crassus aut uiscosus est, & quib. ad alios locos defertur, uelut per nares aut sedem. Quin & ex thorace sanguinem reiectantibus, & quibus ex uenæ sectione multus sanguis euacuatus est, menses supprimuntur. Sed & reliqua excretionum genera sæpe faciunt, ut menses intercipiantur. Velut est multus sudor, assiduí uomitus, alui profluuia, saniei copia alicubi prodiens, pustularum omne genus per cutem erumpens. Sistunt item menses morbi acuti ac magni, & alimenta uel infra uel supra modum ingesta: modicum

enim alimentum statim trãspirat: multum uero meatus obturat, & excretionem intercipit. Ad hos itaque scopos etiam curandi ratio digerenda est. Quæ enim ob plenitudinem non purgantur, uenæ sectione curãtur. Cibi porrò crassi ac pituitosi purgationibus aduersantur, uerum acres sanguinem fluidum efficiunt. Quapropter uina crassa & noua, aquas frigidas & crudas, labores nimios, ocium item subleſtũ uitare oportet. Atq; hæc uictus ratio ad totum corpus pertinet. Quantum uero ad ipsum uterum, conclusiones, cerui cis eiusdem distortiones, duricies, inflãmationes, macies, resolutiones, perfrigerationes, distentiones, atq; aliæ huiusmodi affectiones considerandæ sunt. Et insuper attendendum an aliquid uteri os obturans, sanguinis exitum impediat. Callositates enim isthic exortæ, aut carnis excrescentiæ, aut pinguedinis copia, sæpe purgationem prohibent. Aliquibus etiam statim à principio pellicula quædam circa collum aut oscu lum uteri adnascitur, quem ad modũ his accidit quæ imperforatæ appellantur. Et tales curari non possunt, nisi pellicula illa locum obturans perforetur aut resecetur. Aliquibus etiam ulcerum cicatrices, oscula uasorum in utero excæcarunt, quæ penitus incurabiles sunt. Quibusdã post abortum uteri os exulceratur, ac deinceps ad cicatricem perducitur, atq; sic obturatio superuenit, quæ tum alias uuluæ transpirationes impedit, tum sanguinis excretionem prohibet. Quin & curæ assiduę, & immodicus timor, ac mœror ingens, menses supprimunt.

Mulierib. quæ non purgantur accidentia. Cap. LII.

Mulieribus quæ non purgantur consueto more, sanguinis refectationis ac syderationis periculum imminet. Nam suppressis mensibus molesta accidentia consequuntur. Totius corporis grauitas, nauseæ, fastidia, horridi quidam discursus uelut in his quæ conceperũt uteri oſculum claudítur: illis enim occlusio adest cũ quadam duricia. Dolores insuper circa lumbos, fœmora, collum, sinciput, & oculorũ radices adsunt. Febres item assidue concomitantur, & urinæ nigræ sunt cum rubicundo quodam seroso ac sanioso humore. Difficultatem item ac stillicidium urinæ patiũtur. Et quædam in melancholicum atræ bilis morbum, aut insaniam delabuntur. Cutis superficiem dolent, & inflammationes ac ignes sacros diuersimode sustinent.

Curatio earum quæ ob nimiam caliditatem nõ purgantur. Cap. LIII.

Præstaret equidem ad integram sanitatis conseruationem, uictus rationem præscribere, à qua mulieris corpus ita reficcaretur, ut menstrua purgatione non haberet opus. Verũ hoc conceptioni penitus aduersaretur. Non enim concipiunt quæ non purgantur. Proinde conceptus gratia, & eo quod omnes ferè mulieres temere uictitant, purgatiões sunt necessariæ. Et propterea curationem conscribere conuenit, per quam menses suppresſi euocantur: calidiores itaque mulieres & quæ plurimum excernentur, quàm maxime humectare oportet, aquarum dulciũ balneis, uberiore humidioreq; cibo ac potu: quales sunt ptisanæ ac alicæ sorbitiones, & quæ ex lacte præparantur. Et ex oleribus lactuca, cucurbita, & eiusmodi. E carnibus agni, hœdi, ac porcelli recentes, cicures præsertim & fœmellę. E piscibus qui teneras carnes habent. Ex auibus teneriores. Ex fructibus ficus recentes, uuæ maturæ, pepones, cucumeres. E potibus uinum tenue, album, dilutum, non uetus.

Frigidæ temperaturæ dinotio ac curatio. Cap. LIIII.

Frigidioris temperaturæ fœminas, tum ex his quę dicta sunt cognoscemus, tum quod somnolentiores & ad motum pigriores sunt, & coloris albi siue plumbei, uenis subnigricantibus, urina aquosa, pituitam ét

asſidue exſcreant, & aliquando pituitoſos humores euomunt. Harum itaq; curationem oppoſitam eſſe oportet ei quam ad calidiores retulimus. Plurimos enim labores imperabimus, & edulia calidiora exhibebimus. Vinum item fuluum, odoratum, uetus, ac minime dulce. Confert etiam uinum aqua marina dilutum. Medicamenta uero eligenda ſunt quæ calore ſuo ſanguinem diſſoluunt. Velut eſt thymi, pulegii, calaminthes, dictamni, abrotoni, iridis, radicũ aſphodeli, corticum radicis mori, mercurialis, caſiæ, carpeſii, floris iunci odorati, ſpicæ nardi ac celticæ, acori, mei, phu, ſabinæ, aſari, ac ſimilium decoctum. Hæc enim ſingula in uino albo ueteri coquuntur, & uinum ipſum merũ excolatum calidum à balneo ieiunis bibendum datur. Atq; ita menſes cientur his quæ frigida temperaturam habent. Probe facit & ſuccus cyrenaicus erui quantitate potus. Aut opopanacis unc. i. Aut ſagapeni tantundem. Aut myrrha magnitudine fabæ. Aut caſtorii drac. i. Aut nigella pota, & ſublita. Idem poſſunt etiam ſeminum nobis familiarium decocta, uelut cumini, fœniculi, petroſelini, laueris, dauci, ammii, cicerum. Eſt & hoc efficacisſimũ atq; acerrimum. Pulegii, artemiſiæ, rutæ, ſaluiæ, anethi, ſinguli manipulum unum, piperis grana uiginti, aquæ ſextarii. piper contuſum & herbis ammixtum per noctem aqua meceratur. Mane uero ad dimidias coquitur, & ad excolatum mellis quantũ ſatis eſt adiicitur, indeq; cyathi duo ieiunæ exhibentur. Ipſa uero ſenſim inambulare iubeatur, & lectica geſtetur. Tempora autem ad talia medicamenta accipienda commoda ſunt, alterum appropinquante iam purgationis tempore. Alterum ut poſt unctionem fomentaq; ac balneum ſtatim bibat, ita ut in calidum adhuc & ſolutum corpus illabens medicamentum, uires ſuas efficacius declaret.

At uero ſi quis omnia auxilia in hunc uſum commoda recẽſere uelit, ei multo ocio opus fuerit. Suffi-

cere tamen poſſunt relata. Si uero nullum ex his menſes euocauerit, alius modus potentior exquiretur. Ego eteuim cum hæc medicamenta fruſtra adhibuiſſem, mulierem ſolutiuum pharmacũ bibere iuſſi, atq; ea accepto euphorbio cum petroſelino, per aluũ purgata, & deinde mẽſtruorum excretio ſucceſſit. Quod ſi redundans humor atræ bilis magis fuerit, epithymi drachm. v. exhibeto, cum aceti mulſi diluti hemina, pauco ſale adiecto. Fece enim ſanguinis educta, pars ſubtilior deinceps facilius ſequetur. Pleriſq; etiam uomitus profuit. Vomant autem accepto prius thymi aut origani, aut hyſſopi decocto. Deinde poſt uomitũ centaurii aut abſinthii cremorem potant. Quin & peſſis ſubditiiis uterus irritandus eſt, ut per uictum quidem, ſanguis calidus ac tenuis reddatur: per peſſos uero excretio prouocetur. Fortiores tamen euitabimus, quales ſunt qui ex elaterio, caniharidibus, cyclamino, felle bubulo, & ueratro fiunt. Periculum enim eſt, ne ex eiuſmodi medicamentorum uehementia, inflammationes, ulcera ac febres exoriantur.

Peſſi menſes educentes. Cap. LV.

Mitiora proinde in peſſis adhibere oportet, uelut eſt ruta, baccæ lauri, artemiſia, conyza tenuia folia habens, pulegium, mercurialis. Hæc ſingula cum oleo irino ſubdantur. Quod ſi ualidioribus opus erit, myrrhæ drac. i. aluminis ſciſſilis drac. ii. cum uino terito, & roſaceo ammixto ſubdito. Aut terebinthinam cum myrrha, melle, & croco efformato. Hoc autem ualidius eſt, pelecini ſemen cum myrrha & melle. Aut bdellium, uel galbanum, uel ſtyrax, cũ abſinthio & lupinorum decocto. Aut caricas pingues granulis exemptis, cum thure & nitro, ſingulis fabæ magnitudine ſubdito. Vterus item calido quodã oleo ſiue ungento perfundatur, uelut eſt ſuſinũ, cyprinũ, irinum, ſampſuchinum, laurinum, amaracinum, narciſſinum.

Assidui etiam suffitus p styracem, galbanum ac thus fiant. Probe facit etiam lapis gagates. Suffumigium probatissimum. Radicis aristolochiæ, radicis aspho deli, resinæ siccæ, sandarachæ, atractylidis agrestis, ster coris uulturis, bdellii, sabinæ, cardamomi, artemisiæ, singulorum drachm. unam, ossium piscium salsorum minutissime tritorum drachmas tres, nigellę, styracis, singulorum drachmas quatuor, pastillos cum aqua formato, & usus tempore super bubulo stercore, bis in die, mane ac uesperi suffito. Præcipue uero odo ratis fomētis uterum fouebimus, amaraco uidelicet, serpillo, pulegio, calamintha, cypero, iride, chamæme lo, costo, anisо, ac similibus in aqua coctis. Sit autem fomenti usus talis. Olla operculo perforato operia tur, arundoq; foramini inseratur, & undiq; oblinatur. Et mulier sedens excepta intra pudendum arundine fotum admittat. Alius uero fomenti modus est, ut mulier in aliquo ex relatis decocto usque ad umbi licum insideat, & deinde calida aqua dulci abluatur, & postea pessos prædictos subdat. Pessus optimus menses educens. Carpobalsami, caryophyllorum, olei amaracini aut susini, singulorum drachmas octo. passarum uuarum pinguium exemptis uinaceis libra unam, carnes palmularum duodecim, salis commu nis drachm. sexdecim, mellis cochlearia tria, efforma ac utere post balneum, aut fomentum. Cataplas mata insuper adhibebimus ex cruda ordeacea farina, artemisia, amaraco, iride, aut alio quodam ex relatis ammixto. Liquor autem cataplasmati ammiscen dus sit, uinum odoratum, mel, amaracinum, iri num, anethinum oleum. Postea lanam quoque oleo aliquo ex prædictis imbutam superponemus. Bonum est etiam bdellium cum styrace ac thure tri tum, cum uino & ungento quodam relato, immo uē tri ac lumbis illinere. Epithema ad sanguinem men struum euocandum. Laterii, myrrhæ, galbani, farinæ

ordeaceæ, singulorum drachm. quatuor, foliorum ru tæ recentium drachm. ii. fellis taurini quantum satis est. Reliquis omnibus minutissime tritis & unitis fel ammiscето, & lumbis ac immo uentri imponito. Ducit hoc menses, & sedis hæmorrhoidas prouo cat. Vtere etiam aliis epithematis Sermone tertio conscriptis. Philosophi ad menses educendos. Cancrum fluuiatilem in uinum coniectum suffocato. Deinde uinum id meracum, calefacito, ac totum bi bendum dato, & ubi satis sanguinis purgatum uide bitur cancrum suffocatum comedendum dato. Glans subdititia menses educens, facit ad uteri stran gulatus diuturnos. Fellis taurini, succi absinthii, & comæ eiusdem, radicis struthii, myrrhæ, singulorum drachmas quatuor, castorii, opobalsami, singulorum drachmam unam, succi cyclamini drachmas decem. Omnia artemisiæ succo excipito, & glandes paruas subditicias formato, probe facit & fex uini antiqui apii succo excepta ac subdita. Aut lilii radix tosta subdita. Aut nigella, aut sesamum, aut rutæ semen & fœnum græcum butyro ac melle exceptum ac subditum. Pessus eadem die plerunq; sanguinem ducens. Fo lia artemisiæ & nitrum pari portione oleo irino aut rosaceo excipito, & post balneum subdito.

Curatio earum quæ præ pinguedine non con cipiunt. Cap. LVI.

Pinguiores mulieres uictu attenuante curabimus. Dictum est autem in secundo ac quarto sermone de his alimētorum facultatibus, & quomodo macies sit reparanda. Non tamen interim fomenta & potiones prętermittātur. Si enim materia infra declinabit, haud ægre euacuabitur, & corpus gracilius reddetur, & quanq; purgatio per inferiorem aluū non sit ualde tu ta, ut quæ corpus tabefaciat, mulieri tamen ita haben ti hæc quoq; adhibenda est. Sæpe enim sola purgātis medicamenti potio ad menses educendos sufficit.

Ex purgatoriis itaq; acerrima & pinguibus maxime idonea sunt, granum cnidium, scammonia, & cortex radicis tithymalli myrsinitæ. Singulis autem petroselinum, aut daucum, aut apium, aut anisum, iucunditatis gratia & ad sanguinem attenuandum, ammiscere oportet. Pessos quoq; ualidiores his adhibebimus, uelut pulpam colocynthidis, nigellam, myrrhã, simul cum uino dulci trita ac subdita. Aut nitrum cũ cyclamino, felle bubulo, ac melle. Aut caricarum carnes cũ nitro, melle, & ruta. Fomenta item ac epithemata ad frigidiores temperaturas relata huc transferantur.

Curatio earum quæ ob plenitudinem non purgantur. Cap. LVII.

Quæ propter plenitudinem non purgantur, congruo menstruorum tempore magis grauantur, dolores circa lumbos ac imum uentrem percipiunt, flatuq; replentur, ad quem distentiones ac horrores totius corporis consequuntur. Sed præcipue insigni uenarum tumore dinoscuntur. Atq; hæ quidem copiosa sanguinis missione sanantur. Cubiti itaq; ac tali uenas secare oportet. Deinde euacuato sanguine cætera facere supra relata, potiones uidelicet ac fomenta adhibere. Postquam autem menses fluere incœperint, mulieri quies imperanda est, & in lecto eadẽ detinenda. Ac primo die à balneis ac cibis abstinendum, proxima uero ptisanæ succus cum aceto præparatus in cibo exhibeatur. Deinde olera ad hunc usum idonea. Tertia autem die lauanda est, & consueta uictus ratio repetenda.

Curatio earum quæ ob maciem non purgantur. Cap. LVIII.

Quæcunq; ob maciem gracilitatemq; non purgantur, siue id ex morbo, siue alia ratione contigerit, eas primum reficere oportet, & corpori carnem cõgruo exercitio, moderatoq; labore ac uberioribus exercitiis reparare. Vbi enim carnosæ factæ fuerint, maxima

spes est menses sponte erupturos esse. At si hoc non contigerit, potionibus ac pessis prouocentur.

Curatio earum quæ ob uitiatos humores non purgantur. Cap. LIX.

Bilioso ac pituitoso humores, & quicunqae alii sanguini ammixti mensium purgationem impediunt, totius habitus uitiatione cognoscemus, ac reliquis notis sæpe à nobis relatis, & aliquando ex his quæ circa uterum contingere solent. Pauci enim menses qui deferuntur, si bilioſi fuerint, uuluam mordent ac rodunt, & coloris sunt abunde fului. Si uero pituitoſi, segnius prodeunt, crassi sunt, albiq; ac subfrigidi, & stuporem inducunt. Quum igitur huiusmodi signa apparuerint, præstantissimum est totum corpus congruis medicamentis purgare. Deinde muliebres locos colluere ac fouere. Cibos autem dulces ac boni succi exhibere, & in potu uinum mulsum dare. Exhibeatur etiam lac asininum cum melle. Et aqua in qua pulegium ebulliit cum uino dulci propinetur. Hæc & menses prouocat, & nullam superfluitatem in sanguine relinquit. Cibis insuper ac potibus semper aliquid odoratum ammmiscеatur. Ex olerib. Crethmum, gingidium, & daucum. singula ad flacciditatem cocta, & fœniculum eligemus. Neq; interim pessi negligantur, qui quales esse debeant partim relatum est, partim proxime dicetur. Si enim bilioſa ducere uoluerit, elaterium cum carica pingui. Aut cyclaminum cũ uino subdes. Pituitam uero subdita trahunt folia anemones, iris cum melle, loliacea farina lolio prius paulum tosto, cum modico pipere & melle, colocynthis cum carica. A quositatem autem euocat porrum cũ melle. Post pessos uero mulier in aqua calida desideat, & ungento rosaceo aut cerato, aut adipe gallina ceo uteri os inungat.

Curatio earum quibus sanguis ad nares uel sedẽ defertur. Cap. LX.

In his à quacunq; parte fluxerit sanguis reprimendus est, & ad uterum congruis auxiliis reuocãdus ne forte inde propulsus ad principalem ac nobilem aliquam partem uertatur. Itaq; & sudoribus, & uomitu, & aliis excretionibus corpus euacuetur. Verum hoc sciendum est, non multum male affici eas quæ ob tales causas non purgantur: Sicut neq; quæ ob maciẽ, aut laborum excessum. Concipere tamen nequeunt, quum uteri purgationes defeceeunt.

Curatio earum quæ ob nimium otium nõ purgantur. Cap. LXI.

Certum est eas quæ ob nimium ocium non purgantur laboribus destinandas esse. Labores autem mulieribus congruentes deambulationes sunt, & gestationes aliquanto uehementiores. De cætero uero uelut frigidæ ac pituitosæ curentur, & omnino contraria iuxta Hippocratem, dentur his quæ sanguinis delationem impediũt. Et si ex aqua frigida cruda pota sit offensa, aliam optimam perquiremus, quam uino albo ac tenui permiscebimus. Cibos item pro frigidis calidos pro crasis attenuantes, pro siccis humidos exhibebimus, & reliqua iuxta rationem.

Curatio earum quæ ob aliquam uteri affectionem non purgantur. Cap. LXII.

Si corpus bene se habuerit, uictusq; ratio purgationi congrua fuerit, & tamen mulier non purgatur, considerandum est an uterus aliqua affectione laboret. Id quod si fuerit, nullum medicamentum omnino adhibeatur, neq; aliqua potio menses ducens detur, ut ne attracto ad uterum sanguine, dum loci laxari nõ possunt, dolores molesti uelut in partu ingruant. Primũ itaque affectio curetur, quæ suppressorum mensium causa est. Deinde sanguis prouocetur. Quomodo uero uteri affectiones curandæ sint, postea ex ordine referemus.

De mensium stillicidio. Cap. LXIII.

Mensium

Mensium stillicidium uocatur, quũ grauissimo dolore intimas partes uexãte sanguis stillatim prodit. Aliqui enim morbi uteri affectionib. ueficæ similes sunt. Nam & in illa aliquando urina supprimitur, aliquando stillatim prodit, & quandoq; difficulter mingitur. Quinq; uero sunt stillicidii causę specie diuersæ: Meatuum angustia diuersimode contingens, uirium debilitas, sanguinis multitudo, sanguis pituitosus, & sanguis feculentus. His singulis quoties impedimento fuerint succurrendum est, ita ut multitudinem euacuemus, crasitudinẽ attenuemus, uires firmemus, & meatus dilatemus. Angustiæ tamẽ causam inquirere oportet, eãq; auferre. Causis enim sublatis libera purgatio consequitur. Quomodo uero singulis causis occurrẽdum sit, partim de menstruis suppressis diximus, partim deinceps referetur, ubi de uteri morbis agemus. Nunc aũt explicare instituimus quomodo graues dolores lenire oportet. Exacerbatione itaq; instante mulier in domicilio locetur, moderate tepido, non tamẽ obscuro. Et manuum ac pedum extremitates fasciis deligentur, neq; ullus pessus irritatorius interim adhibeatur. A quæ potus uitetur, & omnino ab acrib. potionibus ac cibis præcipue flatuosis abstinendum est. Imus autem uenter & fœmora uariis calefactoriis foueatur, ita ut aliquãdo lana succida uino & rosaceo calido imbuta imponatur, aliquando uesica oleo calido semiplena adhibeatur, aliquãdo uasa uaporatoria lenticulata admoueantur. Quod si dolor perstiterit, & uires ferre poterint, cubiti uena secetur, & sanguis pro uiriũ ratione auferatur, & deinde rursus eadẽ fomẽta repetãtur. Et si neq; sic successerit, cataplasma è semine lini, pane, & aqua mulsa paratũ adhibebimus, cui aliquãdo terebinthinã liquatã ammiscebimus. Vtemur & insessionib. ex altheæ, seminis lini, fœni græci, anethi, rutæ, ac artemisiæ decoctis, & spongiis ex iisdẽ expressis pudendum fouebimus. Rutam item tritã ac

melle exceptam & panno lineo inductam pubi ac pectini imponemus. Aliquãdo eodem cataplasmate & pudendum integemus. Prodest & per uteri fusorium instrumentum infra scriptũ liquorem infundere. Rutã & fœnũ græcũ in oleo coquito, & ad hoc excolatum butyri, terebinthinæ, œsypi, quantũ ad cerati liquidioris formam satis est ammisceto. Idem etiam in sedem ad trium uel iiii. cyathorũ mensurã iniici potest. Aliud cõsimile infusum. Oesypi drac. iiii. cerebella anserum duorũ, adipis anserini, phasiani, gallinacei singu. unc. i. ceræ quadrantem. Misce ac utere uelut priore. Pessi præterea Libanus & enneapharmacus ac aliis consimiles subdantur, qui inferius ad uteri inflammationes & induratos tumores describentur. Adhibenda sunt & epithemata, primum tetrapharmacum, bromium, & quod ex succis cõstat: deinde polyarchiũ, & quod ex meliloto, & quod è seminibus paratur, prout usus postulauerit. Si uero adhuc malum non quieuerit, sed aut per certos circuitus, aut incerto ordine uexauerit, ad ualidiora pergendum est auxilia. Et cucurbitæ pectini ac inguinibus apponendæ. Primum tres aut quatuor citra scarificationem. Deinde si affectio durauerit, etiam scarificabimus, & moderatã sanguinis quantitatem euacuabimus. Conferũt & hirudines post cucurbitas admotæ, nihil minus quàm cucurbitæ attrahentes. Deinde epithemata ac dropaces adhibeãtur & cutim rubificantia, & loci molliter asfidue cũ oleo ac sale confricentur. Exercitium præterea temperatũ imperabimus, ac gestationem deambulationi præferemus. Postremum balnea naturalia adhibebimus, & marina aqua frigida iugiter abluemus.

De nimia mensium purgatione. Cap. LXIIII.

Nimiæ mensium purgationes mulieribus fiunt, aliquando sanguine copiosiore & p plures dies prodeũte, id quod rarius, & in uehementioribus motibus fieri solet. Aliquando post partũ, plurimo sanguine fœ-

tum insequente. Sæpe uero post abortus contingunt, & repentinum quandoq; periculum inducũt. Primũ itaq; consideranda est erumpentis sanguinis multitudo, & delatiõis modus. Amplioribus enim uasis ruptis aut apertis, magna sanguinis copia confertim profluit, à minoribus uero uice uersa. Ab erosione uero paulatim & cum maximo dolore prodit. Sequitur autem ad redundantes sanguinis eruptiones decoloratio, ac coloris uitiatio, aliquando cum febre, quãdoq; citra febrem, appetitus prostratus, difficilis concoctio. Sæpe etiam pedũ ac totius corporis tumores, & omnia quæ ad nimium hæmorrhoidũ fluxum consequi diximus. Artus ergo & extremas partes primum constringere oportet, ab alis & inguinib. exordio facto, & poscã nõ frigidã sed tepidã propinare, & eadẽ pposca locos pfundere, & multã lanã uino & oleo rosaceo, aut melino, aut myrteo imbutã imponere. Nam spongiæ ex posca expressæ uteq; ac ueficam perfrigerant, & damnum amplius quàm commoditatem afferunt. Imperandum est autem unius aut alterius diei ieiunium. Quod si tolerare nequeant, panis micas è posca exhibebimus, aut alicam lotam, aut oryzam ex posca, aut ouum sorbile molle frigefactum. Dabimus item in potu balaustium ex posca, aut hypocysthidis aut acaciæ succũ. Aut lyciũ, aut terram samiam stellã appellatam, aut uuæ acerbæ succũ siccũ. Prodest & sesamũ posca macerare, atq; ita molle factũ edendum præbere. Potest idem etiam conteri, ac in potu dari. Exhibebimus & rhei pontici decoctum, aut idem tritum potioni inspergemus. Aut loti ramenta, & eorundem decoctum. Aut corallorum drachm. ii. Aut pæoniæ grana rubra xii. At uero spongia noua liquida pice imbuta, & in olla exusta, cum aceto aut posca subdita mirifice auxiliatur. Nam & his quę in uterum subiiciuntur ac induntur uti debemus. Noui inquit Galenus, per quatuor aliquando dies sanguinem ab

utero manasse,& ad nullum auxilium cessisse,& tandem à nobis plantaginis succo suppressum esse. Quãtitas autẽ eius iniiciendi sit cyathi mensura. Hoc itaq; optimum est medicamentum ad sanguinis eruptionẽ ex erosione obortam,cui aliquando fortius aliquod ammiscere soleo,alias aliud,pro affectionis respectu. Si igitur uas unde sanguis profluit magnum & amplum fuerit,austeris medicamẽtis opus erit,balaustio, acacia,hypocysthide,succo uuæ acerbæ, gallis, malicorio,& similibus. Si uero paruum,id quod facile cognoscemus ex modico sangnine citra dolorem prodeunte,conferent aloe,mãna thuris,cortex pinus,terra lemnia sigillata,spinæ ægyptię fructus,crocus,lapis hæmatites,& reliqua huiusmodi cum succo plantaginis,aut uino nigro austero,aut senecionis succo subdita & iniecta. At si ab erosione sanguis profluxerit, plerunq; uelut diximus non confertim, sed modicus ac paulatim defertur. At propterea Andronis, aut Pasionis,aut Polyidæ,aut Musæ pastillo, aut eo qui ex charta paratur,utendum est. Omnes enim tales quum nomen sistant,erosionem curant,ac sanguinis eruptionem reprimunt. Sunt autem quodam liquore ex relatis diluendi. Pessi uero ad sanguinis ab utero eruptionem faciunt huiusmodi. Alumins scisi,acaciæ, medullæ gallarum, pollinis thuris, singulorum drach.i. Hæc plantaginis succo teruntur, & uitelli ouorum assatorum quatuor ipsis ammiscentur. Vsus autem tempore pesso lanæ excipiantur, qui rosaceo tinctus subditur. Suntq; pessi omnes penitius usq; ad uteri os immittendi. Est autem pessus lana carpta ac conuoluta ad digiti figuram,qua medicamenta excipiuntur. Alius. Medullæ gallarum,& thuris,pares portiones aqua subactas subdito. Aut è polygono trito pessum formato. Ipsas præterea in hoc decocto assidue insidere iubeto. Capitulorum iunci acuti,foliorum myrti, rosarum, rhamni, uirgultorum rubi,

æquales portiones in aqua coquito pro insessu. Alius Pessus. Cytinorum, foliorum cupressi,oleæ, rubi,singulorum æquas partes efformato. Forinsecus autem imposita prosunt epithemata ac cataplasmata ex palmulis ac malis cotoneis,quæ adsumunt balaustium,acaciam,hypocysthidem,alumen, & similia. Conferunt & emplastra glutinatoria, quale est fuluũ Galeni,& Icesii,& quod è salicib.paratur: Et Harmonia,& Pallas siue Athena inscriptum, si lumbis ac pectini imponantur. Tauri item glutinum aceto maceratur donec dissoluatur, deinde ualido panniculo inductum lumbis agglutinatur,& efficaciter prodest. Sed & cucurbitæ leues ac magnæ ad mammas utilissime affiguntur.

De fluxu muliebri. Archigenis. Cap. LXV.

Fluxus muliebris est uteri destillatio diuturna, à menstrui sanguinis eruptione differens,eo quod in illa sincerus sanguis prodit: Hic uero fluxus corruptus apparet,& aliquando ruber est,uelut sanguinis sanies: Aliquando albus,uelut ptisanæ succus,à pituitoso ui delicet sanguine. Interdum pallidus, ubi bilis amara redundarit: Interdum aquosus,à serosorum humorũ superfluitate. Qui itaq; exquisite colorem præ se fert aliquem,is redundantem humorem facile indicat. Si uero obscurum colorem habet,causam eius ita perscrutabimur. Linteum eo inquinatum arefactum simplici aqua eluemus,& inde è maculæ colore redũdantis humoris notionem capiemus. Hic uero fluxus plerunq; citra dolorem prodit. Aliquando tamen,ulcere exulcerato etiam cum dolore promanat. Si itaq; aliqua pars doluerit,& humor profluens plane cruẽtus fuerit,partis alicuius in utero ruptionem aut erosionem indicat,id quod maxime in collo uteri contingere solet, & potest hoc digiti immissione percipi. Inferre uero solet hic fluxus debilitatem,coloris uitiationẽ,appetitus subuersionẽ,inenarrabilẽ tristitiã,pe-

dum tumorem. Et in aliquibus perpetua deſtillatio perſeuerat. In aliquibus per interualla quædam redit. Et ætate quidem uigentes, rubra ferè fluxio infeſtat. Declinãte uero ætate, alba. Et utraq; ſanè fluxio ſi ſuæ ætati acciderit, facile curatur, ſi alienæ, difficulter. In omni uero defluxu os aperitur ipſius uteri & uelut relaxatur. Quibuſdam etiam uterus ipſe procidit, ut uſq; ad muliebre pudendum progrediatur.

Curatio rubri uteri fluxus. Cap. LXVI.

Mulieri rubro fluxu uexatæ primum ſanguinem euacuabimus per uenæ ſectionem. Hæc enim non ſolum materiam ad uterum confluentem diuertit, ſed detentionem etiam ac conſtrictionem tutam efficit. Multa enim ſequerentur incommoda, ſi ſanguinis uel cuiuſcunq; defluxus lationem localibus auxiliis reprimeremus. Nam aliquæ inde in hydropem, aliquæ in neruorum affectiones, aut oris uentris, aut capitis uexationes collapſæ ſunt. Proinde ſi nihil obſtiterit, hoc eſt, ſi non ualde magna fuerint obſtacula, ſanguis mittatur, præſertim ſi ætas uenæ ſectionẽ non prohibet, & ſanè paulo ante dictum eſt iuniores ferè rubro fluxu uexari. Detractio uero ſanguinis uelut in his qui ſanguinem reiiciunt partiatur, ut paulatim reuulſio fiat. Et dilata uenæ cubiti ſectione, à fronte, aut naribus, aut ſcapulis ſanguinem auferemus. At uero lumbis ac fœmoribus detrita ac mollia lintea imponantur, frigidis ſuccis imbuta. Locetur autem mulier coxis accliuibus, cruraq; extendat ac inter ſe complicet ad uteri partes contrahendas. Quod ſi copioſe ſanguis feratur, coxæ, pecten, & lumbi ſpongiis poſca madefactis integantur. Si uero modice deſtillet, lana ſuccida uino & roſaceo imbuta adhibeatur. Et extremæ partes deligentur, atq; hæc non ſolum in principio fiant, ſed etiam poſt circuitus ante exacerbationẽ, & in ipſa exacerbatione. Vtatur ægra etiam inſeſſionibus, ex myrti, rubi, malicorii, & ſimilium decoctis,

in quibus ſæpe aceto affuſo uſq; ad umbilicum immergatur. Adhibeat & infuſiones adſtringentes ac moderate frigefacientes, uelut eſt plantaginis ſuccus, polygoni, ſtratiotæ, malorum cotoneorum, ac mespilorum. Sed & ſideritidis herbæ aut parthenii ſuccus eximie confert. Hæc autem ſingula cum roſaceo aut myrteo oleo infundantur. Vinum item dulce in mali punici cortice calfactum, utiliſſime tepidam infunditur. Efficaciſſime uero fluxum compeſcit ſpongiæ pice liquida imbutæ ac uſtæ cinis ſubditus itẽq; leporis pili uſti. Solemus & linteum alumine madefactum ac reſiccatum ſimiliter adhibere. Aſinum autem lac, ſi eius copia fuerit, præſertim aſinæ per paſcua pratorum nutritę, omnibus ſuccis præſtat, ubi fluxus cum dolore defertur. Confert & ſtercoris eiuſdẽ aſinæ ſuccus, & alicæ aut ptiſanæ ſuccus: Et roſaceũ uel p ſe, uel cũ lacte infuſum. Cæterum peſſi ad rubrum fluxũ iidẽ faciunt, qui ad ſanguinis eruptiones ſunt relati, ſunt autem in aliquo ex prędictis ſuccis madefaciendi. Facit & lycium, acacia, hypocyſthidis ſuccus, ſingula lacte bubulo aut ſapa diluta. Aut galla cum thure & roſaceo. Aut ſpodium pompholygis cũ roſis & paſſo. Aut oui teſta uſta cũ myrto ſicca & paſſo. Aut cinerem ſarmẽtorum linteolo illigatum, & aliquo prædicto ſucco tinctũ ſubdito. Aũt ſenecionẽ herbã tritã ſubdito, & bibendã dato. Galla item uſta, & modo uino, modo aceto extincta, ac in peſſum efformata ſubiicitur. Ablatis aũt his, pedes adſtringentibus decoctis moderate frigidis aut tepidis abluãtur. Et ex relatis ſuccis aliquis utero infundatur. In debilioribus tamẽ ac delicatioribus fœminis mitiora adhibebimus. Aliquib. enim occulti uteri meatus à uehementioribus medicamentis adeo cõſtringũtur, ut ulcus aut duricia oboriatur, & cõcipiendi facultas tollatur. Ventri quoq; ac lũbis refrigerãtia ac adſtringẽtia adhibeãtur, uelut eſt portulaca, perdiciũ, ſolanũ, hyo-

scyamus,per se & cum polenta acetoq; ac palmulis. Aut ordeacea farina cum palmulis,malis cotoneis,ac mespilis.Cerata item ex iisdem præparata pectini ac lumbis imponantur.Conferūt & cucurbitæ dorso & sub alis affixæ.Et quæcunq; potiones sanguinem reie ctantibus congruunt his quoq; cōmodæ sunt. Velut est ex simplicibus rheon ponticum , terra samia stella siue aster appellata,terra lemnia sigillum uocata, cum plantaginis aut polygoni succo , & reliqua tum simplicia,tum cōposita,suo loco relata. Sit porrò & uniuersa uictus ratio adstrictoria,quæ aliquatenus crassefaciat,& potus aqua. Quod si uires collabantur, uinū crassius exhibeatur. At si fluxus multitudo reprimatur,paucus autem adhuc feratur, pro refrigerantibus ac adstringentibus,media inter hæc adhibeantur, ut ne fluxu repente suppresso,inflāmatio aliqua oboriatur. Vtendum est & emplastris ad cruenta uulnera idoneis,uelut est quod è salice paratur,& quod Ices sium appellatur,& alia huiusmodi.

Albi fluxus curatio. Cap. LXVII.

Si fluxus albus,aut serosus,ac sanios us, aut liuidus infestat,in principio quidem resistendum non est , ut aliena à corpore excernantur. Post principium uero oleo susino totum corpus large illinatur.Gestationes autem & uocis exercitationes , frictiones item ac deambulationes,non in hac solum fluxus specie, sed etiam in aliis conueniunt.Ipsis uero locis moderate adstringentia adhibeantur,quæ simul extergēdi uires habent.Et sanies profluens assidue calida aqua eluatur,& lana detergeatur,ne ab humore transeunte ulcus excitetur.Rosaceum item aut myrteum, aut melinum oleum illinatur. Aqua etiam pura nihil adstringens habens ammixtum,in principio præsertim adhibeatur ob influentis humoris acrimoniam: Et ob eandem causam etiam alicæ ac oryzæ succus infundatur. Facit & fœni græci decoctum plurimo oleo susino

ammixto.Susinum enim oleum tum huic, tum aliis succis utiliter ammiscetur.Atq; hi quidem succi efficaciores erunt,si quid acaciæ,aut hypocysthidis, aut de alio quopiam ad rubrum fluxū relato,fuerit ammixtum.Possumus etiam pro susino oleo lentiscinū aut œnāthinum adhibere.Stercus insuper caprinum cum myrrha,thure,& aloe,rosaceo & aceto addito cōmo de subditur,ita ut his ablatis loci uino nigro austero abluantur. Vbi uero quæ profluunt fœtida sunt,post relatorum usum tetrapharmacum rosaceo dilutū adhibebimus,& per certa interualla uicissim tum prædicta auxilia,tum tetrapharmacum applicabimus. Si uero fluxus sordidus fuerit,& dolorem intulerit,uitel los ouoꝝ assatos cum modico croco & rosaceo subdemus. Aut malum cotoneum assatum eodem modo.Et lenticulæ decoctum cum plantaginis succo infundemus. At si quæ profluunt sordida quidem fuerint,& feci similia,dolorem tamen non intulerint,infusa ad dysenteriam idonea immittemus. Vbi autem loci purgati fuerint,adstringentibus elotionibus confidenter utemur. Locis uero induratis asininum lac cū rosaceo aut susino oleo infundemus,& in pesso subdemus.Et si asininum defuerit caprinū succedat. Lac uero præstat quod ab animali p prata pascente emulgetur. Aliquando etiam amylum ad crassitudinem cō parandam,lacti ammiscemus. Pessi insuper iidem, cataplasmataq; ac emplastra eadem quæ ad rubrum fluxum retulimus huc transferantur. Præcipuam uero fiduciā in recta uictus ratione habere oportet. Nec quantitatis solum,sed etiam qualitatis edulioꝝ ratio habenda est.Sitq; alimenti materia talis quæ & crasse faciat ac uires corroboret. Quales sunt sorbitiones è tritico ac lacte paratæ,nō aquosæ ac dilutę,sed probe compactæ,quæ pro occasione etiam ex passo cretico parentur.Carnes uero eligendæ sunt siccandi ui præditæ,uelut aues montanæ,& ferarum animantium.

Cæterum ubi fluxus ceſſauerit,à ueloci ambulatiõe, à multis pectinis ac lumborum frictionib.ab acrium eſu,à calfacientib.à flatuoſis,& ab his quæ urinã pro lectant,diu abſtinendum eſt,& balneis raro utendum, neq; uenter mouendus eſt,neq; ſpiritus retinendus. Hæc enim omnia malum reuocant.Partes autem ſu periores ſenſim ac leniter exerceãtur,ac perfricentur. Inſeſſiones fiant in aqua non adeo frigida. E peſſis autem ſubdititiis elaboratiores ac medicamentoſi ui tentur. Verum poſt inſeſſiones roſaceum lana exce ptum ſubdatur,& in ipſo curationis tempore ægrotæ bibant ea quæ ad ſanguinis per ſputum reiectionem retulimus. Faciunt & pæoniæ grana pallida xv.aſſi due pota.Aut corallorum drachm.i.è uino nigro. Aut uinacea trita cũ uino.Aut leporis ſiue hœdi co agulum erui magnitudine in poſca dilutum.Aut cor ticis loti arboris decoctum. Aliud Aſpaſiæ,Ad mu lieres quæ ſinum pudendi ualde humectum habent, ut ex eo non concipiant.Gallas p octo dies aqua ma cerato,deinde lanam purã ac mollem in aqua illa ſiue cremore gallarum tingito,& non exprimito,ſed ficca ri ſinito,& lanam ita ſubdendam dato.Ex hoc mulier uelut uirgo reddetur,& hoc ſæpe repetat. Aliud. Semen rumicis acuti cum pauca aqua ſubigito. Aut ſi uiride fuerit,per ſe terito,& ſubdendum exhibeto, & fiet pudendum uelut uirginis adſtrictum.

De uteri ſtrangulatione. Cap.LXVIII.

Vteri ſtrangulatione ab utero quidem inferne ori tur. Verum ſupernæ partes & principales præſertim, per conſenſum afficiuntur. Nam ad cor p arterias: Ad cerebrum p ſpinæ membranas ac neruos: Ad hepar per uenas affectio tranſit,uideturq; uterus uelut ad ſu pernas partes aſcendiſſe.Conſequitur affectas accedẽ te exacerbatione,mentis languor:pigricia ad agendũ, debilitas crurum,pallor faciei,triſtis aſpectus.Inſtante uero ſtrangulatione,ſopor grauis ac profundus, mẽ

tis ac ſenſuum apprehenſio,cum uocis interceptione. Pulſus autem parui ac debiles fiunt,& aliquando pe nitus intercipiuntur. Quibuſdam autem neq; reſpira tio ſenſibilis permanet. Aliquæ uero aliis actionibus integris manentibus,magnam reſpirationem ex hac affectione habent.Et hinc manifeſtũ eſt quod nõ cir ca cor & ſtomachum compreſſio,aut morſus, aut p frigeratio,à partis aſcenſu fit, ſed circa partes reſpira tionis,& pulmonem hoc contingit. Quapropter neq; animi deliquium his uehemens eſt,quum cor affectio nis exors permãſerit. Neq; enim fieri poteſt ut animi deliquium citra cordis conſenſum ingruat. Cæterum affectionis differentiæ,pro cauſæ efficientis differentia ac magnitudine ſunt.Et ſanè quidam experiri uolen tes an aliqua adhuc ſuperſit reſpiratio, lanam carptã naribus admouent,atq; inde ex lanæ motu colligunt, an aliqua inſpiratio aut exſpiratio reſtet. Alii poculũ aqua plenum ad os uentris ponunt,& conſiderant an aliquo motu aqua agitetur. Et profecto utriq; igno rant,aliquando ſublata penitus oris ac narium reſpi ratione,ſupereſſe adhuc eam quæ in toto corpore ab arteriis p̃ficitur.Id quod ét in reptilibus uenenatis cõ tingere uidemus.Hæc enim p totam hyemem mor tuis ſimillima in cauernis latitant, per arterias tantum totius corporis reſpirantia.Sic etiam in uteri ſtrangu latione fieri poteſt,ut toto corpore frigefacto, oris ac narium reſpiratio intercidat.ſuperſit aũt ea quæ ab ar teriis fit. Sed & oris ac narium reſpiratio adeo parua eſſe poteſt ut ſenſum lateat.Profundiſſimo itaq;, ſo pore corripiũtur huiuſmodi mulieres, uoce,ſenſu,ac motu interceptis.Stomachi ét dolore uexãtur,& ſali uã uomũt,ſi in ſtomacho aut capite humiditas ſita eſt. Deinde uero exolutis cauſis corpus firmari incipit,& malæ rubeſcũt,& oculi poſt multã grauitatẽ attollũ tur.Et ubi iã malũ ç̃grã relictuq; eſt,humiditas q̃dã ex locis muliebribus excurrẽs tactu p̃cipitur, & inteſtina

murmurant,& ipſe uterus paulatim laxatur. Atq; ſic exurgens ægra intellectum ac ſenſum recipit. Accidit hæc affectio omni quidem tempore,ſed hyeme præcipue ac autumno,iunioribus præſertim,ſalacibus,ac ſterilibus,maxime ſi per medicamẽta ſteriles fuerint. Oritur autem uel utero ꝓfrigerato dum menſes prodeunt,uel propter abortum,uel ſanguinis eruptione ab utero,ab aliquo repente ſuppreſſa. Atq; hic morbus ubi inuadere aſſueuerit,comitialis modo diuturnus & per circuitum repetens efficitur,& tutus quidẽ apparet,ſingulis tamen acceſſionibus præceps periculum affert,ut nõ eadem ſolum die,ſed intra paucas horas interimat. Et pulſus quidem primum denſiores fiũt,& inordinate mouentur,deinde etiam penitus intercipiuntur,& exigua quædã humiditas cutis ſuperficiem irrorat. Similiter & reſpiratio primum obſcuratur,poſtea penitus intercidit. Eſt autẽ hic morbus flatuoſa perfrigeratio,non inflammatio,uelut Soranus putat. Semen enim in utero paulatim coaceruatũ,aut alia quædam materia inſita ac putrefacta, perfrigeratur,& ad cerebrum ac cor frigiditatẽ tranſmittit, atq; hæ partes principales frigefactæ relata accidentia inferunt. Et ego ſane mulierem uidi in hunc morbum collapſam,dum ab obſtetrice laxantia ac odorata auxilia adhiberentur, & pudendi ſinus digitis penitius confricaretur,tum ex auxiliorum admotorum caliditate,tum ex digitorum contrectatione,ſe contraxiſſe cum dolore quodam uoluptate ꝓmixto, deinde excreto multo craſſo uiſcoſoq; ſemine,protinus à molestiis ac afflictionibus liberatam eſſe. Neq; mirum uideri debet uel ex minima humorum mole tanta accidentia conſequi. Si enim paucisſima ueneni quantitas,& tam exiguum uirus reptilium ꝑ anguſtisſimũ foramen eiectum,mala longe ſæuiora inducit, nõ abſurdum dictu eſt,ſemen corruptum aut menſtruũ ſanguinem ſuppreſſum ac detentum,talia inuehere accidentia. Sed & ex canum rabie facilis huius rei cõiectura eſt. Tãta enim inde humorum fit alteratio,ut ſi eorum canum ſaliua ſolum corpus humanum contigerit,confeſtim rabiem inducat. At uero ſcire operæpreciũ eſt,hunc morbum nõ ſolũ ob uteri aſcenſum fieri, uitioſo humore uelut diximus in eo collecto: Sed ſæpe etiam ex uentris repletione utero affectionem tranſmitti. Et aliquando hepatis aut ſplenis cauſa, uaſa ex quibus uterus dependet retrahi. Quum ergo uterus ex ſeipſo laborat,pro ſeminis uel menſtrui ſanguinis coaceruati quãtitate,ac qualitate,alia alias accidentia conſequentur. Si enim cauſa efficiens frigefaciendi uires habuerit,ita uniuerſum corpus perfrigerabitur,ut reſpirationis ac pulſuum ſenſus penitus abroleatur. Si uero humores affligentes craſſi aut acres fuerint,conuulſio ſubſequetur,quem ad modum atrę bilis humores animi triſtitia comitatur. At animi deliquia exacerbationum uehementia,& maxima perfrigeratio,& oris uentris afflictio inducit. Ægra itaq; ceruice ac ſcapulis accliuius collocetur,fœmoribꝰ ac inguinibus decliuibus. Et in ipſis exacerbationibus extremæ partes deligentur,& pedes ac crura fricentur. Naribus autem odorata admoueantur,uelut eſt galbanum,aut caſtorium,aut ſagapenum,ſingula ex aceto trita,ac naribus illita. Aut acetum acerrimũ in quo pulegium,calaminthe,thymus,origanum, conyza tenuis,& alia huiuſmodi acria decocta ſunt, calefactum naribus adhibeatur. Hæc enim craſſos uapores cerebri incidere & attennare poſſunt, ac ſimul frigiditatẽ depellere,& inſpirata thoracem ac pulmonẽ expurgant,& ſtomachũ corroborant. Excitentur etiam ſternutationes,caſtorio,pipere,ſtruthio,narib.per ſpecillum admoto. Os aũt ægræ aperiatur,ac medius digitus ad uomitum proliciendũ intromittatur. Nares item caſtorio,bitumine,galbano,ſulphure ſuffiantur,aut funiculo lucernario recens extincto,aut pẽnis

ustis,aut soleis antiquis,aut ceparum aut allior̃ cor̃
ticibus,aut capillis ipsius propriis exustis. Aut cor̃
nu caprino incenso , aut pice ad prunas liquescente,
cedriaq; ac ueratro: Aut pane recens incenso, & simĩ
libus. Quidam etiam matulam urinariam inueteratam,& pannos sulphuratos incensos naribus admouent. Sinapi item tritum cum aceto,& gagates lapis aqua tinctus & incensus , ac oleo extinctus , naribus adhibeatur. Aut rutam uiridem manibus contritam suffito. Verum uero inferne per pudendum odoratis suffito,storace uidelicet ac sandalis,& aloe, ac similibus. Illinantur etiam intra pudendum ea quæ laxandi,calfaciendi,ac flatus dissoluendi uires habẽt, qualis est pessus Enneapharmacus appellatus, & cæteri eiusmodi ad uteri duricias inferius descripti,amaracino,gleucino,irino,cyprino,aut capnisto oleo diluti adiecta etiam rutæ aut cumini portione. Atq; hæc digitis excepta obstetrix usq; ad uteri os immittet, ac leniter & diu confricabit,ut hinc irritatus crassus humor qui in utero hæret,prouocetur ac calefactus excernatur.In ipsum quoq; uterum per uteri fusorium clysterem,amaracinum aut gleucinum aut foliatũ unguentum iniiciatur.Et in sedem glandes indantur , ex ruta,cumino,nitro & melle cum aliquo ex relatis unguentis & butyro præparatæ. Est & cucurbita primũ inguinib.ac fœmoribus, deinde utrinq; circa umbilicum,cum plurima flamma citra scarificationem affigenda.Et super hæc omnia mulier magnis uociferãtionibus excitetur ac uocetur. Insessiones quoq; parentur in decoctis baccarum ac foliorum lauri , pulegii,calaminthes,marrubii,artemisiæ,conyzæ, sabinæ, centaureæ,dictamni,sampsuchi, fœni græci , altheæ, chamæmeli,aristolochiæ,iridis, serpylli.Insessionum uero tempore cerebri cura non relinquatur, sed rosaceo & aceto caput irrigetur, & in aceto prius serpylli,sphondylium,ruta,baccæ lauri , interdum & castorium coquatur. Et naribus prædicta odoramenta assidue adhibeantur,præsertim castorium cum aceto.

Præcordia item fasciis uinciantur,& distentis manibus os uteri comprimatur. At ubi exacerbatio instat, ægra ad uomitum cogatur.Omnes enim uomitu leuantur,sed præcipue quæ cibo grauantur. Tertia uero die cucurbitæ cum scarificatione pectini ac lumbis affigantur,deinde loci scarificati sale conspergantur. Et ubi ab huiusmodi auxiliis discesserimus, ad castorii potionem transibimus,quod assidue potum sæpe penitus ab hoc morbo liberat. Dandum est quotidie drachmæ pondere,aliquando cũ aqua mulsa,aliquãdo cum artemisiæ decocto, bituminis quoq; scrupulus utiliter ei ammiscetur. Nec parum iisdem confert acetum scillinum assidue potum. Atq; hæc curatio in morbi exacerbationib.adhibetur.Vbi uero diuturnus factus fuerit,plerunq; à uenæ sectione initium facimus,præsertim si menstruæ purgationes fuerint detentæ.Deinde ad alui euacuationẽ progredimur. Ac hiera quidem ex colocynthide omnium efficacissima est: Mulierib.tamen & uteri affectionib.magis conuenit hiera ex aloe picra,hoc est, amara appellata , quæ habet aloes drac.c.asari,croci, cinamomi, mastiches, spicæ nardi, xylobalsami, singulorum drachm.vi. Hoc medicamẽtum aridum seruari debet. Vsus uero tempore ad integram alui ductionem, drach.quatuor,ex eo cum aquæ mulsæ cyathis vi.propinentur. At si partitam purgationem maluerimus , drachm.ii. tantum ex tribus aquæ mulsæ cyathis exhibebimus. Ita enim stomachum firmat,uires reparat , ac morbũ depellit. Neq; post adeptam sanitatem medicamenti usus statim deserendus est,sed quantitas solum paulatim imminuenda.Peracta euacuatione,cucurbitæ inanes quidem,sed cum plurima flamma affigendę sunt, & uiolenter detrahendæ. Aliquando etiam scarificatio fit,& scarificati loci sale conspergũtur,deinde cum

cyprino cerato ad cicatricē perducuntur. Deinde emplastrum siue epithema emolliens pectini adhibeatur quod è seminibus præparatur, supra inter splenis auxilia descriptum, primum cum cerato dilutum, postea cerato paulatim detracto, ipsum solum per se imponatur, donec pustulæ uelut uari in cutis superficie excitētur: Quæ postquam emplastro albo, aut alio quopiam ad ambusta destinato, fuerint, sanatæ, iam locus est sinapismis & dropacismis acopisq; appellatis, ex euphorbio, pyrethro, adarce ac piperis paratis. Multum uero conferet ad medicamenta etiā recta uiuendi ratio, per deambulationes matutinas, gestatiōesq; in curru, uel naui, uel iumento. A motu uero gestationis prodest uociferatio, & lectio clara, modulata ac concinna. Item unctio, frictio, & exercitatio per congrua interualla repetita. Balneum autem raro, & non nisi sordis detergendæ gratia adhibeatur, & tamen bis aut ter per totam curationem, ad morbum expellendum admitti potest. Postremum uero confugium est ad balnea naturalia, tum calida, tum frigida. Recuperata tandem sanitate mulier nō omnino negligatur, sed præseruatiōis gratia per certa interualla, suspectis præsertim temporibus, insessiones supra relatæ adhibeantur, & saluiæ, pulegii, mercurialis, fœni græci decoctis, loci eluantur. Et pessi calefacientes & emollientes post elotiones subdantur. Philosophus uero inquit: Ad mulierem ex uteri strangulatu collapsam, plurimis remediis frustra tentatis, duos staminum glomos in oleum anethinum feruēs coniecimus: Et alterum probe expressum calidissimū loco adhibuimus, & anteq; frigefieret, alterum pro eo subiecimus, hocq; uicissim tam diu repetiuimus, donec mulier citra dolorem exurgeret. Sed & ceratum ex araneis interdum umbilico imposuimus. Aliud. Ad uteri strāgulatus ac dolores. Testudinis terrestris hepar tritum in pesso subdito.

Pessi

Pessi ad uteri strangulationem idonei. Cap. LXIX.

Pessi ad strangulatum uteri idonei tales sunt. Adipis anserini sexuncem, mastiches, adipis phasiani, styracis, singulorum quadrantem, ceræ quadrantem. Vngenti nardini, spicæ nardi, croci, singulorum unciam unam, crocus cum uino odorato ueteri teratur, sitq; uinum adstrictionis omnis exors. Alius. Ceræ sexuncem, ammoniaci, mastiches, singulorum unc.i. opobalsami, olei irini, singulorum quadrantem. Alius. Styracis sextantem, ceræ albæ dodrantem, casiæ, spicæ nardi, amomi, croci, mastiches, singulorū drachm.i. adipis porcini, terebinthinæ singulo. sexuncem. Thuris sesquiunciam, adipis anseris & phasiani, singulorum quadrantem, opobalsami, olei liliorum, amaracini, cyprini, nardini, irini, singulorum unc.i. Quod si ualidiorē facere malueris, cardamomi drac. quatuor adiice, & seminis rutæ tantundem. Oportet autem aeris constitutionis respectu, ea quæ calefaciūt detrahere uel addere.

Vnctiones ad uteri suffocationem. Philagrii. Cap. LXX.

Vnctiones post balnea præseruationis gratia tales adhibeantur. Olei dulcis lib.i. seminis uiticis, rutæ, contusorum singulorum quadrantem, casiæ tritæ quadrantem. Omnia simul misceto, & sub canis æstu per dies quadraginta insolato. Quod si pro temporis anni, aut regionis, aut temperaturæ calidioris siue frigidioris ratione, unctionis nim intendere uel minuere uolueris, addito ac detrahito ex medicamentis quantum ex re esse iudicaueris. At si unctio præparata non fuerit, irino ungento rutam, aut casiam, aut amomum, aut quicquam ex his quæ supra dicta sunt admisceto, ac utitor. Possunt & citra balneum hæ unctiones pectini ac lumbis illini. Efficaciores autem euadent, si adarcē ustum uel crudum, aut pyrethrum, aut piper tritum, aut oleum laurinum, aut cicinum, &

reliqua eiusmodi addideris, ita ut unctio crassior fiat.

Alia unctio ad eandem uteri strangulationem. Terebinthinæ, olei laurini, singulorum sexuncem, olei, irini, anethini, sing. lib. i. seminis cannabis, adarcæ, singul. sextantem, piperis, saluiæ, calaminthæ, singulo. unc. i. Pyrethri sextantem, nigellæ, casiæ, sing. unc. i. Arida tenuissime trita liquabilibus liquatis ammiscẽto, unito, ac adseruato. Vsus autẽ tempore aliquo oleo calido diluito, pectiniq; ac lumbis illinito. Suffumigiũ uteri. Stercoris canini albi, & sabinæ, æquales portiones suffito. Et si torsiones successerint, morbi uexationes quiescent.

Varia auxilia ad uteri strangulationem. Philagrii. Cap. LXXI.

Mulieres ad uteri strangulatum procliues, diospolitico pharmaco assidue uti debent, & eo quod ex tribus piperis generibus constat, & quod ex calamintha appellationem habet. Singulis autem ammiscenda sunt quæ semen minuunt ac abolent, qualia sunt uiticis, rutæ, cannabis semina, nymphææ radix, ac reliqua huiusmodi, quæ in uenereorũ tractatu retulimus. Castorii quoq; drac. i. assidue potent, modico anisо adiecto. At uero si prægnantibus respiratio interçepta fuerit, foris quidem ad corporis temperiem emendãdã, auxilia adhibenda sunt, uerũ potiones, & quæ in uterũ funduntur aut subduntur penitus uitare oportet, sicut etiam clysteres & sanguinis missionem. Ex omnibus enim his abortus periculum imminet. Cæterũ meminisse oportet, ut his quæ neq; contractionem, neq; declinationem uteri patiuntur, pro humiditatis aut siccitatis ratione medicamenta idonea exhibeantur, & ualidiora: Sicut his quæ rarũ ac molle corpus habent imbecilliora, & rursus oppositis fortiora. Itidẽq; iunioribus simpliciora, ætate prouectioribus efficaciora. Et his quidem q̃ totius corporis distentionẽ à flatu uentoso percipiunt, flatus leuantia exhibenda sunt. Quæ

uero grauitatem perceptant, incidentia ac attenuãtia. His autem quæ humorum acrimonia uexantur, laxãtia pinguia. At si declinatio, aut contractio, aut inflammatio circa uterum fuerit, omnia imbecilliora offerãtur. Fortiora enim morbum exacerbãt, & seminis excretionem prohibent. Et contra quæ pro curandi corporis ratione moderata sunt, tũ ipsi affectioni medentur, tum seminis excretionem adiuuant.

De seminis fluxu. Sorani. Cap. LXXII.

Mulieres nõ aliter q̃ uiri è seminis fluxu laborãt. Est aũt hæc affectio seminis citra cõcitationẽ ac tẽsionem uenereã profluuiũ, ad quod uteri laxatio ac debilitas, & totius corporis tabefactio cõsequitur. A toto enim corpore materia paulatim ad uterũ cõfluit, atq; isthic modice uelut in oculis lachryma mutatur. Et sæpe cõtingit ut affectio hæc diuturna fiat. Quapropter recẽtẽ adhuc reprimere ac sedare conabimur, p ea q̃ sensim adstringunt, uelut est rosa, myrtus, rubus, lentiscus, & huiusmodi. Pectiniq; ac inguinib. acaciã, hypocysthidẽ, & similia cũ uino austero imponemus. Cerata itẽ ac cataplasmata è palmulis, malis cotoneis, ac myrti baccis adhibebimus. Laminã quoq; plũbeã latã ac tenuẽ lũbis alligare oportet, & stratũ non sit delicatũ, sed potius asperum. Vomitus à ieiunis quidem fiat, à cibo tamen admitti quoq; potest. Præterea partes supernæ exerceantur ac diu confricentur. Et cauendũ ne affectæ partes inungantur aut calefiant. In potu detur solani radix arefacta, aut uiticis, aut rutæ, aut cannabis semen ex aqua, singula drachmæ pondere.

Cibi uitandi sunt exoluti ac sorbiles, & ad seminis generationem, ac uenerem excitandã idonei. Vescatur autem solidioribus eduliis, & auiculis assatis utatur, ac uinum fuluum bibat. Et omnia uitet quæ ad uenerem irritare possunt, ita ut neq; picturas, neq; signa formosa spectet, neq; de concubitu uerba faciat. Sed tetrica, uiuẽdi ratiõe, lectionibusq; ac colloquiis seue-

ris utatur. Perseuerante uero affectione, exercitia, sudorum prolectationes, frictiones, & frigida balnea adhibeātur. Et rosaceum assidue pectini ac lumbis illinatur. Si uero aliquando ob acriorem constitutionem ac qualitatem irritās ac quodā modo mordens sensum, semen ipsis prodit, contrariis cibis ac potibus utatur, balneis item ac lactis potu, & fructibus, & aquę potu, ac similibus. Transferantur etiam huc quæ ad seminis profluuium in uiris, & ad seminis in somno effusionem supra relata sunt.

De uteri debilitate. Sorani. Cap. LXXIII.

Quem ad modum aliæ corporis partes, ita etiam uterus aliquando debilitatur. Consequitur ad hāc affectionem, fastidium ueneris, flatus uentosi excernuntur, menses exuberant, & singulis mensibus bis aut ter inordinate deferuntur, nigri & aquosi. Neq; semē uiri iniectum diutius detinetur, sed à concubitu defluit, aliquibus statim, quibusdam post aliquot dies. Quędam abortum faciunt, aliquæ non abortientes gracilem ac imbecillem fœtum generāt. Menstruorum uero tempore pectinis, lumborum, ac crurum grauitas adest, & stomachus male habet, & hinc uaporibus ad caput eleuatis aliquando delyria succedunt, similesq; sunt harum uexationes his quæ ab utero strangulantur. Quandoq; etiam uelut atra bile percitæ desipiunt, ac furore aguntur. Oritur hoc malum ex assiduo partu ac uteri distentione, præsertim ubi fœtus insignis fuerit magnitudinis. Curatio earum facienda est, per ea quæ firmandi ac debiles partes corroborādi uires habent. Insessiones itaq; adstringētes ad tactum tepidę, & uteri elotiones conueniunt. Et rosaceum oleum tepidum, aut narcisinum, aut melinum, aut susinum, & huiusmodi, pectini ac lumbis illinantur. Et mulier per congruos motus assidue exerceatur, & alimentis utatur paucis quidem, sed quæ cum leui quadā adstrictione carnis copiam generāt. Vinum autem fuluum adstringens parcissime potet. Est enim sitis huic affectioni commoda. Omnem uero lactis esum, & obsonia è caseo parata uitare oportet, uniuersas item purgationes atq; alui ductiones recusare.

De furore uterino. Eiusdem. Cap. LXXIIII.

Furor uterinus est uteri intemperies, ad affectionis cōsensum cerebrum trahens, ad quàm rabiosum delyrium consequitur. Differt ab uteri strangulatione primum causa, neq; enim hic uterus sursum tractus principalem aliquam partem ad affectiōis consensum ducit, aut compressione, aut morsu, aut uapore. Sed eodem loco permanens per medullam spinalem, aut alias sibi insertas propagines, uitiosam qualitatē quancunq; tandem ad cerebrum mittit. Deinde etiā signis ab uteri strangulatione differt. Ægrotæ enim minime in hac sicut in illa affectiōe mutæ ac sine sensu decumbunt, sed potius garrulæ, iracundæ ac inquietæ fiunt. Differt etiam à furore non per consensum, sed primario cerebrum impetente. Harum enim amentia tota in uenere uersatur, & nihil aliud imaginantur aut loquuntur, quàm de coitu, pruriensq; pudendū habēt, eiusq; attactu mirum in modum delectantur. Accidit hæc affectio temperatura calidis, ætate uigentibus, uirginibusq; ac castitatem seruantibus, & quæ optimis eduliis uescuntur, & in delitiis ac animi uoluptate uersantur, præcipue si aliàs libidini ac ueneri adsuetæ fuerint. Nihil enim aliud est hæc affectio quàm ardor & feruor uteri, ad cerebrū & totum corpus distributus. Proinde quæ supra ad calidam uteri intemperiem relata sunt utero adhibenda, huc transferantur. Irrigationes autem capitis, & alia auxilia furori cōgrua Sermone sexto retulimus. Peculiariter autem huc facit pastillus Trigonus, cum æquis portionibus crocomagmatis ac cypheos aromatici. Facit & hydrorosati potus. Et hoc medicamentum. Smyrnii, croci, spicæ nardi, sing. unc, i. excipe diacodio aut hydrorosato, &

drach.ii.pondus ieiunis exhibe cum coriandri decocto. Quod si ob corrupti seminis redundantiam affectio contigerit,nitrum & cardamomum cerato excipito,ac pudendis subdito. Saliuæ enim simile quid elicitur,& affectio sedatur. Ruta uero cum castorio in myrteo cerato supposita,genituram siue semen cõtrahit,& furorem mitigat. Sed & diacodium aceto aut solani succo ammixto subditum ardorem extinguit.

De uteri resolutione. Eiusdem. Cap. LXXV.

Vterus sæpe etiã ob alias causas,sed maxime propter frequentes abortus resoluitur. Consequitur uenerís odium,oris uteri frigefactio,eiusdemq; plenus,pinguis,& uelut infartus habitus,ceruicis item laxitas ac stupiditas. Sæpe etiã menses supprimuntur, aut ægre prodeunt. In congressu uiri uel nihil omnino seminis in uterum immittitur,uel iniectum uelut ex inanimato loco statim effluit. Aliquando etiam urina & stercus importune prodit. Curatio autem similis est ei quam de menstruorum stillicidio diximus,facit & assiduus castorii potus,& pessorũ calefacientium,elotionumq; ac unctionum adhibitio.

De uteri prolapsu. Eiusdem. Cap. LXXVI.

Prolabi uterum dicimus,quum ita euertitur ut foras promineat. Neq; enim totus à suis appendicibus exolutus,uelut imperiti putant,excidit. Nã si ita procideret restitui non posset. Quod autem procidit struthocameli ouo simile est, iuxta maioris ac minoris differentiam,prout uiolenta euersio contigit. Sut aũt prolapsus causæ multæ. Ab alto enim delapsa mulier & in coxas delata,diruptis pelliculis ac ligamentis q uterum continent ac uicinis partibus connectunt,hoc malo corripitur. Corripitur & ob uiolentam secundę extractionem,quod præcipue in abortibus contingit. Præterea inartificiosa fœtus extractio,aut nimia spiritus detentio, aut immensi oneris eleuatio , aut plaga, uteri prolapsum inducit. Sæpe etiã ob humoris plu-

rimi ac lenti defluxum,& ob partuum frequentiã,appẽdices ex quibus uterus dependet,laxantur,ac soluũtur. Quin & ob uehementes animi affectus,uelut si liberorum ammissio,aut hostium incursus nuncietur, aut ob periculosam nauigationem,aut eiusmodi quãdam causam,mulieres toto corpore exolui solent, ita ut uterus simul prolabatur. Aliquando etiam citra ullam eiusmodi causam partes debilitantur, ut propter pellicularum ac musculorum uterum sustinentium resolutionem , hæc affectio contingat. quod inclinata ætate maxime fieri solet. In principio itaq; plurimus sanguis erumpit,deinde consequitur dolor præcordiorum,lumborum,imi uentris,ac pudendorũ, & periculum est ne perfrigeratis locis conuulsio inferatur. Vbi uero temporis progressu affectio inualescit,& loci callosi facti fuerint,neq; conuulsionis periculum imminet,neq; dolor infestat. Quum ergo adhuc recens est affectio conari oportet ut uulua ipsa contrahatur. In principio enim facile dirigitur,& recte locata permanet,præcipue in uigoris ætate. Nam in ætate proiectioribus contrahitur quidem,sed ex leui occasione rursus prolabitur. Si itaq; durum stercus in recto intestino esse suspicaberis,per clysterẽ euacuabis. Similiterq; si in uesica lotium collectum fuerit, per fistulam uesicę adaptatam euocabis. Contingit enim plerunq; ut illarum superfluitatum detentione , uterus inter utrunq; , rectum inquam intestinum ac uesicam situs , comprimatur ac coarctetur , & impediatur ne repelli , & ad proprium situm reduci possit .

His autem peractis ægram supinam collocabimus , coxis altioribus , reflexis poplitibus , ac cruribus disparatis. Deinde prolapsam uteri partem oleo tepido , aut butyro , uel betæ , maluæ, altheæ , fœni græci , seminis lini , aut similium decocto fouebimus : & lanam conuolutam figura ac crassitudine muliebri pudendo correspondentem,

accipiemus, eamq; linteolo inuoluemus, & acaciæ aut hypocysthidis succo uino diluto intingemus, ac utero apponemus, & citra uiolentiam totū quod prolapsum est reprimemus, donec tota moles intra sinū recipiatur. Postea lanam in pudendum subdemus, & alium lanæ hapsum uino adstringente imbutū superponemus, atq; totū pectinem spongiis ex posca expressis integemus, & mulierem reclinabimus crura extensa ac coaptata habentem, ita ut alterum alteri incūbat. Tutius tamen fuerit per fasciam ad genua usq; constringere. Aliqui uteq; recens prolapsum cucurbitæ domesticæ ac betæ decocto, cū urina graueolenti, aut acri aceto, aut re aliqua fœtida proluunt. At uero si prolapsus uterus temporis progressu intumuerit, plurimoq; humore refertus fuerit, ut præ tumore reduci non possit, betarum decocto ipsum rigamus, deinde acetum affundimus, & salem tenuissimum inspergimus, & postea sedato tumore, eodem decocto perfusum retrudimus. Deinde cucurbitas umbilico & utriq; lateri cum plurima flamma affigimus, & odorata asfidue naribus admouemus. Tertia uero die lana adhuc intra pudendi sinum existente, mulier in uino nigro austero aliquatenus tepefacto, aut in myrti, lentisci, rubi, ac malicorii decocto insideat. Et post insessionem rursus supina coxis altioribus locetur, & sublata ex pudendo priore lana, alia rursus eodē medicamento imbuta subdatur. Cataplasmata uero forinsecus imponātur ad imū uētrē, ex palmulis, polēta lenticula ac malicorio, cū aceto mulso. Atq; hæc rursus tertia die fiant, usq; ad perfectam curationem. Porrò uteri crebro prolabentes posca abluantur, in eademq; mulier diutius insideat. Deinde omnia relata fiant. Sæpe uero ob locorum sensus subtilitatem, reiecto aceto terram nigram quàm in lentibus reperimus aqua diluimus, & ex ea partem affectā plurimū fouemus, ac postea eadem medendi forma utimur.

At uero si uterus ob humorum lentorem difficulter repellitur, uini fecem ustā, aut nitrum lixiuio permixtum obluimus, & cum decocto aliquo adstringente, aut cum prædicta terra aqua diluta fouemus: Deinde plumbi cremorem oleo myrteo aut melino ammixto, parti prolapsæ illinemus ac in sinum pudendi retrudemus. Loci insuper interni, ægra undiquaq; circū tecta rebus fœtidis suffiantur. Naribus autem odoratissima quæq; admoueantur: Et cibi boni succi, & uina odorata tenuia offerantur. Ferunt torpedinis corium recens detractum, parti prolapsæ obuolutū, ipsam repellere. Atq; idem posse pastinacæ marinæ aculeum cum hyoscyami succo illitum. Illud autem obseruandum est ne aluus nimium subducatur. Exoluuntur enim laxanturq; uicinæ partes, & uterus recidit. Si uero pars prolapsa temporis progressu per negligentiam computruerit, & ex asfidua urinæ irrigatione & adhærentibus sordibus exulcerata fuerit, auferatur citra ullius periculi formidinem. Narrant enim totum uterum putrefactum aliquando ablatum esse, & mulierem nihilominus superuixisse.

De reclinatiõe, auersione ac recursu uteri.

Aspasiæ. Cap. LXXVII.

Suppressis mensibus necesse est uenas & arterias ad uterum tendentes repleri. Nam sanguis usq; ad uasorum oscula accurrit quidem, uerum intra uterum prodire non potest, aut eo quod nimia crasitudine oculis impingitur, & grumosus fit: Aut quod ipsa oscula clausa sunt, & transitum impediunt, ita ut uenæ humore refertæ extendantur, & uicinos uteri appendices humectent, quorum extensione uterus retrahitur. Si itaq; ex utraq; parte æqualis retractio fiat, reclinatio, aut reuulsio siue recursus uteri æqualis contingit. Si uero in alteram partem maior retractio fiat, alterum è uisceribus his in causa est, splen uidelicet aut hepar, quorum uenæ superfluo sanguine extentæ à suis

partibus uterum retrahunt, hepaticæ uenæ è dextris, splenicæ è sinistris, prout alteræ magis fuerint repletæ. In utram uero partem uterus declinauerit, digitorum admotione, & signis insequentibus cognoscemus. Si enim in obliquum declinauerit, propinqui fœmoris distentio, dolor, perfrigeratio, impedimentum, & torpor indicio erit. Aliquando uero etiam eiusdem arefactio, & ad innitendũ ac ambulãdũ impotentia consequitur. Si uero retro aut infra inclinat, torpor ac difficilis utriusq; cruris motus sequitur, sæpe etiam motus penitus intercipitur, & ingens uexat dolor. Aluus etiam supprimitur, neq; clysterem admittit, nisi genibus innitatur ægra. Flatus item retinentur, & dolores intendendum acuuntur, præsertim si uersus anum reclinatio contigerit. At si ad pubem uergit, imus uenter ac pecten extenditur, & dolores ibidem percipiuntur, aliquando etiam urina supprimitur. Quomodocunque igitur uterus retractus ac inclinatus fuerit, eodem modo uelut inflammationes in exacerbationibus curare oportet. In remissionibus autem & declinationibus, magis emollientibus utendum est. Perseuerante uero affectione, his quæ ex alto attrahere, & corporis habitum mutare possunt. At uero auersionem uersus anum ita curabimus. Primum obstetrici imperabimus ut digito in anum immisso uterum propellat. Deinde glandem ano subdat quatuor digitorum longitudine, ex galbano & cera paratam, cuius extremitati filum extractionis gratia sit annexum. Aut castorium aqua dilutum & lana exceptam similiter subdatur. Aut bitumen aridum, aut pix liquida. Postridie uero irinum aut susinum oleum tepidum, in uterum & intestina infundatur. Et loci aromatum, aut marrubii, aut conyzæ decocto foueantur, & ex eodem uterus eluatur. Postea ceratum rosaceum adhibeatur. Si uero in obliquum retractio inclinat, primum eadem fomenta adhibeantur. Deinde obstetrix specillo cum digito subimmisso, uteri collum dirigat. Ægra uero in contrarium parti affectæ latus, aut supina decumbat. Pessis insuper mollientibus aperientibusq; utemur, & ex prædictis oleis aliquod infundemus, & pectini lanam uino & rosaceo imbutam. Aut succum seminis lini cerato exceptum imponemus. Et castorium cum aniso, aut cumino, aut nigella, aut pæoniæ radice, aut smyrnii, aut dauci semine, aut aristolochia, aut gentiana, aut helenio, ex aceto mulso propinabimus. Eadem etiam ad repentinos uteri dolores faciunt, non singula solum per se, sed etiam simul coniuncta. Mulier autem accliui capite decumbat, & si compositus recte uterus rursus retrahaturi, fœtida statim naribus admoueantur, & sternutationes prouocentur. Et si urina supprimatur, fistula uesicæ ad hoc destinata proliciatur. Et si ab his exacerbatio fuerit exoluta, quiescendum est. Cæterum pro afflictionis magnitudine, si ægram adolescentem & sanguineam nacti fuerimus, cõsiderabimus an cubiti uena sit secanda. Deinde menses prouocantia propinabimus, & pessis mitioribus utemur.

De uteri inflatione. Cap. LXXVIII.

Vterus aliquando ex partu perfrigeratus flatu impletur, osculo ipsius cõcluso, aut grumo sanguinis in ipso impacto. Flatus autem ipse quandoq; in uteri cauitate concluditur, quandoq; in corporis ipsius uteri angustiis continetur. Consequitur pectinis ac imi uentris tumor, uelut in hydrope tympanite, cum dolore pungitiuo, perpungente usq; ad septum transuersum, & stomachum, & nihilominus utrinq; in lateribus extento, & sæpe ad alterum, sæpe ad utrunq; inguen se extendente. Vmbilicum item lumbosq; ac pectinem idem infestat, & caput quoq; per consensum afficit. Quandoq; uero flatus per muliebre pudendum erumpit, ut ægre iã percipiant. Si itaq; flatus in uteri cauitate fuerit conclusus, strepitus ac sonitus

quidam in corporis flexu auditur, qualis in inteſtinis contingit, quæ torminibus uexantur: Et ad digitorum pulſationē ſonus tympani redditur. Si uero intra uteri anguſtias continetur, dolores uehementiores ac curatu difficiliores infeſtant. Huiuſmodi autem affectiones fame, ac olei dulcis calidi irrigatione, in quo ruta & anethum decocta ſunt, curantur. Et niſi ætas, regio, & anni tempus obſtiterint, uena ſecetur. Inſeſſiones q; in rutæ, pulegii, calaminthes, marrubii, thymi, artemiſiæ, altheæ, ac caricarum decoctis fiant. Et corpus per hieram Rufi, & Archigenis ex colocynthide euacuetur. In exacerbatiōibus autē uulua his colluatur, quæ laxandi ac flatus diſcutiendi uires habent, quale eſt oleum gleucinum, & peſſus eiuſdem facultatis pluri mo oleo dilutus, & per uteri ſuſorium clyſterem immiſſus. Cataplaſmata etiam leuia ex caricis, hyſſopo, ruta ac nitro imponantur. At uero ſi flatus ob impactos grumos fuerit concluſus, poſtquam ægra in aliqua ex relatis inſeſſionibus diutius conſedit, obſtetrix digitum illitum in pudendi ſinum immittat, & grumū ſenſim diſſoluat ac educat. Perſeuerante uero inflatione, in exacerbatione efficaciora adhibeantur, interpoſitoq; tēporis ſpacio, illitionibus calidioribus, crurumq; ac affectorum locorum frictionibus utemur. Et lumbis ac pectini dropacem adhibebimus. Aut rubefactorium è ſinapi & caricis. Aut farinam ordeaceā cum caricis, ruta, hyſſopo, & melle coctam. Aut epithema ex ſeminibus, aut ex baccis lauri. Aut polyarchium cerato cyprino exceptum. Aut poſtea etiam p ſe ſolum. Peſſi quoq; eiuſdem facultatis ſubdantur, ex terebinthina, galbano, iride, ruta, & œſypo. Et qui ex pulegii, nitri, mellis, fellis taurini, æquis portionibus paratur. Maxime autem conuenit. Caricarum pinguium probe contuſarum ut granula non percipiantur drac.i. cumini drac.ii. ſpumæ nitri albæ drachm.i. Verum ad acrimoniam obtundendam, peſſum hunc

in lac prius immergere oportet. Cucurbitæ quoque affigantur, & uiolenter detrahantur. Aliquando etiam ſcarificatio fiat. Vtendum q; eſt omnibus quæ ex alto materiam attrahere poſſunt, & balnearum naturaliū aquis primum calidis, deinde frigidis ut corpus ad tolerandam frigiditatem ſenſim alliciatur, & affectæ partes paulatim firmentur. Alimenta quoq; attenuantia ac flatus diſcutientia exhibeantur. Et medicamentū dioſpoliticum, ac ex calamintha conſtans aliquando exhibeatur. At uero auxilia amplius medicata, & aromatum ſuffitus, tanq; capiti noxios reprobamus. Sed & epithemata adſtringentia, qualia ſunt quæ ex pal mulis ac malis cotoneis parantur, & ſimilia, ad hanc affectionem inepta ſunt.

De uteri hydrope. Cap. LXXIX.

Quum menſes longo tempore fuerint ſuppreſſi, & imprægnatio impedita, ſæpe humoris copia in uterum confluit, & aliquando corpuſcula quædam ueſicæ fellis ſimillima in ipſo generantur, in q bus humor colligitur. Sequitur affectionē hanc, tumor circa imū uentrem amplus, laxus, flatuoſus, & murmura uelut in inteſtinis, in ambulando grauitas, & ſpirandi difficultas, alui recrementa graueolētia ſunt, & menſes ac conceptus impediuntur, & quæ prodeunt nullo ordine ſeruato deferuntur. Vbi uero uiolenter excernuntur, ruptis aliquando paruis illis corpuſculis, quæ ueſicis ſimilia diximus, uiſcoſa quædam ac aquoſa erūpunt. In quibus itaq; humorem in utero collectum ex propriis ſignis cognoueris, decubitu quieto, mox uomitu ac ualidis elotionibus utendum eſt. Proinde corticis radicis tithymali myrti ſicci drac.ii. per ſe, uel cum radicis panacææ obolo propinabis. Et in uterē infundes quæ mucoſos humores attrahunt, qualia ſunt, grani cnidii grana decem, cum oleo irino & modico melle. Aut ueratri nigri drac.ii. cum irino aut cyprino aut narciſſino oleo, cum modico melle p uteri

tuſorium clyſterem infundito. Verum ante has elotiones, cardamomum cum ſale, aceto mulſo, thymo, pulegio, calamintha, aut ſimili quopiam bibendum dabimus. Deinde humorum copia per aluũ excreta, prædictæ elotiones infundantur. Aut peſſi eiuſdem facultatis ſubdantur. Et poſtea ſinus pudendi aqua marina proluatur, primũ ſola, deinde addito aceto, & aliquo ex prædictis in ipſa cocto. Elotione peracta ac locis probe deterſis, pudendo ac fœmoribus oleũ cyprinũ illinatur. Medicamenta uero iiſdem conuenientia hæc ſunt. Pulegii drachmam unam, cum modico pipere. Aut gentianæ uel origani drachmas duas, cum ſemine dauci uel ſmyrnii, cum uino mulſo, aut aqua mulſa in potu dentur. Salis præterea communis loco alimentis inſpergatur hoc. Hyſſopi trientem, pulegii quadrantem, origani, cumini, ſingulorum ſextantem, ſeminis ammii, ſpicæ nardi, ſingu. unc. i. ſalis toſti quadrantem. Trita miſce ac utere. Sed & pudendi ſinus reſina, myrrha, & amomo ſuffiatur. Peſſis autem huiuſmodi utendum eſt. Nitri, colocynthidis, ſingul. quadrantem. Melle excipe, & peſſum inde paratum oleo cyprino tinctum ſubde. Alius. Cumini & nitri æquales portiones melle excipe. Poteſt & uiolæ albæ ſemen addi. Alius. Colocynthidis quadrantem, ſalis unc. i. pinguium caricarum carne excipe, ut ſit iuglandis magnitudo, & inde peſſum paratum ſubde. Humorem enim fœtidum attrahit, ac mirifice prodeſt. Idem ſedi inditus, ſtercoris & humoris ac flatuum copiam elicit, & uterum leuat. Alius. Comæ abſinthii, ammoniaci thymiamatis, ſingulorũ drachm. i. æris uſti, nitri, ſingulorum drachm. iii. melle excepta ſubdito. Hoc autem placidiſſime & citra omnem dolorem attrahit. Cicutæ ſemen, ariſtolochiam, cuminum, ſalem, carne caricarum excipe & ſubde. Cæterum ad aquæ receptacula, eas uideliſcet ueſicas quas in utero generari diximus, fomentis

utemur ex aromatibus, quæ menſes eliciunt, & peſſis ſanguinem trahentibus. Ex quorum numero hic eſt. Cneori, quod eſt grani cnidii radix, aut illo non præſente, chameleæ, elaterii, caſiæ, ſingulorum drach. iiii. aluminis ſciſſi, miſyos, ſandarachæ, myrrhæ, coſti, croci, ſingulorum drachm. iii. melle excipito, atq; aluo pridie euacuata p clyſterẽ, peſſum inde paratum ſubdito, integramq; diem ac noctem finito. Et ſi ſemel parum eduxerit, rurſus ſubdito. Si uero mordacitatem induxerit, centaurii decocto tepido ſinus pudendi foueatur ac eluatur. Et mitigandi gratia peſſus mollitorius ſubdatur. Aut cicutæ ſemen cũ ariſtolochia, cumino, ſale, ac caricis, uelut paulo ante diximus ſubiiciatur. Mitiſſimũ uero omniũ ad huiuſmodi pelliceas & aqua refertas ueſicas, eſt mercurialis maſculæ ſemen, cũ modica myrrha, ſale, ac melle, lana exceptũ, & multis diebus ſubditum. Poſt hæc aũt eductionem, exercitiis, ſudoris prouocatione, & ualidis totius corporis, & præcipue imi uentris frictionibus utendum eſt.

De mola uteri. Cap. LXXX.

Quæ mola appellatur tumor eſt uteri induratus, aliquando prægreſſa inflammatione ſuccedens, aliquando poſt locale ulcus, cui caro ſuperexcreuit. A motus autem difficultate & grauitate, molæ nomen accepit. Conſequitur hunc tumorem, detractio partium ſuperincumbentium, gracilitas, coloris uitiatio, & appetitus proſtratus. Et primum ſanè cõceptus ſuſpitionem de ſe præbet. Nam & menſes ſupprimuntur, & mammæ intumeſcunt, & ſtomachus ſubuertitur, & lumbi grauantur, uenterq; attollitur, uerum temporis progreſſu diſcernitur. Molam enim dolor punctiõis ſenſum inferẽs ſubſequitur: Nec in ea motus ullus, uelut in utero conceptu percipitur. Quin & poſtea toto corpore imminuto, ãc uentre ampliato, hydropis imaginem præ ſe fert. Diſcernitur tamen ab illo per tumoris duriciam, & quod tumor hic ad digitorum appreſſionẽ

ac pulsationem non cedit, neque tympani sonum, uelut in hydrope edit. Et quod neq; ad manus contactum ulla fluctuatio percipitur. Aliquando tamen tẽporis progressu hepar perfrigeratur, & hydrops superuenit. Quidam uero tradunt in quibusdam mulieribus caruncul as ad iuglandis nucis magnitudinem per pudendum excretas esse, aliquando singulis mensibus, aliquando bimestres aut trimestres. Hanc affectionem alii uelut incurabilem penitus reliquerunt. Alii incipientem tantum curari posse confidunt, negligenda tamen non est, sed omnia quæ conuenire uidebuntur facienda. Cataplasmata igitur laxandi uiribus prædita, fomenta, elotiones mitigatorias, pessos mollitorios, ad duricias infra descriptos, insessiones eiusdem facultatis, & cerata ex althea & oleo cyprino parata adhibebimus. Et malagma ex succis, & quod Mnaseæ inscribitur imponemus. Deinde cucurbitas cum scarificatione apponemus, & alimenta boni succi offeremus. Atq; hæc quidem in ipsis exacerbationibus adhibere oportet. In interuallis autem corpus reficiendũ est per ea quæ id præstant, gestationem uidelicet, deambulationem, balnea, & cibos conuenientes ac uini potũ. Partibus item affectis dropaces adhibebimus, & nitro ac sale insperfis easdem insolabimus. Et per medicamentum ex sinapi ac caricis rubificabimus. Epithematis insuper mollitoriis ex seminibus, ex baccis lauri, & polyarchio, ac similibus utemur. Suffitum etiam uaporis aquæ marinæ aut muriæ adhibebimus, aut decocti foliorum ac baccarum lauri, pulegii, thymi, hyssopi, saluiæ, marrubii, artemisiæ, centaureæ, dictamni, scordii, polii, olla aũt operculo perforato arũdine inserta sellæ supponatur, atq; inde per arũdinem uapor intra pudendũ recipiatur. Pessi item subdantur ex œsypo, butyro, adipe anserino, medulla aut cerebro ceruino, melle, caricis pinguib.uuis passis, cũ oleo antiquo cyprino, irino, sampsuchino, amaracino,

racino, susino. Perseuerante uero malo, acrium eduliorum esus assumatur, & innatationes aquarum calidarum, & aquæ marinæ. Et ab acceptis raphanis uomendum. Pessos tamen & insessiones acriores uitare oportet, ne loci ex assiduo eorum usu exulcerentur. His autẽ transactis sæpe plurima atri ac grumosi sanguinis copia repẽte excernitur, & affectio dissoluitur. Philosophus uero detentis inquit, uxoris amici cuiusdam mensibus, arbitrabar primum ipsam concepisse. Postea aucto amplius tumore, hydropem suspectum habui, qa totum corpus ac pedes tumescere uidebã. At ubi tandem id affectionis genus esse deprehendi, quod alii laterem, alii molam uocãt, rutam & anethũ in uino ueteri fuluo odorato coxi, & abiectis herbis, uinum calidum bibendum dedi, & ferme aquæ loco exhibui, statimq; mulier excreta sanguinis copia salutem adepta est.

De tumore uteri laxo. Sorani. Cap. LXXXI.

Vteri tumor laxus pallidus ac albus est, ad tactum molli, & digitorum compressioni cedens, seq; rursus paulatim attollens, & cutis uentris manu apprehensa facile attrahitur. Loci itaq; oleo communi calido, aut irino, aut cyprino rigentur, & pessi subdantur, ac reliqua auxilia adhibeantur, quæ supra de uteri inflatione retulimus.

De Satyriasi. Eiusdem. Cap. LXXXII.

Mulieribus quoq; satyriasis & tentigo accidit, qualem uiris fieri supra retulimus. Consequitur ad hanc ingens pudendorum pruritus cum dolore, ita ut mulier locis assidue manus admoueat. Atq; ideo intolerabili ueneris desiderio cõtabescit, & salsi humoris effluentis acrimoniam ac mordacitatem percipit. Et loci utero uicini inflammantur. Illud uero ardens coeũdi desiderium sæuiorem reddit affectionem. Quum enim partes affectæ distentæ sint, & semen excerni nõ possit, quoniam meatus per inflammationem obtu-

rantur: maior materiæ copia frustra ad locum attrahitur. Statim igitur à principio uena ipsis secanda est, & alimentum contrahendum: Et pubi ac lumbis illinenda quæ leniter refrigerant ac contrahunt. Caput aceto & rosaceo irrigetur. Et in potu aqua tepida exhibeatur. Cibi uero sint sorbiles, omnis prorsus flatus ac uenereæ concitationis exortes. Duobus uero à uenæ sectione diebus, cucurbitæ cum scarificatione affigantur. Reliqua uero curatio eadem sit cũ ea quam ad inflammationem uteri mox referemus.

De uteri inflammatione. Philumeni. Cap. LXXXIII.

Vteri inflammatio ob multas causas contingit. Nam & ex plaga, & menstruum suppressione, & aborsu, ulceratione, nimio coitu, sellæ durioris insessu, longa ac intenta ambulatione, frigiditateq; ac flatuositate oboritur. Indicant hanc muliebrium locorum, pubis, imi uentris, ac lumborum dolores ardentes. Et si digitus in os uteri submittatur, occurrit ad cõtactum durum, clausum, feruens ac retractum, præsertim si in ipso, aut in collo fuerit inflammatio. Nam ubi cauitas aut fundum uteri inflammatur, imi uentris dolor ostendit, ut ne contactum quidem foris admittat. Et plerunque uterus ad inflammatum locum retrahitur, atque hanc ob causam os & collum eius auertitur.

Differt autem ab ea quam supra uteri retractionem appellauimus, quia in inflammatione febris est acuta, & ardor intensus. Si uero posterior ipsius pars inflammata fuerit, dolor circa spinam magis hæret, & compresso intestino recto stercora detinentur. Anteriore autem parte inflammata, urinæ difficultas aut stillicidium consequitur ex compressa uesica, præsertim si dolor pectinem affligit. At ubi obliquos laterum locos inflammatio occuparit, inguina distenduntur, & crura grauantur ac ægre mouentur. Inualescente uero inflammatione, febres acceduut, dolor capitis, stomachi afflictio per consensum, imi uentris tumor, ardor, distensio, grauitas coxarũ, lumborũ, præcordiorũ, inguinum, fœmorũ, horrores discurrentes ac pungentes, pedum torpor, genuum perfrigeratio, extremarũ partiũ exudatio, pulsus parui, ac densi animi deliquiũ exolutio. In augmento uero etiã singultus dolor tendinis, colli, maxillarum, sincipitis, oculorũ præsertim infundo. Vrinaq; ac stercorũ recrementa supprimuntur. Et inflammatione adhuc magis aucta, febres augescunt, delyrant, dentibus frendũt. In principio itaq; curationem aggressi, ægrotam in domicilio obscuro & moderate tepido collocabimus, quietem imperantes, & omni crurũ motu interdicentes. Deinde artus manuum contrectatione demulcebimus, & pedũ ac manuum iuncturas fouebimusq; irrigabimusq; ac lana pura integemus. Aluum autem eluemus & molli infuso euacuabimus. In potũ uero & ad oris colluionem, aquã calidam & ptisanæ succũ dabimus. At si uehemẽtior inflãmatio fuerit, & neq; ætas, neq; habitus neq; anni tẽpus obstiterit, neq; inflãmatio post aborsum, aut nimiam sanguinis euacuationem superuenit: Cubiti uena secetur, et sanguis pro uirium ratione detrahatur, licetq; in secunda die uenã incidere, in tertia uero detractionẽ repetere. Deinde alica ex aqua mulsa, aut pane loto, aut ouo sorbili, ægra alternis alatur, omnibus his moderate exhibitis feruente inflammatione lana succida uino & oleo, aut aceto & rosaceo imbuta, imò uentri ac pubi imponatur. Aut palmulæ uino coctæ. Aut mala cydonia in posca cocta, cerato melino aut rosaceo ammixta. Cataplasma uero imponatur sic paratũ. Melilotũ in passo coquito ac terito, & uitellos ouorũ assatorũ addito, & cum rosaceo, aut melino, aut crocino imponito. Aut palmulas uino diluto feruefactas, cũ polentæ farina, & aliquo ex prædictis ungentis terito ac imponito. Cæterum ad inflammationes erysipelatas igneo ardore cogno-

biles utendum est cataplasmatis ex polẽta,& intubo, perdicio,umbilico ueneris,sedo,polygono, pampinis uitis,portulaca,plantagine, & similibus præparatis. Et lana aliquo harum herbarum succo,cum rosaceo aut melino oleo imbuta,in pudendum subdatur. Quod si cataplasmatum onus loci non tolerent,aqua rosaceo ammixto ex modicis interuallis affundatur. In exacerbationis declinatione totum corpus inunguatur,& ægra in aqua tepida usque ad lumbos insidere iubeatur. Deinde pessi subdantur ex aliquo ungento leniter adstringente parati,rosaceo uidelicet,melino,lentiscino,ac œnanthino,adiectis ouorum uitellis crudis siue assatis,& croco. Potest ex prædictis succis aliquis ammiscẽri. Caput præterea rosaceo cum modico aceto irrigetur. Mitigata uero inflammatione, mulier in aqua oleo ammixto insideat, & pessos ex narcisſino,aut susino ungento paratos subdat. Et lanã oleo calido imbutam pectini ac lumbis adhibeat. Interdum & cucurbitæ lumbis affigantur,& tumore magno existente,etiam scarificatio fiat. Postq̃ autem inflammatio declinare incœperit, ad ea deueniemus quæ laxare ac discutere possunt. Proinde in fœnigræci,altheæ,seminis lini. Interdum etiam pulegii,marrubii,saluiæ,artemisiæ decoctis,ægra insideat. Et ad imum uentrem ac pubem, farinam ordeaceam cum fœno græco & lini semine,in aqua mulsa coctam,imponat. Aut caricarum decoctum adhibeat. Quę uero cataplasmatum grauitatem ac calorem ferre non possunt,in aqua tepida insideant,& rosaceo locos illinant,ac pessos subdant moderate refrigerantes,ex adipe gallinaceo,rosaceo,ac uino præparatos. At his quæ calorem ferunt, ceratum nardinum adhibeatur, & infusiones iniiciantur ac pessi subdantur, ex œsypo,butyro,medulla ceruina,adipe anserino, ungento susino,& cera tyrrhenica. ubi uero curatio ꝓcesserit, tenuis uictus & ciborum parsimonia tollatur, & manifesta iam facta declinatione balneum ac uinum cõcedi possunt,& cibi reficiẽtes exhiberi. Malagmataq; adhiberi,uelut est quod ex meliloto paratur,& quod ad Mnaseam,& quod ad Serapionem refertur. Pessi porrò ad sedandos inflammationum dolores uteri tales sunt. Fœnum græcum madefacito, & prima ac secunda aqua diffusa, cum tertia pura ac dulci coquito ac excolato, & ad decoctum adipem anserinũ uel gallinaceum recentem addito,& ad prunas liquari sinito. Et ubi frigefacta fuerint,concretum adipem tollito ac seruato, atque usus tempore spathula in manu subactum pesso excipito,ac subdito. Alius dolores sedans. Papaueris capita passo coquito,& flaccida facta exprimito,& ad decoctum excolatum medullam ceruinam liquatam ammisceto, ac utitor: Si ceruina medulla defuerit,uitulinam accipito. Alius. Fœni græci aridi triti ac cribrati drach. iiii. in passo cretico aut sapa coquito. Et terebinthinæ,adipis anseris,singulorum drach.iiii.rosacei sesquiunciam accipito, & omnia simul liquefacito, & fœni græci decocto ammixta pesso excipito,ac subdenda dato. Alius pessus soporifer,dolorem mitigans,& omnem duriciã molliens. Tria papaueris capita magnitudine mediocria in quatuor passi cyathis per biduum macerato. Deinde coquito donec capita flaccescant,& passum ad tertias redigatur, postea expressis & reiectis capitibus passum excolato, & galbani, myrrhæ troglodyticæ, thuris,opii,sing.sesquidrachmam, casiæ drach.iii.accipito & singula seorsim primum, deinde simul probe terito,& capitulorum papaueris decoctum paulatim adstillato,donec omnia ad mellis compagem redigantur. Tum œsypi,medullæ ceruinæ,adipis anseri ni,sing.drach.iiii.omnia simul colliquata ammisceto ac adseruato. Vsus autem tempore medicamentum hoc rosaceo dilutum pesso excipe ac subde. Omnem enim dolorem & uehemẽtes inflammationes statim

mitigat,uteri ſtrangulationi medetur.duricias mollit, & ſomnum conciliat. Alius peſſus ſomnū inducens, ualens ad inflammationes. Muſci quem etiam hypnon dicunt,in aqua feruefacti,expreſſi ac triti,panis aqua mulſa macerati ac contuſi,emplaſtri baſilici, emplaſtri ex ſuccis,ungenti nardini,adipis gallinacei, æquales partes liquefacito ac utitor. Facit ad urinariū meatum ac uterum inflammatum,& ad uteri declinationes. Ego uero pro pane fermentum puriſſimum non omnino acidum ſine ſale,in aqua mulſa macero ac utor. Peſſus aureus appellatus. Ad inflammatiões & uteri retractiones ſiue declinationes. Ouorum aſſatorum uitellos ſex, medullæ ceruinæ drach.iiii.croci drach.ii.cæſypi drach.ii.ceræ albæ,terebinthinæ,adipis anſerini,ſing.drach.i.Crocum cum modico uino dulci terito,& oua trita adiicito, & liquabilia liquefacta ammiſceto ac adſeruato. Vſus autem tempore medicamentum oleo nardino dilutum peſſo excipito ac ſubdito. Alius peſſus. Ceræ tyrrhenicæ drac. xxiiii.adipis anſerini,porcini,terebinthinæ,ſing.drac. vi.decocti capitum papaueris drach.iiii.roſacei quantum ſatis eſt,aut irini, ſi calfactione ac diſcuſſione opus eſt. Alius. Adipis anſerini triētem,cerati roſacei aut ſuſini ſextantem, uitellorum ouorum aſſatorum, croci,ſing.unc.i.myrrhæ drachm.iiii.opii obol.ii.aut pro opio,capitum papaueris decoctum. Alius. Ceræ tyrrhenicæ,medullæ ceruinæ,ſing.drach.c.adipis anſerini,terebinthinæ,ſing.trientem,croci obolos quatuor,opii obolos duos, oui aſſati uitellum unū, olei ſuſini,aut telini ex fœno græco parati, quantum ſatis eſt. Peſſus Enneapharmacus appellatus, ad inflammationes. Adipem anſerinum, & bubulum, ceram albam,terebinthinam,butyrum,medullam ceruinam,mel,oleum roſaceum,& cicinum. Omnia recentia æquis portionibus liquefacito. Peſſus ad feruentiores inflammationes. Emplaſtrum ex ſuccis

cum roſaceo liquatum ſucco plantaginis ammiſceto, & peſſum formato. Si uero plantago defuerit, ſenecionis aut intubi ſuccum accipito. At ſi plurimum excanduerit & ad eryſipelatis naturam tenderit inflammatio,ſolani folia tenera cum lacte mulieris trita ſupponito. Alius peſſus ad inflammationes. Lilii flores tritos cerato roſaceo liquido excipito,& medullam ceruinam ac adipem anſerinum adiicito.

Alius. Ex ſemine lini, fœno græco & althæa, ſuco cum craſſiſſimum parato,& crocum illi ammiſceto. Deinde adipem anſerinum liquefactum addito, unito, ac utitor. Cæterum butyrum, medullam, & adipem,omnia recentia ad peſſos deligenda ſunt. Antiqua enim dum liquantur nidoroſa fiunt, ac calidiora euadunt,& inflammationes exacuunt. At uero nec in diſtentionibus,neque in inflammationibus uteri,menſes prouocandi ſunt. Loci enim magis diſtenduntur, & quum ob inflammationem concluſi ſint, ſanguinis tranſitum impediunt. Quin & tetrapharma cum ad uteri inflammationes commode ſubditur, aut infunditur roſaceo dilutum. At ſi inflammationi ulcus coniunctum fuerit, ceratum roſaceum ex cera alba cum tertia adipis anſerini parte præparatū, albumine oui quantum eius capere poteſt ammixto, infundito. Sedata demum inflammatione, menſes prouocentur.

De utero in ſcirrhi tumorem indurato. Soranī. Cap. LXXXIIII.

Induratur uterus aliquando derepente nullo præindicio facto, plerunque uero inflammatione prægreſſa, quæ neque ſoluta eſt, neque in abſceſſum tranſmutata. Eſt autem huius indurationis in ſcirrhi tumorem ſpecies, ea duricia quæ in uteri ceruice ut plurimum conſiſtit, & tumorem quidem ſimiliter habet, ſed minus renitentem, & cum moderato dolore. At uero ubi in ſcirrhum induratus tumor

uteri fundum occupat, tumor uehemens & tactui re-
nitens occurrit, cum grauitate ac ægro motu, non so-
lum crurum, sed totius corporis: & segnicies ad om-
nes uitæ functiones. Quod si non recto ductu tracten
tur, consequitur uitiatus corporis habitus, decolor &
ad similitudinem hydropis. Duriciæ itaq; circa os &
collum uteri consistentes facile curantur, circa fundũ
uero difficulter. In principio itaq; si nihil obstiterit,
neq; ætas, aut uires prohibuerint, sanguinis medio-
crem copiam à cubiti uena secta detrahemus, aut per
Hieram Archigenis purgabimus. Insessiõibusq; ute-
mur ex fœnigræci, seminis lini, pulegii, artemisiæ, fo-
liorum sambuci, radicis & foliorum cucumeris sylue
stris, decoctis. Et aromatum uapore fomenta facie-
mus. Et uterum oleo susino, narcisfino, irino, gleuci-
no, adipe anserino, gallinaceo, suillo recenti, aliquo
ungento ammixto: Item lacte bubulo aut caprino cũ
adipe anseriuo colluemus. Cataplasma quoq; imò
uentri apponemus, è caricis, hyssopo, nitro, & absin-
thio. Et cucurbitas cum scarificatione affigemus. Ma-
lagmate item polyarchio utemur, & eo quod è semi-
nibus constat, & quod ex baccis lauri paratur, de qui-
bus paulo post agemus. Pessi uero mitigatorii & ape
rientes subdantur. Facit & is quem infra ad uteri con
dylomata describemus, è lycio ac œsypo paratus, &
quem supra retulimus è tribus papaueris capitibus
constans. Cui similis est hic. Duo papaueris capita
passo per triduum macerato, deinde ad tertias coqui
to, & expressis capitibus, ad decoctum excolatũ adi-
cito, galbani drachm. i. casiæ, succi mandragoræ, sing.
drach. iii. myrrhæ, thuris, sing. drachm. i. Et postea me
dullæ ceruinæ, œsypi, adipis anserini, sing. simul lique
factoq; drac. iii. ammisceto, ac in plumbeo uase serua
to. Vsu uero postulante ex hoc medicamento oliuæ
magnitudinẽ rosaceo diluito, & bis aut ter quotidie
tepidum subdito. Bene facit & tetrapharmacũ, hep-

tapharmacum, enneapharmacum, emplastrum Aza-
nitæ, & emplastrum ex succis. Omnia oleo susino aut
cyprino diluta, Pessus Libanus appellatus mollitori-
us. Ceræ albæ quadrantem, olei nardini, gleucini, susi
ni, medullæ ceruinæ, adipis anserini sing. sextantẽ, œ-
sypi, butyri, nitri sing. drach. iiii. Aliqui oui assati uitel-
lum addunt. Alius pessus Titianus uocatus. Ceræ sex
uncem, colophoniæ, sesquiunciã, adipis taurini trien-
tẽ, picis, terebinthinæ, sing. quadrantem, medullæ cer
uinæ, ammoniaci thymiamatis, sing. unc. i. Ammonia
cum aqua dissoluatur. Alius pessus mollitorius. Ce
ræ albæ, ungenti nardini, sing. quadrantem, olei irini,
gleucini, cyprini, adipis ursi, pinguedinis porci, sing.
sextantem, butyri, medullæ ceruinæ, œsypi, terebinthi
næ, sing. trientem. Alius pessus ad duricias. Ceræ al-
bę, terebinthinæ, medullæ ceruinæ, adipis gallinacei,
anserini, butyri, ungenti nardini, susini, myrrhæ, æqua-
les portiones excipe melle ac utere. Si susinum oleũ si
ue ungentum non fuerit ad manum, telinum pro ipso
succedat, pessus aureus uocatus, mollitorius. Ceræ tri
entem, medullæ ceruinæ, adipis anserini, sing. unc. i.
œsypi drach. iiii. croci drach. i. myrrhæ, galbani, sing.
drach. i. olei susini quantum satis est. Alius, ad omnes
diuturnas uteri affectiones. Myrrhæ drach. i. bdellii
drach. ii. spicæ nardi, croci, sing. drach. iii. casiæ, ladani,
sing. drach. ii. meliloti drach. viii. carnium palmulaꝝ
decem, uini dulcis cyathum, olei susini, rosacei, cypri-
ni, sing. trientem. Aridis cum uino dulci tritis olea am
misceto, & molli igne coctis utitor. Ad imum uero
uentrem epithemata uelut diximus imponantur, po-
lyarchium, è seminibus, ex baccis lauri, ex meliloto.
Bene facit ad duricias ac uteri inflationes & hoc. Re-
sinæ pinus lib. iii. ceræ unc. xx. apochymatis, fermenti
acidi, sing. lib. i. galbani quadrantem, ammoniaci thy-
miamatis, opopanacis, sing. sextantem, muriæ acerri-
næ quantum satis est. Opopanacem & ammoniacũ

in muria coquito,& fermentum adiicito acaliquatenus dissoluito. Deinde liquabilia liquata ammiscето, & spathula donec frigefiant agitato. Et in mortarium translata probe subigito ac utitor. Aliud Epithema è micis panis,laxandi ac diffundendi uim habens, faciens ad omnes duricias quocunq; loco fuerint,& inflammationes duriores discutiens. Radicis altheæ, carnium palmularum quę Nicolai appellantur,sing. lib.ii.fœnigræci, seminis lini, sing.lib.i.chamæmeli, meliloti,sing.sexuncem.uini antiqui adstringentis sextar.viii.spumæ argenti,cerussæ,colophoniæ,sing.lib. ii.cerę,terebinthinæ,sing.lib.i.olei antiqui lib.v.panis siliginei ficci contusi ac cribrati lib.v. Herbæ in uino maceratæ coquantur,& succus exprimatur. Et in hoc succo panis madescat. postridie uero spuma argenti & cerussa cum teruntur,& oleo affuso coquuntur,donec non amplius inquinent. Et ad hæc liquabilia liquata adiiciuntur. Et sublato ab igne medicamento panis præmadefactus commollitur,ac paulatim reliquis ammiscetur,& per spathulam agitando unitur. Hoc itaq; modo ad duricias stomachi, alui profluuium,ac dysenteriæ principium, præparari solet, ad quas omnes affectiones secure adhibetur. Verum ad uteri ac cæterorum locorum duricias, uisceribus exceptis,ad prædicta hæc addimus. Æruginis,floris salis,thuris,sing.sexuncem,iridis,aristolochiæ,sing.quadrantem,terebinthinæ lib.i. Et terebinthina quidem reliquis liquabilibus ammiscetur. Arida uero trita ac cribrata inspergunturmedicamento ab igne ablato. Et postremum panis madefactus adiicitur, & omnia probe per spathulam agitata uniũtur,frigefacta uero in mortario primum pistillo,deinde manibus subigũtur. Pessus ad uteri duricias. Ceræ,resinæ pinus,picis, terebinthinæ,butyri,olei rosacei,irini,nardini, mellis, sing.lib.i.nitri sextantem & semunciam. Alius pessus,molliendo efficax. Cerę,olei susini,rosacei,adipis

anserini,sing.lib.i.iridis, terebinthinæ,adipis leonini, ursini,sing.sexuncem,medullæ ceruinæ trientem. Habet hic pessus ex toto libras sex & trientem. Pessus ex Archigenis scriptis,facit ad duriciam,debilitatem, maciemq; uteri, præ omnibus quos ego noui efficacissime,& ad omnes fermè uteri affectiones, & ad neruos affectos commodissimus est. Et est acoponquoq; insigne. Olei irini,susini,cyprini,ceræ sing.lib.i. mellis Attici quincuncem,ungenti foliati,nardini,singulorum trientem,adipis anserini quadrantem,medullæ,ceruinæ,œsypi,singulorum sextantem, terebinthinæ sesquiunciam. Oesipum & medullam cum melle subigito. Deinde ceram cum oleis liquefacito, & postea terebinthinam,& adipem,& consequenter preciosa ungenta, nardinum ac foliatum addito. Et in mortarium translata probe unito. Hoc si usque ad exactam curationem uteris,magnam laudem consequeris. Sed,& post adeptam sanitatem aliquanto tempore postea maioris securitatis,gratia adhiberi potest. Ego uero etiam pro malagmate forinsecus imponо,& ad prædicta ammisceo thuris,ceræ,ammoniaci,thymiamatis,myrrhæ, floris iunci odorati sing. drach.viii. picis drach.xvi.galbani,opopanacis sing. drach.iii.thus,galbanum,opopanacem,uino odorato adstringente terito,& ad œsipũ & medullã ac mel adiicito, & omnia simul rursus terito, deinde ceram cum præciosis ungentis liquato,& ammoniacum tritũ resinamq; ac reliqua ammisceto. Et ablato ab igne medicamento ac frigefacto,myrrham,& florem iunci odorati,inspergito,unito ac utitor. Epithema Oribasii è baccis lauri,facit ad duricias. Ceræ resinæ pinus,picis,nitri,baccarum lauri,adipis taurini,ammoniaci thymiamatis,æquales portiones. Ammoniacũ & nitrum & baccas lauri,sing.seorsim terito ac cribrato,& reliquis liquatis ammisceto. Ego uero inquit Oribasius,dimidium nitri accipio.

De Vteri abſceſſu. Archigenis. Cap. LXXXV.

Abſceſſus in utero uelut in cæteris corporis partibus præcedente inflammatione generatur, primũ igitur inflammationis notæ apparebunt: Deinde circa puris generationem dolores augentur, febresq; cum horrore, plerunq; ad ueſperam ingruunt, tumor attollitur, dolor punctorius adeſt, aliquando urina, aliquando ſtercoris recrementa ſupprimuntur, aut utraq; ſimul. Dolor autem localis affectum locum indicabit, proinde ſi diſcuti non poteſt, citius ſuppurationi auxilium ferendum eſt. Itaq; ſemen lini, fœnum græcum, farinam ordei, caricas coctas, altheæ radicem, terebinthinam, in cataplaſmate imponemus. Aliquando etiã columbinum ſtercus cũ oleo & melle adhibebimus. Hæc autem cataplaſmata imò uentri ac lumbis imponantur. Et pudendi ſinus per ſpongiam aſſidue foueatur, & uapores per arundinem operculo ollæ perforato inſertam intra pudendum recipiantur. Inſeſſiones q; frequentes fiant, decoctis in aqua his quæ uim attractoriam habent, uelut eſt pulegiũ, marrubiũ, laurus, ſaluia, artemiſia, dictamnus, centaurea. Quod ſi dolor uehementius infeſtauerit, papaueris capita in aqua coquantur, & contuſa cataplaſmatis ammiſceantur. Caricæ item crudę in mortario cum reſina pinus, terebinthina, ac modico nitro tritæ imponantur, peſſis autem utemur ex terebinthina, myrrha, œſypo, ac butyro paratis. Verum optimus ad uteri abſceſſus ſic præparatur. Carnis caricarum pinguium adipis anſerini, olei irini, ſing. drach. ii. terebinthinæ drach. i. rutæ drach. iii. myrrhæ, iridis, nitri, ſing. obol. ii. poſſunt etiam pro caricis uuæ paſſæ ammiſceri. Excipiuntur lana in peſſum, q; oleo irino aut cyprino tepido tinctus ſubditur. Eſt & ad hũc uſum efficacisſima cõpoſitio Cyphoides appellata, & ſupra ad hepatis abſceſſum deſcripta. Itemq; Enneapharmacũ ad duricias paratũ. Et Malagma polyarchium, & alia huiuſmodi, oleo

ſuſino aut telino diluta, & peſſo in uterum ſubdita. Imus item uenter ac pecten aſſidue prædictis decoctis foueatur. At uero rupto abſceſſu, ſi pus ad ueſicã fuerit delatũ, & cũ urina excernitur, lactis potu utendum eſt, & cucumeris ſemen propinandum. Et cataplaſmata prædicta adhibenda, cerataq; emolliẽtia ac odorata. Si uero ad inteſtinum rectũ progreditur, & cum ſtercore, uel per ſe egeritur, lentium & malicorii decoctum per clyſterem infundemus. Si uero in pudendi ſinum erumpit, & purum eſt pus, roſaceũ, aut tetrapharmacum cũ butyro recenti ac roſaceo infundatur. Et loci roſæ aut lentium decocto, aut ptiſanæ ſucco eluantur. Sin tenuis & fœtida deſtillat ſanies, uelut à noma & ulcere depaſcente, magis adſtringens ſit quod infunditur, uelut eſt baccæ myrti, palmulæ, lentium, & malicorii decoctũ: Quod ſi poſt humorum excretionem inflammatio perſeuerauerit, perſeuerandũ quoq; eſt in cataplaſmatis & inſeſſionibus ſupra relatis. At ſi inæqualia fuerint quæ prodeunt, fomenta & inſeſſiones ex aqua mulſa fiant, in qua abſinthium, marrubium, eruũ centaurium, aut lentes ſunt decoctæ. Loci uero ptiſanæ ſucco eluantur, addito melle & roſaceo. Vteri uero os & anus cerato roſaceo aut butyro inũgatur, cui ſpodii, aut ſtibii, aut plũbaginis, aut ſpumæ argenti aliquid, cum muliebri lacte ſit ammixtum, facit & plumbi ſuccus. Si uero profluens humor fœtidiſſimus fuerit, uino mulſo puendi ſinus eluatur, & in eo uſq; ad exactam curationem perſeuerandum eſt.

Abſceſſus oris uteri chirurgia. Cap. LXXXVI.

Si circa oſculum uteri abſceſſus conſtiterit, ut ſub chirurgiam duci poſſit, non prompte ad ſectionem feſtinandũ eſt, ſed perfecta affectione, & inflammatione plurimũ aucta, & partibus puri incumbentibus attenuatus. Atq; tum mulier locetur in ſella ſupina, ut crura habeat ad uentrem contracta, & fœmora inter

se disparata. Et cubiti ipsius poplitibus subiiciantur, & idoneis uinculis ad ceruicem religentur. Et hoc ad claram lucem fiat. asfideatq; è dextris chirurgus & p dioptram instrumentum, pro ætate commodum ad pudendi diductionem speculetur, & per specillum si nus muliebris profunditatē dimetiatur, ut ne maior dioptræ tibia uterum comprimat. Et si reperta fuerit tibia eius sinu maior, lanæ conuolutæ labiis siue alis pudendi imponantur, ut in ipsis dioptra firmetur, o portet autem tibiam immittere, cochlea ad supernā partem uergente, & dioptram quidam à chirurgo te neri, cochleam uero per ministrum circumuerti, ut di ductis tibiæ plicis sinus distendatur, postquam autem occurrerit abscessus ad tactum lenis, & tenuis, apex eius scalpello uel acicula dissecetur, & excreto pure limniscus linamentum tenerrimum rosaceo tinctum in sectionē indatur, aut potius extra sectionem in mu liebrem sinum citra impulsionem. Extra uero puden di labia ad pectinem & lumbos lanæ succidæ aut pu ræ oleo imbutæ imponantur, tertia deinde die ægra in aqua & oleo calidis insideat, aut in maluæ deco cto. Et detersione facta, limniscus tetrapharmaco per se, aut cum melle illitus, in sectionis fissuram leniter in datur. Sit autem tetrapharmacum butyro aut rosaceo dilutum. Cataplasmata autem forinsecus imponātur, donec abscessus ab inflammatione liberi ac puri fiāt. Si uero difficulter repurgentur, per auricularem cly sterem iridis decocto eluantur. Et per emplastrum ex cadmia, aut ex ladano paratū, aut id quod ex ordeo usto constat, singulis rosaceo dilutis, ad cicatricem p ducantur. Quod si intra uteri os abscessus fuerit, chi rurgiam reprobamus, & curationem paulo ante rela tam adhibemus.

Abscessus uteri inter intestina & peritonæ um membranam rupti curatio.

Cap. LXXXVII.

Eruptionem inter intestina, & peritonæum mem branam aluum ac intestina ambiētem, indicat tumor circa illas partes magis hærens. Si uero intra uterum rumpitur abscessus, dolor quiescit, & os uteri ad ta ctum lenius occurrit. Eruptio itaq; ad superficiem tē dens adiuuanda est, & cutis postq̄ satis fuerit attenua ta specillo in summo apice dissecanda, qua parte effiu xum commodiorem fore speramus. At si sanguinis eruptionis tumor est, pro specillo siue scalpello, cau terium eminentiori loco adhibebimus, & ita pus edu cemus, plurimum enim ad totam curationem caute rium confert, post excretum autem & probe expres sum humorem, ęgra collocetur ut residuum commo de excerni possit, & sectio aqua mulsa eluatur, & po stea bis quotidie ac semel in nocte spongiis foueatur. Interdum & in aqua calida ægra insideat, & uterus o leo cyprino calido eluatur. Reliqua uero curatio cæ teris ulceribus similis fiat. Alimenta autem exhibean tur boni succi & quæ nō facile diffluant, uelut est lac cum amylo, alica, oryza, pedes porcini in alica aut pti sana ad flacciditatem cocti, auiculæ & pisces boni suc ci. Et nisi febris obstiterit, uinum etiam dulce antiquū concedemus. Balnea autem & alimenta quæ exulce rationes exacerbant uitentur.

De uteri exulceratiōe. Archigenis. Ca. LXXXVIII.

Vlceratur uterus sæpe ex fluxione erodente, aut ab acribus medicamentis, aut ex abscesibus ruptis, aut ob partus difficultatem, aut fœtus extractionem, aut eiusdem corruptionē. Ægrotæ uero in affecta par te dolorem punctoriū percipiāt, & ex interuallis fœ tidi ac sanioſi humores ab ulcere sordido prodeunt, & consequūtur etiam alia utero affecto peculiaria ac cidētia, uelut est capitis ac præsertim sincipitis dolor. Ligamētorū itē ac radicis oculorū dolor, q ad manus usq; ac digitos se extēdit, & reliqua supra de inflā ma tione relata. Vlcus itaq; expositum, p dioptræ usum

deprehenditur. In profundo uero reconditũ, humores qui excernuntur indicant. Non autem aliter huiusmodi ulcera curãtur, q̃ inſeſſionib. irrigationibus, cataplaſmatisq; ac peſſis ſupra relatis, priuatim tamẽ commodum eſt hoc medicamentum. Crocus optimus cum muliebri lacte teritur, & cerato excipitur, ex cera tyrrhenica, & roſaceo aut ſuſino oleo, cum anſerino adipe parato, & in peſſo ſubditur. Hoc autem adhuc efficacius eſt, & ad dolores magis congruum quod ſequitur, papaueris capita decem in paſſo diluto, per triduum macerantur, deinde donec flaccida fiant coquũtur, & poſtea expreſſa terũtur, cum ſeminis aut foliorum roſarum drach.v. croci drach.iii. ammixto etiam inter terendum ipſo decocto. Deinde cera tum ex ceræ ſextante, & roſacei aut narciſſini olei ſextante ad ea affunditur, & medicamentum in ſtannea pyxide ſeruatur. Vſu uero expetente, roſaceo, aut narciſſino oleo dilutum, & in peſſum exceptũ ſubditur: facit & peſſus ſupra relatus, ex croco, roſaceo, adipe anſerino, & medulla ceruina paratus. talia enim dolores mitigant, & ulcera ſanant. Philoſophi medicamẽtum. Ad mulieris pudendũ exulceratum, & ob acriũ humorum influxum pruriginoſum, plumbaginis ſextantem, glaucii unc.i. cũ ſucco hyoſcyami terito, & olei myrtei aut roſacei quantũ ſatis eſt ammiſceto, uteq; uel manu illinens, uel in paſſo ſubdens.

Vlcerum uteri carbunculoſorum curatio. Cap. LXXXIX.

Carbunculoſis uteri ulceribus priuatim proſunt lẽtes, & oleæ folia, ſine melle. Lupini in uino auſtero cocti. Inſeſſiones in eorũdem lupinorum decocto.

Ad ſordida uteri ulcera. Archigenis. Cap. XC.

Ad ſordida uteri ulcera emplaſtro Ægyptio utendum eſt, citra ęruginem præparato. omnia enim mordacia, quem ad modum & cruſtas inducentia, utero aduerſa ſunt. Vtemur etiam eo quod ex melle, terebinthina,

binthina, roſaceo aut ſuſino oleo & butyro conſtat, quibus aliqui etiam crocum addunt. Ad ulcera repurganda efficax eſt & iris illyrica cum melle impoſita, et Ariſtolochiæ decoctum per ſe, uel cũ melle infuſum. Peſſus optimus ad ſordida ulcera repurganda, terebinthinæ drach.iiii. adipis anſerini drach.vii. myrrhæ drach.i. croci drach.iii. medullæ bubulæ, œſypi, ſing. drach.ii. mellis, olei cyprini, aut irini, ſing.drach. xvi. thuris, radicis panaceæ, iridis, ſing.drachm.ii. cyperi drach.iiii.

Ad humorem à muliebri pudendo profluentem. Cap. XCI.

Ordei uſti, amyli, thuris, ſing.unc.i. aluminis ſciſſi drach.iiii. Minutiſſime terito ac cribrato, & aſinino lacte diluito, ac in pudendi ſinum per uteri fuſorium clyſterem infundito. Quod ſi ulcus dolorẽ intulerit, tale medicamentum adhibeatur. Roſarum ſiccarum tritarum, capitum papaueris paululum torrefactorũ, ſing.drach.iii. croci, ſtyracis, ſing.drach.ii. farinæ fœni græci, œnanthes, ſing.drach.iiii. thuris drach.ii. omnia cum paſſo cretico ac oleo roſaceo paulatim affuſis, ad mellis compagem conterendo redigito, & in peſſum excepta calida ſubdito.

Ad uteri nomas. Aſpaſiæ. Cap. XCII.

Nomæ uero et ulcera depaſcentia ac efferata, equino aut aſinino lacte recens mulcto eluantur. Et in utriuſq; penuria, quodcunq; haberi poteſt recens, coctum accipiatur. Duabus autem lactis heminis mellis hemina dimidia addenda eſt, & quatuor iridis drachmæ inſpergendæ, & tale infuſum calidum ſæpe ſingulis diebus infundendum. Idem facit aqua mulſa, in qua abſinthium, aut calamus aromaticus, aut leucanthemum uel chamęmelum, aut buphthalmum decoctum eſt. Et ubi quod infuſum eſt excretum fuerit, loci protinus maluæ decocto eluantur. Deinde peſſus ſubdatur ex farinæ erui, iridis, ſing. drach.ii. cũ

melle ſubactis,& peſſo exceptis. Alius peſſus. Meliſo tum in uino aquæ marinæ experte coctum terito, & melle ammixto ſubdito. Alius,farinam lentium cum melle ſubdito. Alius,oleæ folia cũ uino trita, & melle ammixto ſubdito. Alius. Vuarum paſſarum carnes tritas cum melle ſubdito. Alius. Hederæ aureũ florem habentis folia in uino cocta cum melle indito. Aſclepiadæ medicamentum in puluilli forma. Ad uteri nomas præcipuum. Lupinos amaros tritos ac cribratos ſeruato,& uſus tempore ſine ullo liquore ſubdito,uel melli ammiſceto. Alius peſſus optimus. Hederæ aureum florem habentis faſciculum,in umbra paululum ſiccatũ in uas fictile coniicito, idq; undiq; oblinito,ac torreto,& eo cinere utitor. Alius ad humida ulcera. Ariſtolochiæ longæ tritæ drac.vi. rubricæ ſinopicæ hepatis colorem referẽtis drac.viii. miſce,& cum melle ad cerati craſſitudinem redige et panniculo attrito excepta deliga,& ſub prunis exure. Et ubi optime aſſata fuerint,tere ac utere. Aut panniculum deligatum in ollam mitte, ac probe opertam & oblitam in ignem pone, donec medicamẽtum ad carbonis ſpeciem fuerit exuſtum,& deinde tritum ſerua. Vſu uero expetente ad nomas ſubde,& breui cõtrahentur. Hoc uſq; ad inductam cicatricem idoneũ eſt. Alius. Seminis tamaricis partem.i.nitri rubri tantundẽ,terito ac cribrato,& ſimul mixtis aridis utitor. aut roſaceum ammiſceto. Vbi uero nomæ fuerint cohibitæ, adhibeantur ea quæ paulo ante ad ulcera repurganda relata ſunt.

Quæ ad cicatricem ducunt. Aſclepiadæ. Cap. XCIII.

Poſtquam ulcera fuerint repurgata utendũ eſt his quæ ad cicatricem perducũt,primum mitioribus, poſtea efficacioribus. Ceratum cicatricem inducens. Ceræ albæ quadrantem,roſacei optimi dodrantem, ad prunas liquefacito,& quadrantenus refrigerato. Dein

de in mortarium coniicito,ac lacte muliebri, aut aſinino, aut caprino recens mulcto affuſo, cũ piſtillo ſubigito,donec totum inalbeſcat. Deinde diffuſo priore lacte,nouum infundito ac rurſus ſubigito,& croci ad drach.i.ammiſceto. Quod ſi magis mitigatorium facere uolueris,roſacei olei ſeptuncem, adipis anſerini, & medullæ eiuſdem,ſing.unc.i.accipito, potes & p roſaceo melinum aut ſuſinũ ammiſcere. Medicamentum ex ordeo ad uteri ulcera. Ordei uſti ac triti,ſpumæ argenti lotæ,ceruſſæ lotæ, ſing.lib.i.adipis anſerini lib.iiii.adipis capræ recentis lib.iii. olei myrtei libras.ii.mellis deſpumati beſſem, terebinthinæ quadrantem ſiue trientem. Hoc etiam ad ardores & ulcera pudendorum facit. Nec minus utendũ eſt his quæ ad ſedis affectiones,ex pompholyge &plumbo uſto pręparantur. Itemq; eo quod ex cadmia,& quod ex ladano præparatur, ſingulis myrteo aut roſaceo oleo dilutis.

De cancris uteri. Archigenis. Cap. XCIIII.

Canceratoꝝ uteri tumoꝝ aliqui ulcerati ſunt, aliq; non ulcerati, quem ad modum de mammis ſupra diximus. Itaq; in nõ exulceratis tumor circa os uteri reperitur durus,ad tactum renitens,inæqualis, eminẽs, colore fœculentus,ruber aut ſubliuidus,uehementes dolores inducens,circa inguina, ſummum uentrem, pectinem,ac lumbos,qui ad manuum contactum, & medicamentorum uarietatem exacerbantur. Si uero ulceratus eſt cancer, ſupra dolores duriciasq; ac tumorem, ulcera corroſa & inæqualia uidentur, plerunque ſordida, eminentia, albicantia. Quæ uero pura putantur, feculenta, liuida, rubicunda, & cruenta apparent. Excernitur autem ab ipſis ſanies tenuis, aquoſa, nigra, aut fulua graueolens. Aliquando & ſanguis defertur, & alia ſigna adſunt ſupra de uteri inflammatione relata. Proinde affectio quidem hæc incurabilis eſt,uelut etiam Hippocrates

pronunciauit, mitigari tamen ac leniri potest, insessio nibus in fœni græci ac maluæ decocto, & cataplasma tis similibus. In exacerbationibus autem ualde mitigat malua, aut althea in aqua mulsa ad flacciditatem cocta, & cum modico rosaceo trita ac imposita. Et cataplasma è caricis, meliloto, ac ruta paratum. Et quod ex palmulis paratur in passo coctis, ouorum uitellis ac polenta ammixtis. Aut papaueris capita trita & cribrata, cum polygoni aut intubi aut coriandri succo. Aut solani folia tenera cum lacte muliebri imposita. Aut solanum cerato rosaceo exceptum, frigida aqua paulatim cerato instillata. Aut maluæ folia cum lacte muliebri trita, & rosaceo cerato excepta. Atq; hæc omnia in dolorum uexationibus sunt adhibenda, postea uero ceratum imponatur ex rosaceo, aut myrteo aut melino, aut œnanthino cum palmulis in passo coctis, facit & cataplasma ex ouis, & quod ex ordeo paratur, quibus etiam ad ambusta utimur, peculiariter autem conuenit id quod ex fece uasorum æreorum in quibus aqua coquitur paratur. Hæc enim fex assata teritur minutissime, & cerato rosaceo excipitur. Et hæc quidem forinsecus. Intrinsecus autem mitigat locos, ubi ulcerati fuerint, lac muliebre aut asininum infusum, & plantaginis succus tepidus. Si uero cruenti fuerint, polygoni succus cum modico thure. Idem faciũt etiam pessi ex croco, & lacte muliebri, succoq; papaueris ac œsypo præparati. Omnibus autem præstat etiam ad sedis affectiones hoc. Spumæ argenti lotæ sexuncem, thuris masculi, œsypi, adipis porcini recentis, butyri recentis, ceræ tyrrhenicæ, sing. sextãtem, rosacei trientem. Seruatur hoc medicamentum pyxide plumbea, & arefactum rosaceo diluitur. Ego uero inquit Archigenes, spumam argenti cum seridis succi hemina diluo, & ubi mellis spissitudinem habet liquatis aliis ammisceo, utere etiam medicamẽtis ad sedis affectiones præscriptis, optimum est & id quod supra

ad mammarum nomas descripsimus, ex uino. Rhoe coriario, pilulis cupressi ac galla præparatum, quod muliebri aut asinino lacte dilutum adhibetur. Philosophi medicamentum ad cancros uteri. Cancros fluuiatiles tres aut quinq;, impari numero, sub prunis exurito, & cum oleo cyprino tritos per pennam illinito.

De uteri obturatione. Cap. XCV.

Obturatio circa os aut collum uteri fit, aut propter ulcerationem prægressam, aut ob inflammationem induratam, per quam loci adeo angusti fiunt, ut semẽ non amplius admittant, uel admissum non retineant, ob callosam enim duriciam uterus contrahi non potest. Aliquando semen admissum, & intra angustissimum os contentum fœtus causa est. Verum hæc cõceptio prægnanti mortis causam inducit, quum ob nimias locorum angustias fœtus prodire nõ possit. Insessiones itaq; ex oleo & aqua & fœni græci decocto adhibeantur, & per cerata, ac pessos emollientes ex œsypo, terebinthina, ac nitro præparatos laxẽtur. At uero si loci ad tactum molles fuerint, spongiam sic cam funiculo appensо intra locorum angustias dilatãdi gratia indemus. Et si ea exciderit, aliam crassiorem immittemus. Et ea de causa plures ac diuersas spongias siccas paratas habere oportet, & postea tale medicamentum spongiæ illinemus. Sandarachæ, alumnis scisi, sing. drach. i. auripigmenti drach. iii. omnia simul contrita melle excipito, & spongiæ indendæ illinito. Quod si sublata spongia locus non satis apertus uidebitur, inflammatioq; oborta fuerit, subiectum medicamentum spongiæ illinatur. Iridis drach. ii. adipis anserini, terebinthinæ, thuris, olei irini, ceræ, sing. drac. ii. Iridem primum, deinde thus minutissime terito ac cribrato, & terebinthinam, adipem, ceram, cum oleo liquato, ac omnia simul unito. Vbi uero inflammatio quieuerit, & locus apertus fuerit, ceratum ex oleo rosaceo & adipe anserino paratum spongiæ illinatur, in

quo usq; ad inductam cicatricem persistendum est, ut locus paulatim consolidetur.

De utero non perforato. Cap. XCVI.

Quædam à natiuitate uterum non perforatum habent, & hoc trifariam contingit. Quibusdam enim in ipsius pudendi alis siue labiis, membrana aut caro obturans enascitur. Aliis in ipso pudendi sinu idem contingit. Aliis circa ipsum uteri osculum eadem obturatio fit. Quibus itaq; in pudendi labiis membrana excreuit, eas curaturi supinas pro more reflexis ac diductis cruribus locabimus, & operientem membranam specillo dissecabimus, donec figura pudendi ad naturalem dimensionem deueniat, postea linamentis conuulsis sectionem replebimus ac deligabimus, & curationem suppuratoriam per cataplasmata aliquot diebus adhibebimus. Deinde linamentis cerato rosaceo liquido imbutis utemur. At si post sectionem pudendi alas carnosis partibus propinquis unitas esse senserimus, utrinque excoriabimus, & per linamenta dilatabimus, eodemq; curationis modo utemur. Mulier uero supina puluinar intra fœmora habens, usq; ad cicatricem inductam permaneat. Si uero pudendi quidem figura externa aperta est. In sinu uero caro innata locũ obstruit, ut angustum foramen relinquatur, muliere eodẽ modo collocata, stilũ in uteri ceruicem maioris tutelæ gratia immittemus, ne p errorem altiorem sectionẽ faciamus atq; ita infra signatũ p stilũ locũ dissecabimus, p specillũ latum, donec sinus secũdum naturam habere uideatur. Deinde labia dissectæ carnis per uolsellam distenta ad quadrangularem figuram circuncidemus. Et erectam mulierem diductis cruribus statuemus, ut humor in utero collectus cõmode profluat. Quod ubi sufficienter factum fuerit, ægram ad priorẽ decubitus formam reducemus, & linamentũ uino & oleo imbutũ in sectionẽ indemus, habeat aũt hoc filũ alligatũ, quo facile extrahi possit,

& loco probe deligato quietẽ imperabimus. Sequẽtibus uero diebus locus cũ aqua mulsa eluatur, & pharmacũ suppuratoriũ linamẽto intorto illitum indatur. Et ubi cicatrix inducenda est, canalis ex stãno indatur ac alligetur, donec locus fuerit consolidatus. Quod si ptes rursus inter se coiuerint, ac rursus uteri os claudatur, spongiam siccã indito, donec callus fuerit obductus. Si uero membrana ipsum uteri os obstruxerit, mulier in eodem situ locata, dioptra immissa sinus dilatetur, & mẽbrana p uolsellam arrepta ac extenta intorqueatur, ut tota simul colligatur, & lato specillo amputetur, & medicamentũ siccũ floridum inspergatur, & linamentũ tortum alligato filo indatur, & eadẽ curatio fiat. Qd si quid de membrana relictum fuerit, florido aut pharo appellato medicamento cõsumatur. Repurgatis aũt locis hoc pharmaco linamẽta tingito: Ceræ, terebinthinæ, adipis anserini, sing. drac. ii. iridis, thuris, sing. drac. i. croci drac. iii. olei irini drac. xvi. Iridẽ, crocũ, & thus cũ passo terito, & liquabilia liquata ammisceto. Dioptra uero assidue immittẽda est, ac cauendũ ne caro superexcrescat, quæ tali medicamento reprimatur. Squamę æris, æruginis, corticis thuris sing. drach. ii. terito, unito ac utitor. Aut æruginem, & squamã cum plumbi succo subige & adhibe. Sed nec spongiæ siccæ usus omittatur, donec labiis callus obducatur. Stãneus item canalis immittatur.

De Hæmorrhoidib. uteri. Aspasiæ. C. XCVII.

Hæmorrhoides quandoq; in osculo uteri, quãdoq; in collo, & aliquando in ipso utero, & aliquando, licet raro, in pudendo contingunt. Atq; hæ etiam tactu mekus tamen per dioptram deprehenduntur, & eadem accidentia inducunt, quæ reliquæ in sede ortæ inducere solent. Et præterea sterilitatem ac lumborum grauitatem tempore purgationis inducunt.

Varicosas itaque ac malignas dimittere oportet, reliquæ uero non aliter curentur, quàm quæ in

sede sunt, duris quidem ac modicum sanguinem fundentibus, neq; uasis annexis, statim amputatis. His uero quæ multum sanguinis emittunt, circa fundum circumcirca scarificatis, & uolsella eleuatis, ac funiculo constrictis, & postea paulatim resectis, atq; hoc facto floridum medicamentum siccum inspergatur. At uero si citra chirurgiam malueris hæmorrhoidas resiccare ac excæcare, huiusmodi sicca apponito. Spodii & rosas siccas terito & inspergito. Aut acaciam uino austero tritam. Aut terram lemniam sigillum appellatam, cum aceto illinito. Aliud. Stibii bessem, rosarum siccar, pollinis thuris, sing. sextantem, cytinor unc. i. Aliud. Balaustiorum torrefactor sexuncem, malicorii quadrantem, florum rosar, spodii, sing drach. ii. Aliud ad hæmorrhoidas efficacius. Succi mandragoræ, aluminis rotundi, acaciæ, sing. drach. ii. cum uino terito, & in pastillos efformato, eosq; uino dilutos illinito. Aliud. Succi cicutæ, succi hyoscyami, aluminis scisi, rubricæ sinopicæ, sing. drac. ii. sandicis drac. i. cum uino terito & excipito. Et usus tempore uino item diluito. Aliud, diphrygis drach. vi. cerussæ, spumæ argenti, plumbi usti & loti, succi hypocysthidis, sing. drach. iii. Excipe succo cicutæ, & cum uino adhibe. Vtere etiam medicamentis ad hæmorrhoidas sedis relatis, & præsertim eo quod Hippocrati inscribitur. Et potiones exhibeto ad sanguinis reiectionem descriptas. Insessiones quoq; in decoctis adstringentibus adhibeto.

De calculo uteri. Cap. XCVIII.

Calculi aliquando tofacei in ipso utero generãtur, quos si extrahere uolueris aluum prius per clysterem stercoris eductorium euacuato. Deinde fœni græci ac maluæ decocto, rosaceo ammixto, uterum eluito & muliere supina disparatis cruribus locata duos longiores sinistræ manus digitos in ani foramen immitito, dextra uero superiorem uentrem comprimito,

calculum q; extrorsum cogito ac propellito, simul p digitos in anum missos deducens ac extrahẽs. At uero tofaceam substantiam extra in uteri collo, aut oscu lo agnatam, muliere rite locata, & locis per dioptram dilatatis, scalpello resecare oportet, & floridomedicamento sicco inspersо curare.

De calculo uesicæ muliebris. Cap. XCIX.

In uesica muliebri raro oriuntur calculi, latiorem enim & rectiorem urinæ meatum habent. Atq; huius extractionem si forte innatus fuerit ita facias. Mulier supina coxis decliuibus ac cruribus reclinatis locetur, quo facto duos longiores sinistræ manus digitos in pudendum mittito. Dextra uero uesicam superne cõprimito, & calculum uersus uesicæ collum expellito & ut extra musculum uesicæ collum adstringentem prodeat cogito, & tunc paululum supra pudẽdi alas, quo loco calculus occurrit, sectionem facito, & p calcularium forcipem extrahito, postea uero sectionem manna thuris repleto, & lanã puram oleo calido imbutam uentri ac lumbis imponito ac deligato, & quotidie bis aut ter, & nocte semel exoluito, & oleo calido perfundito, tertia die aridis medicamentis lenibus & incarnantibus usque ad perfectam incarnationem uulnus explemus, & per emplastrũ ex aceto & oleo paratum cicatricem inducimus. Optime aũt huiusmodi locos & omne cauum ulcus incarnat hoc. Mannæ thuris sextantẽ, colophoniæ minutissime tritæ unc. i. Ex hoc arido totam uulneris cauitatem expleto.

De hernia aquosa mulier. Aspasiæ. Cap. C.

Hernia aquosa circa pudendi alas consistit inflatio ni similis, debili ac molli tumore. Et aliquando alterãtantum, quandoq; utranq; partem occupat, ad contactum fluctuationes apparẽt iam quandam exhibens: primum itaq; discussoria adhibeantur, supra ad hernias in uiris aquosas relata, præsertim in uirginibus. At si parum successerit, muliere rite locata sectionem

rectam tumori congruam faciemus. Dissecta aũt cute subiectas tunicas paulatim excoriato, & uolsella arreptas distendito, & membranam humorem continentem dissecato. Excreto humore sectionem membranæ ad myrtei folii figurã facito, & labiis sectionis duabus aut tribus futuris adductis suppurantia medicamenta adhibeto. Vtere & olei irrigatione, ac reliqua curatione, ad aquosas uirorum hernias supra tradita.

De Hernia inguinis mulierũ. Cap. CI.

Fiunt & mulieribus herniæ inguinis, circa dextrũ maxime pudendi sinũ. prominet his tumor durus immurmurans, ac premens, præcipue ubi mulieres crura dilatauerint, aut supinæ decubuerint. Et has quoq; cõgruis deligamentis ac medicamentis curare oportet, uelut dictũ est in hernia uiroꝝ intestinali ac inguinali. At si hæc parum profecerint, ad chirurgiam ueniendum est. Mulier itaq; supina decliuibus cruribus locetur, & rupulso intestino locus circa inguen, oblique secetur, & tunicę cuti subiectæ sensim excoriẽtur, atq; ita laxata peritonæi membranæ pars attrahatur ac extendatur, & intestinũ diligenter repellatur, & qđ superfluum est de peritonæo deligetur, ac consuatur, & tunc quod supra futuram extat superuacuũ resecetur. Deinde labia sectionis cutis duabus aut tribus futuris adducantur, & linamenta indantur, lanaq; succida uino & oleo imbuta imponatur, & deligamenta congrua fiant, postea medicamenta suppurantia & repurgandi ac incarnandi uim habentia. Irrigationes itẽ ac cataplasmata adhibeantur, donec inflammatio quiescat. Et inde ad cicatricem inducentia progressus fiat.

De Hernia uaricosa. Aspasiæ. Cap. CII.

Hernia quoq; siue ramex uaricosus in pudendi alis nasci solet, & est uenarum ampliatio, similis uaricibus in cruribus fieri solitis. proinde in huius curatione sectionem rectam in superficie pro uasis figura facias,

deinde tunicas uasi adhærentes sensim excoriato, & denudatum uas cæca uolsella eleuato, & duobus uinculis altero superne, altero inferne deligato. Deinde uenam secato, uelut in uenæ sectione ad sanguinem auferendum fieri solet, & detracto sanguine, medium uasis inter duo uincula superuacuum amputato. Atq; hoc sanè omnibus uasis in uaricũ formam transgressis commune est. Deinde linamentis sectioni inditis, spongiam aceto aut posca imbutam adhibeto. Et deinceps ad puris generationem, ac reliquam uelut ulceris curationem progrediter.

De Nymphæ sectione. Cap. CIII.

Nympha substantia quædã est musculosa, aut pelliculosa, supra alarum pudendi cõmissuram sita quo loco urinarius est meatus. Hæc in aliquibus mulieribus ad tantam magnitudinem augetur, ut deformitatem ac pudorem inducat. Quin & à uestimentorum contactu assiduo arrigitur, & ad uenerem ac coitum proritat. Quapropter Ægyptiis uisum est, ut antequã exuberet, amputetur, tunc præcipue quũ nubiles uirgines sunt elocandæ. Amputandi uero modum hũc tradunt. Virgini in sella locatæ retro assideat adolescens robustus, q; brachia sua poplitibus uirginis subiiciat, cruraq; eius ac totum corpus regat. Et tum chirurgus ante ipsam stans, forcipe amplioris nympham corripiat, & per sinistram manum distendat, per dextram uero prope forcipis dentes resecet. Mensuram autem resectionis eandem quam in columellæ sectione seruare oportet, ut ne funditus ipsam resecemus, sed superuacua tantum pars amputetur, proinde prope dentes forcipis nympham resecandã esse diximus, quoniam quum pelliculosa sit plurimũ extenditur, & nisi quis diligenter obseruet, facile ultra quàm oportet amputationem faciet, atque hinc carunculæ decrementum, rhœada græci uocant, consequitur, peracta chirurgia, spongia ex uino adstrin-

gente aut aqua frigida expressa uulnus detergeatur, & manna thuris inspergatur, & linamentū posca ma-defactum indatur. Et spongia ex posca expressa super deligetur. Post septimam uero, cadmiā minutissime tritam per se, aut cum rosarum floribus insperge. Aut siccum ex lapide phrygio paratum, & ad pudendorū fissuras descriptum. Aut cinerem ossium palmularum insperge.

De cauda. Cap. CIIII.

In quibusdam mulieribus carnosa quædam substātia ab uteri osculo exoritur & muliebre pudendum replet. Aliquando etiam extra progreditur instar caudæ, unde & nomen habet. Mulier itaq; uelut in nymphæ amputatione dictum est locetur, & prominens caruncula forcipe extendatur, & tota ex basi resecetur, post chirurgiam curatio uelut in nympha peragatur.

De thymis, & uerrucis tum aliis, tum formicariis uteri. Philumeni. Cap. CV.

Thymus aut in alis pudendi, aut in ipso pudendo, aut in uteri osculo, aut collo generatur. Et est aspera quædam eminentia thymi cacumini similis, in quibusdam mitis, in aliis maligna, rubra, cruenta, præcipue post concubitum aut deambulationes, & sanè moro maturo assimilatur, uisuq; deprehenditur, aliquando sine ulla arte, aliquando dioptra immissa, oblata. Huiusmodi igitur eminētias in principio curabimus, quē ad modum de reliquis thymis ac uerrucis diximus. Verum ubi diutius perseuerāt, chirurgiā adhibemus. Muliere itaq; recte locata, eminentiam uolsella extentum, totam funditus resecamus, deinde curationē cruentis uulnerib. aptam facimus. Thymos aūt in abdito reconditos, quū chirurgiæ subiici non possint, medicamentis curabimus, supra ad totius corporis thymos & uerrucas formicarias relatis. Ad uerrucas aūt formicarias pudendo & summe confert hoc: Capræ iugulatæ recens oculos compūgito, & humorem in-

de profluentem assidue illinito, & intra sex dies spacium formicariæ uerrucæ extirpabuntur. Sed & bubulum stercus calidum illitum, formicarias in mulieribri natura uerrucas sanat. Aliud, quod ego in uxore mea expertus sum, & ipsas radicitus tollit: origani festucam ad lucernam accendito, & formicariæ uerrucæ admoueto, ut non inde incendatur, sed fumū solū suscipiat. Et hoc ter singulis diebus facito. Aliud ad pudendi ac sedis thymos. Soleas ueteramentarias, & cucurbitam siccam exurito sigillatim, & minutissime trita paribus portionibus permisceto, & locis uino prius elotis inspergito. Experiētia hoc cognitum est. Cæterum malignos thymos sectionē, ob eruptiōis sanguinis periculum reprobare oportet. Non malignos aūt tuto resecamus. Neq; enim hic sanguinis eruptionis timor est. Cauendum tamen est ne uterus à scalpri acie lædatur, quod facile uitare est, si thymus distentus prope uolsellæ dentes amputetur, sicut in nymphæ sectione diximus. Resectione uero facta, ad deficcandos locos pharmacū quoddam sanguinem sistens adhibebimus. Humectatio.n. causa est ut thymi regenerētur, sicut etiam pinguiū medicamentorū usus proinde per totam curationem, laxantia ac pinguia sunt fugiēda, post chirurgiā protinus galla trita, aut alumen sciissum, cum pari thuris pondere admoueantur. Deinde medicamento floridō, ex stomomate ferri aut rosarum flore, & cytinis siccis parato utemur. Nam hæc contrahūt & quadantenus repurgāt, & ulcera ad cicatricem ducunt.

De condylomatis. Aspasiæ. Cap. CVI.

Condyloma est rugosa eminentia. Rugæ enim circa os uteri existentes, dum inflammantur, attolluntur & indurantur, tumoremq; ac crassitudinem quandā in locis efficiunt. præcipue uero dum menses prodeunt, & post partus attolluntur, & per tactum facile cognoscuntur. Ad has igitur fomenta adstringentia, &

eiusdem facultatis pessi subdantur, quæ omnia supra ad sedis condylomata sunt relata, facit & pessus è malicorio & butyro præparatus, & qui ex lycio indico ac œsypo paratur.

De rimis ac fissuris uteri. Cap. CVII.

Rimæ circa os uteri ex uiolentis partubus ob magnitudinem capitis infantis fiunt. Sed & ex acrium humorum influxu locos rumpente ac corrodente fieri solent. Et primum quidem latent, dolore à partu adhuc recente, postea uero paulatim ad sensum perueniunt. Nam & ad manuum contactum, & in coitu dolores excitantur, quando sanè ex affrictu cruentantur, deprehenduntur autem dilatato sinu, fissuræ enim circa uteri osculum per ambitum uisuntur. In hac itaq; curatione chirurgiam & omnia mordacia pharmaca reprobare oportet, talia enim inflammationes ac conuulsiones inducunt: & insessionibus simplicioribus ac pessis uti, & medicamentis ad sedis rimas descriptis, præcipue eo quod è pompholyge, stibio, & plumbo usto paratur. Quod si callosæ fuerint, medicamento ex charta usta utendum est plurimo rosaceo diluto. callos enim exterit, & ulcera repurgat. Si uero nimiã eius acrimoniam non ferunt, iridem illyricam terebinthina exceptam inde, postquam autem cicatrix ulceribus inducta est, conuenit id quod ex cadmia constat aut quoddam sedi destinatum, uelut est quod ex spuma argenti lota præparatur, paulo ante ad cancros uteri à nobis relatum. Aut hoc qđ ad rimas sedis, & muliebrium locorum condylomata præparatur. Stibii, acaciæ, sing. drach. vi. passo excipe ac utere. Sæpe & hoc utimur. Aloes, opii, sing. drach. xvi. stibii drac. vi, myrrhæ drach. iiii. thuris, æruginis, sing. drach. ii. uino excipe & utere cum passo. Aliud cito conferens. Stibii, acaciæ, plumbi usti, & loti sing. drac. xvi. spodii pompholygis lotæ drach. viii. fructus ericæ, aluminis scisi, atramenti sutorii, thuris, myrrhæ, opii, singulo-

drach. viii. cum uino terito uelut collyrium, ac pastillos formato, & cum passo dilutis utitor. Aliud ad omnes pudendo- & muliebrium ac sedis affectiones. Sistit etiam hæmorrhoidas. Spumæ argenti lotæ, cerussæ lotæ plumbi usti & loti, sing. drachm. xxv. stibii loti drach. ix. pompholygis lotæ drachm. viii. cadmiæ lotæ drach. v. Hæc omnia primũ seorsim, deinde simul terito, & uini ac olei myrtei sing. lib. i. paulatim adstillato, ac probe terito, & unita in plumbea pyxide seruato, & uelut optimo medicamento utitor. Nos uero inquit Archigenes, ceræ tyrrhenicæ lib. i. & adipis anserini tantundem adiicimus. Quidam etiam plumbaginis drach. xx. addunt.

De tuberculis uteri miliaribus. Cap. CVIII.

Aliquando in collo aut osculo uteri, aut in ipso pudendo, miliares quędã eminẽtiæ enascuntur, ad tactũ quidẽ occurrentes, ueru- certius ad dioptrã patentes. Solentq; ex coitus affrictu, tũ menses, tum conceptionem impedire. In his aluus primum purgãda est. Deinde linteolo locus detergendus, & glans ex carne caricæ- pinguium ac alumine scisso subdenda. Aut pessus ex alumine & felle. Aut medicamenta ad concoquenda ac discutienda tubercula commoda illinẽda. Elotiones quoque ex aqua mulsa, & aliquo aromatũ decocto adhibeantur.

De scabris uteri pustulis. Cap. CIX.

In pudẽdo & uteri osculo scabræ pustulæ oriri solent, furfuraceas squamas reiiciẽtes, pruritũq; inducẽtes, & calidæ aquæ affusione gaudentes. In his aluus asinino lactẽ purgetur. Vomitus à cœna fiat. In balneo exudatio fiat, & in calidã insessus. Et loci uino calido cũ nitro eluantur, & post uinũ aqua calida infundatur. Et licium indicũ, aut amurca, aut butyro- cum sulphure, aut ceratũ myrteum cũ spuma argenti. Aut alumen rotundũ cum melle. Aut malicoriũ cũ myrrha & melle illinatur. Squamas autem & furfures exterit,

cyclamini radix cum melle illita. Cæterũ in cibis omnia acria, salsa, & acida cauenda sunt.

De alarum pudendi muliebris abscessu.

Cap. CX.

Si in muliebris pudẽdi alis siue labiis abscessus ortus fuerit, & uersus sedem declinauerit, sectionem eius uitare oportet. Nã ex eorũ locorũ sectiõe, quum rugosi sint, facile fistula generatur. Si uero sursum ad urinarum meatum uergit, tuto secare licet.

Ad Vmbilicum prolapsum. Cap. CXI.

Ammoniacũ thymiama cũ modico cumino ex uino tritum apponito ac deligato. Aut buphthalmũ cũ succo mori tritum imponito. Aliud. Bituminis drac. xii. carnium caricarum pinguium, tantundem, primũ seorsim deinde simul trita imponito.

Ad rugas uentris, rimasq; ac nigredines à partu exortas. Cap. CXII.

Adiantum & spumam nitri albam exactissime trita inspergito, & uenter non corrugabitur. Hoc & in balneo, & extra balneũ utendum est. Aliud. Narcisi bulbos cortice detracto cõcidito, & in umbra siccato, et de his sumito dra. viii. radicis struthii contusæ, farinæ ptisanę, farinę fabarũ, maxime Ægyptiarũ, sing. dra. x. radicis bryoniæ, radicis ari, radicis cucumeris syluestris, cosli, sin. trientẽ, terito & cribrato, ac uẽtri p erui farinam detersо inspergito, & rursus affricando detergito. Nam & rugas & rimas generari non sinit, & genitas tollit. Maculas etiã ac nigredines in quauis corporis superficie exterit. In puerperis igitur uentrem oleo antea probe confricato, & postea chartam medicamento consperſam adhibeto, & fascia deligato, ac post quartum diem exoluito. Deinde totum corpus in balneo detergito, & oẽs nigredines ac rugas abolebis. Aliud, ad uentres à partu nigrefactos. Ostreorum ustorum partem i. farinæ fabarum, maxime Ægyptiarum, partes. ii. misce ac utere in balneo.

Aliud.

Aliud. Nigellæ, nitri, æquas portiones ad strigmentã tiam spisitudinem cum aqua terito. Aliud. Scillæ ustæ drach. viii. cornu cerui usti, aluminis scisi, salis cappadocici, myrrhæ stactes, nigellæ, sing. drach. ii. farinæ ordei drach. xiiii. Vsus tempore melle excipito, & pãniculo detrito infartum uentri adhibeto, & per dies septem finito. Octaua uero abluito, ac rursus apponito, & totidem diebus finito. Smegma faciei ac reliqui corporis. Granoꝝ ricini, bulboꝝ narcisi decorticatorum ac reficcatoꝝ, sing. drac. viii. similaginis, drac. iiii. thuris dra. ii. ouoꝝ albumina. ii. misce ac utere. Smegma aliud efficax. Floris iũci odorati, iridis, sing. drac. ii. mastiches drac. i. terito & ptisanę succo excipito, ac pastillos formato, quos usus tempore aqua dilutos illinito, ex p interuallum frigida abluito. Aliud smegma, ad corporis rugas, Rufi. Caricaꝝ pinguiũ, radicis bryoniæ, farinæ erui, testaꝝ sepiæ ustaꝝ, sing. æquales portiones. Terẽda terito, & ad caricas in mortario cõtusas ammisceto. Hoc in balneo utẽdũ est. Aliud. Vitẽ albã farinæ erui ammisceto ac utitor. Smegma, ad defricãdas nigredines multo usu cognitũ, thuris sesq unciã, cerussæ lotæ, spumæ argẽti lotæ, amyli, scobis marmoris præconesii, mastiches, spumæ nitri albæ, testaꝝ sepiæ, sing. unc. i. saponis gallici unc. xii. ouoꝝ albumina. x. omnia sapone excipe, & utere in quacũq; corporis parte. Smegma admirandũ. Cutis superficiem exterit & illustrat. Farinæ fœni græci, amyli, tragacanthæ, sing. trientem, terræ samiæ quæ Stella uocatur, ammoniaci thymiamatis, sing. quadrantem, mastiches, medullæ ceruinæ recentis, sing. trientẽ. Tragacãtham lacte macerato, & reliqua minutissime trita ammisceto, ac pastillos formato, eosq; in umbra exsiccato. Vtere ẽt smegmatis Sermone. viii. relatis, ubi habentur ẽt ea q̃ ad alaꝝ ac oris fœtorẽ cõferunt.

Præparationes ungentoꝝ siccoꝝ, moschatoꝝ.

Item conditoꝝ, œnanthariaꝝ, ac suffumi-

giorum uariorum. Cap. CXIII.

Xeromyrũ,hoc eſt,ungẽtum ſiccum,Beredrias appellatum. Arnabo,amomi,ſpicæ nardi,ſing. quadrantem,folii malabathri,ſtyracis,ſing.quadrantem,croci, caryophyllorum,ſing.ſeſquiunciã, opobalſami ſexuncem,roſaꝛ uiridium unc.xxv.miſce. Xeromyrũ moſchatum. Folii malabathri,caſię,croci,ſtyracis,arnabonis,amomi,ſpicæ nardi,ſing.ſeſquiunciam caryophylloꝛ drach.iiii.moſchi ſcrup.iii.opobalſami unc.i.olei indici aut ſimilis quadrãtem,roſaꝛ ficcaꝛ ſextantem, aut uiridiũ trientem. Cõpoſitio Arabica. Maſuaphii, caryophylloꝛ,coſti,ſing.ſextãtem,ſpicæ,folii, roſaꝛ, ſing.ſcrup.xii.amomi,ſtyracis,ſing.unc.i.gummi ſextantem.arida terito ac cribrato, gummi uero madefacito,et ad ſtyracem in mortario tritum arida ammiſceto,& cum gummi pilulas rotundas ad ciceris madidi magnitudinem formato,easq; acu perforato , ac filũ traiicito,& arefactas de collo ſuſpendẽdas præbeto. Xeromyron roſatum. Roſarum aridaꝛ lib.i.coſti, folii,caryophylloꝛ,hypni,caſſami odorati,unguiũ aromaticoꝛ,ſtyracis,ſing.ſextantem. Aliud. Folii,roſaꝛ ficcaꝛ,amomi,coſti,caryophylloꝛ,ſpicæ nardi,arnabo,croci,ſing.unc.i.hypni,ſtyracis,opobalſami, ſing. drach.iii. Aliud. Roſaꝛ lib.iii.hypni lib.i. ſtyracis fluui & pinguis,unguiũ aromaticoꝛ,ſing.unc.i. Xeromyron leucophyllon appellatum. Cuius uſus ad collum & axillas eſt. Terræ ſamię lib.i.ſtyracis,folii,opobalſami,ſing.ſextantẽ. Styracem cũ opobalſamo ſubigito,foliũ uero terito ac cribrato. Et ad omnia ſimul in mortario ꝓbe permixta , ſucci roſaꝛ quantum ſatis eſt adiicito ac utitor.Hygromyron,hoc eſt, liquidum ungentũ,quo mulieres ad aures utũtur,folii,ſpicę nardi, maſuaphii , maſtiches,caryophylloꝛ,ſing. unc.i.ſcrup.xii.ſtyracis pinguis,opobalſami,ſingulorum ſextantem,croci ſcrup.vi.moſchi ſcrup.i. olei ſalca electi trientem.

Olei ſalcã præparatio pretioſa. Cap. CXIIII.

Olei omphacini ſext.xx.iridis illyricæ lib.i.amomi ſexuncem,aſpalathi,hypni,ſing.lib.i. caſſami aromatici lib.ii.caryophylloꝛ,folii , carpobalſami, ſing.lib.i. xylocaſiæ quincuncem , caſiæ trientem, coſti,ſtyracis pinguis,croci,ſing.unc.i.myrrhæ,arnabo,ſingul.quadrantem,ſpicæ nardi trientem, omnia in aqua coquito. Modus autem præparandi habetur Sermone primo,ubi etiam aliam olei ſalca deſcriptionem,& ungẽti nardini præparationem habes. Hygromyri præparatio.Olei ſalca lib.ii.opobalſami lib.i.ſpicæ nardi,folii,ſing.trientem,carpobalſami, arnabo , amomi,ambræ,ligni aloes,ſing.ſextantem,maſtiches,moſchi,ſingul.ſcrup.vi.quod ſi caphuræ copia fuerit,ſextantem ex ea addito.Hoc ad axillas utuntur, & in aures cum auriculario ſpecillo indunt.Leucophylli ſiue xeromyri albi præparatio. Lapidis ſpecularis lib.i.folii,ſpicæ nardi,caryophyllorum,ſing.ſcrup.vi. ſuccini ſcru.xii. moſchi ſiliquas.vi.

Olei ſiue ungenti foliati ac ſpicati præparatio. Cap. CXV.

Opobalſami lib.i.ſtyracis,amomi,ſing.quadrantẽ, caſiæ trientem,lilia.xx.ſimul terito ac utitor,& ſi craſſius fuerit,cum oleo ſalca diluito.Alia foliati deſcriptio. Ceræ lib.i.nardini olei cyziceni lib.iii.picis bruttiæ quincuncem,ladani unc.i.ſtyracis pinguis quadrãtem,coſti,caſiæ,ſing.ſextantẽ,cardamomi , folii,ſing. unc.i.ſpicæ nardi ſemũciam,croci,uini Aminæi, ſing. unc.i.opobalſami quadrantẽ. Foliati præparatio ex Oribaſio. Caſiæ ſexuncem,folii quadrãtem, amomi, ladani,ſing.unc.i.piperis grana quadraginta,myrrhæ troglodyticæ unc.i.ungenti nardini lib.i. Arida terito & tenuiſſimo cribro excutito. Deinde nardinum addito,ac rurſus probe terito , & ut nigrius reddatur medicamentum iuglandium cortices uſtos ac tritos ammiſceto,& opobalſami cochlearia.iii.inſtillato,ac

utitor. Facit etiã eximie ad reſolutiões. Spicati præparatio. Amomi ſextantẽ, myrrhæ troglodyticæ, coſti, ſing.unc.i.folii, caſiæ, ungenti foliati aut ſalca ſing.quadrantẽ, ſpicæ nardi unc.i.ſpicæ celticæ trientẽ, ungẽti nardini ſexuncẽ, cerę albæ quantũ ſatis eſt, & ut cõpages liquidior fiat, opobalſami quadrantem addito.

Oenantharionũ præparationes. Ca. CXVI.

Coſti ſextantem, caſiæ, carpobalſami, ſpicæ nardi, ſing.unc.i. amomi quincuncem, nardi celticæ trientẽ, ungenti ſpicati & foliati, aut ſalca, ſing. quadrantẽ. Ceræ albæ quantum ſatis eſt, & ut cõpages liquidior euadat, opobalſami quadrantem ammiſceto. Alia œnantharii deſcriptio. Coſti, ſextantem, caſiæ, carpobalſami, maſuaphii, myrrhæ ſing.unc.i. amomi quincuncem, ſpicæ nardi, ſtyracis, ſing. trientem, caryophyllorum ſeſquiunciam, opobalſami ſexuncem, lilia. xl. uini adſtringentis odorati ſext. xii. ſalis cappadocici ſextãtem. Folia liliorum croceo ipſorum ac unguibus demptis probe detergito, & in ſindone pura inuoluta per diem ac noctẽ in umbra ficcato, donec marceſcant. deinde ad myrrhã in mortario cum uino ſubactã arida trita ammiſceto, & pariter cũ uino ſubigito. Et his poſtea ſtyracẽ in minutiſſimas partes cõtuſum addito, & omnia opobalſamo affuſo unito. deinde lilia quoq; ammiſceto, & omnia in uitreũ uas transfuſa cõcutito, & uino poſtea in idẽ uas infuſo rurſus cõcutito, & uas ipſum moſcho aut hypno diligenter obturato, deligato, luto oblinito, & p dies. xl. inſolato.

Abſinthati ſiue rhodabſinthati præparatio ſalubris. Cap. CXVII.

Spicæ nardi ſcru.ii. folii, amomi, ſing.ſcru.i. maſtiches ſcru.iii. roſarum ficcarum ſcrup.vi. mellis ſext.i. uini ſex.iiii. aut ut alii habent quinq;. Quidam ꝑ amomo coſtũ adiiciunt. Aliud. Roſarũ reſectis unguibus, & in ſindone per diem ac noctem reſiccatarum libr.i. mellis optimi ſex.i. uini antiqui ſext.vi. Roſas in uino

ad dies quindecim macerato, & quotidie uas ipſum ad ſolem exponito. Deinde uino excolato, ſpicæ nardi ſcru.ii. & folii aut caſiæ ſcrup.i. ammiſceto. Sint aũt hæc prius cum uino trita. Poſtea uero mel adiicito, unito, ac utitor. Aliud roſatum. Roſarum exemptis unguib. in umbra ficcatarum lib.i. uini antiqui ac ſplẽdidi ſext.v. mellis ſext.i. Roſas in uino ꝑ diem ac noctem macerato, deinde ad uinum excolatũ, mel adiicito, & poſt triduũ exhibeto. Quidã maſtiches ſcrup. vi. addunt, & ita aluum mollit.

Conditi purgatorii prẽparatio. Cap. CXVIII.

Hoc condito ad pituitoſos hyemis tẽpore uteris. Mellis ſext.i. uini ſext.v. piperis grana. xlvi. ſtyracis calamitę ſcru.iii. Styracem ad prunas cum modico mel le diluito, deinde in mortario cum pipere probe terito, & mel paulatim adſtillato, ac poſtea uinum ammiſceto. Eius uero meminiſſe operæprecium eſt, quod mel niſi ualde purum fuerit, nõ permittit ut potio ex ipſo præparata deſideat ac pura & clara fiat. Proinde deſpumandum eſt mel ac purum faciendum: ſi enim deſpumatum fuerit, potio eadem die deſidebit ac pura euadet. Alia abſinthati præparatio. Spicæ nardi ſcru.v. croci ſiliquas. iii. abſinthii drachm.i. maſtiches ſcrup.vii. mellis ſext.iiii. uini ſexta. xxiiii. Alia conditi præparatio. Piperis ſcrup.vi. ſpicæ nardi ſcrup.i. croci ſi libuerit, ſiliquam.i. uini ſext.v. mellis ſext.i. Maſtichati ac cuminati præparatio. Cumini ſcrup.xii. maſtiches ſeſquiunciam, uini ſext.v. mellis ſext.i. Aniſati præparatio. Aniſi ſcrup.viii. ſpicæ nardi ſcrup.vii. uini ſext.v. mellis ſext.i. Citrati præparatio. Corticis citri electi, uel foliorum eiuſdem beſſem, uini ſext.viii. mellis ſext.i. corticem aut folia in uino per dies ſeptem macerato, deinde uino excolato uel ammiſceto.

Apiati præparatio. Seminis apii ſcrup.xii. ſeminis rutæ ſcrup.vi. mellis ſext.i. uini ſext.iiii. aut. v. pro abſtemiis uini loco, aquam accipito.

Rhodomeli præparatio. Cap. CXIX.

Succi malorum cotoneorum, dempto cortice & granis siue medulla expressi sext.ii. succi rosar. sext.i. aquæ ad tertias decoctæ sex.iiii.mellis sesquisextariũ. Succum malorum suo tempore exprimito ac excolato, eiq; mel ammisceto, & ad rosarum tempus seruato. Inuere autem cũ aqua ad tertias decocta, & rosarum succo, asseruatum cum melle malorum succum unito, ac utitor.

Mustati præparatio. Cap. CXX.

Similaginis sext.xvi.olei omphacini sext.v.piperis quincuncem, folii malabathri, caryophyllorum, sing. unc.i.musti dulcissimi sext.iii.mellis lib.ii.ex his omnibus uelut placentulæ paruæ efformantur.

Gari præparatio pro abstemiis.Cap.CXXI.

Aquæ sext.xxxi.salis sext.ii. cicerum nigrorum sicorum sext.iiii.amanitarum lib.ii. caricas quinquaginta, præparato, excolato ac seruato.

Suffumigii moschati præparatio.Cap.CXXII.

Rosarum uiridium libr.vi.mellis Attici excolati lib.iii.& quadrantem, folii sexuncem, amomi triente, caryophyllorum sextantem, spicæ nardi trientem, costi bessem, unguium aromaticorum unc.i. carpobalsami trientem, asari sextantem, aloes unc.i.calami indici sexuncem, nuces indicas tres, sandalorum scrup.xvi. ambræ unc.i.styracis pinguis lib.iii. quidam pro styrace, ladani pinguis, & stactes myrrhæ singul. lib.i.aut ut alii habent, dextantem accipiunt, croci unc.i.mastiches quadrantem, moschi scrup.iiii. Ad arida trita ac cribrata, ladanum, styracem, stacten myrrham, & mel in mortario ammisceto, deinde ambram liquefactam adiicito. Postea moschum aqua calida dissoluito, & partem eius addito, & partem ad pastillorum efformationẽ seruato, deinde manibus omnia probe subigito, ac cum moscho efformato. Suffumigium regium. Styracis calamitæ lib.i. ligni aloes sexuncem,

ambræ unc.i.moschi scrup.iiii.quidam ita præparant, styracis calamitæ libr.i. ligni aloes trientem, ambræ unc.i.moschi scrup.iiii.& addunt succi rosarum quantum satis est. Suffumigium moschatum, Theopompi. Styracis pinguis dextantem, caryophyllorum costi, rosarum siccar, folii, mastiches, sing.unc.i.moschi siliquas iiii. Ego uero inquit, moschi scrupul.iii.& balsami quantum satis est adiicio. Aliud suffumigium moschatum. Folii, costi, rosarum siccarum, hypni, spicæ nardi, singulorum unc.i.croci, unguium aromaticorum, caryophyllorum, amomi, casiæ, singulorum scrupul.xii.carpobalsami, bdellii, singulorum scrupu. xii.styracis scrupulos xx, moschi scrupulos. iii. Rhodomelitis, hoc est, mellis rosacei quantum satis est.

Suffumigium Moschatum in ecclesia usurpatum. Costi libras.iiii. & dimidiam, caryophyllorum lib.ix. folii sesquilibram, spicæ nardi tantũdem, cassami unc. xiiii.styracis liquidi lib.xvi.aspri libras tres, croci dextantem, moschi, ambræ, singulorum sextantem. Cæterum princeps Orientis sic præparat. Costi quadrantem, spicæ nardi unc.i.folii unc.i.caryophyllorum sesquiunciam, cassami semunciam, aspri sextantem, styracis liquidi electi quincuncem, croci scrupul.ii.moschi, ambræ, singulorum scrupulos ii. Suffumigium bonum rosatum. Foliorum rosarum aridorum, costi, mastiches, sing.sexuncem, spicæ nardi, amomi, opobalsami, sing.sesquiũciam, croci, myrrhæ, sing.unc.i. styracis dextantẽ. Vini odorati antiqui, & mellis, quãtum satis est. Suffumigii ungentarii præparatio. Costi sesquilibram, elenii, rosarum siccarum, nigellæ, sing. lib.i.carpobalsami, aspalathi, sing.libras duas, myrrhæ sesquilibram, tari, hoc est, ligni aloes, ladani, sing. lib.iiii.amomi libr.i.mastiches bessem, ligni caryophyllorum sexuncem, foliorum scylmatis, hypni, singulorum lib.xii.myrrhæ, stactes libras.v. bdellii libras duas, unguium aromaticorum, croci, singulorum

trientem. Suffumigium ungentarium insigne. Costi sesquilibram, cassami lib.i.ligni caryophyllorum, foliorum scylmatis, spicæ nardi, sing.sexuncem, corticis aspalathi, rosarum siccarum, sing.quadrantem, mastiches chiæ, bdellii, sing.sextantem, ladani lib.iii.stactes nigræ lib.vi.croci scrup.vi.ego uero inquit, pro stacte nigra, albæ lib.ii.& styracis lib.iiii.ammisceto. Suffumigium ualde amabile. Costi unc.xix.caryophyllorum trientem, ladani lib.i.spicæ nardi, folii, sing.sexuncem, styracis lib.iii.aspri unc.xvi.croci sexuncem, moschi bessem, mellis quincuncem. Suffumigium dominæ Romulæ. Styracis calamitæ lib.ii.costi, stactes albæ, sing.sexuncem, caryophyllorum, tari, sing.sextantem, spicæ nardi sextantem & semunciam, croci trientem, ambræ drach.iiii.succini unc.i. moschi scrup.iiii. uel quantum accipere uolueris. Suffumigium rosatum, Embularchi. Casiæ, myrrhæ, bdellii, arnabo, calami indici, succini, carpobalsami, ladani pinguis, hypni, folii, sing.quadrantem, caryophyllorum, unguium aromaticorum magnorum, mastiches, singul.trientem, croci sextantem, spicæ nardi, opobalsami, singulorum sexuncem, rosarum siccarum, styracis, singu. lib.i.rosarum uiridium libr.ii.uini odorati ueteris, & mellis Attici, singulorum quantum satis est. Suffumigium Pamphili Episcopi. Folii, caryophyllorum, hypni, ladani pinguis, singulorum sextantem & semũciam, calami indici, spicæ nardi, unguium aromaticorum magnorum, bdellii, carpobalsami, croci, casiæ, singulorum quadrantem, amomi, mastiches, singulorum quincuncem, costi sesquiunciam, arnabo tantundem, succini unciam unam, opobalsami, quadrantem, styracis pinguis libr.iii. rosarum uiridium refectis unguibus libr.vi. uini mulsi quantum satis est. Sit autem mel electum, & uinum antiquum odoratum, ex quibus uinum mulsum parari debet.

Myrrhatio ad cadaueris conseruationem. Cap. CXXIII.

Aloes, myrrhæ, gummi, singulorum lib.i. sarcocollæ lib.ii. acaciæ sesquilibram, thuris sexuncem, opobalsami quadrantem.

DECIMISEXTI AC VLTIMI SERMONIS AETII FINIS, IANO CORNARIO MEDICO PHYSICO INTERPRETE.

PONDERA IN AETIO VSVRPATA

Libra	habet	uncias.xii.
Deunx		unc.xi.
Dextans		unc.x.
Dodrans		unc.ix.
Bes		unc.viii.
Septunx	habet	unc.vii.
Sexunx		unc.vi.
Quincunx		unc.v.
Triens		unc.iiii.
Quadrans		unc.iii.
Sextans	habet	unc.ii.
Vncia		drach.viii.
Semuncia uel semisis		drach.iiii.

Reliqua pondera ac mensuræ iuxta Pauli traditionem usurpata sunt.

DE PONDERIBVS AC MENSVris, ex Paulo Ægineta, Iano Cornario Medico Physico Interprete.



PONDVS, GRAVITAtis mensu iudicatur: Mensura autem, uasculi capacitate. Vasculũ uero, tũ aridæ, tum liquidæ quãtitatis mensura existit. Quare tres omnino dimensæ quãtitatis sunt differentiæ: una qdem ponderis: altera uero rerum aridarum, ut pote quæ uelut in aggerem accumulantur: tertia autem liquidorum. Cæterum quum penè infinita põdera ac mensuræ, tum pro locorum, tum pro eorum q̃ eis utuntur consuetudine, existant: de his saltem quæ omnibus maxime familiaria sunt, nobis sermo erit.

DE PONDERVM AC MENsurarum notis.



VERVM quum quidam non integris literis, sed per notas hęc ipsa pondera ac mensuras significent, præstiterit fortasis & nos in hac parte ueteres imitari, atq; primum characteres ipsos declarare. Primũ igitur litera χ ubi α literam habuerit incumbentem, Chalcum, id est, Æreum, significat: hoc modo, χ^α. Si uero ο ipsi χ incubuerit, Choa, id est, Congium, demonstrat: sic χ^ο. Si ικ Chœnicem, χ^ικ. Si η Chemam χ^η. K uero litera, si incumbens ε habeat, & linea recta inferiorem ipsius apicem per obliquum secet, Ceratium, id est, Siliquã, significat: hoc modo χ^ε. Quod si υ ipsi χ incumbat, Cyathum significat, sic χ^υ. Si uero ο Cotylam, id est,

Heminam, χ^ο. Porrò linea circumflexa, quam nihil aliud circumstat, & quæ omnino per obliquum ponitur, Obolum denotat, ⌢. Si uero duæ sunt lineæ. quas nihil circumstat, duos obolos signant, ⌢⌢. Qui Gramma, hoc est, scrupulum, faciunt, quod per literã γ quæ ρ adiectum habet denotatur, recta amplius linea ipsum ρ secante, hoc modo γ^ρ. Duæ autem lineæ iuxta alteram extremitatem cõsertæ, angulum q̃; constituentes, ad similitudinem duorum apicum, qui in ipsius K literæ pictura, ad rectam lineam adscribuntur, Drachmam significant, quæ & Holca cognominatur: hoc modo ∠. Proprie autem Holca per λ literam notatur, ο litera medium eius occupante: hoc modo λ^ο_ο. Quod si ι litera ad λ apponatur, Libra significatur, λ^ι. Aliqui tamen alteram ipsius λ lineã per obliquum alia linea secantes, Libram denotant: sic ⅄. At uero litera γ intra angulum suum ο literam habens, Vnciam significat, γ^ο. μ autem iuxta, mediũ ipsius γ habẽs, Minam denotat, μ^γ. Si uero υ habeat, Mystrum, μ^υ. Si ε Medimnum, μ^ε. Si ο Modium, μ^ο. Porrò τ literam ρ complectens, & υ incumbens habens, Tryblium significat, τ^ρ^υ. Ξ autem supra se ε habens, Xesten, id est, Sextarium, designat, ξ^ε. Si uero ο habeat suprascriptum, Oxybaphum, id est, Acetabulum, ξ^ο. Aliqui tamen Xesten per ξ denotant, recta linea dissectum, hoc modo, ξ. H autem incumbens μ habens, Heminam indicat, η^μ. K uero cum ρ connexum incumbente ipsis litera μ, Ceramium significat, κ^μ_ρ.

DE PONDERIBVS.

MNA Attica & Ægyptia habet Vncias.xvi.
Mna Romana Vncias xx.
Libra Vncias xii.
Vncia Drachmas viii.
Drachma Scrupulos iii.
Scrupulus Obolos ii.
Obolus Siliquas iii.
Siliqua Æreos ii. duasq; tertii partes: ita ut obolus æreos octo cõplectatur.

DE MENSVRIS LIQVIDORVM.

ITALICVM Ceramium habet Choas.viii.
Chus siue Congius Sextarios.vi.
Sextarius Cotulas.ii. quæ & Tryblia appellantur.
Cotula autem siue Tryblium, Magna Mystra.iii. Acetabula uero.iiii.
Magnum enim mystrum continet Acetabulum.i. & Drachmas.vi.
Acetabulum uero Sesquicyathum habet.
Cyathus Chemas paruas, aut Mystra parua.ii. habet.

Quod si uelis liquidorũ iuxta pondus scire dimensionem: multæ enim rerum liquidarum differentiæ iuxta lancis momentum existunt: idipsum ex olei, uini, & mellis exemplo docebimus. Mel igitur uino grauius est quarta ampliusq; decima parte, quod ferè totũ tertiam eius partem facit: habet enim eadem mellis ad uinum mensura totum uini pondus, accedente insuper tertia eius ponderis parte. Ad oleũ autem mel dimensum, dimidia eius parte ponderosius existit: habet enim totum olei pondus, atq; insuper dimidiam eius ponderis partem. Vinum uero nona parte oleũ excedit: habet enim pondus ipsius totum, ampliusq;

nonam eius ponderis partem. Quæ res ut magis euidens & manifesta fiat, omnium mensurarum pondus sigillatim subiecimus, uelut in tabella depictum: ita ut manifeste constet, qđ per pondera quæ singulis mensuris subiecta sunt, Oleum, Vinum, & Mel, ex ordine demonstrantur.

Ceramium Italicum habet.

Olei	Vini	Mellis
libras.lxxii.	libras.lxxx.	libras.cviii.

Chus siue Congius habet

libras.ix.	libras.x.	lib.xiii. & dimidiã.

Sextarius habet

uncias.xviii.	uncias.xx.	uncias.xxvii.

Cotula siue Hemina habet

uncias.ix.	uncias.x.	unc.xiii. & dimidiã.

Magnum mystrum habet

uncias.iii.	unc.iii.scrup.viii.	unc.iiii. & dimidiã.

Acetabulum habet

drachmas.xviii.	uncias.ii.scrup.xii.	unc.iii.scrup.ix.

Cyathus habet

drachmas.xii.	sesquunciam scrup.iiii.	unc.ii.drach.ii.

Paruum mystrum habet

drachmas.vi.	scrupulos.xx.	drachmas.ix.

Oribasius autem iuxta Adamantium, Sextarium Italicum uini quidem iuxta mensuram Vncias uiginti quatuor habere ait: iuxta põdus uero Libram unã, Vncias octo, Sextarium autem mellis Librarum duarum & dimidiæ pondus habere tradit.

DE MENSVRIS ARIDORVM.

ÆGYPTIA Artaba continet Modios.iii.
Modius Ægyptius & Italicus habet Chœnices. viii.
Chœnix, Sextarios.ii.
Sextarius habet Semisextarios. ii. qui & heminæ appellantur.

Hemina autem habet Cyathos.viii.
Atticus Medimnus continet Hemiecta xii.
Hemiectum autē seu Semodius, Chœnices iiii.quo fit ut Medimnus habeat Modios vi. chœnices, xlviii.sextarios xcvi.

Cæterum pondus harum mensurarum non facile est proferre, quod immensa diuersitas rerum aridarū iuxta lancis inclinationem existat.

FINIS EORVM QVÆ PAVLVS Ægineta de ponderibus & mensuris tradidit,interprete Iano Cornario Medico Physico.

REGISTRVM.

* a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ſſ tt uu xx yy zz aaa bbb ccc ddd eee fff ggg hhh iii kkk lll mmm nnn ooo ppp qqq rrr ſſſ ttt uuu xxx yyy zzz aaaa bbbb cccc dddd eeee ffff gggg hhhh iiii kkkk llll mmmm nnnn oooo pppp qqqq rrrr ſſſſ tttt uuuu xxxx yyyy zzzz aaaaa bbbbb ccccc ddddd eeeee fffff ggggg hhhhh iiiii kkkkk lllll mmmmm nnnnn ooooo ppppp qqqqq rrrrr ſſſſſ ttttt uuuuu xxxxx yyyyy zzzzz.

Quaterniones omnes.

VENETIIS Ex Officina Farrea.
M D XLIIII.



Concordia paruæ res crescunt.

Τὸ ὁμόνοια τὰ μικρὰ αὐξάνεται τε.

AETII SER

MONVM XVI. INDEX, IN QVO præter cætera ad Medicinam spectantia, Simplicium nomenclaturæ tam græce quàm latine indican tur, iuxta Alphabeti ordinem.

Ablactandi infantes tẽpus. 281. & quæ post ablactationem uictus ratio sit habenda. ibid.
Abortientes bimestres aut trimestres fœtus quomodo medendæ 859
Abortum futurum signa præcedentia. 858
Abrotoni facultas, & abrotoni usti 7
Abscessuum signa iudicatoria. 215
Abscessus intestinorum ortus & remedia 536
Abscessus palpebrarum cura. 359
Abscessuum sedis medicinæ. 751
Abscessuum generalis curatio. 768
Absinthium quale 14
Absinthium quod præstantius. 105
Absinthatorum uariorum descriptio 138
Absinthatorum oleorum præparatio. 914
Acacia unde fiat. 9
Acaciæ facultas. 9
Acacia quæ optima. 105
Acalyphes uirtus. 9
Acanthæ Aegyptiæ proprium. 9
Acanthæ leuces uis. 9
Acanthi uirtus. 9
Accipitrum quale fel. 87
Acerbitas syn cera ubi. 3
Acerb. sapor qualis. 1.2.3.4.5
Acerborum & dulcium natura. 5
Aceti facultas. 4.5.51.120
Acetum ab uuæ immaturæ succo quo differat. 4
Aceti mulsi præparatio. 189.259
Acetum mulsum qualis facultatis. 115.118
Acetorum mulsorum purgatorio uariæ compositiões. 139.140
Aceti purgatorii descriptio. 139
Acharista collyria 376
Acharistos antidotus. 719
Achores infantium quomodo curentur. 180
Achorum descriptio & curatio. 306.307.308
Achoribus quæ cicatricem

inducant 308
Achrades quali uirtute 13
Acidus sapor qualis. 23
Acnæ.i.faciei uari, quomodo sanandæ 399
Aconiti energia. 10.699
Aconitum,iris sylueſtris 303
Acopa quæ dicantur 151
Acopa podagrica diuersa 662.& inde.
Acori facultas 10
Acris sapor qui 26
Acrium saporum natura 6
Acrochordon quid, & unde ei nomen inditum,eiusq; cu ratio 746.747
Acron agrigentinus quomodo aerē transmutauerit pestis tempore 240
Acte qualibus uiribus. 10
Acutorum morbus terminus decimaquarta dies. 208
Acutorum morborum prædictiones non esse tutas. 217
Adamantis efficacia. 301
Adarces cuius facultatis. 75
Adianti facultas. 9
Adeps uulpinus qualis. 153
Adipis uirtus medica. 97.98
Adipis animaliū conditio. 97
Adstrictionis actio 3
Adstringentium medicamentoꝝ qualitas. 9
Adstringētia simplicia q̄. 111
Aeger seruādus quatuor morbi tempora superat. 206
Aegris incurabilibus neque occasionem neque auxilia commodare. 227
Aegrotantes qūo doleant, nullo forinsecus accedente q̄ dolorem ipsis inducat. 244
Aegilopis uirtus. 9
Aegilops quid,eiusq; cura. 360.361.362
Aegiros quibus uiribus. 9
Aegyptiacæ terræ usus. 68
Aegyptium Andromachi emplastrum. 822
Aegyptium pharmacum ad omnes aurium dolores. 312
Aequinoctium uernum quando. 162
Aequinoctiū autumnale quādo.ibidem
Aeræ facultas. 9
Aeris flos qualis. 80
Aeris qualitatis notio & differentiæ. 161.& deinceps
Aeris squamæ efficacia 78
Aeris usti qualitas 761
Aeruginis æris qualitas. 762
Aeruginis rasæ usus. 78
Aeruginis uermiculatæ facultas. ibid.
Aetitis lapidis energia 74
Aetius præstigiatoris opinionem ne incurreret fugit. 82
Aethyopas a natiuitate frontem circuncidere,ne oculorū fluxione infestentur 364
Affectionis principium & generationem posse esse ex diuersis partibus. 368
Agarici proprietas. 136
Agaricū q̄d præstantius. 105
Agerati lapidis efficacia 73
Ageraton cuius facultatis. 9
Aglaidæ liquidum collirium. 370
Agninæ carnis qualitas. 91
Agnini pulmones uis medica. 98
Agnos seu uitex. 8

Agrostis qualibus uiribus. 8
Aizoi uires quæ. 9
Alabandicus lapis qualis. 75
Alabandici lapidis usus. 301
Albi collyrii compositio & ꝓstantia. 377
Albuginibus puerorum quæ cura cōueniat. 375
Albuginum oculoꝝ remedia uaria. 340.341.342.343
Albuginum tinctura. 343
Alcibiadiū,alias onochilos. 9
Alcyonioꝝ species & uires. 75
Alenum oleum quod. 354
Alexandrinæ terræ usus. 68
Algæ conditio qualis. 64
Alicæ qualitas. 113.114.116
Alimentorum ratio. 5
Alimentoꝝ quæ sint facultates. 112.usq;.120.121
Alisma quali uirtute 18
Allii propria cōditio q̄. 58
Aloe quæ præstantior 105
Aloes qualitas. 10.763
Aloes uis medicamētaria. 133
Aloedaria Oribasii. 231
Aloedarioꝝ purgantiū uariæ compositiones. 143.144
Alopecia qualis affectio,unde q̄; genereť,& eius cura. 298
Alphos quid & unde dictus, eiusq; cura. 736.& qūo differat a lepra. 740
Alsines facultas. 10
Altheæ qualitas. 19
Alui animalium qualitas. 93
Alui adstrictiōis remedia. 489 492.505
Alui fluxione laborantis remedia. 524 (80.762
Aluminis species & efficaciæ
Aluminosa balnea quibus cōueniunt. 168
Alysson qbus uirib. 10.134
Alyssus cur dicta syderitis heraclea. 283
Amaracinum oleum. 24
Amaranti uires. 11
Amarorum natura 6
Amarus sapor qui 26
Amazonum pastillus. 486
Ambigua morbi qūo inuestiganda. 209
Ambrosiæ qualitas 10
Ambustorum ab igne medelæ. 70.78.90.797
Amomi facultas 11
Amomi electio. 105
Ammium seu Ammi. 011
Ammodites quale animal, & qualis eius morsus. 690
Ammoniaci qualitas. 11.763
Ammoniacū q̄d melius. 105
Ampelitis terræ qualitas. 70
Ampelos leuce qua facultate sit prædita 11
Ampeloprasi uirtus. 11
Amphæmerina febris quæ, & cur sic dicta. 233
Amphisbæna quale animal cubum, & qūo à scythala chalcidica differat, eiusq; noxa & cura. 691
Amurcæ facultas 11
Amyli temperamentū 63
Amylum cur dictum ibi.
Amyli qualitas. 108
Amygdalorum uires 11
Amygdalinū oleū. 20 (11
Anagallidis utriusq; qualitas.
Anchusæ speciesꝝ facultas. 8
Ancyloglossoꝝ remedia. 417.
eorūq; affectio duplex. ibid.
Ancylosis q̄d,et cura eius. 353

Andrachnes facultas. 11
Andromachi compositio ad dentes molares quæ eadem hora dolores sedat. 415
Androsæmon qua uirtute. 14
Anemones qualitas 12
Anethi facultas 12
Anethinum oleum 22
Aneurysma quid 131.815
Aneurysma quomodo fiat & curetur. 815
Aneurysmatis quæ sint indicia. ibidem
Anginæ species & causæ, remediaq; 29.30.31.32.33
Anginæ medicinæ. 77.89.90 105.128.154.373
Anheloſis medentia. 71.98. 146.155.446
Ani fistulas quomodo curare oporteat 751
Anicetum emplastrum 837
Animalia uenenata quibus artibus tollantur 680
Animalium quis usus in medicinis. 81.& inde
Animalium morbi unde deprehendantur. 82
Animalium per singulas suas partes qualitas describitur, 81.usque.105
Animaliū quæ præsaga sint & uenenum prodant. 705
Animi deliquii remedia. 482
Animi deliquium in balneo quo curandum. 482
Animo liquentibus remedia. 241.& deinceps usque. 248
Animo linqui quosdam propter crudos humos multitudinem. 241
Animo linquentes ob flauam bilem. 243
Anisati præparatio. 915
Anisi facultas 12
Anserinus adeps qualis. 297
Anserum carnis qualitas. 93
item ouorum. 76
Antiades, uide Glandularum.
Antidoti ex cancris fluuialib. compositio. 282
Antidoti ex nucibus compositio. 282
Antidoti podagricæ. 670 & inde
Antidoti mithridaticæ cōpositio. & usus. 714.715
Antidoti pæoniæ cōpositio. 716
Antidotus aromatica optima Galli. 717
Antidotus ex duobus piperis generibus. ibi.
Antidotus Athanasia 718
Antidotus Esdræ qualis. 715
Antidotus Hadriani. 718
Antidotus Acharistos. 719
Antidotus theriaca contra uenena quæ simplicia recipiat & quomodo cōficiatur. 707
eiusq; usus. 708
Anthomis qualis. 12
Antoninus, collyrium. 374
Anulus digito impactus quo detrahatur. 803
Aparines uires 12
Apes & uespas fugantia. 682
Aphronitri energia. 77.78
Aphtha quid. 176.179
Aphthos remedia 418
Apiati præparatio. 915
Apii qualitas. 13.57
Apochyma quid. 171
Apochymatis pparatio. 843

Apogei uenti qui. 359
Apollonii memphytæ medicamentum. 115
Appollonii naturale ad polypos medicamentum. 315
Apollonii ligda compositio. 370
Apomeli quid 225
Apomelitis præparatio & uis 238
Apophlegmatismorum pituī tam per os detrahentiū descriptio. 296
Apoplexia quid & qualis affectio eiusq; cura 283.284
Apoplexia quo differat à paralysi 284
Appetitus perditi remedia 495
Appetitus caninus qualis, eiusq; species & cura. 497 498
Appetitus uitiosi medicinæ. 498
Aqua qualitatis expers 2
Aquosus sapor. ibi.
Aqua nihil humidius 5
Aquam concoctioni maxime resistere. 117
Aquæ frigidæ noxa & remedia. 704
Aqua quomodo per fossas ducenda. 164
Aqua quō emendetur. ibi.
Aqua sine alimentum concoqui non posse. 165
Aquæ lixiuii usus. 165
Aquam ducentia remedia. 136.587
Aquarum albularū potus utilitas 814
Aquarum dulcium iuxta temperaturam uis. 165
Aquam horrentium affectio & cura. 281
Aquæ mulsæ usus. 118.119 120
Aquarum potabilium differētiæ & notæ. 163.164.& quibus commeda & incommoda sit. ibid.
Aquaticorum animalium alimentum. 94
Aquilæ ortus & occasus. 163 164
Aquilarum fel quale. 88
Arabica compositio. 913
Araci facultas 13
Aranearum telæ ad quid utiles. 99
Arborum fructus fere omnis prima generatione acerbi sunt gustu. 5
Arbuti, eiusq; fructus qualitas 39
Arceutos qualis. 13
Archigenes quō suum præceptorem Agathinum d elyrio liberarit. 168
arction, quod & Bunion. 16
arcturi occasus, ortusq;. 163. 164
ardor æstuosus quomodo curandus 191
arenæ ingestionis modus. 188
argemū qd, & eius cura. 333
argenti scoria 80
argenti spumæ uis. 70.78
argenti uiui proprium. 704
aridorum collyriorum compositio. 363
aridum Danaī. 367
arietinæ carnis qualitas. 94

aristolochia triplex, & qualis. 13
aristolochiæ clematidis semi-nis energia. 136
armeniaca mala. 48
armenii usus medicus. 134
armenii pictorum facultas 76.341
armutheus lapis 76
arnoglossi qualitas 13
aromaticum coll. 383.384
aron quali uirtute. 13
artemisiæ uires. 13
arundo sepiaria 33
arquatus morbus quid, & eius remedia. 577.578
arsenicum, auripigmentũ. 77
arteriarũ sectio quo fiat. 131
arteriarum sanguinis sistendi medicamentum. ib.
arteriæ sectionis ratio. 363
arteriæ remedia. 435
arteriacæ confectiones. 436
articularis morbus, uide Arthritis & Podagra.
articulorum incuruatorum q̃ sit causa. 641
articulari morbo qualis peru stio conueniat. 646
articulorum distortorum malagmata. 658
articulos laxos, & luxatos quo cures. 799
arthritis qd, & quomodo differat à podagra, ac eius causæ. 648. cur in quibusdã paruus, in quibusdam magnus morbus, & aliis diu, aliis paruo tempore duret. 640. uide Podagra & Articularis.
artis circa hominis corpus uersantis duæ primæ ac maximæ partes quæ. 175
asari facultas. 14
ascarides quid, quoque curen tur. 536
ascites hydrops quid, eiusq; causæ. 582
ascite hydropis cura. 583
asclepius siue Aesculapius pastillus. 781
asellorum millepedum usus. 293.303.311
aselli marini usus. 104
asiæ petræ flos flaccidas carnes consumit 108
asininum lac quale. 82.84
asinorum domestico & syluestrium caro qualis 91
aspalathi qualitas. 14
aspalathus quo probetur. 105
asparagus siue aspharagus. 14
asperæ arteriæ si qua infixa, aut illapsa fuerint, quo reuoces. 434
asperæ arteriæ descriptio & affectæ eius remedia. ibid.
asphaltion cur trifolium dictum. 62
asphaliti maris aqua qualis. 6
asphaltus, bitumen 77
asphodeli facultas. 14
aspersionum faciei ratio. 167
aspis acuntias. 371
aspritudo palpebræ unde oriatur, quo a densitate differat, & curetur. 344
assii lapidis & floris eius uis. 73
astaphys quali ui 14
astaphys agria qualis. 14
aster siue stella samia, terræ samiæ species. 70
aster atticus 14
aster Asclepiadæ. 379
aster Magni coll. 379
aster samius, coll. 376
asthmatici qui dicantur, & unde fiat, quoq; curentur. 446
athanasia antidotus. 718
athanasia coll. 379
atheromatum curatio. 360
atramenti scriptorii constitutio. 78
atramenti sutorii uis. 80
atramẽti sutorii qualitas. 761
atræ bilis generatio, unde. 269
atra bilis quo cognoscatur. 213
atram bilem q̃ ducant. 273
atra bile laborantiũ cura. 653
atra bile stomachum infestatum habentibus quo medendum. 476
atractylis qua uĩ 14
atraphaxis qualis 14
atriplicis uirtus. 14
attenuatæ partes quomodo sanandæ. 185
attenuatoria alimenta quæ, et quibus conueniant 113
attenuatorio & crassefacientium media quæ. 114
attractoria emplastra. 839. & inde.
attractoria simplicia q̃. 111
auditus difficultatis cura. 309 310
auellana nux 35
auenæ proprietas. 16
augustus, collyrium. 379
auium quæ optimæ. 113. 114
aurea faciei circumlitio. 39
aurium Hygieni coll. 386
auricula muris, alsine. 10.49
aures quæ purgent. 154
aurium doloꝝ origo, item diuersitas & curatio. 308.309
aurium infantium doloribus quomodo medendum. 178
aurium doloris in febrib. curatio. 250
auris suppuratæ curatio. ibid.
aurium elotiones quibus fiãt. 311
aurium sordes quomodo expurgandæ. 309
aurium sonitus causa & remedia. ibid.
aurium inflammationum medelæ. 310
auris meatus ulcerũ cura. ib.
aurium fœtores, item superexcrescentes in aurium ulceribus carnes, tum uermes aurium sanantiã. 312
auribus humectis absque ulceratione remedia. 311
auribus sanguine fluentibus, aut quibus calculi aut aliud quid illapsum fuerit, medelæ. 312.313
aurium affectionib. extra meatum. 313
auricularis compositio ad dolores magnos, & pus album 311
auribus purulentis & grauedolentibus, item Aurium diutinis ulcerationibus remedia. ibid.
auripigmẽti qualitas. 77.704 762
austerum quale. 2.4.5
austrorum uentorum qualitas. 162

BAlanos myrepsica qualis 15
Balaustium quid & uis. 16
Balneoꝝ ratio. 165.166.167
Balneorum ingressus qualis sit. 167
Balneorum usus in morbis oculorum. 325
Balsami facultas. 15
Barbam nigrefaciẽs pharmacum. 302
Barbari emplastri usus. 73
Basiliscus & eius plaga qualis. 692
Basilicũ tetrapharmacũ. 844
Bassi liquida 371
Batrachii specieꝝ uires. 16
Batos seu Rubus. 16
Bdellii dignotio 105
Bdellii energia. 136.763
Bdellii utriusque natura. 16
Besasa, ruta syluestris 49
Beredrias unguentum 913
Berenices thymiama. 722
Beta stomacho quàm incommoda. 117
Betæ uis. 61
Betonicæ uirtus 36
Bilis effusio quid, eius causæ & remedia. 488
Bilem atram euacuantia. 134 & inde. 142. & inde
Bilem flauam quæ expurgent 133. & inde. 142. & inde
Bilis expurgatio quo cõsideranda & facienda. 199
Bilis influxu laborantes quo medendi 649
Bithynus pastillus 781
Bituminis electio 106
Bituminis qualitas. 77.763
Bituminosa balnea quibus cõueniant. 166
Bliti qualitas 16
Bolæ collyrium 379
Bolæ liquida 370
Bolus armeniæ cuius facultatis. 70
Boni succi quæ sint. 115
Borealium uẽtorum qualitas. 162
Brassicæ facultas 39
Brassica quo præparanda, ut aut aluum subducat aut sistat. 119.120
Brathy qualis. 16
Brion qualis 17
Bryon thalassion 16
Brionia, ampelos leuce 11
Britannicæ qualitas 16
Bromium emplastrum 844
Bromus qualis 16
Bronchocele quid, & eius medicamina. 812
Bubastica ulcera in pueris. 180. eorumq; remedia.
Buprestis qualis & quo afficiat hominem 697
Buboniũ, aliàs asteraticus. 14
Bubulæ carnes quales 91
Bubulum fel quale 87
Bubulum lac quale 82
Bubuli stercoris qualitas. 88
Buccellæ purgatoriæ compositio. 142
Buccinorum testæ ad quid utiles. 103
Buglossi qualitas 16
Bulbi proprietas. 16
Bulbus uomitorius ibid.
Bulimus quid 246
Bulimos unde oriatur, & eius remedia 481

Bunii facultas 16
Buphthalmi flores & actio. 16
Butyri qualitas 87

CAchexia quid, eiusq; indicia, ac cura, & in quos morbos transeat 581
Cadmiæ energia 78.762
Calami aromatici præstantia quo discernenda 106
Calamus aromaticus. 33
Calamus phragmites. ibid.
Calaminthæ qualitas 32
Calcis uirtus medica quæ. 61 80.704.762
Calculi palpebraꝝ cura. 359
Calculi uesicæ muliebris cura. 908
Calculis exectis quæ diæta cõueniat. 607
Calculi ne nascantur, aut renascantur, diæta præseruatiua. 600
Calculis uesicæ remedia. 601
Calculis uesicæ & renum remedia. 602.605.606
Calculos uesicæ atterentia medicamenta 602
Calculorũ qui nec atteri nec excerni possunt medicamina. 607
Calculos rhenum ac uesicæ euacuantia. 157
Calculosoꝝ rhenum causæ et remedia. 597.598
Calfacientia alimenta. 120
Calfacientia moderate, item primo, secundo, tertio & quarto ordine, quæ sint. 97.108
Calidi temperamenti notæ. 193
Calidorum temperamentoꝝ correctionis modus. 199
Calidi & sicci, item calidi & humidi temperamẽti notæ quæ sint. 194 (133
Caligo oculi qd, eiusq; cura.
Callyonimi fel quale 87
Callositas palpebrarum quid, eiusq; cura. 344
Calor duplex 4
Caluariæ circuncisionis ratio 364
Caluities unde ꝓueniat. 298
Camelinæ carnis qualitas. 91
Camelinum lac quale 82
Cancani radix qualis 43
Cancri mammarum quo curandi 872
Cancri qui facile & qui ægre curentur 873
Cancri chirurgia. ibid.
Cancri post amputationẽ & inustionem curatio. 873
Cancrorum citra chirurgiam sanatio. 874
Cancri ulcerati medicinæ. ib.
Canceratorum tumorum nõ tamen ulceratorum remedia. ibid.
Cancrorum fluuialium usus. 102
Cancerata ulcera oculorum q̃dicantur, & quibus accidant quomodoq; curentur. 337
Canceratorum tumorum medicamina. 295
Candidi nardinũ coll. 388
Canes rabiosi quomodo curẽtur. 283
canicule ortus occasusq;. 163

Canis fluuiatilis testiculorum usus. 103
Canis terrestris catuli utilitas ibidem
Canum temperatura, & rabies. 281
Canum rabiosoꝝ signa q̄. ibi.
Canina cōuulsio, eiusq; remedium. 154
Caninæ conuulsionis curatio 286
Canina insania qualis. 274
Canini stercoris qualitas. 89
Canities ne eueniat 302
Cantharidum hausti remedia. 696
Cantharidum usus. 102
Capnias lapis, qualis. 75
Capnion, fumaria qualis. 33
Capparis facultas. 33
Capillos quæ tingāt & nigre faciant. 301. fuluos faciant. 302
Capillorum corruptio unde proueniat. 298
Capilloꝝ defluuium qualis affectio, & qūo curetur. 300. ui de etiam de Piloꝝ defluuio.
Capræ ortus occasusq;. 163
Capræ cornu quale. 98
Caprinæ carnis temperamentum. 91
Caprini sanguinis usus in medendo. 82
Caprini seui usus 97
Caprini stercoris conditio. 89
Caprinum fel quale. 87
Caprinum lac quale. 82
Caprarum fimi p̄stantia. 172
Caput per nares quæ purgēt. 154. 296. 297
Caput resiccantium medicamentorum compositio. 297
Capitis dinotio. 195
Capitis dolori in febribus quō medendum 247
Caput lædentia alimenta. 121
Capitis dolorib. omnib. quæ medeantur uaria. 294. 295
Capitis dolorum distinctiones 290
Capitis doloris ex ardore aut calid tate oborti, aut in febribus, siue ex ebrietate aut meri potu, curatio. ibid.
Capitis perfrigerati cura. 291
Capitis dolori à stomacho, aut ob plagam remedia. ib.
Capitī quæ ex natura dolorē adferant. ibid.
Capitis pustularum diuersaꝝ remedia. 306. 307 (307
Capitis scabritiei remedia.
Capitis ulcuscula parua, densa & rubicunda quæ curent. ibidem
Capitis totius illitionum modus & ratio. 365
Capitum ex animalibus uis medica 98
Carabi seu locustæ usus. 102
Carbūculi palpebrarum. 335 & quemodo curentur. ibid. & 336
Carcinades, qualia animalcula. 95
Cardamines herbæ proprietas & ea sinapismus qualis. 635
Cardamines energia. 173
Cardami uirtus. 24
Cardamomum quod optimū 106
Cardamomi uis. 34
Cardiacorum dinotio & remedia. 474
Cardui facultas 58
Cares quomodo serum parēt 85
Caricarum uirtus. 14. 60. 116
Caries lignorum qualis. 57
Carnem duram habentia quibus conueniant, & quomodo præparanda. 119
Carnes quadrupedum qua parte boni succi sint, & qua mali 116
Carnis magno oculi angulo decrementum quomodo fiat. 362
Carnis in oculi angulo excrescentis medicamentum. 352
Carnis animalium præstantia quomodo exploranda. 113
Carnium qualitas. 91
Carnium iuxta coctura qualitatem mutari. ib.
Carnium sallarum differentia. 97
Carnositas quomodo liquanda aut subuertenda sit. 184
Caro animalium quomodo diiudicanda. 93
Caroi proprietas. 34
Caros quid, & quomodo a lethargo differat, eiusq; curatio. 265
Carpasi succus qualis efficaciæ. 700
Carpesii uis. 43
Carphia, quæ tubercula. 45
Carya nux arbor. 34
Caseorum qualitas. 86
Caseorum usus in medicamētis. 87
Casiæ uirtus 34
Cassiæ dignotio. 106
Cassii siccum collyrium. 370
Castaneæ quales. 19
Castorium id est, testes castoris. 102. quibus sit uirib. præditum ib.
Castratio propter elephantiasim. 16. 31
Catalepsis qd, eiusq; cura. 265
Cataplasmatum uariorum cōpositiones. 142. 170
Cataplasmatum usus 170
Catarrhi remedia 439
Catheter, instrumentum quo urina prolicitur. 287
Carocha quid, & qūo curetur 265
Causus febris cur dicta. 214
Causos quomodo differat ab exquisita tertiana. 226. item quomodo differat à continēte putrida, tum quæ sint eius notæ & remedia. ibid.
Caucalis qualitas 43
Caudæ muliebris refectio. 910
Cedri utriusque facultas. 35
Cedriæ uirtus. ibid.
Cedrolei uis ibid.
Cedrides, fructus cedri. ibidem.
Cele uocatur omnis tumor. 811
Cenchrias quale animal, & q̄ noxius eius morsus 690
Cenchrites & eius plaga qualis, tū q̄ eius curatio. ib.
Cenchros milium. 35
Cētaureæ maioris uirtus. 35

Centaureæ minoris facultas. 36
Ceparum qualitas 41
Cephalæa quid, & qualis affectio, eiusq; uarietatis dinotio, tum cura. 292.293
Cephalicorum emplastrorũ compositio & usus. 821
Cephalicorum medicamentorum siccoꝝ ad repurgandum & incarnandum confectio. 772
Cephalus piscis qualis 95
Cera quæ præstantior 106
Ceræ facultas. 37.78.771
Cerebri animalium qualitas. 92.94
Ceratorum diuersorum compositiones 846
Cerata podagrica 661
Cerati rosacei usus 21
Cerasi qualitas 36
Ceratia, Ceratonia ibid.
Cerastes & eius plaga qualis et quæ remedia. 650
Cerealium seminum qualitas. 113
Cerebri inflammationis affectio & cura. 283
Cerebri erysipelas, eiusq; curatio. ibid.
Cerebri duæ facultates 320
Cerebri temperaturarum dinotio 196
Cerebri membranam glutinãtia. 292
Cerebrum palmæ 63
Cerium quid, eiusq; cura. 815
Cerumæ carnis qualitas. 91
Cerui norum cornuum uis medica. 98
Ceruſſæ qualitas. 81.703.762
Ceſtri uirtus 36
Chalbana seu galbanum. 64
Chalcanthus, qualis. 80
Chalcu anthos. ibi.
Chalcos æs ustum. 80
Chalcitis qualis. 78.79.80.762
Chamæacte qualis 10
Chamædryos qualitas 64
Chamelææ efficacia. 64.136
Chamæleuces temperamentum. 64
Chamæleonis facultas. ib. & 702
Chamæmeli qualitas. 12
Chamæmelinum oleum. ib. & 22.
Chamæpitys energia. 64.136
Characias qd, & eius usus. 62
Chartilagineorum piscium qualitas 96
Chelidonii utriusque facultas. 64
Cherſydri serpentis malitia. 692
Chezananze epithema, quale 152
Chiaca collyria 30
Chiæ terræ efficacia 70
Choeradolethron, quale 50
Chiliodynami uirtus 54
Cholera quid, causæ eius & remedia. 488
Chondrilla, species seridis. 57
Chryſocolla. 80
Chryſelectri energia. 75
Cibi quando febricitantibus porrigendi 223
Ciborium q optimi. 112.113
Ciborum uarietas uitanda. ib.
Ciborum qualitates. 112
Ciborium quid 37
Cicada ad quid cõmoda. 105
Cicatricem quæ simplicia inducant. 111
Cicatricibus inalbãdis remedia. 735
Cicatricibus nigris ex ulceribus relictis remedia. 735
Cicatricem uulneribus inducentia. 505
Cicerbitæ uis. 59
Cicerculæ quales 43
Ciceris natura. 28
Cichorii uirtus 57
Cici, arbor. 20
Cicis, id est, galla qualis. 37
Cicinum oleum 20
Cicis arboris fructus qualis 37
Cicutæ efficacia. 43.700
Cimices prohibentia. 694
Cimoliæ terræ facultas. 70
Cineris in genere uis. 61.767
Ceſſos, hedera. 38
Ciſthos siue Ciſtharus 85
Ciſthus siue Ladanum. 85
Citrea malus & citreum. 48
Citta prægnantium quid, unde dicta, cur & quando mulieribus accidat, tum quomodo medenda. 864
Clauus quid & cur sic dictus, eiusq; remedia. 746
Clematitis qualitas. 339.13.
Cleonis spodiacum. 380
Cleopatræ reginæ smegma 394
Cleopatræ pastilli ad defluuium capillorum. 300
Clidion pharmacum 457
Cnici qualitas 38
Cnici seminis efficacia 138
Cnici syluestris natura. 14
Cnide, quæ urtica. 9
Cnidii cocci facultas. 38
Cnipas quid perimat 70
Coaguli qualitas. 87
Coaguli diuersa efficacia in lacte 705
Cocali facultas 43
Cocci cnidii, item tinctorii facultas. 38
Coccymeleæ qualitas. 38
Cochleæ terrestris usus 103
Cochleæ mucus quid, quomodoq; colligendus, & ad quæ utilis. 103
Cœliaci qui dicantur 555
Cœliaca affectio quæ proprie dicatur, qualisq; sit, & eius remedia 529
Coitus ratio, item cõmoda & incommoda. 126.127
Coitus malæ. 279.281
Coitus potentiæ indicia. 199
Coitus impotentia qũo sanetur. 628
Colicorum affectionis causæ uariæ & remedia uaria. 811. usq; 525
Colis resoluti curatio. 288
Colliquatio quid, & qũo ei medendum. 230.532
Colla, qualis uirtutis 39
Collyriorum aridorum descriptiones. 367.368.369
Collyriorum liquidorum cõpositiones. 369. & inde
Collyrium siccum Casſii. 370
Collyria ex croco & ex succis diuersa 372
Collyria monohemera. 373
Collyrium monomelum. ib.
Collyriorum sistentium descriptio. 374. & inde
Collyriorum lenium compo

ſitio. 376
Collyriorum cygni, libianoꝝ ſpodiacorum & tephricoꝝ ratio & compoſitio. 377. 378 379
Collyria ex roſis uiridis, & albis. 381
Collyria diaſmyrna & chiaca dicta. ibidem. & 382.
Collyria ad aſpritudine & exterſoria 383
Collyrium preſſum. 385
Collyria enſtacta. i. inſtillatitia appellata. 387
Collyria ex cornu cerui. 377
Collyria nardina & theodotia. 388
Colocaſii qualitas. 38
Colocynthidis energia. 38. 135
Coloris conſideratio. 7
Columbas quib. edere liceat. 113
Columbini ſanguinis utilitas. 81
Columbini ſtercoris qualitas. 90
Columellæ affectæ ablatio quo fiat. 422
Colymbades qua uirtute. 19
Colymbadum oliuarum uiria ad quid utilis. 97
Coma quid, eiuſq; cura. 265
Comarus arbutus. 39
Conies uiæ, coll. 374
Comitialiũ auxilia uaria. 276
Comitialis ex ſtomacho primario affecta aut ex aliqua parte, quo curentur. 277
Comitialib. pueroꝝ & ſenum quæ cura conueniat. 278
Comitialium qui curabiles & qui incurabiles. ib.
Comitialem morbum quæ auguant. 276
Comitiales collabentes quib. excitentur. ibid.
Comitialis morbi differẽtiæ tres. 275. item cura. 276
Comitialis morbi pueroꝝ remedium. 17
Comitialis morbi præſeruatiua. 279
Commi, gummi. 39
Commorſos a cane rabioſo quo deprendas ſanatos eſſe. 282.
Commorſoꝝ a rabioſo cane affectio & cura. 280. 281. 282
Complexio, uide Temperamentum.
Compoſitis medicamentis quando utendum. 137
Compoſitoꝝ medicamentorum quæ cauſæ. 760
Cõceptionẽ impedientiũ diuerſaꝝ affectionum curatio. 866. 867. 879
Conceptus tempus homini, quod ſit 852
Conceptus indicia 853. 864
Concipiente muliere q̃ in utero eius naſcantur. 851
Concipientib. ægre aut nõ ſe cure quo auxiliandum. 855
Conchiliorum teſtarum qualitas 762
Concoctio quid. 499
Concoctionis auxilia. 500. & deinceps.
Concoctionis ſigna ſemper eſſe bona 205
Cõcoctoria ſimplicia q̃. 110
Concoctu facilia aut difficilia quæ ſint. 116
Conditorum uariorum præparatio. 913. 915
Conditoꝝ ad flauam bilem, ad pituitoſos, ad melancholicos deſcriptio. 138
Condyloma uteri quid, & q̃ eius medelæ. 911
Condylomatum medelæ. 745 746
Coni fructus qualis. 43
Conia ſtacte, qualis. 39
Conii ſumma frigiditas. 43
Conizæ utriuſque qualitas. 39
Conſtitutio corporis optima quæ. 175
Conſtitutionis optimæ quæ notæ. 181
Conſtitutiones corporis uitioſæ duplices. 192
Conuulſio cur comitialem morbum ſequatur. 275. & quo curetur. 276
Conuulſionis caninæ curatio 286
Conuulſionũ aut diſtentionũ originis dinotio & nominatum cura. 288
Conuulſionũ in febrib. cura. 255. & unde cauſentur. ib.
Continens febris quæ. 221
Contuſio unde fiat. 244
Contuſoꝝ medelæ. 798
Coquere bis aliquid, quo conueniat. 120
Corax paſtillus. 781
Cordis animaliũ qualitas. 93
Cordis mortificationem quæ denunciant. 204
Cordis temperaturas quo dinoſcas. 197. 198
Cordis tremor, qualis affectio 449
Coriandri efficacia. 39. 700
Corianum ſeu corion, quale. 39
Coria animalium ad quid cõducant. 99
Corii fomentatio quomodo fiat. 128
Corion, qualis affectio. 306
Corniformeu oculi tunicam ex quatuor conſtare corpuſculis. 334
Cornuum ex animalibus uis medica. 98
Coronæ ortus, occaſusq;. 163
Coronopodii uſus. 39
Corpora ex quibus cauſis indurentur 110
Corporum quæ ſit præſtantiſſima conſtitutio. 171
Corpus odorum reddentia. 395
Corroborãtia ſimplicia quæ. 110
Corrodẽtia ſimplicia q̃. 111
Corroſiua medicamenta. 786
Corruptu facilia aut difficilia alimenta 119
Corydalus ad quid utilis. 103
Coſti dignotio & ſpecies. 106
Coſti facultas. 39
Cotyledonis qualitas. 39
Crambes utriuſque facultas. 39
Crapula quid, eiuſq; remedia. 504
Crapula quæ cura conueniat. 190
Craſſarum partium ſimplicia quæ. 110
Craſſefacientium & attenuãtium q̃ ſint media. 114

Crassi succi alimenta quæ. 113
Crasso uictu qui uti possint citra discrimen. 112
Crassi succi alimẽta quæ sint. 113
Cretæ usus 70
Cretmon, quale 40
Crimnon quid 41
Crini facultas. 41
Crithæ ordeum 40
Croci uis. 41
Croci exploratio 106
Crocodilii qualitas 41
Crocomagmatis præparatio. 106.782
Crocomagmatis ad capitis dolores præparatio. 295
Crommion, cepa 41
Croteton, arboris fructus. 20.37
Crudi humores quales sint. 189
Crudi humoris generatiua q̃ sint. 114
Cruditas quid, & unde, eiusq; remedia. 499. & inde.
Cruditas quomodo curanda. 192
Cruris aut alterius cuiusdam membri resolutio. 288
Crustam inducentia. 779. & inde.
Crustam inurentia. 783
Crustuminati pparatio. 258
Cucumis syluestris 57
Cucumeris syluestris energia. 136
Cucumerum facultas. 57
Cucurbitæ uis. 38, 170
Cucurbitularum qs usus. 131
Culicum ictus curatio 693
Cuminati præparatio. 915
Cupholithos lapis. 79
Cupressi uirtus. 42
Curari recte morbum nõ posse citra eius prænotionem. 204
Currus collyria. 384.385
Cutem quæ densent. 218
Cutis densatæ curatio, & unde deuseturcutis. 190
Cyamos, faba 41
Cyani efficacia 78
Cyclami qualitas 42.136
Cydonati præparatio. 288
Cygni pullus ad quid utilis. 103
Cygni seu cygnaria collyria quæ dicantur. 377. & qualia. 379
Cygnus reginæ, collyrium. 379
Cymini facultas. 42
Cynoglossæ facultas 44
cynos orchis. 51
cyparissi usus. 42
cyperi facultas. 42
cyperi radicis exploratio. 106
cyprinum oleum. 24
cyphi duplex. 721
cypheos confectio. 714
cyri archiatri Edessæ pastillus ad ozænas. 316
cyriacus pastillus. 781
cytinus quid, & eius facultas. 15
cytisi uis. 43

DAmasonii facultas. 18
Daphnes facultas. ibidem.
Dauci qualitas. 59

Dauci species & facultates. 18
Dauci syluestris uis. 42
Decamœron unguentum. 665
Declinatio morbi quid. 209
Declinationis totius morbi cognitio. 205
Declinatio quorundam morborum non potest cognosci. ibidem
Defluuium capillorum, qualis affectio, & unde generetur, eiusq; cura. 300
Defluuii pilorũ species & curæ. 323.358.359
Deglutitionis resolutæ cura. 287
Deglutiti metalli aut talis cuiuspiam rei remedia. 545
Delicatum collyrium. 380
Deliquiis animi, uide Animo linqui.
Delphini ortus & occasus. 163
Delyrii causæ & medela. 278
Delyrii & fatuitatis differentia ibidem.
Dendromalache qualis. 46
Densantia cutẽ simplicia quæ 111
Densitas & aspritudo palpebrarum differunt. 344
Dentes duabus contrariis affectionibus esse obnoxios. 406
Dentium affectionibus remedia 406
Dentium ex caliditate, frigiditate, humiditateve affectorũ remedia. 409.410.411.412
Dentium a siccitate: item caliditate & humiditate simul affectorum medicinæ. 413
Dentium erosorum curatio. 414
Dentes quomodo lima atterẽdi. 413
Dens ut citra dolorẽ & absq; ferro extrahatur. 415
Dentium denigratorum, liuentium & rarefactorum smegmata. 416
Dentitio puerorum quomodo iuuanda. & quando incipiat. 178
Desquamata quæ dicantur, & quomodo curentur. 798
Destillationis remedia. 439
Diabete quid & eius cura. 594
Diacenteton collyrium. 386
Diacodion compositio. 235
& usus. 257
Diacodion, non consequenter exhibendum. & cur. 268.269
Diaria febris quæ & quomodo fiat. 217
Diariarum febrium tractatio. 217 usq; 220
Diaphanes, lapis specularis. 77
Diasmyrna collyria. 381
Dictamni qualitas. 18
Dies iudicatorii boni aut mali qui. 208
Diei qua æger est moriturus prænotio. 216
Dies prima morbi quæ dicatur siue principium. 205
Diebus singulis differẽtias aeris fieri. 161
Dionis collyrium. 334
Dionysia emplastrum. 830. & 842
Dionysus collyrium. 382
Dioscoritici pharmaci compositio duplex. 502

Diphrygis conditio. 77
Dipsacos, qualis. 18
Dipsas quid, ac eius morsus auxilia. 689
Discussoria simplicia quæ. 111
Discutientia quæ. 293.315
Discussoriorum emplastrorū compositio. 839.840
Distētionū uide Conuulsionū.
Distichiasis quid. 354
Diuites in plenitudinis morbis peius curari q̄ pauperes. 169
Diuitum puersum iudiciū. ib.
Duritiei in artubus cura. 669
Dolichi quales. 18
Dolere quō possint ægroti, nullo forinsecus accedente quod dolorem causetur. 243
Dolor quid. 243
Doloꝝ iuxta sitū causæ & differentiæ. 243.244
Dorcadias herba, alio nomine Muscium. 316
Dorycnion quale. 18.699
Dracones quales & ubi, & quæ ab eis noxa. 692
Draconis marini usus. 100
Draconis marini plagæ mede. 692
dracōtii qualitas & usus. 13.18
Draconti sanguis. 368
Dracunculus qd, & quō auferatur 805
Dropacis usus & compositio uaria 171
Drupæ oliuæ quales. 19
Dryinus serpēs & eius plaga qualis quōq; curentur 691
Dryos qualitas. 19
Dulce ulcus, quod alias Melliceris dicitur. 180
Dulcis sapor quī. 2.4.5.6
Dulcium & acerboꝝ natura. 5
Dulcis uocata compositio. 486
Dulcia sitim inducere. 120
Dulcium usus quis in cibis & potibus. 113
Duricies quibus de causis corporibus accidat. 110
Dysenteriæ ortus & curatio. 537. Item. 540. &. 545. & inde usque. 554
Dystros, mensis Martius 163
Dysurias in febrib. curatio. 251
Dysuria quid, & eius medicamenta. 612
Dysuriæ in febribus remedia. 612.

EBeni facultas. 19
Ebiscus qualis. 19
Ebrietatem q̄ arceāt. 291
Ebrietatem q̄ restinguant. ib.
Ebrietas epithema 278
Ebuli facultas 10
Echini marini usus. 96
Ectropii qui dicantur. 323
Eczemata quæ pustulæ, & quæ eorum remedia. 734
Edessenum coll. 374
Eduliorum quæ optima 112
Edysari uirtus. 30
Egestionū notæ ac iudicationes. 213
Elæa & elæon quali facultate sint. 19
Elaphoboscifacultas. 27
Elate, palmæ germen 63
Elaterii temperamentum. 57
Elaterii facultas. 135
Electri uis medica. 75
Elenium siue Helenium. 27
Elelisphacos qualis. 27
Ellebori qualitas. 28
Ellebori utriusq; dinotio. 106
Elephantiacus quomodo inopinato curatus. 101
Elephantiasis quid, & cur sic dicta. 721. eius remedia. 723. usque. 730
Elephantinum emplastrū. 828
Elxines facultas. 28
Elymos qualis. 28
Emerocallis, uel Hemerocallis 30
Eminentiarum repressiua simplicia quæ. 101
Eminentiis corporis tumentibus illitiones. 726
Emollientium emplastroꝝ cōpositio & usus. 826. & inde.
Empetri seu Epipetri uires. 28
Emplastica quæ dicantur. 2
Emplastrū ex aspidibus. 837
Emplastroꝝ uarioꝝ præparatio & coctura, tum quæ in ipsa coniiciuntur 760
Emplastroꝝ diuersoꝝ, & pluri moꝝ, uariiq; usus descriptio. 816. usque. 848
Emprosthotonos quid. 288
Encanthus quid, curatioq; ipsius 352
Encauma quid, & eius curatio. 332
Enneapharmacum. 844
Enneapharmacus pessus. 899
Ephemeri efficacia. 699
Ephestias emplastrum. 74
Ephialtiæ usus. 17
Epicauma oculi quid, eius curatio. 232
Epinyctides quid & quomodo medendæ. 796
Epithemata quæ post euacuatos corporis humores p̄ glutino sunt. 586
Epithematum purgatoriorū cōpositiones uariæ. 152.153
Epithematum ad capitis dolorem compositio. 298
Epithymbron flos eiusq; facultas. 134
Epithymi facultas. 28.134
Equi ortus in cœlo 163
Equinæ carnis qualitas. 91
Equinum lac quale. 82
Equiseti facultas. 31
Equitationis modus & usus. 120
Erasistrati panchrestos liquida compositio. 370
Erebinthi qualitas. 28
Ericerum acharistum, collyriū 376
Ericerā etiam alia. ib.
Erigeron quali ui 30
Erosio unde fiat 244
Erpylos siue Herpylos. 29
Erucæ uis. 29
Eruca pinus potata qualē dolorem inferat. 697
Erui efficacia. 51
Eringii qualitas. 29
Erysimi qualitas 29
Erysipelas quis morbus. 131
Erysipelatis ortus & species quot earumq; medicamina. 794.795
Erysipelas cerebri 283
Erythrodani uirtus 29
Esdræ antidoti confectio. 715
Essentia, emplastrum. 816.848
Ebrietas, emplastrum 816
Euacuare per serum quomodo deceat. 85

Euacuatione q̄ opus habēt, neque tamen euacuantia ferūt, qūo sanandi. 242
Euacuatiōis q̄ sit mensura. 129
Euacuationū localium tractatio. 153. & deinceps.
Euphorbii energia. 136
Euphorbiū quod melius. 106
Eutonum coll. 384
Exacerbatio quid 205
Exacerbationis particularis & uniuersalis quatuor tempoꝝ .i. principii, augmenti, uigoris ac declinatiōis signa. 206
Exedentia medicamenta. 786
Exercitata omnia inexercitatis meliora. 113
Exercitatio qd, eiusq; usus. 123
Exercitationū species. 124
Exhalationū terræ ratio. 161
Experientiæ certitudo. 7
Extersoria quæ sint. 110. 341
Extergentia alimenta. 118
Extremæ partes animaliū q̄ dicantur, earūq; facultas. 92
Extremitatū ulcera ac callos qūo sanes. 779
Exulcerantia simplicia. 111
Euchrun coll. 372
Eupatorii uis. 29
Euphorbii qualitas. 29
Euzomon quali uirtute. 29

FAbæ facultas. 41
Facies ne a sole aut uēto exuratur qūo illinēda.
Faciei rugæ & nigredo (393 qūo p̄caueantur aut tollātur.
Faciem nitidā reddentia (393 smegmata 394
Faciei lentigines, maculas solares & uaros sanantia. 397
Faciei ficosis tumoribus qūo medearis. 400
Fagi facultas. 19
Farinæ crasioris usus. 41
Farris præparatio. 541
Far clusinum quod. ibidem
Fatuitas quid. 278
Fatuitatis origo & cura. 278
Fatuitas quo differat a delyrio ibidem
Fauonii flatus quando. 163
Fauus quid, eiusq; cura. 815
Febris quid. 205
Febris continens quæ sit, & q̄ bus peculiaris. 221
Febris continentis differentiæ tres 221
Febris epiala quæ & cur sic dicta. 226
Febris lipyria quæ. 234
Febris tertiana quibus familiarior. 227
Febris tertianæ rigor quo differat a quartanæ rigore. ibi.
Febris tertianæ exquisitæ dinotio & quæ ita nominetur. ibidem
Febris tertiana extenta, item tertiana dupla quæ dicatur. ibidem
Febris tertianæ exquisitæ & spuriæ generatio & curatio, item semitertianæ. 229
Febrium diuisio. 217
Febrium genera & causæ describuntur, tum diætæ & remedia. 217 usque. 245
Febrium cognitio & curatio. 203
Febris putrida in quibus maxime locis generetur, & quas ob causas. 224
Febrium putridarum septem iudicationes. 244
Febris hecticæ descriptio. 238. & curatio. 239
Febris quartanæ dinotio. 229 quibusq; familiaris, & quod hominem non plus qnā semel capiat. ibidem, item curatio. 230
Febris ardens quibus notis differat ab exquisita tertiana & continente putrida 226
Febris quotidianæ dinotio. 232 item curatio. ibidem
Fellis, id est, flauæ bilis conditio. 87
Feras quæ fugent. 681
Fermenti qualitas. 29. 55
Fermenti usus in cataplasmate. 170
Ferule efficacia. 49
Ficus constitutio & alimentū. 60
Ficus quid, & cur sic uocati, eorumq; medicinæ. 747. 803
Ficuum usus in cataplasmatib. 170
Figulinæ testæ usus. 74
Filicis constitutio qualis. 55
Fistulaum ani curatio quomodo fiat. 751
Fistularum in uulneribus medicamina. 788 usque 792
Flagellatorum curatio. 798
Flatuum in uentre quæ causæ. 507
Elatuosa, & flatus expertia q̄. 18
Flaua bile infestatorum uictus & medicamenta. 651
Flauam bilem uomentibus remedia. 478
Flori collyrium quo usus est in Drusi matre. 381
Floriditas faciei quid significet. 204
Flos æris qualis. 761
Fluuii qui optimi. 164
Fluuialis aqua qualis. ibidem
Fluxibus humoꝝ permixtis affectorum auxilia. 655
Fluxu tenui laborantium cura 654
Fluxus muliebris quid, & unde proueniat. 883
Fluxus rubri medelæ. ibidem
Fluxus albi cura. ibidem
Fluxiones capitis resiccātium medicamētorum descriptio. 290
Fœcundarum mulierum dinotio. 853
Fœmina frigidæ temperaturæ unde discernatur, & quomodo curetur. 877
Fœmerum intertriginum cura. 181
Fœni græci facultas. 61. 82. 119
Fœni græci oleum. 23
Fœniculi efficacia. 46
Fœtori oris remedia. 405
Fœtum quæ corrumpant. 857
Fœtus masculi aut fœmine indicia. 853
Fœtus abruptus in utero si detineatur, quomodo eiciendus. 858
Fœtus extractio & exectio quomodo faciendæ. 861
Fœtus exectione facta quæ curationes conueniant. 863
Foliati olei præparatio. 26 914

Fomenti usus in morbis oculorum. 227
Fomentorum usus & ratio. 268.
Fomentorum uaporariorum species. 127.128.
Fossulæ oculorum quæ dicantur, earumq; curatio. 333
Fontana aqua qualis. 164
Frictio corporis quomodo fieri debeat. 123
Frictionum species quæ. 124
Frictionum uariorũ usus. 191
Frigefacientia alimenta. 120
Frigefactium moderate, primo secundo, tertio & quarto ordine, enumeratio. 108
Frigida quando exhibenda ægrotis. 222
Frigida quomodo frangatur. 226
Frigida contentiosa quæ dicatur. 234
Frigidæ lotio quibus conueniat & quando. 173
Frigidæ potus intempestiuus quæ incommoda ferat. 222
Frigidi temperamenti notæ. 194
Frigidi & humidi temperamẽti, item frigidi & sicci notæ. 194
Frigiditas aquosa quibus insit. 114
Frigiditates qualiter curandæ. 193
Frigiditas quæ morboꝝ causa. ibidem
Frigidum densare meatus. 262
Frontis excoriationis usus. 364
Fructuum escariorum quale sit nutrimentum. 60
Fructuum generationis & saporis ratio. 3
Fucus quid & eius uis. 64.81
Fuliginis qualitas. 45
Fuligo œsypi quomodo paretur, & quis eius usus. 91
Fuliginem lachrymarum qũo colligere liceat. 45
Fuligo ex pice qũo præparetur. 53
Fuligo ex resina. 56
Fuligo styracis qualis. 60
Fumaria uel fumus terræ. 33
Fungoꝝ proprietas. 49.702
Fures qũo deprehendas. 75
Furfurum usus in cataplasmatis. 170
Furfures capitis, qualis affectio, & unde proueniat, ac qũo curetur. 304

GAgatis lapidis uirtus. 73
Gagatis lapidis dignotio. 107
Galactites. i. tithymalli. 62
Galactites lapis qualis. 72
Galbani qualitas. 64.763
Galbani exploratio. 107
Galeni pharmaci ex pice Brutia compositio. 281
Galerita ad quid utilis. 103
Galla omphacitis qualis. 36
Gallas dropacis species. 171
Galli pinguedo qualis. 2
Gallinarum esus qualis conueniat. 113
Gallinarum fel quale. 88
Gallinaceum seuũ quale. 197
Gallinaceũ stercus quale. 90
Gallinarum oua qualia. 94
Ganglia quid. 105
Ganglia oculoꝝ qũo curanda. 360
Ganglii qd, quo differat a meliceride & atheromate, tum qũo curetur. 814
Gãgræna qd. qũo in sphacelũ abeat, & quæ eius cura 791
Gari uis medicamẽtaria. 197
Gari præparatio pro abstemiis. 915
Garorum purgatiuorũ diuersæ compositiones. 140.141
Genistæ efficacia. 59
Gentianæ facultas. 17
Geodes lapis qualis. 74
Geranium emplastrum. 829
Gestatio, qualis sit exercitatio, eiusq; usus & species. 125
Gigarta qualia 17
Gingidii uirtus. 17
Gingiuarum inflammataꝝ cruentarumq; remedia 406
Gingiuarum excrescentium, putrescentium, tumentium, corrosarum, ulcerosarum, inflammatarum ac fistulosaꝝ medelæ. 407.408.409
Gladioli uirtus. 50
Glans unguentaria qualis. 15
Glandis quercinæ uirtus. 19
Glandium optimæ quæ 19
Glandium subditititiarum compositio & usus. 160
Glandulæ carnis quales. 92
Glandularum inguinis inflammationis cura. 767
Glandularum situs, affectio, & cura. 433
Glasti facultas. 32
Glaucedo quid. 324
Glaucedo dupliciter dicitur, & quæ curari, aut secus possit. 250
Glauci oculi ut nigri fiãt. 343
Glaucii uis. 17
Glechon, quale. 17
Gleucini olei præparatio. 665
Gloeos ad quid conferat. 17
Gluten piscium quomodo diiudicandum. 106
Glutinũ qđ præstantiss. 106
Glutini facultas. 39
Glutitionis resolutæ cura. 287
Glycyrrhizon quale 17
Glycyrides qualitas. 17
Gnaphalii qualitas. 17
Gobius piscis qualis. 95
Gongylis qualis 17
Graciles qũo nutriendi. 185
Gramas in puerorum oculis qũo cures. 343
Graminis facultas. 8
Grando oculi quid & qũo sananda. 359
Grandinis generatio. 162
Grani cnidii facultas eiusq; electio. 135
Grani cnidii usus. 38
Grani tinctorii qualitas. ib.
Gruum caro qualis. 93
Gryali collyrium 384
Gummi qua uirtute. 39
Gurgulionis affectionibus remedia. 420 (2
Gustus & odoratus cõspiratio
Gutturis tumoris medicami. Gypsi efficacia. 77 (na. 812
Gypsi poti remedia. 763

HAdriani antidotus. 718
Hæmatitis lapidis facultas. 71
Hæmorrhoides sedis qd, unde

dicantur & oriantur, quoq; sanentur. 748
Hæmorrhoidas sæpe soluere morbum. 214
Hæmorrhos & hæmorrhois qualia et q̃ uenenata aialia, eorum morsus cura. 699
Halica, uide Alica.
Halicacabi qualitas. 64
Halimon siue halmyris. 10
Harmala ruta sylueſtris. 49
Harmation coll. 384.385
Hebetudo oculoꝝ qd, & ipsius cura. 346
Hecatontarchiũ coll. 474
Hectica febris q̃ & qualis quotq; eius genera. 217.238
Hederæ proprietas. 58
Hedichroi confectio. 705
Hedyosmon, menta 29
Helcysma, quid & quale. 79
Helenium siue Elenium. 27
Heliade coll. 385
Helitis quid & qualis. 78
Helonii qualitas 106
Hemero calles qualis. 30
Hemicrania, qualis affectio, & unde oriatur, eiusq; dinotio ac curatio. 293.294.295
Hepatis temperaturam unde liceat diiudicare. 198.199
Hepatis debilitas, affectiones, & indicia & remedia. 555
Hepatici qui dicantur. ibidem
Hepatis oppilatio unde proueniat & quomodo curetur. 557
Hepatis inflammatio, & quomodo cognoscatur, hepar ne an musculi eius inflammati sint. 558
Hepatis abscessus remedia. 560
Hepaticorum remedia. 561
Hepatis exulcerati remedia. 561. in cirrhum indurati. 562
Hepatis & sima & gibba quæ purgent. 156
Heptapharmacum 833
Hepsema, siræum, sapa, idem. 4
Heraclii lapidis facultas. 74
Herbæ sabinæ facultas. 16
Herbæ lanariæ efficacia. 59
Herinacei marini caro qualis. 96
Herinacei marini usus. 101
Herinacei item terrestris. ibid.
Hermolaus paruus & Hermolaus magnus, collyria. 376
Hermonis emplastrum uiride 816
Hernia aquosa quid & quomodo generetur, ac curetur. 756 757
Herniæ menstruoꝝ cura. 758 759
Herniæ inguinis ibidem
Hernia aquosa mulieribus ubi accidat, qualis sit, & quomodo medendum ei. 909
Herniæ inguinis muliebris medicamina. ibidem
Herniæ uaricosæ in mulieris pudendis curatio. ibidem
Herpes quid & quot eius species item quæ curato. 795
Hierarum uariarum iuxta suos autores compositio. 145. 146 147
Hieracitis lapidis energia. 74
Hippocãporum marinorum usus. 101
Hippocrates quomodo aerem purgarit Athenis tempore pestis. 240
Hpposelini potentia. 58
Hppuris qua uirtute. 32
Hirci adeps qualis. 2
Hircinæ carnis qualitas 91
Hircinæ medullæ qualitas. 98
Hircini sanguinis uirtus. 81 604.
Hircinum seuum quale. 93
Hirũdinum deuoratarũ noxa quæ. 692
Hirudines quãdo apparere incipiant. 163
Hispidi pueri quomodo curãdi. 181
Hœdi sanguis ad quid conferat. 82
Hœdinum seuum quale. 97
Hœdorum carnis qualitas. 91
Hœdoꝝ ortus & occasus. 163
Holoschœni constitutio. 61
Hominis ætati cuique qd exercitii conueniat. 181
Humanum stercus quale. 89
Humectantia alimenta. 121
Humectantium secundi ordinis enumeratio. 109
Humectationum ratio. 168
Humectationis & irrigationis differentia. ibidem
Humidissimos, diutissime uiuere. 200
Humidæ temperaturæ præstãtia. ibidem
Humiditatem ex ore quæ trahant. 194.196
Humor melancholicus, frigidus & siccus. 270
Humoris, atrabilíarii, bilioſi, crudi, frigidi generatiua quæ sint. 114
Humorem euacuantia, & post euacuãtos humores adhĩbenda malagmata & epithemata. 586
Humores cur non excidant extra uasa in febribus cõtinuis. 214
Humoribus euacuatis quæ cura conueniat. 590
Humoꝝ in podagricis dinotio. 641.642.643
Humorum in uentris amplitudine & in uentris tunicis sitorum differentia. 197
Humorum omnium in corpore æqualiter redundantium purgatorii compositio. 143
Humorum permixtorum curatio. 655.656
Humorum a capite in uẽtrem destillantium remedia. 490
Hyacinthi temperamentũ. 62
Hyadum ortus occasusq;. 163. 164
Hyæna tota cocta quid proficiat. 99
Hyænæ fel quale. 88
Hyænæ pellis usus. 99
Hyænæ uirtus. 105
Hyderus quid, & eius remedia 594
Hydna, tubera. 62
Hydrocephala affectio quæ, & unde dicta, eiusq; generatio. 261
Hydromeli præparatio. 1258
Hydropipetis facultas. 63
Hydrops pro diabete 594
hydrops quid, eiusq; differentiæ, & causæ. 582. tũ remedia. 583.584.585.586.587.590. 592
hydropis subtercutis cura. 591

hydroroſati præparatio. 257
hydrus qui & natrix. 692
hygidium nardinum collyriū. 388
hygieni aureum collyrium. 386
hyoſcyami qualitas. 63.701
hyoſcyami dignotio. 107
hyperici efficacia. 63
hypnon quale. 16
hypnophori ſolani uis. 63
hypociſthis quali facultate. 37
hypophthalmium quid. 392
hypopia quid,& cur ſic dicta. 392
hypopiorum curationes. 392
hypoſpatiſmus quid, eiuſq; uſus. 364
hyſcas quid. 363
hyſſopi temperamentum. 63
hyſtera cur uterus dicatur. 850

IAſme uel Iaſmolæum. 67
Iaſmolæon. 23
Iaſpachates lapis qualis. 75
Iaſpidis uiridis uſus 495
Iaſpidis uiridis ꝓprietas. 75
Iaſpidis ſubuiridis. ib.
Iberidis herbæ deſcriptio,uires & ſinapiſmus eius. 173 634
Icteris quid 577
Icterus quid,unde dicatur & oriatur eiuſq; cura. 578
Iecoris animaliū qualitas. 92
Iecur ſycotum ſeu ficatum. 93
Iecinoris debilitas,affectiones q; & cura. 555.uide Hepatis.
Ignis ſacer,eryſipelas 234
Ilicis qualitas. 19
Illitiones ad tumentes corporis partes. 726
Illitiones oculoꝝ uariæ. 366
Illitiones præſeruatiuæ aduerſus feras. 681
Illitionum ſtomaticarum confectiones. 423 424
Illitionū omnium ſtomaticaꝝ uſus doctrina ſummaria. 424
Imber & uentus quādo ſimul fiant. 162
Imbrium generatio. 155
Impetiginis equoꝝ utilitas. 98
Impetiginoſis corporis tumoribus remedia. 401
Incubus qd eiuſq; curatio. 274
Indarium coll. 388
Indicum regium coll. 386
Indici lapidis energia 74
Indurantia ſimplicia quæ. 110
Infantes ſtertentes quomodo medendi. 177
Infantiū uox intercepta qūo reſtituatur. ib.
Infantium dentitio, inflāmationes oculoꝝ,albugines,aurium inflāmationes, & ſiriaſis qūo curentur. 178
Infantes quādo ablactādi. 181 & qūo poſt ablactationem paſcendi. ib.
Infantis recens nati ſanitas qūo cognoſcatur, item eius educatio qualis ſit. 175
Infantib.ſpinas aut feſtucas deuoratas qūo eximas 179
Infantium ſternutationes & grauedines,tuſſes,profluuia, aluus ſuppreſſa ac puſtulæ qūo curanda. 180
Inflammata triplicem ſanationem habent. 186

Inflammatio cerebri. 273 288
Inflammationis cuiuſcunque remedia 768
Inflāmationis oculorum cura. 324.325
Inflammationibus incipientibus, quomodo uenæ ſectio debeat fieri. 129
Inflāmationib.nō ualde feruētib.remedia parabilia. 630
Inflammationum podagricarum cauſæ quæ. 641
Inflationis cura. 807
Inflationis uentris cauſæ & remedia. 507
Infuſionum ſedis ratio. 158
Inguini inflammato quæ cura conueniat. 219
Inſaniæ origo & īndicia. 267
Inſaniæ ſpecies infinitæ. 267. & qūo curanda. ib.
Inſania lupina ſeu canina qualis,eiuſq; indicia & remedia. 274
Inſeſſionum ratio. 168
Inſeſſus in ſoliū ex oleo ratio.
Inſolationis modus & utilitas. (167 127
Inſtrumenti uocalis reſolutio quomodo curanda. 287
Intemperaturæ ex morbo cōflate differūt a naturalib. 197
Intemperaturā aliq; diutius ꝑſeuerare impoſsibile. 193
Intertriginis inter fœmora exortæ curationes. 752
Intertriginum medelæ. 798
Interuallum morbi 205
Inteſtina terræ quid. 177
Inteſtina tenuia q̄ euacuent. 156
Inteſtini recti reſoluti curatio
Inteſtinorum ex animalibus qualitas. 93
Inteſtinoꝝ abſceſſus unde proueniat,& qūo curetur. 536
Inteſtinorum tormina.i.dyſenteriæ,qūo oriantur & medeantur. 537 540
Inteſtinoꝝ leuor.i.liēteria qd, & qūo curetur. 553
Intyborum facultas. 31
Ion.i.uiola,qualis 31
Ios xyſtos qualis. 78
Ionthi.i.uari faciei qūo curandi. 399
Iordanes flu. 6
Irinum oleum. 25
Irionis facultas. 29
Irrīgationum ratio. 168
Irrigationis & humectationis differentia. ib.
Iſatis utraq; qua uī prædita. 32
Iſchiadici qui dicantur,& qūo ipſorum morbus oriatur ac unde. 631
Iſchiadicorū auxilia. 632.uſq; 640
Iſchiad.uſtionis modus. 634
Iſidori Memphitæ coll. 385
Iſiī uirtus. 135
Iſis,uir de emplaſtrū Hermonis. 816
Iſophoton coll. 382
Iſotheon coll. 382
Ixos quali uirtute. 31
Iſchuria quid,& eius auxilia. 613
Itea, ſalix quali uirtute. 32
Iudæi emplaſtrum. 832
Iudaicus lapis qualis. 72
Iudicationis morbi modus &

signa.207.& deinceps.
Iudicationis euentus quō præ noſcendus. 207
Iudicatorii dies qui boni & q mali. ibidem
Iulides piſces quales. 96
Iunci acuti qualitas. 61
Iunci leuis tēperamentum.ib.
Iunci odorati facultas. 43
Iunci rotundi qualis flos 61
Iuniperi uirtus. 13
Ixiæ efficacia. 702

Labioꝝ fiſſuris remedia. 405
Labrū ueneris quale. 18
Lac optimum quod. 115.116.
Lac cur febricitātibus nociuū. 117
Lac generātia ac mouētia. 155
Lac uitiatum quomodo mammas lædat,& quomodo curādum. 869
Lac ad quid utile. 83
Lac quibus conueniat ibi. quibus non. 84
Lactis utendi ratio. 83
Lactis coctura. 84.85
Lactis ſerum quale. 84
Lactis acidi qualitas. 86
Lactis concreti conditio.ibidē
Lac primarium quod. 86
Lac pyriaton uel pyriephthō quod. ibidem
Lactis nutricis probatio. 869
Lactis uſus & differentiæ uariæ. 82
Lactis coagulati mala, eorūq; remedia. 703
Lactis defectui quomodo ſuccurrendum. 869
Lac in mammis ne grumeſcat. 869
Lacti in mammis coagulato quomodo medendum. 869
Lactis purgatorii compoſitio. 141
Lacti quæ in coctione admiſcen. 85
Lacti nutrici deficienti, aut tenui,ſeu craſſiori facto, quomodo medendum. 177
Lactis item aliis uitiis ibi.
Lactucæ facultas. 31
Lagophthalmi qui, & eorum medicamenta. 323.357
Lanæ lotæ puræ,ſuccidæ, & uſtæ quis uſus & quomodo urenda ſit. 99
Lapathi uis. 44
Lapis Phrygius. 73
Lapidum uariorum nomina & facultates medicæ. 71.72 73.74.75.
De lapidibus omnibus generalis doctrina. 72
Lapides qui emplaſtris immittantur. 694
Lapidis ſpecularis uirtus. 77
Lapidis qui nec atteri nec excerni poteſt curatio. 607
Lapidibus exectis quæ diæta conueniat ægroto.ibidem & 608
Lapides ne aut naſcantur, aut renaſcantur,diæta. 600
Lapides,uide Calculos
Lappæ qualitas. 50
Lapſanæ qualitas. 44
Lapſorum ex alto remedia. 704
Laſer qualis facultatis. 50
Laſitudinum uariæ ſpecies,& uariæ curationes. 185.186.187.188.189.190.
Laſſitudinum ſpontanearum ſpecies tres. 187
Lauri facultas. 18
Laurinum oleum. 20
Lathyri & Lathyris qualis. 43 136
Leæna emplaſtrum. 637
Lenis facultatis quæ ſint. 376 377
Leoninum ſeuum. 98
Leonis ſtella illuſtris quando eccidat. 163
Leontiaſis quid, & cur ſic dicta,ac cura ipſius. 722.723.
Leontopetali qualitas. 52
Leontopodii uirtus. 44
Lens ſtagnorum ſeu paluſtris cuius qualitatis. 63
Lentes qua facultate. 63
Lenticulæ coctura qualis. 120
Lentiginibus feciei medentia. 397
Lentiſci temperamentum. 60
Lentiſcinum oleum. 21
Lepidii qualitas. 44.173
Lepis duplex,& qualis. 78
Leporis capitis uis medica.98
Leporinæ carnis qualitas. 91
Leporini coaguli præſtantia. 87
Lepus marinus qualis & quā uenenatus. 698
Lepra quo differat ab alpho, leuce, ſcabie & impetigine ſylueſtri. 740
Lepræ remedia plurima. 740
Lethargus unde cauſetur. 263 quæ habeat accidentia, & quomodo curandus. 264
Lethargus & caros quomodo differant. 266
Leucacanthæ facultas. 9
Leucanthemi faculta. 134
Leuce,populus alba. 44
Leuce quid,& unde ac cur ſic dicta,eiuſq; medelæ. 738
Leuce quomodo diffetat a lepra & ab alpho. 740
Leucographis lapis. 69.72
Leucophyllon unguentum. 913
Leucoii uirtus. 44
Libanoti qualitas. 45
Libanoti fuligo qualis. 45
Libanotidis temperamentum 45
Libidinis extinctæ prouocamenta. 629
Libræ in ſuas partes diuiſio. 917
Libyana collyria quæ dicātur. 377.& qualia. 379
Lichen ſeu muſcus petræ. 44
Lichen morbus, ſui nominis herba curatur. 44
Lienis affectionum cognitio. 565
Lienis animalium qualitas.92
Lienis intemperierum cura. 567.inflationis.568,& inde
Lienoſorum uſtio & diæta, tū iuxta morbi uarietatem curationes. 576.577.578
Lienteria quid,& quomodo curanda. 553
Ligamentorum induratorum medelæ. 809
Lignorum cariei aut putredinis uſus. 57
Lignyos facultas. 45
Liguſtici uſus. 45
Liguſtri qualitas. 43

Lilii temperamentum. 41
Liliaceum oleum. 22
Limniſcorum uſus. 261
Linguæ aſperitas quomodo curanda ſit. 249
Lingua principium & finis in teraneorum eſt. 249
Linguæ inflammatæ, deſquamatæ & tumentis remedia. 418
Linguæ reſolutæ curatio. 287
Lini ſeminis uis. 45
Linozoſtis qualis. 71
Lini ſeminis oleum. 20
Lipothymia quid, eiuſq; cauſæ 245. & quomodo differat a ſyncope. ib.
Lippitudinis in febribus curatio 250
Lippitudinis ſpecies & curatio. 357
Lipyria febris quæ. 234
Liquefieri quid. 67
Liquidorum collyriorum deſcriptiones. 369. & inde.
Litri ſpumæ qualitas. 77
Lixiuii facultas. 39
Lobi quales. 18
Loculus, uide Secundæ
Locuſtæ uſus in medicina. 107
Localium euacuationum tractatio. 153. & inde
Lolii uirtus. 9
Lonchitis ad quid conducat. 45
Lopima, caſtaneæ. 19
Loquentium difficulter affectio duplex, itē quæ remedia ipſis conueniant. 417
Loti arboris qualitas. 46
Loti herbæ facultas. 46
Lucernarum oleum. 20
Lucii malagma ad articulos diſtortos. 658
Lumboꝝ doloris curatio. 251
Lumbricoꝝ generatio, diuerſitas & remedia. 533
Lūbricus latus quid, unde generetur & curetur. 535
Lūbricos educentia. 158. 160
Luna ſecundum menſem quatuor differentias in aere operatur 161
Lupi piſcis qualitas. 95
Lupini qualitas. 30
Lupinus erraticus. 31
Lupini ſtercoris qualitas. 89
Lupinus morbus qualis. 274
Luxatorum membrorum curatio. 799
Lycii deſcriptio. 45
Lycopſos, Anchuſæ ſpecies. 8
Lycos, paſtillus. 550
Lymonii uires. 44
Lyncurii facultas. 75
Lyræ ortus, occaſusq;. 163
Lyſimachium quale 46
Lythargiri uis. 78

MAcer qd & qualis. 46
Macies & tabes oculorum quid & quomodo differant curenturq;. 350
Maculis ſolaribus commoda. 397
Madaroſis quid 323. 358
Madefieri quid 67
Mænularum muriæ uſus. 97
Mænularum capitum quæ uirtus. 98. 104
Magnetis lapidis efficacia. 74
Magos emplaſtrum. 74. 587
Magnum coll. 381
Malabathri foliū quale. 46
Malabathri folium quod præſtantius. 107
Malabathrinum oleum. 26
Malaches uirtus. 46
Malagmata humorem euacuāntia. 586
Mali Armeniacæ qualitas. 48
Mali Medicæ facultas. ib.
Mali nauis occaſus. 163
Mali punici qualitas. 56
Mali perſicæ proprietas. 48
Malorum in genere tractatio. 48. 49
Maluæ efficacia 46
Maluæ ſylueſtris energia. 137
Malua ſyluestris, ebiſcus. 19
Malus habitus corporis quid, eiuſq; indicia & remedia, tū in quos morbus tranſeat. 581
Mammis ob lactis abundantiā turgentibus quomodo auxiliandum. 869
Mammarum inflammatarum remedia. 870
Māmaꝝ inflammationum induratarum medicinæ. ib.
Mammaꝝ abſceſſuum, fiſtulaꝝ ulcerum depaſcentiū ac cancrorum curæ. 871. 872
Mammarum induratarum meſelæ. 875
Mandragoræ uis. 46. 781
Manna quid, & qūo differat a thure. 341
Manus emplaſtrum. 844
Manzizanion, colocaſion. 38
Maraſmus quid. 239
Marathri facultas 46
Marciaton unguentum. 665
Mare mortuum. 6
Marrubii uires. 54
Maſculo gignendo quid agendum. 868
Maſtichati præparatio. 915
Maſtiche duplex & qualis. 46
Maſtiche, lentiſci reſina. 154
Maſtiche, reſinarum præſtantiſſ. 55
Maſtichinum oleum. 23
Maſuaphii confectio 721
Matrix, uide Vterus.
Maza quid. 40
Maturitas fructuum ex ſolis calidi tate. 3
Meconis natura. 48
Meconis ceratitis qualitas. 47
Meconium quid. 175
Media q̄ ſint in quatuor qualitatibus. 107. 110
Medica ſiue citrea malus qualis. 48
Medicamentorum quæ ſint qualitates ex uirtute ſimplicium. 112. & inde
Medicamenta purgantia componendi methodus 137
Medicamenti ex papaueris capitibus præparatio & uſus. 256
Medicamētorum electio, quæ tradit quæ ſint præſtantiora 105. & inde
Medicamētorum qualitatum ordines quatuor. 1
Medicamentoꝝ diuiſio, & qualitates. 22
Medicinæ practicæ duæ partes maximæ quæ 175
Medicum, naturæ operum eſſe gnarum debere. 103
Medullæ uſus ex animalibus. 98

Medullarum differentia effica ciaq;. 98
Medullarum quæ optima. 107
Megaleum oleum. 24
Mei radicum usus. 48
Melamphylli facultas. 9
Melan quale. 78
Melancholiæ generatio & uarietas, indiciaq;. 269.270
Melãcholiæ species quot. 270
eius quæ sit cura ibidem & 271.272.273.
Melancholici qui dicantur. 146
Melancholici cur plures cibos appetant. &c. 270
Melancholicus sanguis num cerebrum tantum, an totum corpus occuparit quomodo cognoscas. 272
Melanteria qualis. 78
Melantheriæ exploratio. 107
Melanthii qualitas 47
Melanthii noxa. 704
Meleæ armeniacæ proprietas. 48
Meleæ persicæ qualitas. 48
Meliceridum remedia. 360
Meliceris qualis affectio & cur sic dicta. 308
Meliceridis puerorum cura. 180
Meliloti uires. 47
Melines qualitas. 28
Melinum oleum. 21
Melissophyllon, quale. 47
Melitites lapis qualis. 72
Mellis facultas. 47.761
Mellis emollientis præparatio 40
Mellis rosaceicompositio. 139
257
Mellis in heraclea Ponti nati proprietas. 699
Melli quomodo adimatur extersoria uis. 47
Membranam cerebri fauciatã quæ glutinent. 292
Membrorum resolutorum cura. 288
Memoriæ amissæ differentiæ & remedia. 278.279
Mendesium oleum. 24
Mensis cuiuslibet quatuor esse differentias secundum lunam 161
Menses quibusdam mulieribus supprimi naturaliter, aut præter naturam. 875
Menses qua ætate fluere incipiant & desinant. ibidem
Menstruis purgationibus quæ mulieres careant. ibidem
Menstrua quibus de causis supprimantur, & quomodo curentur. ibidem
Menstruis quæ non purgantur, quibus accidentibus obnoxiæ sint. 878
Menses ducentia remedia 879
Menses quibus mulieribus nõ fluunt, uel ob plenitudinem, uel maciem, uel uitiatos humores, uel ob sanguinis adnares aut sedem delationem uel ob nimium otium aut aliquam uteri affectionem, remedia. 878.879
Mensium stillicidii medicinæ 879
Mensium nimiæ purgationi quomodo subueniẽdum. 881
Menses quæ ducant in potu sumpta. 147

Mensium

Mẽsium fluxu morbum sæpe fuisse solutum. 215
Menstruæ mulierum purgationis ratio. 852
Menstruæ purgationis in uiginibus indicia. ib.
Mensura quo iudicetur. 917
Mensurarum liquidoꝝ descriptio. 918
Mensurarum notæ. 917
Metiendæ quantitatis differentias esse tres. ib.
Mentæ facultas. 29
Menti papulas manantes quo cures. 401
Menti scabriciei medela. 396
Mercurii herbæ usus. 51
Mercurialis quali uirtute. 45
136.137
Mergi uentriculus ad quid utilis. 99
Merula piscis qualis. 95
Mespili natura. 47
Metalli aliusve similis rei deglutitionis remedia. 545
Metallica quæ dicãtur, & quæ eoꝝ uirtus. 75. & inde.
Metopium oleum. 24
Metasyncritica q̃ dicãtur. 617
Metasyncritica curatio. 173
Metra cur uterus dicatur. 850
Miliaris species herpetis qd, et quo medenda. 795.796
Milii constitutio. 35
Milphosis quid. & unde dicta. 323.324.&.358
Miltos id est, rubrica. 70
Minthe, quæ menta. 29
Miscendorum medicamentorum quæ sit ratio. 137
Misy quale. 78.79.761
Mola uteri quid, unde dicta, q̃ affectiones eã eonsequantur, & quo curentur. 896
Molares dolẽtes quo citra forcipem tollas. 100
Mollientia simplicia quæ. 110
Mollium piscium qualitas. 96
Moly quale. 49
Molybdenæ & molybdi usus
Moni coll. 383 (79
Monohæmera collyria. 373
Monomelum coll. 372
Morbi prima dies quæ dicatur 205
Morborum principium trifariam dici. 205.206
Morbi principium, augmentũ uigor & declinatio quæ & quomodo dinoscantur. 206
Morboꝝ causæ quomodo considerandæ. 183.184
Morboꝝ perfecte aut imperfecte solutorum signa. 216
Morbũ recte curari non posse citra ipsius prænotionẽ. 203
Morbus utrum tardius aut citius iudicetur. 207. itẽ an iudicari possit, quo & quando prænoscatur. ib.
Moroxus lapis cuius uirtutis. 72
Morsus hominis medela. 678
Morsus canis. ib.
Morsui leonum, pantherarum aut ursoꝝ antidoti. 679
Morsus suum, felis, crocodili, & bestiarum uenenatarum remedia. 679
Morsus stellionis, salamãdræ, lacertæ chalcitidis, murisq; aranei medentia. 683
Morsuum aspidis & uiperæ utriusq; remedia. 686

Mortem non esse prædicendā in acutis morbis. 216
Mortis & diem & horam præ noscere posse doctum medicum. 216
Mortis signa ex atræ bilis motu. 214
Morus & mora. 48
Moschatorum unguentorum compositiones 913
Motus externus & internus q dicantur. 209
Mucus ex qua nasi parte excoletur. 319
Mugil qualis piscis. 95
Mulieris uirilis notæ. 876
Mulierū quæ non purgantur accidentia & remedia. 876
Mulierum fœcundarum dinotio. 853
Muliebres purgationes sæpe soluere morbum. 214
Mulus qualis piscis. 95
Muralii siue Muralis herbæ uirtus. 28
Murenæ morsus medela. 692
Muriæ uis medicamētaria. 97
Muscæ æreæ quæ dicātur. 368
Muscas necantia. 694
Musci marini facultas. 16.63
Muscum, alias Dorcadias. 315
Muscus arborum qualis. 16
Muscus petrarum. 44
Mustati olei præparatio. 915 916
Mustellæ usus medicus. 100
Musti usus. 50
Mutum, emplastrum. 832
Myacanthus, q asparagus. 14
Mycetes quales. 49
Mydriasis quid. 324
Mydriasis qd, eiusq; cura. 349
Myle quid, & eius usus. 44
Myocephalon quid, & cur sic dictum, & quomodo differat a pustula. 338
Myopes quæ dicantur. 345
Myopiam esse incurabilem. ib.
Myos otis qualis. 49
Myricæ usus medicus. 49
Myrmeciæ unde dictæ 15
Myrobalani facultas. 15
Myrobalaninum oleum. 20
Myrrhæ temperamentum. 58. 763
Myrrhæ dinotio 107
Myrrhatio ad cadauerum conseruationem. 917
Myrsine siue myrtus. 49
Myrteum oleum. 23
Mysterium, alio nomine tetrapharmacum 663

NApy quale. 49
Narcissi uirtus. 49
Narcissinum oleū. 23
Nardici celticæ uirtus. 49
Nardi cretici conditio. 63
Nardi spicæ facultas. 49
Nardinum oleum & eius præparatio. 25.26
Nardinum secundarium. 26
Nardostachy quale. 49
Naribus ulceratis quæ conueniant 312
Narium affectionum tractatio 314. & inde
Narium muci remedia. 439
Narium obturationis medelæ 318
Narium ulcera quomodo cures. 318. 319. item sanguinē. fluentem. ib.
Narthex qualis. 49
Nasus quō cōstructus sit. 318
Nasturtii facultas. 34
Nauseæ origo & cura. 483. & inde
Nauseārum cataplasmata & epithemata. 488
Nauseas, esse communia accidentia omnium redundantium in uentre humorū. 197
Natrix qualis. 692
Naturalium opeꝝ per se nullū esse nociuum. 126
Naxiæ cotis retrimenti uis. 74
Nechepsi regis ad carnē in naribus enatā medicamētū. 315
Nechepson Aegyptius. 12
Nerii efficacia. 50
Neruoꝝ sauciatoꝝ cura. 765
Neruoꝝ contusoꝝ cura. 767
Nicarium Zoili coll. 388
Nictalopes qui dicātur & quō curandi. 345
Nigellæ uis. 47
Nilammon cōll. 379
Nilei epithema 494
Nili aquæ præstantia 164
Nili coll. 381
Nitri qualitas. 762
Nitri spumæ uis. 77.78
Nitrosa balnea quibus conueniant 166
Niuis generatio. 162
Noctis quatuor esse differētias 161
Nomarum oculi remedia. 336
Nubecula oculi quid, eiusq; cura. 332
Nucis arboris qualitas. 34
Nucis pineæ uis. 43
Nuclei pinei quales. 176
Nucum oleum. 20
Nux auellana. 35
Nux iuglans seu regia 34
Nux parua auellana. 35
Nux pontica, auellana ib.
Nux pinea seu picea. 53
Nutricis electio & uictus, tum exercitia. 176
Nutrientia multum & itē parum quæ sint. 115
Nympha qd, & eius sectio. 909
Nympheæ qualis actio 50

OBducentiū meatus medicamētoꝝ qualitas. 2
Obfuscatio oculoꝝ qd & unde curatioq; ipsius. 347 348
Obolum cōtinere siliquas tres 288
Obscuratio oculoꝝ quid. 324
Obturantia, aut obturatione liberantia. 118
Occidentalium uentoꝝ qualitas. 162
Ochrorum facultas. 63
Oculoꝝ obscurationis in febrī bus remedia. 250
Oculorum, infantium inflammationibus, quid conueniat. 178
Oculos quæ pungent, & lachrymas prouocent. 154. 155
Oculos humectos & flentes quō cures. 362
Oculorum lipiētium cataplasmata 366
Oculorum illitiones & collyria. 366.367.368.369 & inde.
Oculorum ulcera cancerata, item maligna quō curentur. 337.338

Oculorum ulceribus quomodo cicatricem inducas. 340
Oculorum cicatrices & albugines quomodo curandæ. 342
Oculos glaucos quomodo nigricantes facias. 343
Oculorum fluxionibus suppurationibus sicosis eminentiis 344
Oculi debiles qui dicantur, debilitatisq; curatio, & quomodo differant a fluentibus. 345
Oculorum hebetudo & obfuscatio quid, quomodoq; curanda. 337.338
Oculorum resolutio & ipsius curatio. 348. item quæ curabilis & quæ non. ib.
Oculorum macies, expressio & cõfusio quid, quomodoq; curentur. 350
Oculi albis innata quomodo tollenda. 351
Oculorum quæ sit natura. 323
Oculi singulæ partes quot & quibus affectionibus infestentur. ibid.
Oculi humores tres. ib.
Oculorum perturbationis cura. 324
Oculorum inflammatiõis medela. ibid.
Ocularium morborum curæ uariæ. 324.325.326.327.328
Oculorum frigidæ intemperiei curatio. 328
Oculorum inflationis, tumoris & tumoris indurati cura. 329
Oculorum ulcera, & ulcerationes ab igne, item si qua oculis illapsa fuerint quomodo curanda. 330
Oculis infixa quomodo extrahantur. 331
Oculorum sugillatio, puncturæ & uulnera profundiora quomodo curentur. ib.
Oculi humor cuiformis quomodo exiccandus. 332
Oculi prolapsus, item ulcerationum superficialium, nubeculæ, caliginis, epicaumatis & encaumatis curatio. 332
Oculorum argemum, fossulæ, concaua ulcera, tum suppuratio & unguis quomodo sanãda. 333
Oculi pustularum origo, dinotio, curaq;. 334
Oculorum nomæ quomodo curandæ. 336
Ocymi basilici constitutio. 64
Odoramentorum uariorũ compositio. 913
Odoratus & gustus conspiratio. 7
Odoratus oblæsionis medelæ. 318
Odorum corpus reddentia, & odorem corporis fœtentem tollentia. 396
Oenantheariorum uariorum confectio. 914
Oenanthe quid 11
Oenanthinum oleum. 21
Oenos uinum. 50
Oesypi præparatio. 844
Oesypi præparatio, & usus. 90.91
Oleæ qualitas. 19
Olei uirtus & quid ꝓprie. ib.
Olei purgatorii compositio. 153
Oleorum salca, foliati, & spicati præparatio. 913
Oleum alenum. 354
Oleorum diuersorum præparationes & qualitates describuntur. 20. & deinceps.
Oleum amaracinum. 24
Oleum amygdalinum. 20
Oleum anethinum. 22
Oleum chamæmelinum. 22
Oleum cicinum. 20
Oleum cyprinum. 24
Oleum fœnigræci. 23
Oleum foliatum quomodo fiat. 26
Oleum iasme dictum. 23
Oleum irinum. 25
Oleum malabathrinum. 26
Oleum laurinum. 20
Oleum lentiscinum. 21
Oleum liliaceum seu lirinon. 22
Oleum lini seminis. 20
Oleum masticbinum. 24
Oleum megaleum. 24
Oleum melinum. 21
Oleum mendesium. 23
Oleum metopium. 25
Oleum myrobalaninum 20
Oleum myrteum. 23
Oleum narcisinum. 23
Oleum nardinum Cyzicenum 25
Olei nardini præparatio. 25.26
Oleum nucum. 20
Oleum œnanthinum. 21
Oleum populi nigræ. 20
Oleum raphaninum. 20
Oleum rosaceum. 21
Oleum sabinum. 19
Oleum salcas. 26
Olei sampsuchini præparatio. 189.567
Oleum sesaminum. 21
Oleum sicyonium. 24
Oleum styracinum. ib.
Olei suffumigabilis præparatio. 27
Oleum susinum. 22
Oleum telinum. 23
Oleum uiolatum. 23
Olerum nullum esse boni succi. 116
Oliuarum esus qualis. 113.114 115
Oliuarum purgatoriarum cõpositio. 141
Oliuarum salsarum uirtus. 119
Olympionici coll. 378
Omotribes oleum. 19
Omphacii & aceti differẽtia. 4
Omphacinum oleum. 19
Omphacomelitis præparatio. 257
Omphacocarpos, quæ Aparinæ. 13
Onochilos, Anchusæ species. 9
Onoclea, Anchusæ species. 8
Operis huius institutum. 7.8
Ophiasis qualis affectio & unde proueniat, quomodoq; curetur. 298
Ophitis lapidis energia. 74
Opisthobares coll. 384
Opisthotonos quid. 288
Opos qualis. 50
Opopanax qualis. 51.763
Ὠροὶ οἱ fructus qui. 60 bis.
Orchestæ unguentum. 665
Orchis cynos qualis. 51
Orchis altera. ibid.
Ordei facultas. 40
Ordeoli tuberculi sedes. 335

Ordeoli oculorum cura. 360
Orientalium uentoꝝ qualitas. 162
Origani uires. 51
Orionis ortus. 163
Oris fœtori remedia. 401
Oris illitionum, quæ stomaticæ dicuntur, descriptiones et usus. 423
Oris inflammationum remedia. 423
Orobanchæ temperamentum 51
Orobi facultas. ib.
Orophe Siris, crocodilias. 596
Orthopnoici qui, & unde fiãt, ac quomodo curentur. 445
Oryzæ actio. 51
Oscula uasoꝝ aperientia simplicia quæ sint. 111
Ossium lasitudo quæ. 186
Ossium ustorum usus quis. 99
Ostracitis lapidis uires. 74
Ostracodermorum qualitas. 96
Ostreoꝝ testarum usus. 104
Osyridis uirtus. 51
Ocium quantum obsit sanitati 112
Oua animalium qualia. 94. itẽ uis medica. ib.
Oui candidum quale. 2
Ouoꝝ iuxta coctura quæ meliora & quæ deteriora. 94
Ouillæ carnis temperamentũ 91
Ouillæ pellis usus. 99
Ouilli stercoris qualitas. 90
Ouillum fel quale 87
Oxallidis efficacia. 277
Oxos acetum 55
Oxygala quale. 86
Oxygalactinĩ caseĩ utilitas. 86. 87
Oxylapathi uirtus. 44
Oxylipes panes 220
Oxyporiũ medicamentũ. 220
Oxyporium polyetes. 502
Oxyporii ad inflationes præparatio. 274
Oxyporioꝝ purgatorioꝝ compositiones 141
Oxyschœnibs qualis. 61
Ozenarum ortus & cura. 314 315.316.317

Paccianum coll. 387
Paccii asclepiadeũ. 382
Pæderotis uires 10
Pæoniæ facultas. 17
Pæoniæ antidoti compositio. 717
Pæoniæ radicis uis. 278
Palati remedia. 418
Paliuri facultas. 51
Palmæ temperamentum. 63
Palpebraꝝ morboꝝ omnigenarum differẽtiæ & curationes. 345
Palpebrarum sutura quomodo fiat tã sursum ꝙ deorsum 355.356
Palpebræ euersio qualis & eius curatio 357
Palpebraꝝ cõcretio & contractio qũo sananda. 351
Palpebraꝝ pediculis & pilis qũo medendum. ib.
Palpebræ piloꝝ ordo duplex & multiplex. ib.
Palpebrarũ aspritudines unde fiant & qũo curentur. 345
Palpebraꝝ gãglia, atheromata steatomata, melicerides, uarices et reliqua mala qũo cures 360
Palpebrarum abscessus & calculi cura. 359
Palumbi sanguis ad quid conferat. 81
Pampathes emplastrum. 835
Pamphili Episcopi suffumigium. 918
Panacæa emplastrum. 834
Panacis radicum & succi exploratio. 107
Panax Herculeus. 50
Pancratii temperamentũ. 51
Panchreston fuluum coll. 386
Panchrestos Erasistrati, cur sic appellata. 309.371
Pani circa quam oculi partem proueniant. 335
Panicum quale. 28
Panis usus in cataplasmate. 170
Panũ ordeaceoꝝ qualitas. 40
Papaueris qualitas. 47
Papaueris cornuti uis. ibid.
Papaueris succi uis. 701
Papaueris Thebani ꝓprietas. 47
Papularum ortus & cura. 797
Papulaꝝ menti eruptionibus manantibus quomodo medendum. 401
Papulis ex sudore aut feruore auxilia. 734
Papulis ulcerosis crurum medicamenta. 735. uide Pustulæ
Paralii efficacia. 47
Paralyseos affectio & cura. 284
Paralysis qũo ab apoplexia seu syderatione differat. ib.
Paralyseos præseruatiua. 279
Pardalianches uires. 10
Pardalis emplastrum. 585
Pareas serpens qualis 691
Pariendi difficultatis causæ.
Parientibus ægre qũo (858 succurrendum. 855
Paronychiaꝝ medelæ 801
Parotidis affectio & cura. 313
Paroxysmus quid. 205
Paroxysmi quatuor esse tempora. 206.217
Paroxysmi particularis ac uniuersalis. i. principii, augmẽti, uigoris, & declinatiõis signa 216
Parthenii ꝓprietas. 28.134
Parientes qũo in enixu se gerere debeant. 855
Partus instantis indicia ib.
Pasiphilũ, medicamentũ siccũ 781
Pastilli ex acaciis & ueratris compositio. 647
Pastilli flauam bilem purgantis compositio. 143
Pastilloꝝ ad hemicranias & omnes capitis dolores cõpositio. 295
Pastillorum scilliticoꝝ præparatio. 705
Pastillorum theriacorum præparatio. ib.
Pastillus Cyri archiatri Edessæ ad ozænas. 316
Pastinaca, daucus. 18
Pastinacæ uirtus. 59
Pastinacæ caro qualis. 96
Pastinacæ marinæ uulneris remedia. 693
Patos quæ sordes. 56.88
Paulina antidotus Aristarchi. 460
Pauonis caro qualis. 93

Pectus purgantia. 157
Pedicularis morbi generatio & curatio. 305.306
Pediculorum in palpebris origo & curatio. 353
Pediculorum capitis & totius corporis remedia. 306
Pediculos omnis generis circa corporis superficiem deuastantia. 157
Pegani uirtus. 52
Pelagiæ patritiæ sapo. 395
Pelaria collyria. 373.374
Pelecinus qualis. 30
Pelliũ animalium qualis usus. 99
Pentamœron unguentum. 665
Pentaphilli facultas. 51
Pentatheton emplastrum. 845
Pentorobos, alias pæonia. 17
Peplii usus. 51
Peplii uirtus quæ sit. 133
Peponis facultas 51
Perca piscis qualis. 96
Perdicium quali ui. 28
Perdicum esus qũo conueniat 113
Perdicum quale fel 9
Perfusionis usus & ratio. 168
Peripneumonicorum affectio & remedia. 461
Peristereonis qualitas. 52
Periscyphismus quid, & eius ratio 364
Peritonæon quid. 551
Pernionum medicinæ. 799
Perseæ foliorum facultas. 52
Pes cornicis quali uirtute. 39
Pestis futuræ signa 240
Pestilentes morbi qui dicãtur, & unde generẽtur, tum quomodo cauere liceat. 240.241
Petri Archiatri coll. 385
Petroselinum quale. 52
Peucedani uires. 52
Phaci, id est, lentes. 63
Phacos palustris qualis. 63
Phagi uirtus. 19
Phalangosis quid, & quomodo curetur. 353
Pharmaca uehementiora quæ 184
Pharmaci ex pice Brutia Galeni compositio. 281
Pharmaci ex tribus piperis generibus compositio. 502
Pharmacum qui biberunt, & non purgantur, quomodo curandi. 147
Pharmacitidis terræ uis. 72
Phaselorum facultas. 18.63
Phasganii qualitas. 51
Phasianorum caro qualis. 93
oua qualia. 94
Phemus, pharmacum. 547
Philadelphus pastillus. 550
Philanthropi qualitas. 13.51
Philetærii efficacia. 54
Philinus præses quo medicamento curatus. 69
Philotimus quomodo melancholicum se caput non habere putantem curauerit. 270
Phlomos qualis. 63
Phlogini linamenti compositio. 366
Phœnix palma. 63
Phœnix collyrium. 134
Phœnix niger, coll. 387
Phœnicinum, epithema. 278
Phœnigmorum compositiones. 555
Phosphorus coll. 372

Phrenitis quid, quotq; eius differentiæ, & qũo curanda. 263
Phrygius lapis qualis. 73
Phu qualis efficaciæ. 63
Phucæ pisces quales. 96
Phycos, fucus. 80.81
Physema pinus. 56
Phycotyche emplastrum. 845
Phycos qualis. 64
Pica prægnãtium quid, unde dicta, cur & quando mulieribus accidat. 850
Picæ qũo medendum. ib.
Picationis usus & compositio 171
Picis efficacia. 53. & quomodo ex ea fuligo præparetur. ibidem
Picra ex aceto mulso Oribasii. 720
Picris qualis & cur sic dicta. 57
Pili palpebrarũ uarii, & euulsi ne renascantur, medicamenta. 353.354
Pilorum agglutinatoria. 354
Pilos quæ nigros, aut fuluos, aut albos faciant. 301.302
Pili ut crispi fiant. 302
Pilos quæ corrumpant, quæ extirpent, & quæ attenuent. 303.304
Pilos corrumpentia, triplicia sunt. 303
Pilorum in palpebris defluuii species & curæ. 358.359
Pilos pulchros & densos quid faciat in pueris 305
Pilularum ex fimo caprarum præstantia. 172
Pilulorum ustorum usus. 99
Pinguedinis animalium usus & differentia. 96
Pinguedinum qualitates & differentiæ. 2
Pinguedo & seuum quomodo differant. 96
Pinguis sapor qui. 2
Pini corticis usus. 54
Piperis differentia & efficacia. 52
Piri uires & pirorum. 13
Pira syluestria, qualia. 3
Piscatoria emplastra. 842
Pisces molles qui, eorumq; usus. 96
Pisces saxatiles. 95
Piscium descriptio. 94. usque. 97
Piscium optimi qui. 113.114
Piscium falsorum qualitas. ib.
Piscium pinguedinis usus. 97.98
Pistaciæ facultas. 53
Pituita laborantium cura. 652
Pituitam per os a capite ducẽtium descriptio. 297
Pituitam ducentia quæ sint. 134. & inde. 143
Pityides quale. 53
placitis stypteria. 80
plaga capitis quomodo curanda. 292
plagæ scolopendræ, araneæ, tetragnathi & phalangii medicamenta. 684
plantaginis qualitas. 14
plantarum rimis utilia: 804
platani qualitas. 54
platycoria quid. 324
pleiadum ortus occasusq;. 163
plenitudinis dinotio unde sumatur. 128
pleuritis qualis affectio & cu-

ra.465.& inde.
pleuritis quæ uidetur & tamē non est, quomodo dinoscenda & curanda. 468
plintitis stypteria. 80
plumbaginis qualitas. 79.761
plumbi usus. 79.762
plumbi succus quo fiat. 648
plumbum quo augescat. 79
pluuia aqua qualis. 164
pluuiarum generatio. 161
pluuia cur aliquando post uētum, aliquando ante fiat. ib.
podagra quid, & quo differat ab arthritide, eiusq; cura. 639
podagra cur aliqbus magnus morbus aliquibus paruus exi stat, item aliis diu aliis breui tempore duret. 641
podagricorum accidentium quæ sint rationes. ib.
podagrica cerata. 661
podagrica unguenta & acopa diuersa. 667.& inde.
podagricæ antidoti. 670 & inde
podagricorum qui lauandi & quomodo 675
podagricorum humorum dinotio. 641.642
podagricorum præseruatiua, diæta & medicamina. 643 644.661.663
polemonii uires. 53
polentæ ordeaceæ uis 40
polii qualitas. 53
polyarchiorum compositio. 523.524
polygoni temperamentū. 54
polypodii facultas. 53
polypodites uinum. 138
polypus qualis affectio, eiusq; causa & cura. 314.315.316. 317
pomoꝝ fructus q optimi. 113
pompholygis constitutio. 79 762
pompholygis exploratio. 327
ponderum descriptio. 918
ponderum notæ 917.918
pōdus quo diiudicetur. 917
populi albæ qualitas. 44
populi nigræ facultas. 9
populi nigræ oleum. 20
porcinarum carniū qualitas. 183
porcinī pulmōis uis medica.
porri efficacia, 55 (98
porri capitati succus quid efficiat. 137
porri sylueſtris facultas. 11
porriginis affectio, origo, & curatio. 304.305
portulacæ uirtus. 11
poscarum aluum purgātium compositio. 140
potamogeton qualis. 53
potionum iucundarum & cōmodarum in febribus compositio. 255
potus intempestiue sumptus sitim auget. 249
præcocia quid. 48
prædicere mortem in acutis morbis non decet. 217
prægnantes quomodo se gerere debeant. 855
prægnantis utero quæ innascantur 851
præputiolum seu ordeolum quid & quomodo curetur. 301
prasi efficacia. 55
prasion qua ui. 54
prasoides, qualis. 28
priapismus quid, & eius cura. p624
principis orientis suffumigiū 916
principium morbi quid, & trifariam dici. 205.206
procidentiarum sedis remedia. 750
procidētis sedis perustio quādo fiat. 750
procyonis ortus. 163
prolapsus oculi qualis. 332
prophetæ doctoris antidotus. 715
propolis qualis. 55
proteus coll. 386
pruinæ generatio. 162
pruna Hispanica qualia. 183
prunorum facultas. 38
pruritum omnis genus curādorum remedia 730
pseudobunii facultas. 16
pseudodictamni qualitas. 18
psycotrophi facultas. 36
psidracibus pustulis quæ auxilientur. 734
psilothra q̄ dicantur, eorumq; compositio. 303
psilothrū, ampelos leuce. 11
psilothrum ex herinaceo terrestri quo fiat. 102
psoricum quomodo fiat, & eius conditio. 81
psyllii efficacia. 64.770
psymmithium cuius uirtutis. 81
pteleæ temperamentum. 55
pterios facultas 55
pterygium quid, curatioq; eius. 155.352
Pterygiorum medelæ. 800
ptilosis quid 323.358
ptisanæ ordeaceæ uirtus. 40
ptolemæi psoricum coll. 386
pubes puerorum quomodo diutissime maneat impubis. 42
pudendorum inflammatiōes, nomæ, carbunculi, interna in urinæ meatu ulcera, quomodo sanes. 754
pudendorum thymi, rimæ & ulcera quo curanda. 752.753
pumicis qualitas. 74.762
puer febriens ut exudet. 179
pueri quomodo in literis & disciplinis exercendi, & qua ætate. 181
puerorum comitialium cura 278
puerorum uictus ratio iuxta ætatem. 181
pulegii uires 17.134
pulices necantia. 694
pulmonem purgantia. 156
pulmonis qualitas. 98
pulmonis uis medica. 98
pulmonis animalium qualitas 92
pulmonis uenaꝝ rupturæ unde cognoscantur. 450
pulmonis temperaturæ dinotio. 197
puls farinæ crassioris. 41
pulsuum signa. 209
puluillorum ad ozænas compositio. 315
puluilloꝝ insperſiliū caput dē santium compositio. 296
puluillorum piles attenuantium compositio. 304
puluis theodosii, caput resiccans. 197

pupillæ dilatatio quid & curatio ipsius. 349
pupillæ tabes quid, & unde, eiusq; chirurgia. 350
purgâdi rationes. 132. & inde
purgantia medicamenta componendi methodus. 137. & inde
purgationi inhabiles. 173
purgatoria omnia stomachũ infestare præter aloen. 133
purgatio ob quinq; causas nihil proficit in uentre. 147
purgationis excessui quomodo medẽdum. 147. 148. 152. 153
purgationi nihil efficiẽti quo succurrendum 147
purgationis aut uenæ sectionis impatientes quomodo curandi 648
purgationis usus in morbis oculorum. 376
purgatiua medicamenta articularibus morbis conuenientia. 670
purpurorum testæ ad quid utiles. 104
pustularum ortus & cura. 797
pustularum in febribus curatio. 253
pustularum capitis diuersa descriptio & medelæ. 306. 307
pustularum diuersi generis remedia. 734
puteana aqua qualis. 164
putrefactio quid. 223
putrida febris quæ. 217
pyrethri temperamentum. 55
pyri qualitas. 55
pyriaron uel pyriephthon lac quod. 86
pyriepton lac 113
pyrites lapis qualis. 73
pyxacanthos qualis. 45
pyxis emplastrum. 832

Qualitatum medicamẽtorum ordines quatuor. 1
Quantitatis dimetiendæ tres differentias esse. 918
Quartana, uide Febris.
Quercus qualitas. 18
Quid cani & balneo commune, prouerbium unde ortum 280
Quinquefolii qualitas. 51
Quotidiana febris, uide Febris

Rabies canum unde cauſetur. 280
Rabiosorum canum indicia. ib.
Radicis dulcis usus. 17
Ramex uaricosus quid, ubi oriatur mulieribus, & quomodo curetur. 909. uide etiam Hernia.
Ranarum usus. 99
Ranæ palustris attractus quid mali inferat. 693
Ranunculi species quali ui. 15
Ranũculi sub lingua remedia. 418
Raphani qualitas. 55
Raphani uomitorii ꝓparatio. 149
Raphaninum oleum. 20
Rapi facultas. 17
Rarefactiẽtia cutem simplicia. 111
Recidiuæ signa. 216
Reduuiarum medelæ. 800
Regium medicamentum. 98
Regium suffumigium. 916
Remissio morbi quid, eãq; dici dupliciter. 205
Renale emplastrum. 597
Renale unguentum. 600
Renibus e lapide laborantibus corporis constitutione graci li existente remedia 601
Renum inflammationis medicamenta. 609
Renum duriciei & suppuratio nis medicinæ. 610. 611
Renes purgantia. 156
Renum calculosorum affectio & causæ & remedia. 597. 598
Renum in animalibus qualitas 92
Renum cruentam urinam excernentium debilitas & remedia. 599. 600
Repellentia quæ sint. 293. 314
Reprimentia eminentias simplicia quæ sint. 111
Resinæ qualitas. 763
Resinorum facultates. 55
Resinæ quomodo urantur. ib.
Resinæ fuligo qualis. ib.
Resolutio seu paralysis quomodo differat ab apoplexia. 285. eiusq; affectio & curatio. ibidem
Respirationis signum. 204
Reuulsionis modus. 292
Rha cuius temperamenti. 55
Rhamni temperamentum. 55
Rheoponticum quale. 55
Rhinarium collyrium. 385
Rhinema coll. 385
Rhoa qualis. 56
Rhodabsintati præparatio. 914
Rhododaphnes proprietas. 50
Rhodomeli præparatio. 915
Rhœas quid Græcis. 363
Rhœadis uires. 47
Rhoidarii præparatio. 84
Rhois facultas. 56
Rhypos qualis sordes. 56
Ricinus, arboris fructus. 37
Ricininum oleum. 20. 37
Ridiculum medicamentum. 435
Rimarum in pudendis medicinæ. 753
Rimis plantarum quomodo medearis. 804
Robur hominis omne debilius reddi in coitus usu. 126
Robur hominis quid. ib.
Romulæ suffumigium. 916
Roris generatio. 162
Rosæ qualitates. 7
Rosarum facultas. 56
Rosacei cerati usus. 21
Rosacei mellis cõpositio. 139
Rosaceum emplastrum. 845
Rosaceum oleum. 21
Rosati flauam bilem ducentis descriptio. 138
Rosatum pituitam & atram bilem trahens. 139
Rosatum xemomyron. 913
Rosatorum præparatio. 915 916
Rubeta quid, ac quotuplex, & læsionis ab ea quæ sit cura. 693. 698
Rubi qualitas. 15
Rubiæ tinctorum facultas. 29
Rubificantia quæ sint 172
Rubricæ facultas. 70. 762
Rubrica sinopica. 70

Rumicis qualitas. 44
Ruptio quid,& quo a sinu differat,eiusq; medelæ. 799
Ruptoria emplastra. 838
Ruptura unde fiat. 244
Rutæ temperamẽtum.53.112
Rutæ sylvestris facultas. 49
Rutæ sylvestris noxa. 704

Sabinum oleum. 19
Sacræ herbæ proprietas. 52
Sagapeni qualitas. 763
Sagapenum quale & quid 56
Salamandra quale animalculum,&quæ ab ea homini mala obueniant. 697
Salcas oleum. 26
Salca olei compositio. 913
Salicis uirtus. 32
Salis fomentatio qũo fiat. 128
Salis generum differentia. 6
Salis morsus qualis. 160
Salis specierum differentiæ & facultates. 76
Salis usti usus. ib.
Salis floris qualitas. ib.
Salis spumæ efficacia. ib.
Salis purgatorii compositio quadruplex. 144
Salis qualitas. 762
Salis Iamblichi. 504
Sales Poletis. ib.
Salis dodecathei cõpositio.ib.
Sales theriaci qũo conficiãtur 711
Salsamentorum ex animalib. qualitas. 97
Salsorum natura. 6
Salsuræ quorum animalium carnes sunt aptæ, & quæ ineptæ. 57
Salsus sapor qui. 2.6
Saluiæ energia 27.88.137
Sambuci facultas. 10
Samius aster coll. 376
Sampsuchi uirtus. 57
Sampsuchini olei præparatio 189.665
Sanalia alio nomine Meliceris 180
Sandarachæ efficacia.79.704.761
Sandyx,coll. 380
Sandycis natiua uis. 81
Sanguine euacuato, si rursus fluat sanguis qũo auxiliandũ 646
Sanguinem quæ purgent.136
Sanguinem per nares educẽs epithema 152
Sanguinis animalium diuersitas,& quæ ex eo remedia 81 82
Sanguinis uiscosi generatiue alimenta quæ sint. 114
Sanguinis ex naribus erumpẽtis prænotio & significatio. 214
Sanguinis narium fluxus in febribus curatio. 251
Sanguinis in homine alteratio qũo fiat,aliquando particulatim,aliquando uniuersaliter. 270
Sanguinis ex auribus eruptio ni. 312
Sanguinis ex naribus eruptio ni quomodo medearis 317
Sanguis quomodo e naribus eliciatur. 317.318
Sanguinis ex oculorum angulis eruptio quomodo sistenda. 353

Sanguis dracontii. 368
Sanguinis ex pectore aut pulmone reiectatio unde proueniat.450.quomodo curetur. 452
Sanguinis reiectationis cuiuscunque auxilia. 453.454 & inde
Sanguinem meientium per circuitum,remedia. 597
Sanguinis hircini efficacia. 604
Sanguinis ex uesica erumpentis auxilia. 617.618
Sanguinem meientium cura. ibidem.
Sanguinis abũdantis causa ægrotantium auxilia. 644 645
Sanguinis testudinis marinæ præparatio & usus. 689
Sanguinis taurini proprietas. 703
Sanguinis erumpentis cura. 783. & deinceps
Sanguisugarum usus qualis. 132
Sanitatem esse duplicem. 175
Sapa quid. 21
Sapa,hepsema,siræũ,idem. 4
Saponis Constantini, fluxiones resiccantis compositio. 297
Saponis Andreæ comitis ad eadem compositio. ib.
Sapores obscuri quomodo deprehendendi. 2
Saporum alteratio. 4
Saporum proprietas. 1
Saprotes xylon,id est,caries lignorum. 57
Sapphiri energia. 75
Sarcites hydrops quid,eiusq; causæ & remedia. 582.583
Sarcocolla quid & qualis. 57
Sardoniæ herbæ efficacia mirabilis. 700
Satureiæ uis. 31
Satyriasis quid, cur sic uocata, ipsiusq; curatio. 614.722.723
Satyrii facultas. 57
Scammoniæ uirtus,&qualitas 133
Scandicis conditio. 58
Scarificationis quis usus. 131 132
Scarus piscis qualis. 95
Schinus,lentiscus. 60
Schistos lapis qualis. 72
Scillæ uis. 58
Scinci ad quid cõducant. 105
Schœni flos qualis. 61
Schœnos lea qualis. 61
Scolimi facultas. 58
Scordii qualitas. 58.136
Scoriæ conditio qualis. 79
Scorodon quale sit. 58
Scorpii marini fel quale. 88
Scorpionis marini plagæ medela. 694
Scorpionis plagæ opem ferẽtia 686
Scorpium sputo ieiuni hominis occisum. 89
Scribentes turpia, peiores q̃q; perpetrarint. 81
Scroti scabiosi & pruriginosi, tum inflammati medela. 755.756
Scutulare coll. 373.374
Scybelites uinum quod. 503
Scylacium coll. 383
Scytala Chalcidica qualis. 392
Secantia alimenta. 118

Secundæ cur sic uocatæ, & hæ in utero detentæ quomodo eiiciantur. 863
Secundarum generatio. 851 852
Securidacæ qualitas. 30
Sectio arteriarum, uide Arteriarum.
Sectio uenæ, uide Venæ.
Sedis affectionum causæ. 742
Sedis inflammationum medelæ. 743
Sedis fissuris & tuberculis quæ remedia conueniant. 744
Sedis omnigenis malis auxiliatia. ib. 745. 746. usque. 751
Sedem infantium procidentem quo cures. 180
Sedis infusionum ratio & differentiæ. 158
Sedis thymis, uerrucis formicariis, clauis, ficubus, hæmorrhoidibus, procidentiis, abscessibus, ulceribus proserpentibus & depascentibus & fistulis quæ medicinæ sint adhibendæ. 746. usq; 751
Selachia quæ græcis dicantur 97
Selini temperamentum. 57
Selinusiæ terræ uirtus 70
Semen prouocantia simplicia 112
Semen quæ inhibeant. ib.
Semen qua ætate appareat, & qua ad generationem aptum fiat 852
Seminis fluxus quid, mulieribus & uiris æque communis, ac quo medearis. 890
Seminis profluuium quid, & eius rmedia. 625
Seminis profluuium in somno quibus & quas ob causas contingat. 627. eiusq; cura. 628
Semperuiui facultas. 9
Senecionis uirtus. 30
Senecta ex morbo q̃ dicatur. 239
Senecta naturalis quid. 182
Senum uictus ratio. ibid.
Senum comitialium cura. 278
Sepiæ usus medicamentarius. 105
Seps quale animalculum, & q̃ nocuus eius ictus, tum quæ cura. 690
Septica quæ Græcis dicantur. 35
Serum lactis quale, & quomodo præparandum 84. 85
Serum lactis quomodo uentrem subducat. 119
Serpilli proprietas. 29
Sesami conditio qualis. 51
Sesaminum oleum. 21
Seseli quale. 57
Serapias qualis. 51
Seris qualis. 57
Seridis nomine quæ herbæ ueniant 114
Seueri album coll. 374
Seuũ quomodo differat a pinguedine. 97
Seui ex animalibus usus. 97
Siccantia alimenta. 120
Siccantia citra mordacitatem item simpliciter & secundũ quatuor ordines quæ sint. 108. 109
Sicci medicamenti ad scabros oculorum angulos compositio. 357

Sicci temperamẽti notæ. 194
Siccitas corpora animaliũ cito ad senectam producit. 200
Sicya quali potentia. 57
Sicyos agrios qualis. 57
Sicyonium oleum. 24
Sideritis Heraclea. 10
Sideritis qualis. 57
Sigilli lemnii usus. 69
Sigillum Coraciuum. 782
Signa bona & mala quæ sint. 204
Siliquæ lobi. 18
Siliquæ facultas. 36
Silphii proprietas. 58
Silurorum muria quibus conferat. 97
Similaginis qualitas. 114. 115
Simplicium medicamentorũ facultas traditur. 8. & deinceps, &. 107. ac deinde.
Sinapi quale, & quod optimũ 49
Sinapi uim consimilem quæ habeant. 172
Sinapismus quid eiusq; usus & præparatio. 171
Singultus unde sit & eius remedia. 480
Sinon qualis uirtutis. 58
Sinus ulcerum quomodo curandi 787. 788
Sion quo temperamento. 58
Siphon quid græcis. 309
Sira, quæ pars corporis dicatur. 288
Siræum, hepsema, sapa, idẽ. 4
Siriasis infantium quid & quo modo curetur. 179
Siros quid græcis. ib.
Siroma quid. 27
Sisymbrii natura. 58
Sitis duplex. 4
Sitis quibus corporis partibus caussetur, eiusq; dinotic. 197
Sitis sanorum cura. 249
Sitis in febribus curatio. 249
Sitim esse duplicem ib.
Siticulosorum remedia. 479
Smaragdi uirtus. 75
Smegmata ad achoras, furfures, asperitates ac scabriciem. 308
Smegmatum caput densantiũ compositio. 296
Smegmatis ad cutem illustrãdam & pilos lanuginosos cõpositio. 304
Smilax hortensis. 18
Smilacis natiua uis quæ. 700
Smiridis efficacia. 74
Smyrna, myrrha. 58
Smyrnii qualitas. 58
Solani efficacia. 62
Solani furiosi efficacia. 699
Soleorum coria usta ad quid prosint. 197
Solstitium æstiuum quando. 163
Solstitium hybernum quando 163
Solutionis morbo q̃ signa. 216
Sonchi constitutio. 59
Sorbitionum ex eruo præparatio, ad ulcera depascentia. 544
Sordis balneorum usus. 17
Sordis in ouium lanis innutritæ usus. 90
Sordium qualitas. 56
Sori qualis facultatis. 78. 79 761
Soporis grauis curatio. 248
Sparti qualitas. 59

Spathiuros & eius morsus qualis q̃uoq; curetur. 691
Sphacelus quid, quæq; eius medicamina. 791
Sphærion emplastrum. 845
Spincter quid. 509.535
Sphragidis lemniæ facultas. 69
Spicæ ortus. 163
Spicæ nardi facultas. 49
Spicati olei compositio. 914
Spinæ albæ uires. 10
Spinæ Aegyptiæ qualitas. 10
Spinæ deuoratæ ac tõsillis infixæ quomodo excerni possint 434
Splanchnon, qualis. 16
Splenis affectionum cognitio 565
Splenis intemperieꝝ remedia 567. inflationis. ibid. in scirrhum indurati. 568. & inde.
Splenicorum ustio & diæta, tũ iuxta affectionis uarietatem curationes. 575.576.577
Spodiaca collyria unde dicantur, & qualia sint. 377.380
Spodiacum coll. Demosthenis 380
Spõgiæ uirtus medica. 80.167
Spongiarum lapillorum facultas. 74
Splenem euacuantia. 156
Spumæ argenti qualitas. 761
Sputi hominis uis. 88
Sputorum signa 215
Squamæ æris uirtus. 78.137.761
Squamæ ferri usus. ib.
Squatinæ marinæ usus. 104
Squama stomomatis ferri. 78
Stactæ quid & qualis. 59
Stactæ myrrha quæ bona. 107
Stagnina aqua qualis 164
Staphis quæ & Astaphis. 14
Staphyles usus. 59
Staphylomata quid, eorumq; differentiæ & curatio. 339
Staphylinus daucus. 18
Staphylinus quali ui. 59
Steatoma quid, eiusq; cura. 814
Steatomatum remedia. 360
Stella samina, terræ samiæ species. 72
Stellarũ ortus & significatio. 163
Stercoris diuersorum animalium qualitas 89.90
Stercus exigentia. 10.138.144 158
Sterilitatem fœminis quæ inducant. 856
Sterilitatis & in uiro & muliere causæ & remedia. 864
Sternutationem quæ moueãt. 321
Sternutationis usus & ratio. 320
Sternutationes redundantes q̃uo sedandæ. 321
Stertentibus pueris quomodo auxiliandum. 177.178
Stibii facultas. 79.80
Stibium ornandis palpebris. 367.368
Stibium Alexandri regis. 363
Stibia alia. 363
Stillicidium urinæ quid, & eius remedium. 612
Stœchadis temperamentum. 59.294
Stomachus. i. gula. 287
Stomachi adstrictionis remedia. 490

Stomachi imbecillitas, supinitas & subuersio q̃uo curetur. 481.483
Stomachi exusti remedia. 479
Stomachi dissoluti item inflãmati remedia. 492
Stomachi exulcerati medicamenta. 494
Stomachi si qui conuellantur, comitialis modo, curæ. 494
Stomacho atra bile grauato remedia. 476
Stomacho commodantia aut incommodantia. 117.118
Stomachici qui dicantur. 555
Stomaticarum illitionum confectiones. 423.424
Stomomatis ferri facultas. 78
Strangulati q̃uo reuocentur. 434
Strangulatorum auxilia. 704
Stranguria quid & quomodo curanda. 612
Stratiotæ coll. 386.387
Strobili uirtus. 43
Strumæ quid, eoꝝ ortus & medicamina. 810.811
Strumarum inter se differentiæ. 810
Struthii facultas, 59
Struthocamelorum caro qualis. 94
Struthocamelorum oua qualis alimenti. 94
Strychni facultas. 63
Stupefacientia medicamenta. 651. Post horum usum qualibus unguentis sit utendum. ibidem
Styrax qui melior. 107
Styracis efficacia. 59.136
Styracinum oleum. 24
Stypteria, alumen 80
Subsidentia urinæ alba non semper bona. 210
Subsidentiarum urinæ signa. 212
Substantiam simplicem & incommixtam inuenire impossibile. 67
Subtercus hydrops q̃uo curetur. 591.592.593
Succi boni aut mali qui. 115 116.
Succini uirtus. 75
Succus Cyrenaicus qualis 50
Succus Medicus. 50
Succus siriacus. ibid.
Sudor, & ex eo pharmacum. 88
Sudores excludentia. 158
Sudores q̃uo sedentur 152
Sudoꝝ significationes. 214
Suffitiones ad tussim 445
Suffituum ratio. 155
Suffocati quomodo reuocentur. 434
Suffumigabilis olei præparatio 27
Suffumigii moschati præparatio, & aliorum. 915
Suffumigiorũ uariorum præparatio. 913
Suffusio oculoꝝ qd, & eius indicia ac species tũ cura. 349
Sugillatio quid. 331
Sugillationum sub oculis curationes. 392
Sugillatorum medelæ. 798
Suilla pinguedo qualis. 97
Suillæ carnis præstantia. 91
Suillum fel quale 87
Suillum lac quale. 82
Suillus talus ad qd cõducat 99

Suis pinguedo qualis. 2
Sulphuris conditio. 77.762
Sulphurulenta balnea quibus conueniant. 166
Supercilii resolutionis cura. 286
Supercilijs denudatis quomodo pilos inducas. 301
Supercilijs ornandis remedia. 392
Superfluitatibus quæ redundant, & quæ careant. 115
Suppuratoria simplicia quæ. 110
Suppuratoꝝ affectio & dinotio, curaq́; 457
Surditatis curatio. 309.310
Susinum oleum. 22
Syca, qualis constitutionis. 60
Sycosis qualis affectio, eiusq́; cura. 81.344
Sycamina qualia. 48
Sycomora qualia. 48.60
Syderō quid & qualis affectio, eiusq́; cura 283.284
Syderationis præseruatiua. 270
Syderon quomodo differat a resolutione, eiusq́; affectio & cura. 284
Syderum ortus & significatio. 163
Sylueſtria satiuis fortiora. 40
Sylueſtrium animalium caro qualis. 93
Symphytum petræum 60
Synerotis collyrium. 381
Syncope quid. 268
Syncope & lipothymia quo differant. 244
Syncoptici sudores. ib.
Synochos febris quæ. 204
Syriaci lapidis uis. 72
Syricum, Ceruſſa 81
Syricum coll. 380

TAbes siue tabida febris quæ dicatur. 238
Tamarix. 49
Tauri adeps qualis. 2
Taurinæ carnis qualitas. 90
Taurinæ medullæ qualitas. 98
Taurinum fel quale. 88
Taurinus adeps medullaq́; qualis. 98
Taxi efficacia quæ. 700
Tecolithos qualis. 72
Telamonium emplaſtrū. 845
Telis. i. fœuum græcum. 61
Telinum oleum. 23
Telinorum usus medicus. 105
Temperamentorum corporis humani dinotio. 193. & deinceps.
Temperamentoꝝ omniū correctio & medela. 190.200
Temperaturæ alterationis ratio diuersa 271
Tēpora inurere an liceat. 363
Tempoꝝ quatuor anni, singuloꝝ tres esse differentias. 161
Tempoꝝ musculis quæ cataplasmata, agglutinatoria illitiones conueniant. 365
Tendinum induratorum medelæ. 809
Teneſmus quid & eius cura. 539
Tenuium partium simplicia q̄ 110
Tephra. i. cinis 61
Tephrica collyria unde dicta & qualia sint. 377
Tephron coll. 380
Terebinthi efficacia. 61
Terminthus quid, qūoq́; medēdus. 797
Terra qd, eiusq́; qualitas. 68
Terræ differentiæ quæ sint. 68
Terra qūo lauanda. 68
Terræ agroꝝ quis usus in medicamentis. ib.
Terra lemnia seu sigillata. 69
Terra samia. 70
Terra selinusia & chia ib.
Terra cimolia 70
Terra Ampelitis siue Pharmacitis. ib.
Terra Cretica seu Creta. 70
terræ ustæ uis. ibidem. & 71
terræ exhalationum seu uapo rum ratio. 162
terræ quæ in emplaſtra commiſcentur. 762
terræ inteſtina ad quid conferant. 100
tertiana, uide Febris.
teſtarum clibani usus. 74
teſta intectorum naturam esse ex contrariis facultatibus cōpositam. 119
teſtæ ouorum ad quid conducant. 93
teſta intectorum piscium qualitas. 96
teſta molli teſtoꝝ conditio. ib.
teſtarum conchilioꝝ qualitas. 762
teſtaꝝ fictiliū qualitas. 762
teſtamentū aurifabri coll. 389
teſtamentum coll. ib.
teſtes animalium qualis temperamenti, quiq́; esu optimi. 92.94
teſtium temperamenti indicia. 199
teſticulus canis qualis. 52
teſticulorum caſtoris usus. 97
teſticulorum canis fluuiatilis usus. ibid.
teſtudinis fel quale 88
tetanica conuulsio quos non inuadat. 289
tetanus quid. 289. unde proueniat & quomodo curetur. ib. &. 290
tetragnatus quid, eiusq́; ictus medela. 684
tetrapharmacum basilicum. 844
tetrapharmacum medicamen 98
tetrapharmaci cōpositio. 673
teutlon quale. 61
thalaſſorum Hermophili, collyrium. 386
thapſiæ facultas. 30.763
theion sulphur. 77
theodoretos antidotus triplex. 719.720
theodotium magnum. 389
theodotium Seueri. ib.
theodotion nardinū coll. 388
theodotium Placianum. 389
theophilium coll. 383
therebinthina resina. 55
theriaces confectio, usus & p batio 707. 708. 709
theriacæ exhibitionis modus quis. 708
theriacæ ex uīperis Andromachi compositio. 705
theriacæ Oribasii, qua Marcus Imp. est usus, cōpositio. 718
theriaca eiusdem alia. 719
thermus satiuus. 30
thermus sylueſtris. 31
thlaspi quali uirtute. 31

thryallis,uerbasci species. 63
thridacis qualitas. 31
thronus Marcellius pastillus. 550
thuris facultas. 45.763
thuris diiudicatio. 106
thuris cortex qui melior. ib.
thyites lapis qualis. 72
thylacitidis facultas. 48
thymus niger,elleborus. 31
thymi proprietas. 31.136
thymi pudendoꝝ quo sanandi 752
thymi sedis quid,unde dicti, & quæ eoꝝ cura. 746
titanus.i.calx. 61.80
tithymalli uirtus 135
tithymalloꝝ efficacia. 62
titianus pessus. 900
toforum in artubus cura. 669
tomentorum subdititiorum ratio. 160
tõsillarum inflammationum remedia. 425
tonsillaꝝ ulcera qualia,quo fiant & curentur. 427
tonsillis infixas spinas quo educas. 434
tonsoris emplastrum. 585
torminũ intestinoꝝ ortus & cura.537.&.540.545. & inde usque.553
torpedinis qualis caro. 98
torpedinis usus. 104
torpor.uide Lethargus.
toxicum unde dictum, & quæ eius uis. 702
tragacanthæ dignotio 107
tragacanthus qualis. 62
tragorigani facultas 51.134
transeuntia tardæ quæ sint. 119
tremorum in febribus curatio 254
tribuli efficacia. 62
trichiasis quid 378
trichiasis quid & quo curanda 353
trifolii facultas. 46.62
trifolium pro satyrio. 57
trigla piscis qualis. 86
triphyllon,trifolium. 62
tritici facultas. 55
triticeæ farinæ usus in cataplasmatis. 170
trixago qualis naturæ. 64
trychny facultas. 62
tubera qualia sint 63
tumores pedum grauidarum quomodo curandi. 865
tumores faciei ficasos quomodo cures. 399
tumoris gutturis medelæ.812
tumorum pultacei ac mellei humoris curatio. 812
tumorum adiposorum medelæ. 814
tumorum canceratorum medicamina. 792
tumorum durorum,item crudorum & inconcoctiliũ medicamenta. 656
tumoꝝ laxoꝝ medelæ. 807
turdi pisces quales. 96
turturis sanguinis usus. 81
turturis marini plagæ auxilia 693
turtuꝝ esus qualis fiet. 113
tussis causæ & remedia. 442 & inde
tympanites hydrops quid, eiusq; causæ & remedia. 582 583
tyrrhenicum emplastrũ.835

Vaporum ratio. 7
vaporum teriæ ratio. 162
Vaporariorum fomentorum usus & modus. 127
Vari circa quam oculi partem oriantur. 335
Varos faciei tollentia. 397
Varices quid, & quomodo curentur. 804
Varices palpebrarum. 360
Vasculi mensuratio. 918
Vasoꝝ dilatatio ubi, & quo fiat & quomodo curanda. 815
Vasorum oscula quæ simplicia aperiant. 111
Vasorum sectionis usus. 365
Venam in anno sæpe incidere incommodum & cur. 131
Venæ sectionis usus in oculorum morbis. 324
Venæ sectionis aut purgationis impatientes quo curandi 648
Venæ sectionis usus in febrib. 221
Venæ sectioni qđ corpus aptũ ibidem
Venæ sectioni quæ obstent.ib.
Venæ sectio quibus cõueniat, & cur fiat,quæq; in ea sint cõsideranda. 128.129
Venæ quales secandæ, & quo. 129.130
Venæ sectionis quæ magnitudo,figura,& qđ tempus sint. 130
Venæ sectionis iteratio quo fiat & quando. 130.131
Venarum pulmonis rupturæ unde cognoscantur 450
Venarum apertio & corrosio unde proueniat. 451
Venas eleuatas & incuruas ex membris fluxione infestatis auferendas. 646
Venenata animalia quibus artibus tollas.680.eorum morsibus quomodo medearis. ibidem
Venenata animalia quæ fugẽt & quæ occidant. 681
Venenatorum animalium læta liter corrumpant. 694
Venenosum pharmacum nelædat præseruatiua. ib.
Venenum qui sumpserint quo cognoscendi. 697
Veneni omnis curationes cõmunes. ib.
Venenatorum plagis omnibus cõmunia remedia. 681
Venter quinque de causis purgatorio accepto nihil excernit. 147
Ventris suppressionum,plurimorum malorũ esse causam quæq; ea sint,& eorum cura. 158
Ventrem subducentia. 119
Ventrem supprimentia 120
Ventris temperaturæ dinotio 196.197
Venti cur aliquando post, aliquando ante pluuiam ueniãt 161
Venti multi &asidui boreales cur æstate fiant. ib.
Ventos locales uniuersalibus morbosiores esse. 162
Venti apogei qui. ib.
Ventorum iuxta situs qualitas. 162

Ventorum generatio, numerus & nomina. 161
Ventus & imber quō simul fiant. ib.
Venus emplastrum. 833
Venerem emortuam quō excites. 628
Veneri quæ naturæ ac diætæ commodiores. item quod tēpus. 127
Veneris herbæ uires. 52
Venerei rei signa. 199
Veratri qualitas. 28
Veratri nigri uirtus. 134
Veratrum quō & quando quibusq; dandum, & quibus nō, quidq; facere possit, ac quæ probati sint notæ. 149
Veratri purgandi ratio, eiusq; exhibēdi differētiæ. 150.151
Veratri cremor, decoctum, ramenta &c. qualia. 150
Veratro purgādis quæ sit diæta præscribenda. ib.
Verbasci species & facultas. 63
Verbenacæ usus. 52
Verbeæ uibices seu notæ quō curandæ. 397
Vermes ulceæ quid curet. 33
Verruca, & uerruca formicaria quid & unde uocata. 746
Verrucæ, tum uerrucæ formicariæ remedia. 747
Vertigo unde oriatur, & quomodo curanda. 266
Vesica bilis susceptrix. 87
Vesicæ collum ubi situm. 287
Vesicæ doloris in febribus curatio, 251
Vesicæ calculoæ remedia. 602
Vesicæ calculis & etiā renum simul 605.606
Vesicæ calculos atterentia medicamenta. 601
Vesicæ inflammatio qualis affectio & cura. 616.617
Vesicæ sanguinis fluoris auxilia. 617
Vesicæ tubercula quō ad maturitatem producenda. 618
Vesicæ ulcerum curatio. ib. & inde.
Vesica laborantium diæta. 623
Vesicæ fluxionis auxilia. 624
Vesicæ resolutæ curatio. 287
Vesicæ scabiosæ medicamenta. 614
Vesicæ paralysi dissolutæ auxilia. 615
Vesicam quæ purgent. 157
Vespas & apes fugantia 683
Vibicum a uerbere illatarum remedia. 398
Victus ratio cuiq; ætati. 181 182
Vigiliarum in febribus remedia. 248
Vigoris totius morbi cognitio. 206
Vinaceorum facultas. 17
Vini uis 50
Vinorum qualitas iuxta colorem. 120.121
Vinum cur aceſcat. 4
Vina quomodo aleant. 113 114
Vina qualia senibus conueniāt 177
Vini bilem & pituitam purgātis præparatio. 137
Vinum qđ melancholicis auxilietur quō cōponatur. ib.
Vini potus usus in morbis oculorum. 325.326
Vinum polypodites. 138
Vinum mulsum stercus exigens. ib.
Vinum mulsum flauum, item qđ atrā bilem item quod pituitam expurget. ib.
Vinum scybelites quod. 504
Vindemiatoris ortus. 163
Violæ qualitas. 31
Violæ albæ energia. 137
Violatum oleum. 23
Viperæ usus & qualitas. 101
Viperarum adeps qualis. 98
Viperaę capitum usus medicus. ib.
Viperaę esus & præparatio in elephantiasi. 724
Viridis iaspidis usus. 495
Viscęę animaliū qualitas. 92
Visci uis & constitutio. 31
Viscum optimum quod 106
Vitex siue Agnos. 8
Vitis albæ uires. 11
Vitis nigræ facultas. ib.
Vitiliginum origo, & curatio. 736.737
Vitulinaę carnis qualitas. 91
Vitulinum seuum quale. 98
Vitri uis medica. 74
Vitri leuissime triti usus. 361
Vlcerationis circa os sacrum, item circa scrotū & anum, in febribus curatio. 252
Vlcerum sedis proserpentium & depascentium medicinæ. 751
Vlcerum, & cauoę ulcerum curandoę ratio. 770
Vlcerum suppurandorum repurgandorum ac incarnandorum medicamenta. 771
Vlcerum carne excrescentiū remedia. 772
Vlceribus cicatricem inducentia. 773.774.775
Vlcera quæ citra mordacitatē exsiccent. 776
Vlceribus medicamentorum adhibendorum ratio. ib.
Vlcerum ligamenti ratio. 776 777
Vlceribus malignis qualia emplastra conueniant. 777
Vlcerum post cicatricem obductam rursus ruptoę cura. 778
Vlcerum uermes ac nomas ac putredines quomodo sanes. ibidem
Vlceroſæ lasitudinis causa & cura, 187
Vlmi qualitas. 55
Vlophoni efficacia. 702
Vmbilici puerorum procidentiæ causa & cura. 180
Vmbilici ueneris uirtus. 39
Vnguenta odorata quibus cōmodent, eorumq; ratio 27
Vnguenta recalfactoria post stupefactiuorum medicamētorum usum adhibenda qualia. 651
Vnguenti purgatorii compositio. 153
Vnguentorum siccorum moschatorum a cuariorum præparatio. 913
Vnguentorum quæ cocturam sustineant, & quæ non. 762
Vnguis oculi quid, ipsiusq; cura. 351
Vnguium absceſſuū medelæ, 801

Vnguium contuſorum, ſubcru entorum, motorum, ſcabro⁊ ac leproſorum cura. 802
Vnguibus reparandis quid cõ ueniat. 803
Vnguium ex animalibus quis uſus. 98
Vocalis inſtrumenti reſolutio qũo curetur. 287
Vociferatio quid, eiuſq; uſus. 124
Vocis ſuppreſſæ & aſperæ, aut rauce &c. 437. & inde.
Volucrium animalium caro qualis. 93
Volucrium animalium partes qũo differant. 93
Voluulus quid, eiuſq; generatio & remedia. 509
Vomentes ægre quomodo iuuandi 199
Vomitus ratio & uſus inſignis item quibus conueniat & quibus non. 148
Vomitum quæ iuuent, quæq; ſedent. 148. 149. 152
Vomitoria qualia debeant eſſe 148
Vomitus prænotio & ſignificatio 213
Vomitus cataplaſmata & epithemata. 488
Vranium coll. 380
Vrentia medicamina 786
Vrinarum qualitas. 88
Vrina an bibenda. 88
Vrinæ notæ 123. 124
Vrinæ proliciẽdæ qualis glãs præparetur. 157
Vrinam cientia remedia. 587 602
Vrinarum ſigna. 209. 211. & inde.
Vrina naturalis & optima quæ tam in ſanis q̃ ægris 210
Vrinæ ſubſidẽtia alba nõ ſemper bona. ib.
Vrinæ ſubſidentia⁊ ſigna. 212
Vrina⁊ oleoſa⁊ differentiæ & ſignificationes. ib.
Vrinæ difficultas quid, & eius remedia. 612
Vrinæ difficultatis in febribus auxilia. 612
Vrinæ ſuppreſſio quid. 613. eius medicinæ. 613. 615
Vrinam in ſomno emittentiũ auxilia. 616
Vrinæ mucoſæ, capillis aut lanis ſimilis medicamẽta. 625
Vrſinum fel quale. 87
Vrſinum ſeuum quale. 98
Vrticæ uires. 9
Vſta qũo mutent qualitatem ſuam. 68
Vſtoria ſimplicia quæ. 111
Vteri animalium qualitas. 93
Vteri ſitus, magnitudo & forma. 850
Vtero prægnantis quæ & quo ordine innaſcantur. 851
Vteri frigidioris ſigna & medicinæ. 865
Vteri calidioris indicia & curatio. 866
Vteri humidioris ac ſiccioris medelæ. 866
Vteri ſtrangulationis remedia 885. & inde uſq;. 889
Vteri ſuffocationis auxilia. 889
Vteri debilitatis ſanatio. 890
Vteri furor, reſolutio & prolapſus qũo medeantur. 891
Vteri reclinationis, auerſionis, & recurſus medicamẽta 893
Vteri inflatio & hydrops qũo curentur. 894. 895
Vteri tumoris laxi & inflammationis pharmaca. 897
Vteri in tumorem indurati medicamina. 900
Vteri abſceſſuum uariorũ medelæ. 902. 903
Vteri exulceratio, ulcera carbũculoſa & ſordida, qũo curentur. 904
Vteri humor profluus & nimæ qũo medenda. 905
Vteri cancri obturationisq; medelæ. 906
Vterus non perforatus tripliciter contingit, & quomodo curetur. 907
Vteri hæmorrhoidum & calculorum medicinæ. 908
Vteri thymorum, uerrucarum & uerrucarum formicaria⁊ medelæ. 910
Vteri condylomata, rugæq; ac fiſſuræ quomodo curentur. 911
Vterum euacuantia. 157
Vuæ temperamentum. 59
Vuæ immaturæ ſuccus quo differat ab aceto. 4
Vuæ paſſæ qualitas. 14
Vua⁊ reponenda⁊ ratio. 59
Vulcania quid. 365
Vulnerum cruento⁊ remedia. 764
Vulneribus cruentis glutinan disaccõmoda emplaſtra 816
Vulpes quem uſum in medicamentis præſtent. 99
Vulpini pulmonis uis medica 98
Vulpinus adeps qualis. 153
Vulſio quomodo fiat & curetur. 799

XAnthii qualitas. 50
Xeromyron ad capitis fluxionem. 297
Xiphion quale. 50
Xylocolla dignotio. 106
Xyſter coll. 383. 384

ZArinaca, bolus Armeniacus. 71
Zarnacha idem. ib.
Zea quid. 29
Zigir, ſpecies Caſſiæ. 106
Zingiberis uirtus. 29
Zygis ſerpylli ſpecies. 29
Zyma, id eſt, fermentum, quale 29
Zythi qualitas. 29
Zoili nardinum collyrium. 388
Zoili Nicarium, coll. 388

FINIS INDICIS AETII.

II
1920:
2933